Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

~~X L VIII. VIII.~~

~~A. B.~~

~~48. b. 12.~~

48. c. 11.

F.c – 3395.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1848897162/phys_0002
DFG

NOVVM
LEXICON
GRAECO-LATINVM
IN
NOVVM
D. N. J. C. TESTAMENTVM.

CONGESSIT
ET
ANNOTATIONIBVS PHILOLOGICIS
IN VSVM SCHOLARVM
ILLVSTRAVIT
CHRISTIANVS SCHOETTGENIVS.



LIPSIAE
IMPENSIS BERNH. CHRIST. BREITKOPFII.
MDCCXLVI.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1848897162/phys_0003
DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1848897162/phys_0004
DFG

LECTORI CANDIDO

S. P. D.

CHRISTIANVS SCHOETTGENIVS.

EXhibeo Tibi novum hoc Lexicon in libros Novi Fœderis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quamvis vero talium librorum nulla hodie ſit inopia, tamen perſuaſus ſum, hunc meum labo-

rem nequaquam fore ſupervacaneum. Vnusquisque illorum, qui mecum idem ſaxum volverunt, peculiarem ſibi finem habuit conſtitutum, ego hunc mihi præcipue propoſui. Notum eſt, hæc ſtudiorum genera, quæ ad illuſtrandas ſacras litteras faciunt, quotidie majora capere incrementa, hinc e re juventutis utique eſt, indice digito ipſi oſtendere, quantum eruditi meditationibus ſuis huc usque profecerint.

Neque hoc incognitum eſt, Græcitatem Novi Teſtamenti ab alia Græ-

Græcorum ſcribendi ratione multum omnino diſcrepare. Quæ de illa monenda eſſe duco, jam alibi copioſius a me ſunt deducta. Hoc certiſſimum, neceſſe eſſe, ut is, qui Novi Inſtrumenti volumina exacte interpretari cupit, non ſolum linguam Græcam ex optimis quibusque auctoribus perſpectam habeat atque cognitam, ſed ad Hebraica quoque reſpiciat, & ſignificationes vocum Græcarum a LXX. Interpretibus adhibitas non negligat. Imo ſtilus quoque Hebraicus illorum temporum, quibus Servator & Apoſtoli

ejus vixerunt, tenendus est, quorsum faciunt illi, qui volumina Novi Fœderis ex scriptoribus Rabbinicis illustrarunt. Si enim hoc negligatur, explicationes oriuntur, quæ textui sacro vim inferunt. Exempla habes in verbis αἰὼν, κόσμος, φυτεία, ὑψόω, ἱκανὸς, & aliis pluribus.

De talibus igitur huc usque solliciti fuerunt viri docti, qui meditationibus & vigiliis suis novam quotidie lucem sacris literis accendunt, necesse proinde est, ut ea juventuti per modum compendii exhibeantur.

De

De analyſi grammatica vocabulorum non fui ſollicitus, quia ubique reperiuntur Præceptores, qui ſuam hic operam collocare non omittent. Plura non habeo, quæ moneam, niſi hæc duo. Vbi aſteriſci ſignum * habetur, ibi Lector ablegatur ad tomum priorem Horarum Hebraicarum ante aliquot annos a me editarum, ubi exempla Rabbinica ſignificationum ibi memoratarum occurrent. Nolui enim meis allegandis longior eſſe. Porro, quum ipſe typographorum lapſus emendare nequiverim, rogo Lectorem, ut paucas, ſi quæ occurrent, aber-

aberrationes æqui consulat. Faxit denique DEVS, ut juventus ex hac opera mea non omnino nullam in sacris proficiendi occasionem nanciscatur. Dabam Dresdæ in Schola Cruciana, ipso Natali Calicis, anno cIↃ IↃ ccXLVI.

LEXICON GRAECVM NOVI TESTAMENTI.

A.

A prima Alphabeti græci litera. Apoc. 1, 8*. ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ubi Alpha eum denotat, qui principio prior atque antiquior est, sicut Ω eum, qui ultimus est. Sic enim v. 8. exponitur ἀρχὴ καὶ τέλος, principium & finis, & v. 18. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, primus & ultimus: quibus verbis æternitas Messiæ describitur. Confer Jesa. 44, 6. Ipsa loquendi ratio desumta est ex Hebraismo illorum temporum, cum rem aliquam perfectam describentes, dicunt, illam ab א usque ad ת peractam esse. Cæterum α in compositione est 1) *privativum* s. *negativum*, ut in ἄβυσσος, locus non habens fundum, ἄγαμος, qui nondum nuptias celebravit. Sine dubio est ab ἄνευ, sine; quia sequente vocali illud ν adhuc interseritur, ἀνελεήμων, immisericors, ἀνέγκλητος, irreprehensibilis. 2) *conjunctivum*, ut ἀδελφὸς, frater, ex ἅμα, simul, & δελφὺς, uterus.

Ἀαρών, ὁ, *Aaron*, nomen summi sacerdotis hebraicum indeclinabile, אַהֲרֹן, derivationis obscuræ. Actor. 7, 40. Hebr. 5, 4. 7, 11. s.

Ἀβαδδών, vox hebraica, perditio, vastatio, a rad. אבר, periit, in Hiphil perdidit. Apoc. 9, 11. ubi rex abyssi hoc nomine appellatur, & explicatio græca quoque additur. Vox hebræa occurrit Proverb. 15, 11. Jobi 28, 22. ubi infernum denotat.

Ἀβαρὴς, ἐος, ἐς, ὁ, ἡ, *non onerosus*, *non molestus*: (ex α priv. & βάρος, ἐος, onus) 2. Cor. 11, 9.

Ἀββᾶ, nomen Syriacum אַבָּא, significat patrem, hebr. אָב, cujus radix est אבה, *voluit*, & denotat patrem in liberos benevolum. Marc. 14, 36. Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. Sic quoque Rom. 8, 15.* Gal. 4, 6. Affectuosa est illa repetitio nominis paterni. Observanda autem hic sunt sequentia: 1) nominativus ponitur pro vocativo, idque ex more Græcorum. 2) In more tunc positum

fuit, ut aliquando verba in duplici lingua proferrentur, ut Apoc. 22, 10. ναὶ, ἀμήν. 3) Quia Paulus exclamationis hujus bis meminit, & utroque loco Spiritus Sancti effusi mentionem facit, eique clamorem illum in & ab hominibus piis excitatum adscribit, patet, hanc vocem, Ἀββᾶ ὁ Πατὴρ, primam fuisse primorum Christianorum, quum primum Spiritus S. in eos, ad religionem conversos, fuit effusus, id quod expresse testatur Clemens Alexandrinus in Protreptico.

Ἄβελ, *Abel*, nomen proprium indeclinabile hebr. filii Adami (ab הֶבֶל, vanitas, in pausa הֶבֶל.) Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. Hebr. 11, 4. 12, 24.

Ἀβιὰ, *Abia*, nomen viri indecl. hebr. (אֲבִיָּה, Pater meus est Dominus.) Matth. 1, 7. Luc. 1, 5.

Ἀβιάθαρ, *Abiathar*, nomen sacerdotis indecl. hebr. (ex אָב, pater, & יתר, excellentia.) Marc. 2, 26. 1. Sam. 22, 21.

Ἀβιληνὴ, ῆς, ἡ, *Abilene*, nomen regionis. Luc. 3, 1. Variæ sunt urbes, quæ Abelæ nomen habent. Sed hic procul dubio intelligitur una ex Decapoli: unde regio circumjacens postea nomen habuit. Sellerus Antiqu. Palmyrenis p. 445. edit. germ. Relandi Palæstina lib. 3. p. 525.

Ἀβιοὺδ, ὁ, *Abiud*, nomen proprium indecl. hebr. (signif. patrem decoris, vel decus patris, ex אֲבִי, pater meus, & הוֹד, decus, gloria.) Matth. 1, 13.

Ἀβραὰμ, ὁ, *Abraham*, 1) nomen Patriarchæ hebr. indecl. (sign. patrem excelsum, ex אַב, pater & רם, excelsus: postea, inserto ה, patrem multitudinis, ex הָמוֹן, multitudo, quia Deus ipsum patrem multarum gentium constituit. Genes. 17, 4. 5.) Matth. 1, 1. 3, 9. 22, 32. 2) Sicut Abraham pater omnium fidelium audit, Rom. 4, 11. ita υἱοὶ Ἀβραὰμ, sunt veri fideles & sectatores ipsius, sive Judæi sint, sive ex gentibus. Luc. 19, 9. Gal. 3, 7. 29. Joann. 8, 39.

Ἄβυσσος, ου, ἡ, sc. χώρα. 1) *Abyssus*, infinita profunditas. (Ex α privativo & βύσσος, Ionice pro βυθὸς, fundus.) Rom. 10, 7. Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; quis descendet in abyssum? h. e. quis ita non credet, Christum resurrexisse, ut & in sepulchro ejus inquirat, annon adhuc ibi sit? 2) *Infernus*, locus Satanæ & damnatorum Luc. 8, 31. Apoc. 9, 1. 2. & 11. ubi ὁ ἄγγελος τῆς ἀβύσσου, occurrit, hebraice שַׁר שֶׁל גֵּיהִנֹּם, princeps gehennæ: cap. 11, 7. 17, 8. 20, 1. 3.

Ἄγαβος, ου, ὁ, *Agabus*, Propheta fuit temporibus Apostolorum. Act. 11, 28. 21, 10. Derivatio nominis est incerta, quia vera scriptio hebraica est ignota.

Ἀγαθοεργέω, ῶ, *Benefacio*, *bona opera exerceo*, (ab ἀγαθὸς, bonus, & ἔργον, opus.) 1. Tim. 6, 18. pro quo Gal. 6, 10. dicitur ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας.

Ἀγαθο-

Ἀγαθοποιέω, ῶ, 1) *Benefacio*, beneficio afficio, (ex ἀγαθὸς, & ποιέω, facio.) Absolute seu sine casu invenitur Marc. 3, 4. Act. 14, 17. Construitur vero cum Accusativo Luc. 6, 33. Ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τὰς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν; si benefaciatis benefacientibus vobis, qualis vobis gratia est? v. 35. καὶ ἀγαθοποιεῖτε, sc. αὐτὰς, τὰς ἐχθρὰς ὑμῶν, & benefacite illis. 2) *Bene recteque ago.* 1. Petr. 2, 15. 20, 3. 6. ἧς (sc. Σάῤῥας) ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι, cujus, Saræ, factæ estis filiæ, benefacientes. Hic notandum, ἀγαθοποιοῦσαι Participium non cum vocabulo τέκνα construi, sed ex versu præcedente αἱ γυναῖκες, huc referendum esse. cap. 3, 17. In significatione utraque sumi potest 3. Joann. v. 11. ὁ ἀγαθοποιῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν. Bene recteque agens, ex Deo est.

Ἀγαθοποιΐα, ίας, ἡ, *Beneficentia.* 1. Petr. 4. 19.

Ἀγαθοποιὸς, ὸς, ὁ, ἡ, *Bona efficiens*, bene agens. 1. Petr. 2, 14.

Ἀγαθὸς, ἡ, ὸν, 1) *Bonus.* Matth. 5, 45. Luc. 10, 42. Μαρία τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, Maria optimam partem elegit. Positivus pro Superlativo. 2) *Benignus, beneficus.* Matth. 20, 15. 3) *Probus*, Luc. 23, 50. Joann. 7, 12. Act. 11, 24. 4) *Utilis, aptus*, proficuus. Ephes. 4, 29. ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν, utilis ad ædificationem. Rom. 8, 28. Adde Elsnerum tom. 2. Obs. sacr. p. 219. 5) *Felix*, 1. Petr. 3, 10. Neutrum ἀγαθὸν, ὰ, τὸ, substantive usurpatur. Rom. 14, 16. μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθὸν, ne blasphemetur igitur vestrum bonum. h. e. libertas Christiana. Plural. τὰ ἀγαθὰ, *bona*, opes, facultates. Luc. 1, 53. 12, 18. 19. *Bona spiritualia*, quæ demum temporibus N. T. exhibentur, dicuntur ἀγαθὰ μέλλοντα. Hebr. 9, 11. 10, 1.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, *Bonitas*, quando Christianus se aliis humanum, blandum & beneficum exhibet. Rom. 15, 14. Gal. 5, 22. Ephes. 5, 9. 2. Thess. 1, 11.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, *Exultatio* præ gaudio, lætitia. Luc. 1, 14. 44. Act. 2, 46. Hebr. 1, 9. Judæ v. 24.

Ἀγαλλιάω, ῶ, vel quod usitatius, ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, proprie *præ gaudio exsulto*, gestio, (ab ἄγαν, valde, & ἅλλομαι, salio.) sed in N. T. semper metaphorice accipitur. Matth. 5, 12. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, gaudete & lætamini. Luc. 1, 47. ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου, exultavit spiritus meus. Cap. 10, 21. Joann. 8, 56. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ (pro ἠγαλλιάσατο ἰδεῖν) τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, Abraham, pater vester gestivit videre diem meum. 1. Petr. 1, 6. 8. 4, 13. χαίρητε ἀγαλλιώμενοι, gaudeatis exultantes. Apoc. 19, 7.

Ἄγαμος, ος, ὁ, ἡ, *Cælebs*, qui uxorem nondum duxit, vel quæ nondum nupsit, item, qui uxore mortua factus est cælebs. (ex α negativo, & γάμος, nuptiæ.) 1. Cor. 7, 8. 11, 32. 34.

Ἀγανακτέω, ῶ, f. ήσω, *indignor, ægre fero*, (ab ἄγαν, valde, & ἄχθος, dolor.) Matth. 20, 24. 21, 15. 26, 8.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, *indignatio.* 2. Cor. 7, 11.

Ἀγαπάω, ῶ, f. ήσω. 1) Impense, intime, *eximie amo.* Differt enim a verbo φιλέω, quemadmodum apud Latinos amo a diligo. Matth. 5, 43. 44. 46. 22, 37. 39. Joann. 17, 26. ἵνα ἡ ἀγάπη, ἣν (pro ἧ) ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, ut amor, quo amavisti me, in illis sit. Sic quoque invenitur Ephes. 2, 4. 2) *Præfero.* Matth. 6, 24. τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, alterum præferet. Rom. 9, 13. τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, Jacobum prætuli. Hæc verba & apud Malachiam cap. 1, 2. de prælatione tum quoad res externas, tum præcipue bona spiritualia, quorsum etiam Messias pertinet, non autem de prædestinatione intelligenda sunt. conf. Genes. 25, 23. ubi idem sensus, aliis tantum verbis, exprimitur. 3) *voce & gestibus blandis* erga quendam *uti.* Marc. 10, 21. ὁ δὲ Ἰησοῦς, ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, Jesus autem, adspiciens illum, blando gestu utebatur. 4) *Libenter habere, desiderare.* Luc. 11, 43. ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν, libenter occupatis sedes primarias. 2. Timoth. 4, 8. τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, qui apparitionem & præsentiam ejus desiderant. Sic Psalm. 116, 1. אָהַבְתִּי, gratum mihi est, quod exaudit me Dominus.

Ἀγάπη, ης, ἡ, *Amor* erga Deum, alios & seipsum. Matth. 24, 12. Coloss. 1, 4. καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ. Hebraismus, pro, τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ αὐτοῦ. 1. Thess. 1, 3. κοπου τῆς ἀγάπης, & laboris amoris, id est, laboris ex amore profecti: sic Hebr. 6, 10. 2) Plural. ἀγάπαι, ῶν, αἱ, *Agapæ*, sunt convivia Christianorum primis temporibus, *Liebesmahle.* Jud. v. 12. Quorum mentio ab Apostolo etiam fit 1. Cor. 11, 16-34. De his vide Scriptores Antiquitatum Ecclesiasticarum, præcipue dissertationes C. S. Schurtzfleischii & Joann. Nic. Quistorpii, Rostochii editam.

Ἀγαπητὸς, ἡ, ὸν, 1) *Dilectus, carus,* amabilis. Rom. 1, 7. ἀγαπητοῖς Θεοῦ, dilectis Dei. Colligunt hic quidam, Paulum epistolam ad Christianos tantummodo Romæ, tanquam Deo dilectos, misisse, sed non est, quod gentiles ac Judæos excluserit, siquidem omnes homines sunt ἀγαπητοὶ τοῦ Θεοῦ, voluntate antecedente, licet non consequente. conf. cap. 11, 28. 2) *Amore dignus.* 1. Tim. 6, 2. Philem. v. 16.

Ἀγαρ, ἡ, *Agar,* nomen proprium ancillæ Abrahami Gal. 4, 24. 25. hebr. הָגָר.

Ἀγγαρεύω, f. εύσω. Vox origine Persica, ab ἄγγαρος, nuncius vel tabellarius regum Persarum, qui in statione sua positus litteras ab altero angaro acceptas alteri tradebat, ut eo celerius perferrentur. Vide diss. Balth. Stolbergii de angariis Veterum. Quia vero his licebat cujusvis equos & quemcunque hominem ad cursum rapere, inde ἀγγαρεύω denotat *cogo, impello,* cum vio-

violentia rapio. Matth. 5, 41. 27, 32. Judæis hæc vox non est infrequens, uti ex Lexico Buxtorffii apparet.

Ἀγγεῖον, ου, τὸ, *vas*, vasis, (ab ἄγγος, vas quodlibet.) Matth. 13, 48. 25, 4.

Ἀγγελία, ας, ἡ, *Mandatum* a nuntio perlatum, (ab ἀγγέλλω, nuncio.) 1. Joann. 3, 11.

Ἄγγελος, ελε, ὁ, 1) *Nuncius*. Luc. 7, 24. 9, 52. Jacob. 2, 25. 2) *Angelus*, nuncius Dei Matth. 1, 20. 4, 6. &c. 3) ἄγγελοι nonnunquam *spiritus mali* nominantur Matth. 25, 41. 1. Cor. 6, 3. 2. Petr. 2, 4. Jud. v. 6. 4) *Dæmon, genius*. Actor. 12, 15. ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν, genius ipsius est. h. e. spiritus formam ejus repræsentans. Dæmones ejusmodi statuebantur a Judæis, de quibus Lightfoot ad h. l. conf. Luc. 24, 37. (Barthius Adverss. 2. 21.) & gentilibus, de quibus Clericus Silvis Philolog. c. 3. §. 7. ubi præcipue de genio Socratis, Dougtæus Anal. N. T. Excursu 57. 5) *Minister verbi*, doctor & propheta. Matth. 11, 10. ex Malach. 3, 1. adde 2, 7. 2. Corinth. 12, 7. ἄγγελος Σατᾶν angelus Satanæ. Indigitatur quidam ex Pseudapostolis primariis, contra quos Paulus in superioribus locutus erat. Nam diabolus quoque Apostolos suos emittit, qui verbo divino ejusque doctoribus resistunt. Apoc. 1, 20. * seqq. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι, septem stellæ, doctores septem ecclesiarum sunt. In Synagogis Hebræorum olim fuit, hodieque est minister, qui dicitur שְׁלִיחַ צִיבּוּר, nuncius s. legatus ecclesiæ, h. e. talis, cui totus cœtus delegavit munus prælegendi, orandi & docendi. In Apocalypsi denotat episcopum, quia in locum sacerdotum in N. T. successerunt Episcopi & Presbyteri. 6) ἄγγελος κυρίε est, 1) *Angelus* quilibet *Dei*. Matth. 1, 20. 24. 2) *Filius Dei* vocatur ἄγγελος κυρίε Act. 7, 30. Sic & Exod. 3, 2. Idem tamen deinde est יהוה & יהוה אלהים & Act. 7, 33. Κύριος. Confer Opus meum de Messia lib. 1. p. 14. 15.

Ἄγε, *Age, agedum*. Adverbium hortantis (proprie imperativus ab ἄγω, duco.) Jacob. 4, 13. 5, 1. Quamvis singulare sit, tamen cum plurali numero, etiam apud scriptores profanos construitur, prout exemplis comprobat Jo. Alberti in Obss. ad N. T. p. 452.

Ἀγέλη, ης, ἡ, *Grex*. Matth. 8, 30. seqq.

Ἀγενεαλόγητος, ε, ὁ, ἡ, *Sine genealogia*, cujus prosapia enarrari non potest. (ex α priv. & γενεαλογέω genus enarro.) 2) *Non ex stemmate legitimo*, sive non ex eo genere, ex quo aliquis esse debet: Qualis fuit Melchisedech. Hebr. 7, 3*. Ipse Deus mandaverat Levit. 21, 10. ut summus sacerdos esset ex fratribus suis, h. e. familia Aaronis. Melchisedecus vero Cananæus erat, & tamen sacerdos Dei altissimi, ideo ἀγενεαλόγητος vocatur, h e. non ex priscorum sacerdotum stemmate natus, prout in sacerdotibus V. T. usu receptum fuit.

Ἀγενὴς, ἐος, ὁ, ἡ, *ignobilis*, humili loco natus, (ex α privat. & γένος, genus.) 1. Cor. 1, 28.

Ἁγιάζω, f. άσω. 1) *Sanctifico*, (ab ἅγιος.) tum sanctitate legali. Matth. 23, 17. ὁ ναὸς ἁγιάζει τὸν χρυσὸν, templum sanctificat aurum, h. e. aurum, quia in templo est, fit res sacra: tum Evangelica, qua Deus nos, & nos illum sanctificamus. Matth. 6, 9. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σε, sanctificetur nomen tuum. Joann. 17, 17. Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σε, sanctifica illos in veritate tua. Ephes. 5, 26. 1. Thess. 5, 23. 1. Tim. 4, 5. Hebr. 2, 11. 10, 10. 29. 13, 12. 1 Petr. 3, 15. Κύριον τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris. Apoc. 22, 11. Ἡγιασμένοι sunt Christiani. Act. 20, 32. 26, 18. 1. Cor. 1, 2. Hebr. 10, 14. Judæ v. 1. 2) Ad rem aliquam singularem *ordino* & *constituo*. Joann. 10, 36. ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, quem Pater sanctum constituit. Respondet hebræo קדש, quod idem denotat. Joh. 17, 19. ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Christus se tradidit pro Apostolis, & omnibus aliis hominibus, ut ipsi postea Spiritu S. instruantur. 3) *Purifico*, purum præsto. Hebr. 9, 13.

Ἁγιασμὸς, ᾧ, ὁ, 1) *Sanctificatio*, (ab ἁγιάζω) 2. Thess. 2, 13. 1. Petr. 1, 2. 2) 1. Cor. 1, 30. Christus factus est nobis ἁγιασμὸς, abstractum ponitur pro concreto, emphatice, nimirum, Christus est caussa sanctificationis nostræ, est exemplar & regula, juxta quam sanctificatio est instituenda, & est finis quoque illius, quia sanctificatio eo tendit, ut ad Christum perveniamus.

Ἅγιος, ία, ον, *Sanctus*, & quidem 1) *essentialiter* & originaliter, qualis sanctitas soli Deo competit, qui ab Hebræis dicitur קְדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *Sanctus benedictus* ille. Hinc Marc. 1, 24. οἶδά σε, τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, novi te quis es, sanctus Dei. 1. Joann. 2, 20. Apoc. 3, 7. Sic Tobiæ 12, 15. Angeli εἰσπορεύονται ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ ἁγίου, ingrediuntur ad gloriam s. Schechinam Dei. Siracid. 23, 9. ὀνομασίᾳ τοῦ ἁγίου μὴ συνεθισθῇς nominationi Dei (ut nomen ejus sæpe in ore habeas) ne adsvefias. Πνεῦμα ἅγιον Spiritus Sanctus Matth. 1, 18. & alibi 2) *derivative* sanctitas convenit tum personis tum etiam locis & aliis rebus ad cultum divinum spectantibus. *Personæ* sanctæ sunt, quæ per Spiritum S. post conversionem & justificationem sanctificatæ sunt. 1. Petr. 1, 15. Κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι, secundum eum, qui vos vocavit, & sanctus est, etiam vos sancti estote. Et Christiani debent versari ἐν ἁγίοις ἀναστροφαῖς, in sanctis conversationibus, 2. Pet. 3, 11. Hinc Christiani κατ' ἐξοχὴν dicuntur ἅγιοι, locis quamplurimis Epistolarum Paulinarum. Rom. 1, 7. κλητοῖς ἁγίοις, vocatis sanctis. Rom. 12, 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, necessitatibus sanctorum communicantes. Vide c. 15, 25. 36. 16, 2. 15. 1. Corinth. 1, 2. 6, 1. 2. &c. *Res* sanctæ sunt partim verbum Dei, quod nos sancti-

ctificat, γραφαὶ ἁγίαι, Rom. 1, 2. ἐντολὴ ἁγία, præceptum ſanctum, Rom. 7, 12. 2. Petr. 2, 21. partim opera divina ad ſanctitatem perducentia, ut κλῆσις ἁγία, vocatio ſancta 2. Tim. 1, 9. partim quoque loca, in quibus Deus ſe revelavit, & populus Dei, qui ſolus vere ſanctus eſſe poteſt, verſatus eſt. Sancta vocantur illa loca, in quibus aut perſonæ ſanctæ verſatæ, aut res ſanctæ aſſervatæ vel geſtæ ſunt. Sic ἡ ἁγία πόλις vocatur Hieroſolyma Matth. 4, 5. 27, 53. Apoc. 11, 2. 21, 2. 22, 19. τόπος ἅγιος eſt templum Hieroſolymitanum, Matth. 24, 15. Act. 6, 13. 21, 28. Γῆ ἁγία, terra ſancta, Act. 7, 33. Ὄρος τὸ ἅγιον, mons, in quo Chriſtus glorificatus eſt. 2. Petr. 1, 18. Neutro genere τὸ ἅγιον, ſc. δῶμα vel μέρος, ſanctuarium, Hebr. 8, 2. 9, 1. 8. 12. 24. 25. 10, 19. 13, 11. ἅγια ἁγίων (ſc. μέρη,) ſancta ſanctorum, cap. 9, 3. 3) *Inviolabilis*, quemadmodum Romanis ſanctum & ſacroſanctum. 1. Cor. 3, 17. ὁ γὰρ ναὸς Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, templum enim Dei ſanctum eſt. Vide Elsnerum Obſ. ſacr. tom. I. p. 83.

Ἁγιότης, τητος, ἡ, *Sanctitas*, Hebr. 12, 10.

Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, 1) *Sanctitas*. Rom. 1, 4. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ſecundum Spiritum ſanctitatis, de quo vide ſub πνεῦμα. 2) *Sanctificatio* 2. Cor. 7, 1. 1. Theſſ. 3, 13.

Ἀγκάλη, ης, ἡ, *Ulna*, Luc. 2, 28.

Ἄγκιστρον, κίστρα, τὸ, *Hamus* ſ. uncus, Matth. 17, 24.

Ἄγκύρα, ας, ἡ, 1) *Ancora*. Act. 27, 29. 30. 40. 2) metaph. *præſidium*. Hebr. 6, 19.

Ἄγναφος, ε, ὁ, ἡ, proprie, *a fullone nondum purgatus*, impexus (ex α priv. & γνάπτω, purgo fullonum more.) 2) *Novus*. Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. Ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου, additamentum panni impexi, i. e. novi; vide infra γναφεύς.

Ἁγνεία, ας, ἡ, *Caſtitas, pudicitia*. 1. Tim. 4, 12. 5, 2. (ab ἁγνός.)

Ἁγνίζω, fut. ίσω, *Purifico, luſtro* (ab ἁγνός.) 1) ex more Judæorum, qui ex mandato divino munditiei ſtudere debebant. Joann. 11, 55. ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτὰς, ut ſe per munditiem externam præpararent ad feſtum Paſchatos. Sic Actor. 21, 24. 26. 24, 18. 2) *Purgatio cordis interna* Chriſtianorum. 1. Petr. 1, 22. ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες, (part. præt. act.) poſtquam animas veſtras purgaſtis. Jac. 4, 8. ἁγνίσατε καρδίας purgate corda. 1. Joann. 3, 3. Adde Dilherrum Diſpp. tom. 1. p. 305.

Ἁγνισμὸς, ὁ, *Purificatio*, luſtratio. Act. 21, 26. διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, annuncians expletionem dierum expiationis. Conf. Numer. 6, 13.

Ἀγνοέω, ῶ, fut. ήσω, 1) *Neſcio, ignoro*, (ex α privat. & νοέω cogito) Rom. 1, 13. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, nolo autem vos ignorare, fratres. Hæc formula Paulo Apoſtolo familiaris fuit. Sic cap. 11, 25. 1. Cor. 10, 1. 1. Theſſ. 4, 13. 2. Petr. 2, 12. ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, in quibus per ignorantiam, blaſphe-

mantes. Participium ἀγνοῶν, ignarus, inſciens. 1. Tim. 1, 13. ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα, quia ignarus feci. Hebr. 5, 2. μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσιν καὶ πλανωμένοις, qui condolere poſſet inſcientibus & errantibus. 2) *Non intelligo.* Marc. 9, 32. οἱ δὲ ἠγνόουν (3. plur. imperf. act.) τὸ ῥῆμα, illi vero non intelligebant verbum, rem. 3) *Non agnoſco.* Act. 13, 27. τοῦτον ἀγνοήσαντες hunc non cognoverunt, cap. 17, 23. Rom. 10, 3. Partic. Med. ἀγνοούμενος, η, ον, ignotus. 2. Cor. 6, 9. ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι tanquam ignoti, vel qui non noſcuntur, & qui tamen cognoſcuntur. Gal. 1, 22.

Ἄγνόημα, τος, τὸ, *Erratum*, peccatum per ignorantiam commiſſum, (ab ἀγνοέω.) Hebr. 9, 7. Vocem ἀγνοίας ſic adhibet Aquila Levit. 26, 39. ubi in hebraico eſt עָוֹן, iniquitas.

Ἄγνοια, ας, ἡ, 1) *Ignorantia*, inſcitia, (ab eodem) Act. 3, 17. οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ſcio, quod per ignorantiam feceritis. 2) Cœca *gentilium religio*, quæ nihil eſt, niſi mera ignorantia & idololatria ſuperſtitioſa. Act. 17, 30. τὰς χρόνους τῆς ἀγνοίας, tempora ignorantiæ, qua Deum verum nemo ex gentibus recte cognovit. conf. cap. 14, 16. 17. Epheſ. 4, 18. 1. Petr. 1, 14.

Ἁγνὸς, ἡ, ὸν, 1) *Caſtus*, *pudicus*. 2 Cor. 11, 2. παρθένος ἁγνὴ, virgo caſta. 2) *Purus*, nullo ſcelere pollutus. 2. Cor. 7, 11. Jacob. 3, 17. 3) *Sanctus*. 1. Joann. 3, 3. καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστιν, quemadmodum ille ſanctus eſt. 1. Petr. 3, 2. ἁγνὴ ἀναστροφὴ, ſancta converſatio. Sic Aquila Pſalm. 12, 2. ubi in hebræo eſt חָסִיד.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, *Caſtitas*, *puritas*, ſanctitas 2. Cor. 6, 6.

Ἁγνῶς, *pure*, adv. Philipp. 1, 16.

Ἀγνωσία, ίας, ἡ, *Ignorantia*, ignoratio (ex α priv. & γνῶσις cognitio) 1. Cor. 15, 34. ἀγνωσίαν Θεοῦ τινες ἔχουσιν, ignorantiam Dei quidam habent, i. e. nullam Dei cognitionem quidam poſſident. 1. Petr. 2, 15.

Ἄγνωστος, ε, ὁ, ἡ, *Incognitus*, *ignotus*, (ex α priv. & γνωστὸς cognitus) Act. 17, 23. Ἀγνώστῳ Θεῷ, ignoto Deo. Videantur de hac ara, cui hæc verba inſcripta fuerunt, Dilherrus Diſpp. tom. 1. p. 60. 61. 227. Ramireſius Pentecontarcho, c. 16. Dougtæus Anal. S. N. T. Excurſu 58. Præcipue Boſius diſſert. ſing. Jenæ 165[illegible]. habita c. 2. Druſius Obſ. 3. 25. Talis quoque ara fuit apud Burdegalenſes, teſte Martiale Lemoviceno epiſt. 1, 3.

Ἀγορὰ, ᾶς, ἡ, *Forum*, ſive locus publicus, in quo nundinæ celebrantur. Matth. 11, 16. 20, 3. 23, 7. Marc. 6, 56. 7, 4. Act. 17, 17. 2) *Forum judiciale*, quia in foro judicia exercebantur. Act. 16, 19.

Ἀγοράζω, fut. άσω, proprie in foro rerum venalium verſor, (ab ἀγορὰ) deinde *emo* Matth. 27, 7. ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν (ſc. ἀργυρίων) τὸν ἀγρὸν κεραμέως, emerunt ex illis (nummis argenteis) agrum figuli. 2) *Redimo*, prout ſcilicet ſervus captivus

vus pretio redimitur. 1. Cor. 6, 20. ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς, empti enim estis pretio: non frustra vos sibi Christus adquisivit. cap. 7, 23. Apoc. 5, 9. καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σε, & emisti Deo nos sanguine tuo.

Ἀγοραῖος, αία, ὁ, ἡ, 1) *Forensis*, ad forum rerum judiciarium pertinens (ab ἀγορὰ) Act. 17, 5. ἄνδρες ἀγοραῖοι. Et hoc sensu Hesychius: Ἀγοραῖοι, οἱ ἐν ἀγορᾷ ἀναστρεφόμενοι. 2) ἀγοραῖοι sive ἀγόραιοι (sc. ἡμέραι) *dies fasti*, quibus in foro adsunt judices. Act. 19, 38. ἀγοραῖοι ἄγονται, conventus aguntur. Glossæ Græco-Lat. Conventus, ἀγόραιος, σύνοδος, ὀχλαγωγία. Et: Cum res aguntur: ὅτε ἀγόραιός ἐστιν. Vide Gronovium Obs. 3, 22. Everh. Ottonem de Ædilibus coloniarum & municipiorum cap. 12. p. 334. 335. 348.

Ἄγρα, ας, ἡ, *Captura, piscatura*, Luc. 5, 4. 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, super captura piscium.

Ἀγράμματος, ὁ, ἡ, *Illitteratus*, qui nullas litteras didicit, rudis, (ex α priv. & γράμμα, litteræ.) Act. 4, 13.

Ἀγραυλέω, ῶ, *In agro pernocto*, excubo, (ex ἀγρὸς, ager, & αὐλὴ, aula, stabulum, ovile.) Luc. 2, 8. καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, & pastores erant in regione illa excubante.

Ἀγρεύω, proprie *capio feras*, pisces, aves &c. (ab ἄγρα.) 2) Metaph. *capio sermone* Marc. 12, 13. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ, ut illum caperent sermone.

Ἀγριέλεος, αία, ὁ, *Oleaster*, olea agrestis (ab ἄγριος & ἐλαία, oliva.) Rom. 11, 17. 24. Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίας, si enim tu ex oleastro naturali excisus es. Hæc arbor nullum plane fructum tulit. Hinc proverbium: ἀκαρπότερος ἀγριελαίας. Zenobius adag. Cent. 1. n. 60. Diogenianus Cent. 2, 63. Svidas Cent. 1, 75.

Ἄγριος, ία, ον, 1) *Agrestis, ruralis*, (ab ἀγρὸς) Matth. 3, 4. καὶ μέλι ἄγριον, & mel agreste. 2) *Ferus, immanis*, atrox, sævus. Jud. v. 13. κύματα ἄγρια θαλάσσης fluctus sævi maris.

Ἀγρίππας, α, ὁ, *Agrippa*, nomen Regis, seu potius reguli cujusdam ex familia Herodum Idumæorum Act. 25, 13. Genitivus formatur, more Dorico, ablato ς, v. 23.

Ἀγρὸς, ᾶ, ὁ, *Ager*, rus in genere. Matth. 6, 28. καταμάθετε τὰ κρίνα τῆς ἀγροῦ, considerate lilia ruris. v. 30. τὸν χόρτον ἀγροῦ, gramen ruris. Matth. 19, 29. καὶ πᾶς, ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, - - ἢ ἀγροὺς, & omnis, qui reliquit domos, - - aut agros. cap. 22, 5. 27, 7. 8. 10. Marc. 5, 14. καὶ ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγροὺς, & annunciarunt in urbe, & in agris. cap. 6, 36. 2) *Fundus*, ager arabilis. Act. 4, 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, cum existeret ipsi fundus. Matth. 27, 7. ἀγρὸς τοῦ κεραμέως, ager figuli.

Ἀγρυπνέω, ῶ f. ήσω, proprie significat, *vigilo*, insomnem noctem duco, (ex α priv. & ὕπνος, insertis per Epenthesin litteris

γρ.) sed metaphorice in N. T. denotat: *invigilo alicui rei*, mente vigili & attenta *observo*. Marc. 13, 33. ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε, vosmet ipsos observate & precamini. Luc. 21, 36. Ephes. 6, 18. Hebr. 13, 17. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ipsi enim invigilant pro animabus vestris.

Ἀγρυπνία, ἱας, ἡ, *Vigiliæ*, pervigilium, lucubratio, (a præced.) 2. Cor. 6, 5. 11, 27.

Ἄγω, fut. ἄξω 1) *Duco, adduco*: verbum anomalon. Matth. 10, 18. Act. 21, 16. ἄγοντες (sc. τινὰ) παρ' ὧ ξενισθῶμεν, adducentes aliquem, apud quem hospitio exciperemur. 2) *Abeo*, sed tantum in conjunctivo sic adhibetur. Matth. 26, 4. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν, surgite, *excitemini*, abeamus. Marc. 1, 38. Joann. 11, 7. 15. 16. 3) *Celebro*, solenniter *convenio*. Matth. 14, 6. γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρῴδου, cum autem natales peragerentur Herodis. Act. 19, 38. v. sub ἀγοραῖος. 4) *Duco*, *impello*. Luc. 4, 1. καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον sc. χώραν, & ducebatur in Spiritu in desertam regionem. Rom. 2, 4. ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, quotcunque enim Spiritu Dei impelluntur. Gal. 5, 18. 2. Tim. 3, 6. ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις, quæ (sc. mulierculæ) impelluntur cupiditatibus variis. 5) *Perduco*, *deduco* 1. Thess. 4, 14. Hebr. 2, 10. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, qui multos filios ad honorem perducat. 6) Lucæ 24, 21. Τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει, tertium iam diem agit: h. e. tot ipsi dies effluxerunt. 7) *Ad supplicium duco*. Marc. 13, 11. ὅταν ἀγάγωσιν ὑμᾶς, quando ducent vos: Elliptice pro εἰς κρῖμα ἄγειν. Vide Ellipses Græcas, & ἀπάγω.

Ἀγωγή, ῆς, ἡ, *Institutio*, manuductio. 2. Timoth. 3, 10.

Ἀγών, ῶνος, ὁ, 1) proprie *certamen*, ludus solennis. 2) *Cursus* & *stadium*, in quo certatur, prout docet Grævius in Lectionibus Hesiodeis p. 107. inde est τρέχειν ἀγῶνα, sed 3) metaphorice accipitur 1. Tim. 6, 12. Ἀγωνίζεσθε τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, certa bonum certamen fidei. 2. Tim. 4, 7. Hebr. 12, 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα per patientiam curramus propositum nobis certamen. 4) *Molestia*, ærumna, miseria. Philipp. 1, 30. 5) *Cura*, *sollicitudo* cum labore conjuncta. Coloss. 2, 1. 6) *Ardor*, *contentio*. 1. Thess. 2, 2. ἐν πολλῷ ἀγῶνι, multo cum ardore.

Ἀγωνία, ἱας, ἡ, *Angor*, *trepidatio*. Luc. 22, 44. καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, & cum esset in angore. 2. Maccab. 3, 14. ἦν δὲ ἡ μικρὰ κατὰ τὴν πόλιν ἀγωνία, non parva erat trepidatio in urbe: & v. 16. facies & mutatio coloris ostendit τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν, angorem, qui in anima ipsius erat. Ibid. v. 21. summus sacerdos erat μεγάλως διαγωνιῶν.

Ἀγωνίζομαι, 1) *Certo*, certamen ineo. 1. Cor. 9, 25. πᾶς ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, omnis certamen iniens in omnibus est continens. Sic per metaphoram occurrit 1. Tim. 6, 12. 2. Tim.

2. Tim. 4, 7. ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, certamen bonum certavi. 2) *Pugno, dimico.* Joann. 18, 36. οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, miniſtri mei pugnarent. 3) Omni animi ardore contendo. Luc. 13, 14. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης, contendite intrare per anguſtam portam. Col. 1, 29. 4, 12.

Ἀδάμ, ὁ, nomen proprium hebr. indeclinabile, ab אָדַם, rubuit, & אֲדָמָה, terra. Luc. 3, 38. Ἀδὰμ ὁ πρῶτος, 1. Corinth. 15, 45. Hebr. אָדָם הָרִאשׁוֹן. 2) ὁ ἔσχατος Ἀδάμ, ibid.* eſt Meſſias, qui illa reſtituit, quæ primus ille perdidit.

Ἀδάπανος, ε, ὁ, ἡ, *gratuitus*, ſine ſumtu, (ex α priv. & δαπανάω, ſumtus facio.) 1. Cor. 9, 18. ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον, ut evangelium ſine ſumtu veſtro proponam. Heſychius: ἀδάπανον, τὸ ὕδωρ, utpote res viliſſima.

Ἀδδὶ, nomen proprium hebraic. viri ex majoribus Chriſti. Luc. 3, 28.

Ἀδελφὴ, ῆς, ἡ, 1) *Soror*, Matth. 19, 29. Fœmininum ab ἀδελφὸς & easdem in hoc genere ſignificatus retinet. 2) *Cognata*, conſanguinea. Matth. 13, 56. 3) *Chriſtiana.* Rom. 16, 1. 1. Cor. 7, 15. 9, 5. Jac. 2, 15. 4) Quæ tanquam ſoror habetur & amatur. Matth. 12, 50. 1. Timoth. 5, 2.

Ἀδελφὸς, ε, ὁ, 1) *Frater*, germanus (ex α congregativo, ἅμα, una, & δελφὺς, ὑος, uterus, qui in eodem utero cum altero fuit.) Matth. 4, 18. Per figuram Ellipſios hoc vocabulum in hac propria ſignificatione eſt omiſſum. Luc. 6, 16. Act. 1, 13. Ἰούδας Ἰακώβε ſc. ἀδελφὸς: Judas Jacobi frater. Id quod ſuppletur in epiſtola Judæ v. 1. Ἰούδας ἀδελφὸς Ἰακώβε. 2) Propinqua cognatione conjunctus, conſanguineus, idque ex Hebraiſmo. Matth. 12, 46. ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, mater & fratres ipſius ſteterant foris. Fuere olim quidam, inter quos Euſebius Nicomedienſis, (vide Benedictum Presbyterum in vita Damaſc. p. 65.) quos tanquam hæreticos condemnavit eccleſia, qui negarunt virginitatem Mariæ poſt partum, quia mentio fit fratrum Servatoris noſtri h. l. & cap. 13, 55. 28, 10. Marc. 3, 31. 6, 3. Luc. 8, 19. Joann. 2, 12. 7, 3. 5. 20, 17. Act. 1, 14. 1. Corinth. 9, 5. Gal. 1, 19. Sed illi noſſe debebant, ex more linguæ hebrææ fratres etiam vocari patrueles & conſobrinos. Sic Geneſ. 13, 8. ibi Raſche exponit קרובים, propinqui, & Geneſ. 20, 12. 29, 10. 31, 23. ibi Raſche, קרוביו, propinquos ejus. Jud. 16, 31. Apud Curtium 6, 10. 24. Amyntas Perdiccæ filius vocatur, frater Alexandri, qui ejus patruelis erat. Plura habet Edzardus ad Avoda Sara c. 2. p. 310. 3) *Popularis*, qui ex eadem eſt natione. Act. 3, 22. 7, 23. ſ. Rom. 9, 3. Hebr. 7, 5. 4) *Alius, alius homo*, qui alias ſtilo Scripturæ *proximus* vocatur Matth. 5, 22. ſeqq. cap. 7, 3. ſſ. cap. 18, 15. ſ. 21, 35. Rom. 14, 10. ſeqq. 1. Cor. 8, 13. 5) Qui nobiſcum fidei Chriſtianæ eſt addi-

addictus, membrum ecclesiæ, *Christianus*. Christiani enim primi fratres se appellabant. Act. 9, 30. 10, 23. 11, 1. 12. 29. &c. 1. Corinth. 5, 11. qui locus notatu dignissimus. Inde Apostoli Christianos in epistolis semper nomine ἀδελφῶν alloquuntur. Rom. 1, 13. 7, 1. 4. 8, 12. &c. 6) *Qui ejusdem est secta*. Act. 22, 5. 7) Quos tanquam fratres amamus. Matth. 12, 49. 23, 8. 25, 40. Sic adhibetur a Curtio 6, 9, 12. Eustathio de Ismeniæ & Ismenes amoribus lib. 6. p. 205. 209.

Ἀδελφότης, ητος, ἡ, *Fraternitas*: deinde *cœtus* fratrum seu *Christianorum*. 1. Petr. 2, 17. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε, fraternitatem amate. cap. 5, 9. εἰδότες τὰ αὐτὰ παθημάτων τῇ ἐν τῷ κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι, scientes, easdem passiones a vestra in mundo fraternitate perfici, h. e. a cæteris Christianis. Abstractum pro Concreto. Christianos autem omnes semet invicem fratrum & sororum nomine vocasse, notissimum est. Vide Ursinum Anal. Vol. 2. lib. 3. c. 15.

Ἄδηλος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Non manifestus, occultus*, (ex α priv. & δῆλος.) Luc. 11, 44. ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, nam estis sicut monimenta occulta. 2) *Incertus, dubius*. 1. Cor. 14, 8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, si incertum sonum tuba daret.

Ἀδηλότης, ητος, ἡ, *Incertitudo*. 1. Tim. 6, 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, pro ἐπὶ πλούτῳ ἀδήλῳ, neque spem ponere in divitiis incertis.

Ἀδήλως, adv. proprie, non manifeste, *obscure*. 2) *Incerte, dubie*. 1. Cor. 9, 26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως, ego igitur sic curro, tanquam non incerte: non ita, ut in obscuro vivam, & incertus sim de victoria. Exempla ex Luciano habet Elsnerus tom. 2. Obs. sacr. p. 104.

Ἀδημονέω, ῶ, f. ήσω, *Gravissime angor*. Matth. 26, 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, cœpit contristari & gravissime angi. Marcus 14, 33. habet ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, expavescere & gravissime angi. Philipp. 2, 26. Loca ex scriptoribus profanis congesserunt Alardus in Pathologia N. T. & Elsnerus in Obs. sacris. Aquila hoc verbo utitur ἀδημονήσασιν, ubi in hebraico est יִשֹּׁמּוּ, obstupescent. Symmachus Ecclesiastæ 7, 17. ἵνα μὴ ἀδημονῇς περισσῶς, ne nimium animo concidas. Idem Symmachus Psalm. 61, 3. ἐν τῷ ἀδημονεῖν τὴν καρδίαν μου, in deficiendo vel desperando cor meum, hebr. בְּעָטְפַּ. Idem Psalm. 116, 11. ἔπον ἀδημονῶν, dixi in terrore constitutus, hebr. בְּחָפְזִי.

Ἅιδης, ου, ὁ, ex ἀΐδης. 1) *Infernus*. Matth. 11, 23. ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ usque ad infernum deprimeris. Luc. 16, 23. 1. Cor. 15, 55. πᾶ σᾶ, ᾅδη, τὸ νῖκος; ubi tuus, o inferne, stimulus? Apoc. 1, 18. 6, 8. 20, 13. 14. 2) *Sepulchrum*. Act. 2, 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, non relinques animam meam in inferno. Εἰς pro ἐν, subintellige οἶκον vel μονήν. Vide Pfochenium

chenium in Diatribe §. 77. De ἅδη multa loquuntur Theologi & Philologi, præcipue Jac. Windet in libello, de vita functorum ſtatu, ſed quæ hic applicari non poſſunt, quia Spiritus S. hanc vocem non eo ſenſu, quo gentiles, adhibet.

Ἀδιάκριτος, ιτα, ὁ, ἡ, *qui diſcerni ſeu dijudicari non poteſt* (ex α priv. & διακρίνω, diſcerno.) Jac. 3, 17. ſapientia ſuperna eſt ἀδιάκριτος, homo ſcil. eadem non colluſtratus, & ſola ratione utens, eam dijudicare ac de illa judicium ferre non poteſt.

Ἀδιάλειπτος, ε, ὁ, ἡ, *Non intermiſſus*, indefinens, (ex α priv. & διαλείπω, deſino.) Rom. 9, 2. καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου, & indefinens dolor (eſt) cordi meo. 2. Timoth. 1, 3.

Ἀδιαλείπτως, adv. *ſine intermiſſione*, indefinenter, (ab eodem.) Rom. 1, 9. 1. Theſſ. 1, 2. 13. 5, 17. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ſine intermiſſione preces fundite.

Ἀδιαφθορία, ίας, ἡ, *Incorruptibilitas*, *integritas*, (ex α priv. & διαφθείρω, corrumpo.) Tit. 2, 7. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν, in doctrina exhibe incorruptibilitatem, ut ſcil. doctrina tua ab aſſumentis falſorum doctorum non ſit depravata.

Ἀδικέω, ῶ, fut. ήσω. 1) *Injuſtus ſum*, (ab ἄδικος.) ponitur abſolute, Apoc. 22, 11. Ὁ ἀδικῶν, ἀδικησάτω ἔτι, qui injuſtus eſt, ſit injuſtus amplius. 2) *Injuſte ago*, injuria adficio. Regit plerumque Accuſativum. Matth. 20, 13. Ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε, amice, non injuria adficio te. Gal. 4, 12. οὐδέν με ἠδικήσατε, pro κατ' οὐδέν μέρος, nulla in parte me injuria affeciſtis. Philem. v. 18. Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, pro κατά τι μέρος, ſi vero aliqua ex parte injuria affecit te. Act. 7, 24. καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, & cum aliquem videret, qui injuria afficiebatur. 1. Cor. 6, 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε, cur non potius injuriam patimini? 3) *Lædo*, *noceo*, vim infero. Luc. 10, 19. Coloſſ. 3, 25. Apoc. 2, 11. Ὁ νικῶν, οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου, vincens non lædetur a morte ſecunda, cap. 6, 6. 7, 2. 3. 9, 4. 10. 19. 11, 5. Exempla alia habet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 2. p. 453.

Ἀδίκημα, τος, τὸ, *Injuſta actio*, ſcelus, maleficium, flagitium. Act. 18, 14. εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά τι, ſi eſſet flagitium quoddam. cap. 24, 10. Apoc. 18, 5. καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς, ſc. Βαβυλῶνος, & recordatus eſt Deus flagitia illius.

Ἀδικία, ας, ἡ, 1) *Injuſtitia*, injuria, iniquitas. Luc. 16, 9. ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας i. e. ἀδίκα, ex opibus injuſte partis: ſic v. præc. 8. οἰκονόμος τῆς ἀδικίας: cap. 18, 6. ὁ κριτὴς ἀδικίας, judex injuſtus. Act. 1, 18. μισθὸς τῆς ἀδικίας, merces injuſta. Hebraiſmus apud Glaſſium Gramm. S. lib. 3. tract. 3. can. 30. Græcis uſitatus. Horatius Vitringa Animadv. ad Vorſtium c. 3. 2) Omnis generis *malitia*, *iniquitas*, omne quod iniquum eſt. Luc. 13, 27. οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας, operarii iniquitatis. Joann. 7, 18. Rom. 1, 18. 29. 2, 8. 3, 5. 6, 13. 2. Timoth. 2, 19. Hebr. 8, 12. 1. Joann. 1, 9. 5, 17. De voce hac confer Raphelium υἱὸς ἀδικίας, homo malus & perverſus. 2. Sam. 7, 10.

Ἀδι-

Ἄδικος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Injustus, iniquus* (ex α priv. & δίκη, jus, fas.) Luc. 16, 10. ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικος, qui in minimo injustus, etiam in multo injustus est. Rom. 3, 5. μὴ ἄδικος ὁ Θεός; num injustus est Deus? 2) *Malitiosus*, malus, impius. Matth. 5, 45. ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, super justos & injustos. Act. 24, 15. 1. Petr. 3, 18. 3) ἄδικοι sunt *gentiles*. 1. Cor. 6, 1. 9. qui v. 6. ἄπιστοι dicuntur. 4) Μαμμωνᾶς ἄδικος denotat divitias injuste partas. Luc. 16, 11. quemadmodum & Euripides πλοῦτον ἄδικον dixit in Helena v. 911.

Ἀδίκως, adv. *injuste*, inique, immerito. 1. Petr. 2, 19. πάσχων ἀδίκως, patiens sine culpa.

Ἀδόκιμος, ε, ὁ, ἡ, *Non probatus, reprobus*, rejectaneus, non aptus, adulterinus (ex α negat. & δόκιμος probatus, *das die Probe nicht hält*, metaphora ducta ab aurifabris.) Rom. 1, 28. παρέδωκεν αὐτὸς Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, tradidit eos Deus in rejectaneam mentem. 1. Cor. 9, 27. μήπως - αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι, ne forte ipse rejectaneus fiam. 2. Cor. 13, 5. εἰ μή τι (pro κατά τι) ἀδόκιμοί ἐστε, nisi aliqua ex parte non apti estis v. 6. 7. Tit. 1, 16. καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι, & ad omne opus bonum non apti. Hebr. 6, 8. γῆ ἀδόκιμος, terra non apta, sc. frugibus proferendis.

Ἄδολος, ε, ὁ, ἡ, *Doli expers, sincerus* (ex α priv. & δόλος dolus) 1. Petr. 2, 2. ἄδολον γάλα, lac sincerum.

Ἀδραμυττηνός, ἡ, όν, *Adramyttenus*, adjectivum patronymicum. Urbs enim, a qua descendit, est Adramyttum vel Adrumetum, Africæ maritima. Actor. 27, 2. πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, navi Adramyttenæ.

Ἀδρίας, ου, ὁ, *Adria*, mare Adriaticum, hodie Sinus Venetus. Act. 27, 27. διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, cum disjiceremur nos in mari Veneto.

Ἀδρότης, ητος, ἡ, *Abundantia*, opulentia, (ab ἁδρός, ά, όν, multus, abundans, magnus, largus.) 2. Cor. 8, 20. ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ὑμῶν, in abundantia hac, quæ administrata est a nobis.

Ἀδυνατέω, ῶ, f. ήσω, proprie *non possum*: (ex α priv. & δύναμαι, possum.) Impersonaliter vero significat: *est impossibile*. Matth. 17, 20. οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν, nihil impossibile erit vobis. Luc. 1, 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, non impossibilis erit apud Deum omnis res. Sic Genes. 18, 14. Μὴ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; num res aliqua apud Deum impossibilis erit? Confer 2. Paral. 14, 11. Job. 10, 13. 42, 2.

Ἀδύνατος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Impossibilis*, e, quod fieri nequit. Matth. 19, 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, apud homines hoc fieri non potest. Rom. 8, 3. τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου. Hic subintelligendum pronomen relativum: id quod ipsum impossibile erat legi. Hebr. 6, 4. ἀδύνατον - πάλιν ἀνακαινίζειν, impossibile est iterum re-

renovare. confer ἀνακαινίζω. 2) *Non potens, non valens.* Act. 14, 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν non valens pedibus. 3) *Infirmus,* Rom. 15, 1. ἀδενήματα ἀδυνάτων βαστάζειν, infirmitates infirmorum (sc. fide) ferre. Jobi 36, 15. ἔθλιψαν ἀδενῆ καὶ ἀδύνατον, afflixerunt infirmum & ægrum.

Ἄδω, pro ἀείδω, fut. ᾄσω, 1) *Cano,* Apoc. 5, 9. καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, & canunt canticum novum. cap. 14, 3. 15, 3. 2) *Laudo, celebro.* Eph. 5, 19. ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, celebrantes & canentes in corde vestro Domino. Dativus honoris. Coloss. 3, 16.

Ἀεὶ, *Semper,* perpetuo. Act. 7, 51. 2. Cor. 6, 10.

Ἀετὸς, ὁ, *Aquila.* Matth. 24, 28. ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ, ibi congregabuntur aquilæ. Luc. 17, 37. h. e. exercitus Romanorum, qui loco vexillorum gestabant aquilas. Apoc. 4, 7. 12, 14.

Ἄζυμος, ὑμα, ὁ, ἡ, *Non fermentatus,* fermenti expers (ex α priv. & ζύμη, fermentum.) Matth. 26, 17. τῇ πρώτῃ (ἡμέρᾳ) τῶν ἀζύμων, (subintellige: ἄρτων) primo die non fermentatorum panum. Marc. 14, 1. ἦν τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα, erat Pascha & azyma. Luc. 22, 1. ἑορτὴ τῶν ἀζύμων festum non fermentatorum panum. 2) Metaphorice accipitur, & significat: *purum, sanctum.* 1. Cor. 5, 7. καθώς ἐστε ἄζυμοι (scil. ὄντες,) quemadmodum estis, cum nihil fermenti vobiscum habetis. v. 8. ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας, in azymis sinceritatis.

Ἄζὼρ, *Azor,* nomen proprium viri hebraicum. Matth. 1, 13. ab עזר, auxiliatus fuit.

Ἄζωτος, ου, ὁ, *Azotus,* nomen urbis terræ Philistæorum, hebr. אשדוד, Asdod, Act. 8, 40. Φίλιππος εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, pro ἐν Ἀζώτῳ, Philippus repertus est Azoti.

Ἀήρ, έρος, ὁ, *Aër.* Apoc. 16, 17. εἰς τὸν ἀέρα, in aërem. 1. Cor. 9, 26. ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, non tanquam aërem cædens. Sciamacha dicebatur, quando luctatores, vanitate quadam ducti, gestibus multis se conspiciendos præbere volebant. Virgil. Aeneid. 5, 374. de Darete:

Ostenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens & verberat ictibus auras.

Adde Hier. Mercurialem de arte gymnastica, 3, 4. Joubertum de arte gymn. c. 16. 1. Cor. 14, 9. ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες, loquemini enim in aërem, h. e. frustra. Diabolus Ephes. 2, 2. dicitur ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, princeps potestatis super aërem, h. e. qui in tenebris potestatem exercet. nam aër apud græcos & latinos etiam caliginem, nubem & tenebras denotat.

Ἀθανασία, ας, ἡ, *Immortalitas* (ab α priv. & θάνατος, mors.) 1. Corinth. 15, 53. δεῖ - τὸ θνητὸν τοῦτο (sc. σῶμα) ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, oportet hoc mortale corpus induere, (assumere) immortalitatem. 1. Tim. 6, 16. ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, qui solus habet immortalitatem, i. e. Deus.

Ἀθέμι-

Ἄθέμιτος, ε, ὁ, ἡ, *Nefarius*, nefandus, *illicitus*, (ex α priv. & θέμις, ιστος vel, δος lex, jus, fas.) 1. Petr. 4, 3. καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις, & nefandis idololatriis. Actor. 10, 28. ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν, quam illicitum, ſit.

Ἄθεος, ε, ὁ, ἡ, *qui ſine Deo* eſt, Dei expers, (ex α privat. & θεός.) Epheſ. 2, 12. ubi gentiles dicuntur ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, non quod nullos plane Deos habuerint, ſed quod verum Deum non agnoverint. Notanda igitur eſt concluſio Apoſtoli, quod is, qui Chriſtum non habeat (non habent autem omnes, qui verum Chriſtum non habent,) ſit atheus. Adde Elsnerum Obſ. ſacr. tom. 2. p. 208.

Ἄθεσμος, ε, ὁ, ἡ, lege carens, *exlex*, qui legem non obſervat, (ex α priv. & θεσμὸς, lex, inſtitutum, quod eſt a τίθημι, pono.) 2. Petr. 2, 7. 3, 17. τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ, fraude impiorum.

Ἀθετέω, ῶ, f. ήσω. 1) *Abrogo*, aboleo, irritum facio, (ex α priv. & θετὸς, poſitus, quod eſt a τίθημι.) Marc. 7, 9. καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, bene aboletis mandatum Dei. Ironice. Gal. 2, 21. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, non irritam facio gratiam Dei. cap. 3, 15. Judæ v. 8. κυριότητα ἀθετοῦσι magiſtratum rejiciunt. 2) *Sperno*, *improbo*, rejicio, abjicio. Luc. 7, 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, conſilium Dei ſpreverunt ſ. irritum fecerunt erga ſe ipſos. cap. 10, 16. ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ &c. qui rejicit vos, me rejicit. Gal. 2, 21. 1. Theſſ. 4, 8. 1. Tim. 5, 12. ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν, nam primam fidem rejecerunt. Jerem. 3, 20. ὡς ἀθετεῖ γυνὴ ἐκ τὸν συνόντα αὐτῇ, quemadmodum ſpernit uxor maritum. 3) *Irritum facio* contraria agendo. Hebr. 10, 28. Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, aliquis, qui contra legem Moſis egit, atque ita illam fecit irritam. Symmacho Pſalm. 37, 38. שֹׁשְׁעִים prævaricantes, ſunt ἀθετοῦντες: alibi Pſalm. 119, 158. Jeſ. 21, 2. 33, 1. בֹּגְדִים, quod idem denotat. Poſſes etiam vertere, deſcivit. 2. Reg. 1, 1. καὶ ἠθέτησε Μωὰβ, & deſcivit Moab: idem occurrit. cap. 3, 5. 7. 8, 20. 4) Marc. 6, 26. οὐκ ἤθελεν αὐτὴν ἀθετῆσαι, non volebat preces illius irritas facere.

Ἀθέτησις, εως, ἡ, *Abrogatio*, abolitio (ab eodem Hebr. 7, 18. Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, abrogatio enim fit præteriti præcepti. cap. 9, 26. εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίων, in abolitionem peccatorum.

Ἀθῆναι, ῶν, αἱ, *Athenæ*, nomen urbis in Græcia celeberrimæ. Act. 17, 15. 16. 1. Theſſ. 3, 1.

Ἀθηναῖος, αία, αῖον, *Athenienſis*. Act. 17, 21. 22.

Ἀθλέω, ῶ, f. ήσω, *Certo*, certamen ineo, proprie more athletarum ſ. pugilum: deinde metaphorice. 2. Tim. 2, 5. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ, etiamſi vero certat aliquis, non coronatur, niſi legitime certaverit.

Ἀθλη-

Ἄθλησις, εως, ἡ, *Certamen.* Hebr. 10, 32. πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, multam concertationem sustinuistis passionum.

Ἀθυμέω, ῶ, f. ήσω, *Animum despondeo*, animum abjicio, animo sum dejecto & fracto, (ex α priv. & θυμὸς, ὁ, animus) deinde *animum muto.* Coloss. 3, 21. ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν, ne malam mentem induant, *daſs ſie nicht umſchlagen.*

Ἀθῷος, α, ὁ, ἡ, 1) *Impunis, indemnis*, damni expers (ex α priv. & θωὴ, mulcta, damnum.) 2) *Innocens, innoxius*, insons, criminis expers. Matth. 27, 4. παραδοὺς αἷμα ἀθῷον, qui tradidi sanguinem (i. e. hominem) innocentem v. 24. Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου, insons sum a sanguine (cæde) justi hujus. Suidas ἀθῷον explicat ἀναίτιον.

Αἰγειος, α, ὁ, ἡ, vel εος, εία, ειον, *Caprinus*, hircinus (ab αἴξ, αἰγὸς, capra, caper.) Hebr. 11, 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν, in caprinis pellibus.

Αἰγιαλὸς, οῦ, ὁ, *Littus*, ora maritima. Matth. 13, 2. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει & omnis populus in littore steterat. Act. 27, 39. 40.

Αἰγύπτιος, ία, ον, *Ægyptius*, nomen gentile (ab Αἴγυπτος.) Actor. 7, 22. 24. 28. Hebr. 11, 29.

Αἴγυπτος, α, ἡ, *Ægyptus*, 1) nomen proprium regionis. Matth. 2, 15. Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα υἱόν μου, ex Ægypto vocavi filium meum. vide sub υἱός. Act. 7, 9. seqq. 2) Apoc. 11, 8. metaphorice innuitur *Ecclesia falsa*, veram persequens, quemadmodum in Aegypto factum est.

Ἀΐδιος, α, ὁ, ἡ, *Æternus, perpetuus*, (ab ἀεὶ, semper) Rom. 1, 20. Judæ v. 6.

Αἰδὼς, όος, οῦς, ἡ, 1) *Pudor, verecundia.* 1. Tim. 2, 9. 2) *Reverentia, veneratio*, observantia. Hebr. 12, 28. utrobique legitur μετ' αἰδοῦς.

Αἰθίωψ, οπος, *Aethiops*, (ab αἴθω, uro, & ὤψ, facies, qui faciem a sole ustam habet.) Actor. 8, 27.

Αἷμα, ατος, τὸ, 1) *Sanguis*, cruor. Marc. 5, 25. 29. 2) *Cædes*, mors cum sanguinis effusione conjuncta. Matth. 23, 30. seqq. cap. 27, 24. 25. Hebr. 12, 4. οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, nondum usque ad morem restitistis. Nondum tanquam testes Christi propter doctrinam ipsius sanguinem effudistis. Apoc. 6, 10. 17, 6. 18, 24. 19, 2. Dilherrus Disp. tom. 2. p. 27. 28. Pfochenius Diatr. §. 19. 3) Sanguis *Christi* pro toto illius *merito* frequenter adhibetur. Rom. 5, 9. Ephes. 1, 7. 4) *Prosapia & stemma.* Actor. 17, 26. Deus fecit, ut ἐξ ἑνὸς αἵματος, ex uno stemmate, omne hominum genus prodiret. Joann. 1, 13. οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων ἐγεννήθησαν, qui non ex sanguinibus h. e. ordinario generandi modo, nati sunt. Hesychius: αἷμα, γένος: ibidem adducitur versus Homeri: Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος

ἐύχομαι εἶναι. Exempla plura dabit Elsnerus in Obſerv. ſacris tom. 1. p. 447. 5) *Reatus* ex effuſione ſanguinis contractus. Matth. 27, 24. ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου, innocens ſum a reatu ſanguinis hujus juſti. Et v. 25. Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, ſanguis ejus in nos. Conf. Act. 18, 6. Adde Elsnerum l. c. p. 383. Pfochenium Diatr. §. 89. Dilherrum Diſpp. tom. 2. p. 27, 28. 6) *Homo.* Matth. 27, 4. παραδοὺς αἷμα ἀθῷον, qui tradidi hominem innocentem. Sic Germani dicunt: *Er iſt noch ein junges Blut.* 7) *Corruptio* illa, quæ poſt lapſum hominis tam *in intellectu*, quam *in voluntate* ejus innaſcitur, ſ. homo, quatenus peccato originali eſt infectus. Atque in hoc ſignificatu cum voce σαρκὸς plerumque conjungitur. Matth. 16, 17. σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, caro & ſanguis (h. e. intellectus tuus naturalis) hoc tibi non revelavit. 1. Corinth. 15, 50. σὰρξ καὶ αἷμα (natura corrupta) regnum Dei hæreditate non conſequitur. Gal. 1, 16. οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, non conſilia inii cum carne & ſanguine. Epheſ. 6, 12. οὐκ ἔστιν ἡμῖν πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, non eſt nobis lucta cum carne & ſanguine, h. e. cum nudis & infirmis hominibus. Phraſis eſt hebraica בָּשָׂר וְדָם, quæ in ſcriptis Judaicis vel millies occurrit, & totam hominum corruptionem & infirmitatem denotat.

Αἱματεκχυσία, ας, ἡ, *Sanguinis effuſio*, (ab αἷμα, τος & ἔκχυσις, effuſio.) Hebr. 9, 22.

Αἱμορροέω, ῶ, *Sanguinis profluvio laboro* (ab αἷμα, & ῥόος, fluxus.) Matth. 9, 20. αἱμορροοῦσα, mulier hoc fluxu laborans.

Αἰνέας, ου, ὁ, *Aeneas*, nomen viri proprium. Act. 9, 33. 34.

Αἴνεσις, εως, ἡ, *Laudatio, laus*, (ab αἰνέω,) Hebr. 13, 15.

Αἰνέω, ῶ, *Laudo, celebro*, prædico. Luc. 2, 13. 20. Rom. 15, 11. Apoc. 19, 5.

Αἴνιγμα, ατος, τὸ, *Aenigma*, ſermo obſcurus, occulta ſignificatio alicujus rei (ab αἰνίσσομαι vel αἰνίττομαι, obſcure ſignifico.) 1. Cor. 13, 12. ἐν αἰνίγματι Hebr. בְּחִידוֹת: locutio hæc deſumta eſt ex Numer. 12, 8.

Αἶνος, ου, ὁ, *Laus.* Matth. 21, 16. κατηρτίσω αἶνον, comparaſti laudem.

Αἰνών, Nomen oppidi indeclinabile, Joann. 3, 23.

Αἱρέομαι, ῶμαι, *Eligo.* (Activum eſt αἱρέω, capio, apprehendo, eligo.) Philipp. 1, 22. τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω, quid electurus ſim, non novi. 2. Theſſ. 2, 13. ὅτι εἵλετο (aor. 2. irregul.) ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν, quod elegerit vos Deus ab initio ad ſalutem. Hebr. 11, 25. μᾶλλον ἑλόμενος, (part. aor. 2.) magis eligens.

Αἵρεσις, εως, ἡ, 1) *Hæreſis, ſecta.* Temporibus antiquis hoc vocabulum, ut & vox *ſecta* bonam obtinebat ſignificationem, ſiquidem eſt ab αἱρέω, capio, eligo, quando quis ſententiam ſive

sive dogma aliquod eligebat vel sectabatur. Vnde ἡ αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, Actor. 5, 17. Φαρισαίων, c. 15, 5. quæ ἀκριβεστάτη αἵρεσις dicitur c. 26, 5. Et hoc respectu religio Christiana etiam hoc vocabulo nominata fuit. Sic ἡ τῶν Ναζωραίων αἵρεσις. Actor. 24, 5. 14. 28, 22. quanquam non negandum, sequiorem significationem hic obtinere, quia sic dicta est ab adversariis illius. Nam sequentibus temporibus falsum dogma & falsam religionem denotat. 2. Petr. 2, 1. 2) αἱρέσεις, sunt *contentiones* hominum inter se invicem. 1. Cor. 11, 19. δεῖ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, oportet enim hæreses inter vos esse. Galat. 5, 20. αἱρέσεις & διχοστασίαι conjunguntur.

Αἱρετίζω, *Eligo*, (ab αἵρεσις, electio.) Matth. 12, 18. ὃν ᾑρέτισα, quem elegi.

Αἱρετικὸς, ὁ, *Hæreticus*, falsæ doctrinæ sectator (ab eodem.) Tit. 3, 10. αἱρετικὸς ἄνθρωπος.

Ἄιρω, f. ἀρῶ. 1) *Fero*, *porto*, gesto. Matth. 4, 6. ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε in manibus gestabunt te, cap. 27, 32. Marc. 2, 3. Luc. 11, 52. 2) *Tollo*, *attollo*, sursum tollo, elevo. Matth. 9, 6. ἐγερθεὶς ἆρόν σε τὴν κλίνην, postquam surrexeris, attolle tuum lectum. cap. 14, 12. Luc. 17, 13. Joann. 8, 59. Act. 4, 24. 20, 9. 27, 13. Ἄραντες (supple τὰς ἀγκύρας, seu ἱστία vela, vel etiam δρόμον) ἆσσον, παρελέγοντο τὴν Κρήτην, cum solvissent, vel ancoras sustulissent, propius præterlegerunt Cretam. Etiam de itinere terrestri accipit Aquila Genes. 11, 2. ἐν τῷ ἄραι, in proficiscendo. 3) *Tollo*, *aufero*. Matth. 9, 16. 13, 12. qui vero non habet, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, etiam quod habet, aufferetur ab ipso. cap. 25, 28. 29. Marc. 4, 15. Luc. 6, 29. 30. Joann. 10, 18. 20, 2. 13. 15. Ephes. 4, 31. Coloss. 2, 14. Joann. 1, 29. ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ecce agnus Dei ferens (non solum ferens, sed & aufferens) peccata mundi. 1. Joann. 3, 5. 4) *Suscipio* & *fero*. Matth. 11, 29. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, suscipite jugum meum super vos cap. 16, 24. Marc. 8, 34. 10, 21. 5) *Repono*. Matth. 14, 20. καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον (scil. μέρος) τῶν κλασμάτων, & reposuerunt reliquias fragmentorum. Marc. 6, 43. 8, 8. 19. 20. 6) *Capio*, *sumo*. Matth. 17, 27. 20, 14. ἆρον τὸ σὸν, sume, quod tuum est. Marc. 15, 24. Luc. 19, 21. 22. 7) Affero, sumo. Matth. 24, 17. 18. ἆραι τὰ ἱμάτια, sumere vestimenta. Marc. 13, 15. 16. 8) *Tollo e medio*, subverto, *occido*. Matth. 24, 39. καὶ ἦρεν ἅπαντας, & sustulit omnes. Luc. 23, 18. αἶρε τοῦτον, tolle hunc. Joann. 19, 15. Actor. 21, 36. 9) *Sensim diminuo*. Matth. 9, 16. αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα ἀπὸ τοῦ ἱματίου, sensim enim aliquid abradit assumentum. 10) Adhuc restat formula, quam dicebant Judæi ad Christum Joann. 10, 24. Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; quamdiu detines vel decipis nos? Germ. *Wie lange æffest du uns*? Locutio

cutio hebraica quæ occurrit Jer. 37, 9. אַל תַּשִּׁיאוּ נַפְשֹׁתֵיכֶם, nolite decipere animas vestras.

Αἰθάνομαι, f. ήσομαι, verbum anomal. 1) *Sentio*, proprie sensu corporis. 2) *Mente percipio*, intelligo, cognosco. Luc. 9, 45. ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτὸ, ita ut non intelligerent illud.

Αἴσθησις, εως, ἡ, proprie *Sensus*, sentiendi actio, passio (ab αἰσθάνομαι) deinde, *cognitio*, *notitia*, intelligentia practica. Philipp. 1, 9. ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει, in cognitione & omni intelligentia. Adde Elsneri Obs. sacr. tom. II. p. 235.

Αἰσθητήριον (sc. μέλος s. ὄργανον.) sentiendi instrumentum, h. e. illud membrum sive *organon*, quod ad sensus externos requiritur. Est enim ab adjectivo αἰσθητήριος, sensificus. Jerem. 4, 19. ἀλγῶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου, doleo, quantum spectat ad organa sensoria cordis. In sensu metaphorico adhibetur. Hebr. 5, 14. & intelligendi ac dijudicandi facultatem significat: ἔχοντες αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, habentes intelligentiam exercitatam, ad dijudicationem, boni & mali.

Αἰσχροκερδής, ές, ῆς, ὁ, ἡ, *Deditus turpi lucro*, *turpis lucri cupidus*, (ab αἰσχρὸς, turpis, & κέρδος, εος, lucrum.) 1. Tim. 3, 3. 8. Tit. 1, 7.

Αἰσχροκερδῶς, Adv. ex cupiditate turpis lucri, (a præced.) 1. Petr. 5, 2.

Αἰσχρολογία, ίας, ἡ, *Turpiloquium*, sermo turpis & obscœnus, (ab αἰσχρὸς & λέγω, dico) Coloss. 3, 8.

Αἰσχρὸς, ά, όν, *Turpis*, fœdus, inhonestus. Tit. 1, 11. Ephes. 5, 12. 2) *Indignus*, deformis. 1. Cor. 11, 6. 14, 35.

Αἰσχρότης, ητος, ἡ, *Turpitudo*, *fœditas*, obscœnitas, dedecus, (ab αἰσχρὸς.) Ephes. 5, 4.

Αἰσχύνη, ης, ἡ, 1) *Pudor*, verecundia (ab αἶσχος, εος, turpitudo.) Luc. 14, 9. 2) *Turpitudo*, fœditas. 2. Cor. 4, 2. Philipp. 3, 19. Judæ v. 13. Apoc. 3, 18. 3) Ignominia, dedecus, infamia, probrum. Hebr. 12, 2.

Αἰσχύνομαι, 1) *Pudet me*, erubesco. (Est medium verbi αἰσχύνω, pudefacio.) Luc. 16, 3. ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι, mendicare erubesco. 1. Petr. 4, 16. 2) *Pudefio*, pudore suffundor. 2. Cor. 10, 8. Philipp. 1, 20. ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, non futurum est, ut in ulla re pudefiam. 1. Joann. 2, 28.

Αἰτέω, ῶ f. ήσω, 1) *Rogo*, *peto*. Matth. 5, 42. αἰτοῦντί σε δίδου, roganti te da. Construitur interdum cum duobus accusativis, uno personæ, altero rei, ut: αἰτεῖν τινά τι, subintelligitur autem κατά. Matth. 7, 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, (pro κατ' ἄρτον) quem si rogaverit filius ejus panem. v. 10. Marc. 6, 23. Joann. 11, 22. Notetur & hæc locutio Luc. 23, 23. αἰτούμενοι, αὐτὸν σταυρωθῆναι, rogantes, ut ille cruci affigeretur. Actor. 7, 46. 13, 28. Ephes. 3, 13. Nonnunquam sequitur conjunctio ἵνα: Coloss. 1, 9. 2) *Peto*, *postulo*, desidero. Luc. 1, 63. Joann. 4, 9.

Act.

Act. 16, 29. 1. Cor. 1, 22. 1. Petr. 3, 15. παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον, omni poſtulanti a vobis rationem.

Αἴτημα, τος, τὸ, *Petitio, poſtulatio,* (ab αἰτέω.) Luc. 23, 24. ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν, decrevit, ut fieret petitio eorum. Philipp. 4, 6. 1. Joann. 5, 15. ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα, quod habeamus, i. e. obtineamus, conſequamur, quæ petimus.

Αἰτία, ας, ἡ, 1) *Cauſſa, ratio.* Matth. 19, 3. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, propter quamcunque cauſſam. Luc. 8, 47. Actor. 10, 21. 2. Tim. 1, 6. 12. &c. 2) *Culpa, crimen.* Matth. 27, 37. Joann. 18, 38. 19, 4. ἐδεμίαν αἰτίαν ἑυρίσκω ἐν αὐτῷ, nullam culpam invenio in illo. Act. 13, 28 &c. 3) *Conditio.* Matth. 19, 10. Εἰ οὕτως ἐστιν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ γυναικὸς, ſi ſic eſt conditio hominis cum muliere.

Αἰτίαμα, τος, τὸ, *Criminatio, accuſatio,* (ab αἰτιάομαι, accuſo.) Act. 25, 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, multas & graves accuſationes ferentes contra Paulum.

Αἴτιον, ίου, eſt *noxa, culpa,* cauſſa ſupplicii. Luc. 23, 4. 14. 22. Actor. 19, 40.

Αἴτιος, ία, ὁ, qui in cauſſa eſt, *Auctor, cauſſa,* ab adjectivo αἴτιος, ία, ον, quorum unumquodque ſubſtantive adhibetur.) Hebr. 5, 9. αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, auctor ſalutis æternæ.

Αἰφνίδιος, ία, ὁ, ἡ, *Repentinus, improviſus,* ex improviſo adveniens (ab α priv. & φαίνω appareo, quando aliquid accidit ita repente, ut non ante appareat ſive conſpici poſſit.) Luc. 21, 34. 1. Theſſ. 5, 3.

Αἰχμαλωσία, ας, ἡ, *Captivitas,* (ex αἰχμὴ, ῆς, cuſpis, haſta, bellum, & ἁλίσκω capio.) Epheſ. 4, 8. ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, captivam duxit captivitatem. Hæc phraſis idem habet, quod illa: Gaudere gaudium, currere curſum. Vel, captivitas ſunt ipſi captivi, quemadmodum ſervitia ponuntur pro ſervis. Occurrit inſuper hæc vox Apoc. 13, 10.

Αἰχμαλωτεύω, *Captivum duco,* (derivatio eſt eadem.) Epheſ. 4, 8. metaphorice 2. Tim. 3, 6. αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια, ad vitia perducentes mulierculas.

Αἰχμαλωτίζω, 1) *Captivum abduco,* in ſervitutem abduco. Luc. 21, 24. 2) Metaph. *libertatem* voluntatis *eripio.* Rom. 7, 23. ubi concupiſcentiam dicit ſe captivare (αἰχμαλωτίζοντα) ſub lege (imperio) peccati, ſic ut non agat, quæ velit. 3) *Hoſtes religionis vinco.* 2. Cor. 10, 15. αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα, ſubjugantes omnem ratiocinationem, quæ ſe opponit notitiæ de Chriſto.

Αἰχμάλωτος, ε, ὁ, ἡ, proprie *Bello captus,* manu captus, captivus: deinde ſenſu metaphorico ſumitur. Luc. 4, 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, prædicare captivis dimiſſionem, i. e. qui in ſervitute peccati, poteſtate Satanæ & inferorum tenentur.

Αἰὼν, ῶνος, ὁ, Vox hæc, prout in N. T. occurrit, habet

significationes vocis hebraicæ עוֹלָם, quæ sunt variæ. Denotat enim 1) *æternitatem.* Marc. 3, 29. εἰς τὸν αἰῶνα, לְעוֹלָם, in æternum. Matth. 6, 13. εἰς τὰς αἰῶνας, לְעוֹלָמִים in secula. Gal. 1, 5. εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων, לְעוֹלְמֵי עוֹלָמִים in secula seculorum. Inde est etiam Joann. 9, 32. ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ab æterno, מֵעוֹלָם, non auditum est, h. e. a principio mundi. 2) *Spatium temporis diuturnum:* nam עוֹלָם sæpe denotat hujusmodi diuturnam durationem, accommodatam scilicet rebus & personis, de quibus sermo est. Exod. 21, 6. Genes. 17, 7. 13. 19. in quo posteriore loco fœdus circumcisionis æternum dicitur, quod tamen usque ad Messiam tantum durare debebat. Sic in N. T. Matth. 21, 19. fructus in fico non crescat εἰς τὸν αἰῶνα, i. e. nunquam. Luc. 1, 70. τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν, Prophetarum antiquissimorum. Actor. 3, 21. 3) *Mundum.* Hebr. 1, 2. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, per quem (filium) etiam mundum creavit. Matth. 28, 20. ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, usque ad finem mundi. 1. Cor. 2, 7. πρὸ τῶν αἰώνων, ante tempora mundi conditi. 4) Hebræi habent duplicem mundum, & duplex seculum, עוֹלָם הַזֶּה, seculum hoc, præsens, & עוֹלָם הַבָּא, seculum s. mundum futurum: idque rursum duplici significatu: Primo enim *mundus hic* denotat vitam præsentem, in qua versamur usque ad finem mundi. Inde Matth. 13, 22. μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, curæ hujus mundi: v. 40. συντέλεια τοῦ αἰῶνος τούτου, finis hujus mundi. Lucæ 16, 8. υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, filii hujus mundi, h. e. qui nil, nisi res mundanas curant. 1. Tim. 6, 17. πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. Diabolus 2. Cor. 4, 4. dicitur ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, quia homines mundo deditos regit. Mundus autem futurus denotat *vitam*, quæ *post hunc mundum* erit, præcipue *æternam beatitudinem.* Lucæ 20, 35. οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, qui digni habiti sunt, ut mundum illum consequantur. Luc. 18, 30. ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ, in mundo venturo, h. e. futuro. 5) Mundus hic, & mundus præsens denotat *tempora Veteris Testamenti*, mundus autem futurus *tempora Messiæ.* Hinc 1. Cor. 1, 20. συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου, est disputator p arisaicus. c. 2, 6. σοφία τοῦ αἰῶνος τούτου, est studium Judæorum, qui traditionibus stultis delectabantur: ibid. v. 8. ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου sunt scribæ, Pharisæi & alii proceres Judaici. Dicitur etiam Gal. 1, 4. αἰὼν ἐνεστὼς, mundus præsens. Ephes. 2, 2. αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου, seculum hujus mundi. Huic opponitur mundus futurus, h. e. tempora Novi Testamenti, qui dicitur αἰὼν ὁ μέλλων. Hebr. 6, 5. γευσάμενοι δυνάμεις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, qui degustarunt vires, potentias mundi futuri, h. e. præstantiam N. Test. præ veteri. Dicitur etiam in plurali αἰῶνες οἱ ἐρχόμενοι. Ephes. 2, 7. ut ostenderet ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις, seculis futuris, h. e. temporibus Messiæ, abundantes divitias

tias gratiæ suæ. Notandus hic est locus 1. Cor. 10, 11. ubi Paulus homines suo tempore viventes ita describit, ἐφ' οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντηκεν, in quos termini mundorum occurrerunt: termini scilicet duorum mundorum, mundi hujus & futuri, Veteris & Novi Test. sibi tunc erant vicini. Sic Hebr. 9, 26. Christus revelatus esse dicitur ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, in confinio duorum mundorum, quia scil. fines mundi hujus & principium mundi futuri se invicem contingerent. Ratio, quod Judæi veteres sic locuti sunt, est hæc: 1. quia viderunt, Deum quædam promisisse לעולם, in æternum, quæ tamen suo tempore finiri debebant, hinc distinctionem hanc excogitarunt. 2. Quia indigitare voluerunt præstantiam Novi Test. præ veteri, quæ tanta futura sit, ut cum vita æterna non injuste comparetur. Cæterum loca hebraica habebis in Diss. Herm. Witsii de seculo futuro: cui adde Horas Hebr. tom. I. p. 1153. & tomo II. p. 23. f.

Αἰώνιος, ία, ὁ, ἡ & αἰώνιος, ία, ον, *Aeternus*, perennis. Matth. 18, 8. 2. Thess. 2, 16.

Ἀκαθαρσία, ίας, ἡ, *Immundities*, *impuritas*, spurcitia, (ex α priv. & καθαίρω, purgo.) Adhibetur 1) de immunditie rerum externarum & corporalium. Matth. 23, 27. 2) De immunditie animæ per peccatum & vitia. Rom. 1, 24. 6, 19. 3) Præcipue de *scortatione* & *adulterio*, unde sæpe cum τῇ πορνείᾳ conjungitur. 2. Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Ephes. 4, 19. 5, 3. Cd. 3, 5.

Ἀκαθάρτης, τητος, ἡ, *Immunditia*. Apoc. 17, 4. καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς, & immunditia scortationis suæ: pro ἀκαθάρτε πορνείας.

Ἀκάθαρτος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Impurus*, *immundus*, obscœnus. Matth. 10, 1. πνεύματα ἀκάθαρτα sunt diaboli. 2) Ἀκάθαρτον est, quod tanquam *immundum in V. T.* prohibitum fuit. Act. 10, 14. 28. 3) *Impudicus*, Ephes. 5, 5.

Ἀκαιρέομαι, ῶμαι, *Opportunitate temporis destituor*, non habeo occasionem (ab α priv. & καιρὸς tempus opportunum) Phil. 4, 10. ἠκαιρεῖσθε, (2. plur. imp. passivi) opportunitate destituebamini.

Ἀκαίρως, *Intempestive*, non opportune, (a præced.) 2. Tim. 4, 2.

Ἄκακος, ε, ὁ, ἡ, *Minime malus*, non multum corruptus, (ex α priv. & κακὸς, malus.) Rom. 16, 8. innocens, qui sine peccato est, cum de Christo adhibetur, Hebr. 7, 20. Aquila & LXX. Psalm. 7, 9. Judica me Domine κατὰ τὴν ἀκακίαν μου, secundum innocentiam meam, hebr. כְּתֻמִּי, secundum integritatem meam. Jobi 27, 5. οὐκ ἀπαλλάξω τὴν ἀκακίαν μου, non mutabo integritatem meam. c. 31, 6.

Ἄκανθα, ης, ἡ, *Spina*, vepres, sentis. Matth. 7, 16. 13, 7. 22. 27, 29. Hebr. 6, 8.

[3]Ακάνθινος ίνη, ον, *Spineus*, ex ſpinis factus & contextus. Marc. 15, 17. Joann. 19, 5. ἀκάνθινον στέφανον, coronam ſpineam.

[3]Ακαρπος ος, ὁ, ἡ *Infructuoſus*, fructu expers, ſterilis, (ex α priv. & καρπὸς, fructus.) Senſu proprio occurrit Judæ v. 11. metaphorico Matth. 13, 22. 1. Cor. 14, 14. νοῦς μου ἄκαρπός ἐστιν, mens mea ſine fructu eſt, in cultu ſcil. publico ſine bono ordine inſtituto.

[3]Ακατάγνωστος, ος, ὁ, ἡ, *Non condemnabilis*, qui damnari nequit (ex α priv. & καταγνώσκω, damno.) Tit. 2, 8. λόγος ἀκατάγνωστος, verbum, quod nemo damnare aut convincere poteſt.

[3]Ακατακάλυπτος, ος, ὁ, ἡ, *Non velatus*, non tectus, non opertus, (ab α priv. & κατακαλύπτω, velo.) 1. Cor. 11, 5. 13.

[3]Ακατάκριτος, ος, ὁ, ἡ, *Non damnatus*, in quem non inquiſitum fuit (ex α priv. & κατακρίνω, damno.) Actor. 16, 37. 22, 25.

[3]Ακατάλυτος, ος, ὁ, ἡ, *Indiſſolubilis*, (ex α privat. & καταλύω, diſſolvo.) Hebr. 7, 16. ζωὴ ἀκατάλυτος, vita, quæ diſſolvi & terminari non poteſt.

[3]Ακατάπαυστος, ος, ὁ, ἡ, *Qui ſedari ſeu cohiberi nequit*, ceſſare neſcius (ex α priv. & καταπάυω, ſedo.) 2. Petr. 2, 14. καὶ ἀκαταπαύστους (ſcil. ἀπὸ) ἁμαρτίας, & qui a peccato cohiberi nequeunt.

[3]Ακαταστασία, ας, ἡ, Proprie, non conſiſtentia, (ex α priv. & καθίστημι, conſiſto.) 1) *Eſt vita inquieta*, qualis eſt tempore belli & perſecutionis. Luc. 21, 9. πολέμους καὶ ἀκαταστάσεις, bella & tempora inquieta. Paulus 2. Cor. 6, 5. fuit ἐν ἀκαταστασίαις, vitam talem geſſit, ut nullo loco conſtans permanſerit, neque alicubi ab hoſtibus Evangelii quietus fuerit. 2) *Vitium animi*, quo homo *ordinem obſervare*, ac quietem ſibi & aliis præſtare *non poteſt*. 1. Cor. 14, 33. οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ θεὸς, Deus non eſt Deus turbarum, ſtatus inordinati. Adde 2. Cor. 12, 20. Jac. 3, 16. Tobiæ 4, 13. ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ ἀπώλεια καὶ ἀκαταστασία πολλή. In ſuperbia perditio & vitæ inquietæ multum eſt. Utitur hoc verbo Artemidorus 2. 42. bis & 2. 73. Clemens epiſt. 1. ad Corinthios p. 56, 57.

[3]Ακατάστατος, ος, ὁ, ἡ, *Inconſtans*, (a præced.) Jac. 1, 8. ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, inſtabilis eſt in omnibus viis ſuis. LXX. Jeſ. 54, 11. ταπεινὴ καὶ ἀκατάστατος, ἡ παρεκλήθης, humilis & turbata, non conſolatione erecta es. Symmachus Thren. 4, 15. ἀκατάστατοι ἐγένοντο τυφλοὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις, inſtabiles facti ſunt (hebr. נוּעוּ, nutarunt,) cæci in plateis.

[3]Ακατάσχετος, ος, ὁ, ἡ, *Qui coërcere nequit*, (ex α priv. & κατέχω, contineo.) Jacob. 3, 8. Lingua eſt ἀκατάσχετον κακὸν, malum coërceri neſcium. Adde Jo. Alberti Obſ. in N. T. p. 450.

[3]Ακελδαμά, Vox Syriaca, ſignificans *agrum ſanguinis*. Componitur ex חֲקַל, ager, campus, & דְּמָא Hebraice דָּם, ſanguis. Actor. 1, 19.

[3]Ακέραιος, ος, ὁ, ἡ, Proprie, in quorum corpore aut veſte nulla

nulla labecula appareſt, *daran kein Fæsgen, kein Unthætgen zu ſpüren*, (ex α neg. & κηραία, ας, apex, apicula.) 2) *Innocens, purus*, integer, Matth. 10, 16. ἀκέραιοι, ὡς αἱ περισεραί, ſine labe, ſicut columbæ. Rom. 16, 19. Philipp. 2, 15. Adde Elsneri Obſ. ſacras tom. I. p. 53. & Obſ. Jo. Alberti p. 80. 81.

Ἀκλινής, ές, ὁ, ἡ, *Non vacillans, firmus* (ab α priv. & κλίνω, reclino.) Hebr. 10, 23. ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ, confeſſionem fidei firmam, immotam.

Ἀκμάζω, f. άσω, 1) *Floreo.* 2) *Matureſco* (ab ἀκμή, flos.) Apoc. 14, 18. ἤκμασαν αἱ σταφυλαί, maturuerunt uvæ.

Ἀκμήν, *Plane, omnino.* Elliptice pro κατ' ἀκμήν: ἀκμή enim florem & vigorem alicujus rei ſignificat, quo ad perfectionem pervenit. Matth. 15, 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; plane etiam vos non intelligentes eſtis? Confer Elliſpes Græcas. Alias ἀκμήν idem eſt, quod ἔτι, adhuc, teſte Heſychio. Senſus ſic eſſet: An vos adhuc ſtupidi eſtis? Adde Jo. Fabri Obſ. in N. T. p. 106.

Ἄκναφος, vide ἄγναφος.

Ἀκοή, ῆς, ἡ, 1) *Fama, rumor*, ſermo (ab ἀκέω audio) Matth. 4, 24. ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ, exiit fama ejus. cap. 14, 1. 24, 6. Talem ſignificationem habet hebraicum שמע & ſic adhibent Symmachus & Theodotion Jeſ. 28, 20. Adde Obſ. Jo. Alberti p. 27. Pfochenii Diatriben §. 44. Moſen Solanum de ſtylo N. T. §. 42. 2) *Auditus.* Matth. 13, 14. ἀκοῇ ἀκούσετε audiendo audietis. Hebraiſmus. Act. 28, 26. 1. Cor. 12, 14. 2. Tim. 4, 3. 4. 2. Petr. 2, 8. 3) αἱ ἀκοαί, *aures.* Marc. 7, 35. Luc. 7, 1. Act. 17, 20. Hebr. 5, 11. 4) *Praedicatio Evangelii.* Joann. 12, 38. Rom. 10, 16. 17. Gal. 3, 2. 5. 1. Theſſ. 2, 13. Hebr. 4, 2.

Ἀκολουθέω, ῶ, f. ήσω. 1) *Sequor, comitor.* Ἀκολουθεῖν τινι, ſequi aliquem. Matth. 4, 25. 8, 1. Peculiare eſt Apoc. 14, 3. τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν, opera vero eorum ſequuntur illos. Luc. 9, 49. Vid. Obſ. Jo. Alberti p. 493. 2) *Sum diſcipulus* alicujus. Diſcipulorum enim ſive Studioſorum apud Hebræos & Græcos erat, indivulſo nexu ſequi Magiſtrum, quocunque iret. Inde phraſes parallelæ ſunt, ſequi & diſcipulum eſſe. Matth. 4, 20. 22. 8, 19. ἀκολουθήσω σοι, ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, ſequar te, quocunque abis, i. e. ero vnus ex diſcipulis tuis. Rabbini nunquam ſine comitatu juvenum profecti ſunt, vt haberent, cum quibus de rebus divinis colloquerentur. Matth. 9, 9. 19, 21. Marc. 10, 21. Luc. 9, 23. 14, 26. 27. Joann. 1, 41. Et hæc eſt ratio, cur Jeſus nonnunquam ſe convertiſſe & ad diſcipulos ſeorſim dixiſſe legatur. Conf. Matth. 16, 23. Luc. 9, 55. 10, 23. Joann. 1, 38. 3) ἀκολουθεῖν Ἰησοῦ ſignificat in genere, *Chriſtianum eſſe*, profiteri doctrinam evangelii, mentem et vitam Chriſti ipſiusque amorem, manſuetudinem, humilitatem, pati-

entiam imitari. Atque hoc respectu nos omnes Jesum sequi, illiusque discipulos esse oportet. Matth. 10, 38. καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, & sequitur post me. Cap. 16, 24. Marc. 2, 15. Joann. 8, 12. 12, 26. Apoc. 14, 4. 4) Accipitur hæc vox de præmio & pœna, quæ virtutes & peccata excipiunt. Apoc. 14, 13*. τὰ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. cap. 18, 5. ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι, secuta sunt eam peccata usque ad coelum.

Ἀκούω, ἀκούσω. 1) *Audio.* Persona, ex qua aliquid auditur plerumque collocatur in Genitivo. Matth. 17, 5. αὐτοῦ ἀκούετε, illum audite. Subintelligitur autem ἐξ, παρά, ἀπό: cap. 18, 15. Marc. 7, 14. ἀκούετέ μου (pro ἐκ μοῦ,) πάντες, audite me omnes. cap. 12, 28. 37. 14, 58. παρά additur Joann. 1, 41. 6, 45. 7, 51. Res vero, quæ auditur, ponitur in Accusativo. Matth. 7, 24. Invenitur tamen etiam Genitivus rei, & tunc subintelligitur substantivum ejusdem originis ἀκοή: sicut dicere solemus, currere cursum. Marc. 14, 64. ἠκούσατε (ἀκοὴν) τῆς βλασφημίας, audiistis blasphemiam. Joann. 5, 28. ἀκούσονται (ἀκοὴν) φωνῆς αὐτοῦ, audient vocem ejus. sic c. 12, 47. Supple etiam interdum apud hoc verbum τοῦτο, vel ταῦτα. Matth. 2, 3. ἀκούσας δὲ (sc. τοῦτο) Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς, cum vero hoc Herodes Rex audivisset. v. 9. Οἱ δὲ ἀκούσαντες (τοῦτο) (ἐκ scil. παρὰ) τοῦ βασιλέως, illi vero cum hoc audivissent ex Rege. Act. 2, 37. Marc. 11, 14. Lamb. Bos Ellipt. p. 212. 2) *Intelligo*, Marc. 4, 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν, quemadmodum poterant intelligere. Joann. 6, 60. Actor. 22, 9. τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν, vocem vero non intellexerunt. Audiebant quidem vocem aliquam comites Paulli, quæ loquebatur Paullo, quemadmodum cap. 9, 7. legimus, sed non articulate intelligebant verba, quæ Jesus ad Paullum dixit. Et ita hæc duo loca in speciem pugnantia conciliant Buxtorfius Catal. c. 150. & alii. Sic quoque 1. Cor. 14, 2. οὐδεὶς γὰρ ἀκούει, nemo enim intelligit. Exempla plura congessit Pfochenius Diatrib. §. 49. 3) *Audiens sum dicto, obedio*, obtempero: hebraica significatio vocis שמע. Matth. 17, 5. Joann. 5, 24. 8, 47. ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει, qui est ex Deo, verba Dei audit; non audit solum, sed ea etiam observat & facit. Arrianus 3. p. 199. l. 2. Σατράπαι τῶν Περσῶν ἤκουον, Satrapæ s. præfecto Persarum obediebant. Libanius epist. 28. p. 65. τοῦ γὰρ Σόλωνος ἀκούεις, Soloni igitur obedis. Actor. 3, 22. 4, 19. 5, 21. cap. 19, 5. ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν. Hæc verba adhuc sunt Pauli, non Lucæ. Ita, ut per ἀκούσαντες ii intelligantur, qui Joannis tempore vixerunt, non vero illi, cum quibus hic Paullus agit. Vide Drusium Quæst. Hebr. 1, 53. et vocem ἀκούσαντες verte: Qui vero Joannem secuti sunt, vel eidem obsecundarunt, baptizati sunt in nomen Christi.

Ἀκρασία, ίας, ἡ, 1) *Intemperies*, proprie (ab α negat. & κρᾶσις, mixtura, temperamentum, a κεράννυμι, misceo.) 2) *Intemi-*

temperantia, incontinentia. 1. Cor. 7, 5. διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν, ne tentet vos Diabolus, per incontinentiam veſtram. Adde Obſ. Jo. Fabri p. 344. Contrarium eſt in ἐγκρατεύεσθαι. 3) *Cibus & potus*, qui intemperanter ſumitur. Matth. 23, 25. Vaſa veſtra γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας, plena ſunt iis, quæ ex rapto comparaſtis, & quibus ad intemperantiam abutimini.

Ἀκρατὴς, ἐος, ἐς, ὁ, ἡ, 1) *Invalidus*, debilis (ex α negat. & κράτος robur. 2) *Intemperans*, incontinens, impotens, qui ſeipſum in poteſtate non habet: ſubintelligitur, ἑαυτῷ, q. d. impos ſui. Sic ἑαυτῷ ἀκρατὴς occurrit apud Aelianum. V. H. 11. 41. vti legit ibi Cl. Perizonius. 2. Tim. 3, 3. ἀκρατεῖς.

Ἄκρατος, ος, ὁ, ἡ, 1) Proprie, *Merus*, purus, ſincerus. 2) *Vinum merum*, non miſtum, non aqua dilutum. Deeſt autem ὁ οἶνος. conf. Ellipſes Græcas. (Compoſitum eſt ex α priv. & κεραννύω, miſceo.) Apoc. 14, 10. Et ipſe bibet de vino iræ Dei τῷ κεκερασμένῳ ἀκράτῳ, quod ita mixtum eſt, vt nulla aqua inſit. Locutio Catachreſtica.

Ἀκρίβεια, ας, ἡ, *Accuratio*, accurata diligentia, ſumma cura, rigor juris, forma exquiſita, (ab ἀκριβὴς:) Act. 22, 3. κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ νόμου, ſecundum rigorem legis.

Ἀκριβὴς, ἐος, ὁ, ἡ, *Certus*, *accuratus*, exquiſitus. Superlativus ἀκριβέστατος, άτη, ον, accuratiſſimus, exquiſitiſſimus. Act. 26, 5. ἀκριβεστάτη αἵρεσις, ſecta accuratiſſima, quæ minima quævis exigit. Comparativus ἀκριβέστερον adverbialiter accipitur, accuratius, Actor. 18, 26. 23, 15. 20.

Ἀκριβόω, ῶ, *Diligenter exploro*, accurate exquiro, (ab ἀκριβὴς Matth. 2, 7. 16. ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν, accurate percontatus eſt ab illis.

Ἀκριβῶς, *Diligenter*, exacte, *accurate*, exquiſite. Matth. 2, 8. Luc. 1, 3. Actor. 18, 25. Epheſ. 5. 15. ἀκριβῶς περιπατεῖν, accurate vivere.

Ἀκρὶς, ίδος, ἡ, *Locuſta*. Matth. 3, 4. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες, alimentum vero illius erat locuſtæ. Ejus generis erant locuſtæ in Africa, quæ cibum hominibus exhiberent, vnde ἀκριδοφάγοι. Vide Aelianum Var. Hiſt. 13, 26. ibique Interpretes, Lightfooti Centuriam Chorographicam Matthæo præmiſſam c. 4. Apoc. 9, 3. 7.

Ἀκροατήριον, ίου, τὸ, 1) *Auditorium*, (ab ἀκροάομαι, audio.) 2) *Locus judicii*. Actor. 25, 23.

Ἀκροατὴς, οῦ, ὁ, *Auditor*, diſcipulus (ab eodem) Rom. 2, 13. Jacob. 1, 22. 23. 25. ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, auditor oblivionis h. e. oblivioſus.

Ἀκροβυσία, ας, ἡ, 1) *Præputium*, (ab ἄκρου, extremitas, & βύω, obſtruo, tego, quod extremitatem membri tegat.) Actor. 11, 3. πρὸς ἄνδρας ἀκροβυσίαν ἔχοντας, ad viros præputium ha-

habentes. Et hi sunt gentiles. 2) *Status* s. *conditio*, in qua quis est præputiatus. Rom. 4, 10. 11. 12. 1. Cor. 7, 18. 19. Gal. 5, 6. 6, 15. 3) *Gentiles*, sic vt abstractum ponatur pro concreto. Rom. 2, 27. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, gentilitas a natura, h. e. ex gentilibus præputiatis nati. cap. 3, 30. 4, 9. Gal. 2. 7. Ephes. 2. 11.

Ἀκρογωνιαῖος, αία, αῖον, *Angularis*, (ex ἄκρος, summus, extremus, & γωνία, angulus.) proprie est lapis in angulo positus, quia duos muros continet. Hesychius: γωνιασμὸς, τοίχων συμβολὴ ἐγγώνιος. Ephes. 2, 20. ὄντος ἀκρογωνιαίου (supple λίθου) αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, cum angularis (lapis) sit ipse Jesus Christus. Plene occurrit. 1. Petr. 2, 6. λίθον ἀκρογωνιαῖον.

Ἀκροθίνιον, ίου, τὸ, aut quod vsitatius ἀκροθίνια, ίων, τὰ, *Primitiæ frugum*, primitiæ quælibet, *manubiæ*, *spolia*, (ex ἄκρος, summus, & θὶν, θινὸς, acervus, quod primitiæ a summitate acervi sumebantur.) Hebr. 7, 4. Ex profanis exempla vide apud Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 348.

Ἄκρος, α, ον, *Extremus*. *Summus*. Τὸ ἄκρον sumitur substantive, ita vt μέρος subintelligatur, pro extrema parte, *extremitate*. Matth. 24, 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν, ab extremis (finibus vel terminis) cœlorum, vsque ad extremos (sc. terminos) eorum, i.e. ab vno termino ad alterum. Marc. 13, 27. Luc. 16, 24. τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου (μέρος,) extremam digiti partem. Hebr. 11, 21. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου, summitatem sceptri.

Ἀκύλας, α, ὁ, *Aquila*, nomen viri Judæi. Actor. 18, 2. seqq. Rom. 16, 3. 1. Cor. 16, 19. 2. Tim. 4, 19.

Ἀκυρόω, ῶ, f. ώσω, *Auctoritate privo*, *infirmo*, irritum reddo, abrogo, (ab α priv. & κῦρος, εος, auctoritas, vnde κύριος, dominus.) Matth. 15, 6. ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, irritum fecistis, præceptum Dei. Marc. 7, 13. Gal. 3, 17. οὐκ ἀκυροῖ non abrogat. Proverb. 5, 7. μὴ ἀκύρους ποιήσῃς ἐμοὺς λόγους, ne irritos facias sermones meos.

Ἀκωλύτως, Adv. *sine prohibitione* aut impedimento (ex α priv. & κωλύω, prohibeo,) Act. 28, 31.

Ἄκων, οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, *Invitus*, *a*. Est per crasin pro ἀέκων (ex α priv. & ἑκὼν qui sponte aliquid facit.) 1. Cor. 9, 17.

Ἀλάβαστρον, ου, τὸ, *Alabastrum*, genus vasis vnguentarii sine ansis, myrotheca lapidea. Matth. 26, 7. Marc. 14, 3. Luc. 7, 37. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 1. p. 213. & Obs. Jo. Alberti p. 150. Spanhemium ad Callimachi hymnum in lavacrum Palladis v. 13. Harpocrationem in Ἀλαβαστοθήκαι.

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, *Fastus*, *ostentatio*, gloriatio, vaniloquentia, insolentia, arrogantia (ab ἀλαζὼν:) Jac. 4, 16. 1. Joann. 2, 16. ἀλαζονεία τοῦ βίου, (sc. τύτου,) jactantia hujus vitæ.

Ἀλαζὼν, όνος, ὁ, ἡ, *Inanis jactator*, *ostentator*, glorioſus, superbus, arrogans. Rom. 1, 30. 2. Tim. 3, 2.

Ἀλα-

Ἀλαλάζω. 1) *Ululo*, tollo clamorem triſtem. Marc. 5, 38. quod alias denotat ὀλολύζω, & ἀλαλάζω de clamore læto & nautico ſæpius adhibetur. Vide Dilherrum Diſpp. tom. 1. p. 303. 2) *Tinnio*. 1. Cor. 13, 1. κύμβαλον, ἀλαλάζον, cymbalum tinniens.

Ἀλάλητος, ε, ὁ, ἡ, *Ineffabilis, inenarrabilis*, (a λαλέω, loquor.) Rom. 8, 26. Spiritus S. intercedit pro nobis ἐν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, gemitibus, qui verbis ſufficientibus exprimi haud poſſunt.

Ἄλαλος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Mutus*, (ex α priv. & λαλέω, loquor vel λάλος, vocalis.) Marc. 7, 37. τοὺς ἀλάλους ποιεῖ λαλεῖν, mutos facit loqui. 2) *Qui aliquem mutum facit*. Marc. 9, 17. 25. πνεῦμα ἄλαλον.

Ἅλας, ατος, τὸ. 1) *Sal*, (ab ἅλς, ἁλὸς, mare.) metaphorice ſumitur. Matth. 5, 13*. Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, vos eſtis ſal terræ, ſi vero ſal fatuus factus fuerit. Sal, qualis a nobis adhibetur, non facile inutilis aut inſulſus reddi poteſt, ſed virtutem ſaliendi ſemper poſſidet. Verum apud Judæos in vſu erat, præcipue in ſacrificiis, ſal non foſſilis aut coctilis, ſed bituminoſus, quem Sodomiticum vocant. Sal Sodomiticus apud Galenum occurrit Simpl. medic. 4, 20. Adde Salmaſium de homon. hyles iatricæ. c. CXI, p. 192. a: Οἱ ἔξω Aſphaltum vocant, ſed inter ſalis genera non facile numerant. Sal ille nihil aliud eſt, quam bitumen ex mari mortuo, quæ materia Aſphaltum genuit, qualis hodieque ibi viſitur & in officinis non infrequens eſt. Bitumen illud poteſt corrumpi & inſulſum fieri. In applicatione itaque ſenſus verborum Servatoris hic eſt: Vos eſtis illi, qui doctrina a me tradita homines in integritate & puritate, & a corruptione immunes, conſervare poteſtis. 2) Sal ſunt verba & facta cum judicio prolata & ſuſcepta. Marc. 9, 50. ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, habete vobiſcum ſalem. Col. 4, 6. λόγος ἅλατι ἠρτυμένος, ſermo ſale conditus. Diogenianus in Proverbiis Centur. 2, 12. Ἅλμη ἐκ ἔνεστιν αὐτῷ, ἐπὶ τῶν ἀηδῶς καὶ ἀναρτύτως. Sal non ineſt illi. Dicitur de homine injucundo atque inſipido. Plura Crenius Animadv. Philol. part. 8. p. 237. ſ.

Ἀλείφω, f. ψω, *Ungo*, oleo vel unguento illino. Matth. 6, 17. ἄλειψαί σε τὴν κεφαλήν, unge caput tuum. Ex more Orientalium, qui in conviviis & alias tempore lætitiæ, capita unguentis perungere ſolebant. Vide Druſium Obſerv. 3, 10. Mart. de Roa Singularia ſcripturæ loca part. I. libr. 1. c. 5. Hæc unctio propter Orientis nimium æſtum refectionis multum corpori adferebat, & ſingularis charitatis ponebatur. Luc. 7, 38. 46. Etiam ægroti vngebantur, vt recrearentur Marc. 6, 13. Jac. 5, 14. vt & mortui. Marc. 16, 1.

Ἀλέ-

Ἀλέκτωρ, ορος, ὁ, *Gallus*. Matth. 26, 34*. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, priusquam gallus cecinerit. v. 74. Hierosolymis galli alendi non erant, ne terram pedibus disjicientes animalia immunda eruerent & res sanctas contaminarent. Romani autem, auguria sua observantes, prope murum in suburbio gallos alebant, vnde a Petro tunc audiri poterant.

Ἀλεξανδρεύς, έος, ὁ, Civis *Alexandrinus*. Actor. 6, 9. 18, 24.

Ἀλεξανδρῖνος, ίνη, νον, *Alexandrinus*, ex vrbe Alexandria. Actor. 27, 6. 28, 11. πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον, navis Alexandrina.

Ἀλέξανδρος, άνδρε, ὁ, *Alexander*, nomen proprium (ab ἀλέξω juvo & ἀνὴρ vir, quasi, fortis, auxiliator.) 1) Filius Simonis Cyrenæi. Marc. 15, 21. 2) Vnus ex sacerdotibus summis. Act. 4, 6.

Ἄλευρον, ου, τὸ, *Farina*, (ab ἀλέυω, molo.) Matth. 13, 33. Luc. 13, 21.

Ἀλήθεια, είας, ἡ, *Veritas*, & quidem 1) talis, quæ vulgo Logica dicitur, & in convenientia verborum cum re ipsa consistit. Marc. 5, 33. ηλθεν εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, & dixit ipsi omnem veritatem. 2. Corinth. 12, 6. ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ, loquor enim quod verum est. Act. 4, 27. ἐπ' ἀληθείας, in veritate. 2) *Sincera* & pura *doctrina* evangelica, Joann. 8, 32. ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς, veritas (doctrina) liberos vos faciet, scil. a servitute legali, qua Judæi tunc adhuc constricti tenebantur. Matth. 22, 16. Dicitur etiam ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου, Gal. 2, 5. 14. Col. 1, 5. & λόγος τῆς ἀληθείας, 2. Tim. 2, 15. 18. 3) *Sanctitas* & *justitia vitæ*. Omne, quod rectum, bonum, justum est. Hæc est veritas practica, quam factis ostendimus. Joann. 3, 21*. Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, qui vero facit veritatem. Ποιῆσαι ἀλήθειαν, facere veritatem coram Deo, occurrit Tobiæ 13, 6. Joann 4, 23. 24. ἐν πνεύματι ηλθείᾳ, in spiritu & veritate, opponitur operi operato, quum preces sine intentione cordis recitantur. Lutherus Ephes. 4, 21. Optime vertit: *ein rechtschaffenes Wesen*. Sic Joann. 8, 44. Diabolus ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν, in eo, quod bonum, justum, coram Deo rectum est, non permansit. Inde ἀλήθεια opponitur τῇ ἀδικίᾳ Rom. 1, 18. 2, 8. 1. Cor. 13, 6. & τῇ πονηρίᾳ 1. Cor. 5, 8. Adde Ephes. 5, 9. 1. Joann. 1, 6. Sic quoque in V. T. Exod. 18, 21. Nehem. 9, 33. 2. Paral. 32, 1. 4) Sæpe *utraque veritas*, theoretica & practica, tum doctrina pura, tum vita sancta intelligitur, Joann. 16, 13. Spiritus S. vos perducet εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, in omnem veritatem. 1. Petr. 1, 22. {2. Petr. 2, 2. 5) χάρις ηλθεια, hebr. חֶסֶד וֶאֱמֶת, Joann. 1, 14. denotat gratiam & amorem singularem, quo Deus in homines propter Christum fertur.

Ἀληθεύω. 1) *Vera loquor*, (ab ἀληθής, verus.) Gal. 4, 16. 2) *Verus sum*, veritatem facio, sincere me gero. Ephes. 4, 15.

ἀλη-

ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ, recte vos gerite in dilectione. Gen. 42, 16. εἰ ἀληθεύετε, ἢ οὔ, an honesti sitis, an vero minus.

Ἀληθὴς, ὲς, 1) *Verus.* Joann. 19, 35. ἀληθῆ λέγει, vera loquitur, sc. ῥήματα, verba. 2) Qui veritatem practicam amat. 2. Cor. 6, 8. ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς, tanquam deceptores, & tamen recte nos gerentes.

Ἀληθινὸς, ἡ, ὸν, 1) *Verus*, verax. Joann. 4, 37. 19, 35. 2) *Certus*, *firmus*, optimus, præstantissimus. Luc. 16, 11. Joann. 1, 9. 6, 32, 15, 1. 3) *Qui talis est, qualis esse debet.* Joann. 4, 23. οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ veri adoratores. Adde Raphelium in annot. ex Polybio ad h. l. Sic Jobus dicitur ἀληθινὸς, Jobi. 1, 1. 8. 4) Opponitur vmbris V. T. Hebr. 8, 2. σκηνὴ ἀληθινὴ, tabernaculum non typicum, sed reale. Hebr. 9, 24. 5) Quando de Deo sermo est, hoc adtributum Dei reliqua omnia complectitur. 1. Joann. 5, 20. Apoc. 3, 7. 14. 6, 10. 19, 11. 6) Justus, bonus, rectus. Apoc. 15, 3. 16, 7. 19, 2.

Ἀλήθω, ήσω, *Molo*, (ab ἀλέω, molo.) Matth. 24, 41.

Ἀληθῶς, 1) *Vere* Matth. 14, 33. 2) *Pretiosum*, optimum. Joann. 6, 55. adde quæ Clericus h. l. notavit. 3) *Taliter*, *qualiter esse decet.* Joann. 1, 47. ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, vere Israëlita. c. 8, 31. ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστὲ, vere discipuli mei estis.

Ἁλιεύς, έος, ὁ, *Piscator*, (ab ἅλς, ὸς, mare.) Matth. 4, 18. metaphorice usurpatur, v. 19. ἁλιεῖς ἀνθρώπων, piscatores hominum.

Ἁλιεύω, *Piscor*, (ab eodem.) Joann. 21, 3.

Ἁλίζω, f. ίσω. 1) *Congrego*, *colligo*, (ab ἅλις, simul.) 2) *Salio*, sale condio, conspergo, (ab ἅλς sive ἅλας, sal.) Matth. 5, 13. ἐν τίνι (sc. πράγματι) ἁλισθήσεται quanam re salietur? Præpositio ἐν h. l. more hebraico, loco ב præfixi adhibetur. Marc. 9, 49. vbi & hoc habes: πυρὶ ἁλισθήσεται, ad ignem (vt scil. consumatur) salietur.

Ἁλίσγημα, τος, τὸ, *Pollutio*, ab ἁλισγέω, polluo. Actor. 15, 20. decernitur, ut Christiani se abstineant ἀπὸ τῶν ἁλισγημάτων τῶν εἰδώλων, a pollutione idolorum, quæ v. 29. simpliciter dicuntur εἰδωλόθυτα. Hesychius: Ἁλισγημάτων, τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν. ἁλισγήθη, συνεσιάθη. ἁλίσγοντες, μολύνοντες, μιαίνοντες. Sirac. 40, 33. ἁλισγᾶν ψυχὴν, polluere animam. Theodotion & LXX. Daniel. 1, 8. ἁλισγηθῇ, pollueretur. Malach. 1, 7. ἄρτους ἡλισγημένους, panes pollutos. Hæc vox mere hellenistica est, & apud auctores profanos non occurrit.

Ἀλλὰ, 1) *Sed.* Conjunctio adversativa. Matth. 4, 4. 5, 15. 17. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι, non veni ad solvendum, sed ad implendum. Deficit in hoc significatu Tit. 2, 3. 3, 2. 2) *Ast*, *verum.* Matth. 9, 18. 17, 12. 24, 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος, ast nondum est finis. Marc. 1, 45. 9, 13. 22. 11, 32. 13, 7. 20. 24. 14, 28. 36. 16, 7. 3) *Certe*, *imo*, *quin imo*, quin potius. Luc. 12, 7. ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠριθμηνται,

quin

quin etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Actor. 19, 2. ἀλλ' οὐδὲ, εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν, imo ne quidem, an Spiritus S. sit, audivimus. Rom. 6, 5. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα, certe etiam resurrectionis erimus. 1. Cor. 3, 2. 9, 2. 12, 22. 2. Cor. 7, 11. 4) *Nisi.* Matth. 20, 23. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασαι, nisi illis, quibus præparatum est. Marc. 4, 22. 9, 8. οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, neminem viderunt, nisi Jesum solum. (coll. Matth. 17, 8.) 2. Cor. 2, 5. 1. Joann. 2, 27. Adde Obs. Jo. Alberti p. 118. Ἀλλ' ἢ nisi. 1. Cor. 3, 5. 5) *Sed potius.* Matth. 10, 20. Marc. 9, 37. οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με, non tam me suscipit, sed potius eum, qui misit me. Joann. 7, 16. 12, 44. Act. 5, 4. 1. Cor. 10, 24. 2. Cor. 8, 5. 6) *Tamen, sed tamen.* Joann. 16, 20. ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται, sed tamen tristitia vestra in gaudium evadet. 1. Cor. 4, 15. 8, 6. 9, 12. 2. Cor. 13, 4. 7) *Vel, aut.* Matth. 11, 8. 9. ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; vel cujusnam rei videndæ gratia existis? 8) Restat adhuc notanda Ellipsis in particulis, ἀλλ' ἵνα, ubi semper tota aliqua constructio subintelligitur. Ea maxime Joanni propria est. Joann. 1, 8. οὐκ ἦν τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, quæ ita suppleri possunt: ἀλλ' εἰς τοῦτο ἦλθεν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. Sed hac de caussa venit Joannes, ut testimonium perhiberet de luce. Sic c. 14, 30. 31. Non loquar amplius multa vobiscum: venit enim princeps mundi, & in me non habet quicquam. Ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος. Sed (ideo tantum contra me venit princeps mundi, & Judæos ad me crucifigendum impellit) ut cognoscat mundus, quod ego diligo patrem, & quemadmodum mihi præcepit, sic facio. Adde cap. 15, 25. 1. Joann. 2, 19. de Antichristis sic loquitur. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, utique nobiscum permansissent. ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν. Recte hæc vidit Beza, qui ita vertit: sed egressi sunt ex nobis, ut patefierent, non omnes esse ex nobis. Imitatur etiam Marcus 14, 49. qui quomodo supplendus sit, adparet ex Matthæo 26, 56. Vide & Cloppenburgium Collat. Crit. n. 14.

Ἀλλάττω vel σσω, fut. ἀξω, *Muto, immuto,* commuto. 1) Physice. 1. Cor. 15, 51. 52. πάντες δὲ οὐ κοιμηθησόμεθα, ἀλλαγησόμεθα, omnes autem immutabimur. Hebr. 1, 12. οὐρανοὶ ἀλλαγήσονται, cœli immutabuntur. 2) Moraliter. Actor. 6, 14. ἀλλάξει τὰ ἔθη, mutabit mores. Rom. 1, 23. ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ, immutarunt gloriam Dei incorruptibilis.

Ἀλλαχόθεν, *Aliunde,* (ab ἄλλος, η, ο,) adverbia in θεν significant de s. a loco. Joann. 10, 1.

Ἀλληγορέω, ῶ, *Aliud verbis, aliud sensu ostendo,* (ab ἄλλος alius, & ἀγορέω loquor) quando Allegoria adhibetur, quæ nota est figura Rhetorica. Gal. 4, 24. ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα, quæ Alle-

Allegoriam continent, h. e. non ſolum ſenſu hiſtorico & proprio accipienda ſunt, ſed etiam typum aliquem continent.

Ἀλληλεία. *Alleluja.* Eſt vocabulum hebraicum ex duabus vocibus compoſitum: הַלְלוּ־יָהּ, laudate Dominum. Apoc. 19, 1. 3. 4. 6.

Ἀλλήλων, Genitivus defectivi. Dat. ἀλλήλοις, αις, οις, Accuſ. ἀλλήλας, ας, α, *invicem, mutuo*, inter ſeſe, alius alium, alter alterum. (ab ἄλλος) Matth. 24, 10. μισήσουσιν ἀλλήλους ſemetinvicem odio habebunt. Gal. 6, 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, veſtra invicem onera portate.

Ἀλλογενής, ές, ὁ, ἡ, *Alienigena*, aliunde genus habens, peregrinus, ex alia tribu, aliave gente oriundus. (Ex ἄλλος & γένος, εος, genus.) Luc. 17, 18.

Ἅλλομαι, Fut. ἁλοῦμαι, *Salio.* Act. 3, 8. 14, 10. ἡλάτο, & ſaliebat. Joann. 4, 14. ὕδωρ ἁλόμενον, aqua ſaliens.

Ἄλλος, η, ο, 1) *Alius, a, ud.* Joann. 4, 38. ἄλλοι κεκοπιάκασι, alii laboraverunt. cap. 5, 32. Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, alius eſt, qui teſtimonium de me perhibet. Grotius de Joanne Baptiſta intelligit, ego potius de Deo Patre, idque probo ex v. 36. Ibidem v. 43. ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ſi alius venerit in nomine proprio, i. e. Pſeudo-Meſſias. 2) Alter. Matth. 12, 13. 28, 1. Luc. 6, 29. Joann. 19, 32.

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, ου, ὁ, ἡ, *Alienarum rerum inſpector*, alieni ſpeculator, curas alienas agens, *qui ſe alienis* & nihil ad ſe adtinentibus rebus *immiſcet.* (ex ἀλλότριος & ἐπίσκοπος, inſpector.) 1. Petr. 4, 15.

Ἀλλότριος, ία, ον, 1) *Peregrinus, exterus*, extraneus, (ab ἄλλος, alius.) Matth. 17, 25. 26. Act. 7, 6. Hebr. 11, 34. 2) *Alienus, non proprius*, qui eſt alterius. Rom. 14, 4. 15, 20. 1. Tim. 5, 22. Hebr. 9, 25. 3) *Non conſentaneus.* Rom. 15, 20. 2. Cor. 10, 16.

Ἀλλόφυλος, ε, ὁ, ἡ, *Qui eſt ex alia tribu*, qui diverſæ eſt gentis ſ. nationis, externus, peregrinus, alienigena. (ex ἄλλος & φυλή, tribus) Act. 10, 28. προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ, accedere ad peregrinum.

Ἄλλως, *Aliter, alio modo*, alia ratione. 1. Tim. 5, 25. τὰ ἄλλως ἔχοντα, quæ aliter ſe habent.

Ἀλοάω, ῶ, fut. ήσω & άσω, *trituro*, fruges excutio. 1. Cor. 9, 9. 10. 1, Tim. 5, 18. βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, bovi trituranti os non obturabis.

Ἄλογος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Rationis expers*, (ex α priv. & λόγος, ratio) 2. Petr. 2, 12. ἄλογα ζῶα animantia irrationalia. 2) *Irrationabilis, abſurdus.* Act. 25, 27. ἄλογόν μοι δοκεῖ, cum ratione mihi non convenire videtur.

Ἀλόη, ης, ἡ, *Aloë*, planta, Joann. 19, 39.

Ἅλς, ὁς, τὸ, *Sal.* Marc. 9, 49. ἁλὶ ἁλισθήσεται, ſale condietur.

Ἁλυκὸς, ἡ, ὸν, *Salsus* (ab ἅλς, ſal.) Jacob. 3, 12.

Ἄλυπος, ος, ὁ, ἡ, *Doloris & triſtitiæ expers*, (ex α priv. & λύπη, triſtitia.) Compar. ἀλυπότερος, minus dolens. Philipp. 2, 28.

Ἅλυσις, εως, ἡ, *Catena*, (ex α priv. & λύω, ſolvo.) Marc. 5, 3. 4.

Ἀλυσιτελὴς, ἐος, ὁ, ἡ, *Inutilis*, quaſi qui non ſolvit vectigalia (ex α priv. λύω, ſolvo, & τέλος, vectigal, impenſa.) Hebr. 13, 17, ἀλυσιτελὲς ὑμῖν, inutile, noxium eſt vobis.

Ἁλφαῖος, αίου, ὁ, *Alphæus*: nomen proprium patris Jacobi Apoſtoli. Matth. 10, 3. hebræis eſt חַלְפַּי, a rad. חָלַף mutavit.

Ἅλων, ωνος, ὁ & ἡ, *Area* (ab ἅλως, ω, ἡ area, in qua teritur & trituratur frumentum.) Matth. 3, 12. purgabit τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, aream ſuam. Hoc loco autem ponitur pro frumento, quod proprie purgatur, non area. Ruth. 3, 2. λικμᾷ τὸν ἅλωνα τῶν κριθῶν, ventilat aream hordeorum. Exod. 22, 6. καὶ προσεμπρήσῃ ἅλωνας, & accenderit areas. i. e. frumenta.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, 1) *Vulpes*. Matth. 8, 20. 2) *Homo verſutus* & callidus. Luc. 13, 32. εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, dicite vulpi huic. Plura Majus Obſ. Sacr. lib. 2. p. 97.

Ἅλωσις, εως, ἡ, *Captura*, (deſcendit ab ἁλίσκω ſeu ἁλόω, capio, fut. ἁλώσω.) 2. Petr. 2, 12. ubi de feris animantibus dicitur, quod ſint εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, ut alia capiant & devorent.

Ἅμα, 1) *Una cum, ſimul* cum. Matth. 13, 29. μὴ ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον, pro ὅμα σὺν αὐτοῖς, ne evellatis ſimul cum illis frumentum. Matth. 20, 1. ἅμα πρωΐ (pro ἅμα σὺν τῷ χρόνῳ ὄντι πρωΐ) ſimul cum prima luce. Quæ ellipſis ſuppletur 1. Theſſ. 4, 17, 5, 10. 2) *Simul etiam*: & ſine caſu ponitur Act. 24, 26. 27, 40. Philem. v. 22. 1. Tim. 5, 13. 3) *Omnes ſimul*. Rom. 3, 12. Coloſſ. 4, 3.

Ἀμαθὴς, εος, ὁ, ἡ, *Indoctus*, litterarum rudis, imperitus, ignarus, (ex α στερητικῷ & μανθάνω, diſco.) 2. Petr. 3, 16.

Ἀμαράντινος, ος, ὁ, ἡ, *Non marceſcens* (ex α priv. & μαραίνω marceſco, elangveſco.) 1. Petr. 5, 4. στέφανος ἀμαράντινος, corona non langveſcens. Intelligitur proprie aurea: metaphorice vero corona gloriæ coeleſtis. Adde Urſinum Anal. Vol. 1. lib. 6. c. 41.

Ἀμάραντος, ος, ὁ, ἡ, *Immarceſcibilis*, non marceſcens (ex α priv. & μαραίνω, marceſco.) metaph. 1. Petr. 1, 3. κληρονομίαν ἀμάραντος, hæreditas non marceſcens, h. e. in æternum duratura.

Ἁμαρτάνω, fut. ἁμαρτήσω, *Pecco*, delinquo, peccatum committo, (verbum anomalon ab ἁμαρτέω.) Accipitur 1) *De peccato originali*. Rom. 3, 23. 5, 12. 2) *De peccato actuali*, Matth. 18, 15. 21. 27, 4. Joann. 5, 14. 3) *Sum peccator præfractus*, committo peccatum atrox. Joann. 9, 2. 3. τίς ἥμαρτεν; quis peccavit, an hic, an vero parentes ipſius? 4) *Malitioſe pecco*. 1. Joann. 3, 6. καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν & non poteſt peccare, peccatis non poteſt delectari. cap. 5. 18.

Ἀμάρ-

Ἁμάρτημα, ατος, τὸ, *Peccatum*, (descendit a Præterito passivi ἡμάρτημαι.) Marc. 3, 28. Rom. 3, 35.

Ἁμαρτία, ίας, ἡ, 1) *Peccatum*, delictum. Joann. 8, 21. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε, in peccato vestro moriemini. conf. v. 24. 2. Thess. 2, 3. ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, homo aliquis peccaminosissimus, nempe Antichristus. Joann. 9, 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, in peccatis tu es fotus. Homo es pessimus & peccaminosissimus. Genes. 42, 21. ἐν ἁμαρτίαις ἐσμὲν περὶ τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, in peccatis (reatu) sumus propter fratrem nostrum. 2. Cor. 5, 21. τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, qui nescivit peccatum, pro nobis peccatum fecit. i. e. ἁμαρτωλόν peccatorem. Ponitur abstractum pro concreto. Imputavit ipsi peccata nostra. 2) *Peccatum originale*. Rom. 3, 9. 5, 12. ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, peccatum in mundum ingressum est. Transgressio legis divinæ, & hinc orta profundissima humanæ naturæ corruptio. cap. 6, 10. τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ, peccato mortuus est semel. τῇ ἁμαρτίᾳ est Dativus incommodi, subintellige ergo: peccato scil. tollendo. 3) *Status peccatorum*. Rom. 6, 1. 4) Probe tenendum est, περὶ ἁμαρτίας denotare *sacrificium pro peccatis*. Nam ita LXX. senes vertunt חַטָּאת & אָשָׁם, quod idem significat. Levit. 6, 25. Num. 8, 8. Subintelligitur vox θῦμα vel θυσία. Rom. 8, 3. πέμψας περὶ ἁμαρτίας (sc. θυσίαν) qui misit filium suum, tanquam sacrificium propitiatorium. Hebr. 10, 6. ὁλοκαυτώματα καὶ (sc. θυσίας) περὶ ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας, holocaustis & sacrificiis pro peccato non delectatus es. Cap. 10, 18. προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας, oblatio pro peccato. Quidam ex Interpretibus græcis ex his fecerunt unum verbum περιαμαρτέω & περιαμαρτίζω, expio: περιαμαρτισμὸς, expiatio. Vide Indicem Montfauconii ad Hexapla Origenis.

Ἄμαρτυρος ος, ον, ου, *Carens testibus*, expers testimonii, sine testimonio, (ex α priv. & μάρτυς, testis.) Act. 14, 17. καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκε, quamvis testimonii expertem seipsum non reliquerit. Semper Deus gentilibus sufficientem copiam testimoniorum exhibuit, esse aliquod Ens supremum & independens, illudque recte colendum.

Ἁμαρτωλὸς, ὸν, ὁ, ἡ, *Peccator*, f. peccatrix. 1) In genere (ab ἁμαρτάνω pecco) Rom. 3, 7. 5, 8. 19. 2) *Peccator enormis*, præfractus, insignis & excellens. Et in hoc significatu publicani & peccatores ejusmodi plerumque conjunguntur. Matth. 9, 10. 11. 11, 19. Luc. 6, 32. 33. 34. 7, 37. ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, quæ erat peccatrix, quæ peccatis atrocibus operam dederat. Joann. 9, 24. ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν, nos scimus, quod homo hic peccator sit: peccator præfractus, insignis & excellens, qui se tanquam a Deo missum jactat. Grotius & Hammondus jubent conferri 2. Thess. 2, 3.

Joann. 9, 31. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, scimus autem, quod peccatores Deus non audiat: nimirum ejusmodi falsos prophetas, de quibus modo, Deus non exaudit, ut per eos miracula faciat, sed tantum pios exaudit. Adhibetur etiam hæc vox ut adjectivum, utramque significationem retinens. Marc. 8, 38. Luc. 5, 8. ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, vir peccaminosus sum. cap. 19, 7. ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθεν καταλῦσαι, apud peccaminosum virum ingressus est, ut diverteret: h. e. apud publicanum, hominem detestabilem. Joann. 9, 16. Rom. 7, 13. ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, ut fieret secundum excellentiam peccaminosum peccatum. Sensus: sed peccatum, ut adpareat esse peccatum, h. e. nocivum & mortiferum quid, per legem in me operatum est mortem, ut per ipsam legem (quæ alias bona est) ostenderetur, peccatum esse maxime nocivum. 3) Gentiles quoque sic dicuntur. Gal. 2, 15. καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί, non sumus ex gentilibus peccatores, h. e. tales, quorum tota vita nil est, nisi peccatum.

Ἄμαχος, ος, ον, ὁ, ἡ, *Qui non pugnat*, non litigiosus (ex α neg. & μάχη, pugna.) 1. Tim. 3, 3. Tit. 3, 2.

Ἀμάω, ῶ, fut. ήσω, *Meto*. Jacob. 5, 4. ὁ μισθὸς τῶν ἀμησάντων, merces eorum, qui messuerunt.

Ἀμέθυστος, ος, ὁ, ἡ, *Amethystus*, herba & gemma ebrietati resistens, (ex α priv. & μεθύω, inebrio.) Apoc. 21, 20. ὁ δωδέκατος, ἀμέθυστος (sc. λίθος.)

Ἀμελέω, ῶ, fut. ήσω, 1) *Negligo*, curæ non habeo, contemno, (ex α priv. & μέλει curæ est) Construitur cum Genitivo. 1. Tim. 4, 14. μὴ ἀμέλει (scil. περὶ) τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ne negligas, quod in te est, donum gratiæ. Hebr. 2, 3. 8. 9. 2) Sine casu ponitur & significat, *intermitto*, negligo, contemno. Matth. 22, 5. 2. Petr. 1, 12. διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν, propterea non intermittam vobis semper in memoriam revocare.

Ἄμεμπτος, ος, ον, ὁ, ἡ, *Inculpatus*, *irreprehensibilis*: (ex α negat. & μέμφομαι, reprehendo.) usurpatur de personis. Lucæ 1, 6. Zacharias & Elisabeth ambulabant secundum leges divinas ἄμεμπτοι, sine reprehensione peccatorum graviorum. Gen. 17, 1. καὶ γίνου ἄμεμπτος, & esto inculpatus: hebr. תָּמִים, integer, perfectus. Philipp. 2, 15. 3, 6. 1. Thess. 3, 13. de rebus. Hebr. 8, 7. εἰ γὰρ ἡ πρώτη (σκηνὴ) ἦν ἄμεμπτος, si enim prius (tabernaculum) ita fuisset comparatum, ut circa illud nemo aliquid jure monere potuisset. Nimirum omnia, quæ in tabernaculo & templo fiebant, peccata per se expiare non poterant.

Ἀμέμπτως, *Inculpate*, (ab eodem.) 1. Thess. 2, 10. 5, 23.

Ἀμέριμνος, ος, ον, ὁ, ἡ, *Securus*, vacuus curis, (ex α priv. & μέριμνα, cura.) Matth. 28, 14. 1. Cor. 7, 32.

Ἀμετάθετος, ος, ον, ὁ, ἡ, *Immutabilis*, constans, (ex α priv. & μετατίθημι, transpono, permuto.) Hebr. 6, 18. neutrum τὸ ἀμε-

ἀμετάθετον subſtantive accipitur v. præcedente 17. ſic ut ſubaudiatur χρῆμα vel πρᾶγμα, & immutabilitatem denotat.

Ἀμετακίνητος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Immotus*, (ex α priv. & μετακινέω, commoveo. 1. Cor. 15, 58. ubi metaphorice adhibetur, pro eo, qui in vera fide conſtans permanet.

Ἀμεταμέλητος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Cujus nos non pœnitet*, (ex α negat. & μεταμέλομαι, me pœnitet: id quod eſt ex μετὰ, poſt, & μέλει, curæ eſt. Quando enim nos pœnitet, poſt rem peractam nobis curæ eſt, cum antea ejus curam agere debuiſſemus.) Rom. 11, 29. Ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ, Deum non pœnitet donorum gratiæ & vocationis ſuæ. 2. Cor. 7, 10. ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται, triſtitia ſecundum Deum reſipiſcentiam, cujus nos non pœnitet, ad ſalutem operatur.

Ἀμετανόητος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Impœnitens*, reſipiſcere neſciens, (ex α negat. & μετανοέω, reſipiſco.) Rom. 2, 5. ἀμετανόητος καρδία.

Ἄμετρος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Menſura carens*, *immoderatus*, immenſus, immodicus, (ex α negat. & μέτρον modus, menſura.) 2. Cor. 10, 13. ἡμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα (ſc. μέρη καυχησόμεθα, nos vero non in immenſum gloriabimur.

Ἀμήν, 1) *Certe vere*, vox hebr. אָמֵן, verus, habet ſignificationem affirmandi ſive juramenti. Numer. 5, 19. Adhibetur in initio ſententiæ. Matth. 5, 18. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, vere dico vobis. Marc. 9, 1. (coll. Luc. 9, 27.) Luc. 4, 24. (coll. v. 25.) id quod Joannes Evangeliſta ſemper geminat Joann. 1, 51. 3, 3. 5. 11. &c. *in fine*, ubi denotat aſſenſum, nos ſcil. de veritate rerum, quæ præceſſerant, vel etiam de futuro eventu rerum, quas ſperamus, eſſe perſuaſiſſimas. Luc. 24, 53. Joann. 21, 25. &c. 2) *Utinam*, vere, fiat. Eſt acceptationis & optantis. Deut. 27, 15. Matth. 6, 13. Rom. 15, 33. 16, 24. 1. Cor. 14, 16 *. πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμήν; Nota hic ritum Veteris Eccleſiæ, tum Judaicæ, tum Chriſtianæ. De poſteriore confer Juſtini Martyris Apologiam 2. 3) Singularia ſunt hæc duo: ὁ Ἀμήν, verus. Apoc. 1, 18. 3, 14. τὸ ἀμὴν denotat rem ipſam, quæ certiſſima eſt. 2. Corinth. 1, 20.

Ἀμήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, 1) *Qui caret matre*, (ex α priv. & μήτηρ, mater.) 2) Cujus mater non eſt ex genere legibus conſtituto, qui non habet matrem illius generis, cujus eſſe debet. Hebr. 3, 7. Confer vocem ἀγενεαλόγητος.

Ἀμίαντος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Immaculatus*, non pollutus, (ex α priv. & μιαίνω, polluo.) Adhibetur fere ſemper metaphorice. Hebr. 7, 26. Chriſtus eſt ſacerdos ἀμίαντος, peccatis non pollutus. c. 13, 4. κοίτη ἀμίαντος torus adulterio non contaminatus. Jacob. 1, 27. θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος, cultus Dei purus & immaculatus.

Ἀμιναδάβ, *Amnadab*, unus ex majoribus Servatoris noſtri. Matth. 1, 4. Luc. 3, 33. nomen eſt hebraicum ab עַם, populus, עַמִּי, populus meus, & נָדַב, ſpontaneus, voluntarius fuit.

Ἄμμος, ου, ἡ, *Arena*, fabulum. Matth. 7, 26. Rom. 9, 27. Hebr. 11, 12. ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, arena ad littus maris posita.

Ἀμνός, οῦ, ὁ, *Agnus*. Joann. 1, 29. 36. ἴδε, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ecce agnus Dei. Filius Dei cum agno comparatur, partim quod, ut agni in Veteri Testamento, tanquam hostia perfectissima in cruce pro nobis est immolatus, partim etiam ob summam ipsius patientiam & innocentiam. Act. 8, 32. 1. Petr. 1, 19.

Ἀμοιβή, ῆς, ἡ, *Mutatio*, permutatio, proprie, deinde retributio, compensatio, (ab ἀμείβω, permuto, remuneror.) 1. Tim. 5, 4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, parentibus & avis rursum bona exhibere. Adde Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 302.

Ἄμπελος, ου, ἡ, 1) *Vitis*. Matth. 26, 29. γέννημα τῆς ἀμπέλου, id quod nascitur de vite, vinum. 2) Metaphorice sumitur. Joann. 15, 1. 3) *Vinea*. Apoc. 14, 19.

Ἀμπελουργὸς, οῦ, ὁ, ἡ, *Vinitor*, (ex ἄμπελος & ἔργον, opus.) Luc. 13, 7.

Ἀμπελὼν, ῶνος, ὁ, *Vinea*, (ab ἄμπελος, vitis.) Matth. 20, 1. seqq. 21, 1. seqq. 1. Cor. 9, 7.

Ἀμπλίας, ου, ὁ, *Amplias*, nomen proprium viri cujusdam Romani, a Latino amplus. Rom. 16, 8.

Ἀμύνω, fut. υνῶ, *Auxilior*, opem fero, defendo aliquem ab injuria, propello, arceo, ulciscor, dimico pro aliquo, propugno: medium ἀμύνομαι. Actor. 7, 24. ἠμύνατο, auxiliatus est ipsi.

Ἀμφίβληστρον, ου, τὸ, *Rete*, (ex ἀμφὶ, circa & βάλλω, jacio.) Matth. 4, 18.

Ἀμφιέννυμι, fut. ἀμφιέσω, *Induo*, vestio, circumduo, (ex ἀμφὶ, circum, & ἕννυμι, quod est ab ἐν & ἕω, induo) proprie usurpatur Matth. 11, 8. ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένοι, mollibus vestibus induti; improprie Matth. 6, 30. τὸν χόρτον ὁ θεὸς ἀμφιέννυσι, gramen agri Deus vestit, h. e. coloribus pulchris exornat.

Ἀμφίπολις, εως, ἡ, *Amphipolis*, urbs Macedoniæ. Actor. 17, 1.

Ἄμφοδον, ου, τὸ, *Bivium*, platea, (ab ἀμφὶ & ὁδὸς, via.) Marc. 11, 4.

Ἀμφότεροι, έραι, α, *Uterque*, (ab ἄμφω, οἱ, αἱ, τὰ, ambo.) Matth. 9, 17. Ephes. 2, 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα (sc. μέρη) ἕν, qui fecit ea, quæ duo erant, unum. Luc. 1, 6. ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι uterque erat justus.

Ἀμώμητος, ου, ὁ, ἡ, *Inculpatus, irreprehensibilis*, (ex α negat. & μωμέομαι, culpo.) Phil. 2, 15. 2. Petr. 3, 14.

Ἄμωμος, ώμου, ὁ, ἡ, *Vitii, maculæ expers, inculpatus*, irreprehensibilis, immaculatus, (ex α negat. & μῶμος dedecus, probrum.) Levit. 1, 10. ἄμωμον προσάξει, quod sine vitio est, offeret Deo. Deinde metaph. conjungitur cum voce ἅγιος, Ephes. 1, 4. 5, 27. ἀνέγκλητος, Coloss. 1, 22. ἄσπιλος, 1. Petr. 1, 19.

Ἀμὼς, *Amos*, nomen viri, Lucæ 3, 25. hebr. עָמוֹץ, a rad. אָמַץ, robustus fuit. Vel etiam fuit עָמוֹס, a rad. עָמַס, oppressit.

Ἀν,

Ἄν, 1) Particula expletiva, sive Conjunctio potentialis. Additur ut enclitica, Matth. 2, 13. ἕως ἄν quousque cap. 5, 19. ὃς δ' ἄν quicunque vero. c. 6, 5. ὅπως ἄν φανῶσιν, ut quomodocunque appareant. 2) Imperfecto & Aoristis Indicativi addit vim conjunctivi. Matth. 11, 21. 23. 12, 7. 23, 30. &c.

Ἀνά, adverbium distributivum. Matth. 20, 9. ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, acceperunt singuli, sive unusquisque, denarium. Luc. 9, 3. Joann. 2, 6. Apoc. 4, 8. ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, centeni & quinquageni. Marc. 6, 40. & Luc. 10, 1. ἀπέστειλεν αὐτὰς ἀνὰ δύω, misit eos binos. Pleonastice occurrit. Apoc. 21, 21. Exempla ex Appiano & Polybio habet Elsnerus tom. 1. Obs. sacrarum p. 297.

Ἀνά, 1) *Per*, *in*, præpositio regens accusativum, significat motum per locum & rem. Marc. 7, 31. Apoc. 7, 17. ἀνὰ μέρος, vicissim, alternis, 1. Cor. 14, 27. 2) *Inter*. Matth. 13, 25. 1. Cor. 6, 5. In compositione significat, re, vicissim: ut in ἀναβλέπω visum recipio, ἀνακαινίζω renovo, idem quod ἄνω, in ἀναβαίνω ascendo, ἀνακύπτω, me erigo.

Ἀναβαθμὸς, ὁ, ἡ, *Adscensus*, *gradus*, scalæ, (ab ἀναβαίνω, adscendo.) Actor. 21, 35. 40.

Ἀναβαίνω, fut. βήσομαι, anomalon. 1) *Adscendo*, (ex ἀνὰ sive ἄνω sursum, & βαίνω, vado.) Usurpatur de loco sublimiori. Matth. 20, 18. Ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα adscendimus Hierosolymam. Omnes enim incolæ terræ Judææ, undecunque veniebant, Hierosolymam se conferentes, ex loco inferiore superius adscendere necesse habebant. Joann. 12, 20. ἐκ τῶν ἀναβαινόντων (sc. εἰς Ἱεροσόλυμα,) ex adscendentibus Hierosolymam. cap. 20, 17. οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου, nondum adscendam ad patrem meum. Præteritum ponitur pro Futuro. Ephes. 4, 8. ἀναβὰς εἰς ὕψος, qui adscendit in altum. 2) *Conscendo*. Marc. 6, 51. καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτὰς εἰς τὸ πλοῖον, & conscendit ad eos in navem. Joann. 6, 22. 21, 3. 3) ἀναβαίνειν εἰς τὸν οὐρανὸν est res divinas explorare, quod nemo fecit nisi Christus. Joann. 3, 13. Rom. 10, 6. Eadem erat locutio Judaica, qui de Mose sæpius dicunt, quod in cœlum adscenderit, atque ibi de modo cultus divini instituendi revelationem acceperit. Deut. 30, 12. Ramiresius Pentec. cap. 46. Ovid. Fast. 1, 297. de Astronomis: Felices animos, quibus hæc cognoscere primum, Inque domos superas scandere cura fuit. 4) *Progermino*, *succresco*. Matth. 13, 7. καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, & succreverunt spinæ. Marc. 4, 8. 32. 5) Pervenio. Actor. 21, 31. ἀνέβη φάσις χιλιάρχῳ, pervenit rumor ad præfectum. cap. 10, 4. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, preces tuæ & eleemosynæ tuæ pervenerunt in memoriam coram Deo. Translatio desumpta ab holocaustis ad preces. cap. 7, 32. ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν, adscendit in cor. Supplenda est vox διαλογισμὸς cogitatio, quæ legitur

gitur Luc. 24, 38. Phrasis est hebræo-græca עָלָה עַל לֵב. Jerem. 44, 21. Ezech. 14, 3. 6. 1. Cor. 2, 9.

Ἀναβάλλομαι, *Differo, procrastino.* Act. 24, 22.

Ἀναβιβάζω, *Adscendere facio, impono,* subduco, (ab ἀναβαίνω.) Matth. 13, 48. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, subducentes ad littus.

Ἀναβλέπω, fut. ψω, 1) *Oculos attollo,* suspicio (ex ἀνὰ, sursum sive iterum, & βλέπω, video.) Matth. 14, 19. ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν suspiciens in cœlum. 2) *Visum recipio,* Matth. 11, 5. τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν, cœci visum recipiunt. cap. 20, 34.

Ἀνάβλεψις, εως, ἡ, *Recuperatio visus,* Luc. 4, 18.

Ἀναβοάω, ῶ, fut. ήσω, *Exclamo,* vocem attollo (ex ἀνὰ sursum, est etiam intensivum, & βοάω, clamo.) Matth. 27, 46. Marc. 15, 8.

Ἀναβολὴ, ῆς, ἡ, *Cunctatio, dilatio,* (ab ἀναβάλλομαι, differo.) Act. 25, 17. ἀναβολὴν ἐδεμίαν ποιησάμενος, dilationem nullam feci.

Ἀναγγέλλω, f. ελῶ, 1) *Annuncio,* narro, refero, (ab ἀνὰ & ἀγγέλλω, nuncio.) Marc. 5, 14. 19. Act. 14, 27. 15, 4. 16, 38. 2) *Doceo,* expono, Joann. 4, 25. ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα, exponet nobis omnia. cap. 16, 13. 14. 15. 25. Act. 20, 20. 27.

Ἀναγεννάω, ῶ, fut. ήσω, *Regenero,* (ex ἀνὰ, iterum, & γεννάω, gigno.) 1. Petr. 1, 3. 23.

Ἀναγινώσκω, fut. γνώσομαι, *Lego,* (ex ἀνὰ & γινώσκω, cognosco.) Matth. 12, 3. 5. οὐκ ἀνέγνωτε; nonne legistis? cap. 24, 15. ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, legens animadvertat. Luc. 4, 16. ἀνέστη (ἕνεκα τοῦ) ἀναγνῶναι, surrexit, ut legeret.

Ἀναγκάζω 1) *Cogo, urgeo,* vexo, (ab ἀνάγκη, necessitas.) Act. 26, 11. ἠνάγκαζον βλασφημεῖν, cogebam blasphemare. Gal. 2, 3. 14. 2) Cogo non per vim, sed *impello verbis,* quando res alicui tamdiu proponitur, donec obsequatur. Matth. 14, 22. Luc. 14, 23. ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, sollicita, instiga eos, ut ingrediantur. Exempla ex profanis habet Elsnerus tom. 1. Obs. sacrarum p. 244. Wolfius ad Libanii Epist. 46. p. 128.

Ἀναγκαῖος, αία, ον, vel ἀναγκαῖος, α, ὁ, ἡ, 1) *Necessarius, a, um.* Act. 13, 46. ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον, nobis erat necessarium. 1. Cor. 12, 22. τὰ - μέλη - ἀναγκαῖά ἐστι, membra necessaria sunt. Comparat. ἀναγκαιότερος, α, ον, magis necessarius. Philipp. 1, 24. 2) *Amicus propinqua cognatione conjunctus,* necessitudine sive sanguine junctus. Act. 10, 24. ἀναγκαίους φίλους.

Ἀναγκαστῶς, *Coacte,* adv. (ab ἀναγκάζω.) 1. Petr. 5, 2.

Ἀνάγκη, ης, ἡ, 1) *Necessitas,* necesse. Matth. 18, 7. ἀνάγκη ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, necesse est, ut veniant scandala. Rom. 13, 5. διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, ideo necessarium est subordinari & obedire. 2) *Necessitas,* quæ animum cogit. 2. Cor. 9, 7. Philem. v. 14. μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην, non tanquam ex coactione. 3) *Pressura, afflictio,* angustia, calamitas. Et eadem vox Græca a

ca a Judæis adoptata est. Vide Drusium Qq. Hebr. 3, 73. Pfochenium Diatr. §. 110. Luc. 21, 23. ἔσαι γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, erit enim pressura magna super terra. Sic Psalm. 106, 7 & 19. ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐῤῥύσατο αὐτὲς, ex afflictionibus ipsorum liberavit eos. 1. Cor. 7, 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, propter instantem calamitatem. Innuit Apostolus procul dubio instantem tunc Reipublicæ Judaicæ destructionem, quæ Christianos quoque, qui a gentilibus iidem cum Judæis habebantur, valde vexavit. 2. Cor. 6, 4. 12, 10. 1. Thess. 3, 7. Psalm. 119, 143. θλίψεις καὶ ἀνάγκαι ἔυρόσάν με, afflictiones invenerunt me.

Ἀναγνωρίζω, fut. σω, *Recognosco*, agnosco. (ex ἀνὰ & γνωρίζω, cognosco, notum facio.) Act. 7, 13. ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῦ, agnitus fuit Josephus a fratribus suis.

Ἀνάγνωσις, εως, ἡ, *Lectio*, ipsa legendi actio (ab ἀναγινώσκω, lego.) Act. 13, 15. 2. Cor. 3, 14. 2) Speciatim lectio Bibliorum. 1. Tim. 4, 13. πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, attende lectioni: nam textus Biblicus hebræis dicitur מִקְרָא, a rad. קָרָא, legit.

Ἄναγω, f. ξω. 1) *Tollo, sustollo*, eveho, sursum duco, (ex ἀνὰ & ἄγω, duco.) Luc. 4, 5. 22, 66. Act. 9, 39. Hebr. 13, 10. Rom. 10, 7. Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν, Christum ex mortuis sursum ducere, h. e. ita non credere, Christum resurrexisse, ut etiam in sepulchro ejus inquiramus, annon adhuc ibi sit. 2) *Adduco, sursum duco* ad offerendum. Luc. 2, 22. Actor. 7, 41. 3) *Rursus produco*. Act. 12, 4. 4) Idem, quod simplex ἄγω, Matth. 4, 1. Act. 16, 34. 5) ἀνάγομαι (sc. ναῦν) *Proveho, solvo navem*, in altum maris duco. Act. 20, 3. 27, 21. 28, 10. Passivum ἀνάγομαι provehor nave. Act. 13, 13. 16, 11. 18, 21. 20, 13. 21, 1. 2. 27, 2. 4. 12. 28, 11.

Ἀναδείκνυμι vel ἀναδεικνύω, fut. δείξω, 1) proprie, *Ostendo, demonstro*. 2) *Designo, creo*. Luc. 10, 1. Actor. 1, 24.

Ἀνάδειξις, εως, ἡ, *Ostensio, designatio*. Luc. 1, 80. ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτῦ, usque ad diem, quo ostendi s. produci debebat. Inaugurationem & auspicium muneris novi eleganter exponit Elsnerus Obs. sacr. tom. I. p. 183.

Ἀναδέχομαι, fut. ἐξομαι, *Suscipio, excipio*, accipio, recipio (ex ἀνὰ & δέχομαι, capio.) Act. 28, 7. Hebr. 11, 17.

Ἀναδίδωμι, fut. ώσω, *Reddo*, (ex ἀνὰ & δίδωμι, do.) Act. 23, 33. ἀναδόντες, (aor. 2.) perferentes epistolam.

Ἀναζάω, ῶ, fut. ήσω, 1) *Revivisco*, ad vitam redeo, (ex ἀνὰ & ζάω vivo) Rom. 14, 9. Apoc. 20, 5. 2) *Resipisco* a peccatis, vitam spiritualem accipio. Luc. 15, 24. 32.

Ἀναζητέω, ῶ, fut. ήσω, *Requiro*, (ex ἀνὰ & ζητέω, quæro.) Luc. 2, 44. Act. 11, 25.

Ἀναζωννύω vel ἀναζώννυμι, fut. ζώσω, *Succingo*, (ex ἀνὰ & ζώννυμι, cingo.) 1. Petr. 1, 13. ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφῦς, succingentes vos, quod ad renes spectat.

Ἀναζωπυρέω, ῶ, 1) proprie, *ignem folle inflo*, (ex ἀνὰ & ζώπυρον, follis, cujus flatu ignis excitatur.) 2) Metaph. *excito*. 2. Tim. 1, 6. ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τῦ Θεῦ, in memoriam tibi revoco, ut excites donum Dei gratioſum. Dona divina quorundam ſocordia in abſcondito latent, igitur opera Spiritus S. per preces & laborem ſunt excitanda. Sic 1. Maccab. 13, 7. καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τῦ λαῦ, rurſus excitavit ſpiritum populi. Gen. 45, 27. ἀνεζωπύρησε (ſc. ἑαυτὸν) τὸ πνεῦμα Ἰακὼβ, reſuſcitavit ſeipſum ſpiritus Jacobi. Eſt ſignificatio conjugationis hebr. Hithpäel. Simplex ζωπυρεῖν occurrit 2. Reg. 8, 1. 5. ἧς ἐζωπύρησε τὸν υἱὸν, cujus filium mortuum reſuſcitavit.

Ἀναθάλλω, fut. αλῶ, 1) *Repullulo, regermino*, revireſco, (ex ἀνὰ & θάλλω vireo.) 2) *Revireſcere facio*, rurſum excito. Phil. 4, 10. ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμῦ φρονεῖν, curam mei renovaſtis.

Ἀνάθεμα, τος, τὸ, *Anathema*, eſt proprie ſeparatio ac ſegregatio ab aliquo corpore & ſocietate, ait Salmaſius ad Solinum cap. 52. p. 767. Suidas ἀνατίθεμαι exponit ἀθετῶ. Apud Menandrum ἀναθέσθαι λόγες, eſt mutare, quæ dixeris, & indicta velle. Rom. 9, 3. Ἠυχόμην γὰρ αὐτὸς ἀνάθεμα εἶναι, optarem enim ipſe exſecratio eſſe, (hebraice חֵרֶם eſt ſeparatio, cum omnis generis diris & deteſtationibus conjuncta, a populo Judaico, gratia Dei & ipſa etiam vita. Ejus ſunt tres ſpecies, de quibus ſcriptores Antiquitatum Hebraicarum.) ἀπὸ τῦ Χριςῦ, a Chriſto: ut plane remotus & ſeparatus eſſem a communione cum corpore Chriſti, quæ eſt eccleſia, & beneficiis, quæ ipſi a Chriſto conlata ſunt. 1. Cor. 12, 3. ἀδεὶς — λέγει ἀνάθεμα Ἰησῦν, nemo, qui ſpiritum Dei habet, poteſt aliquid ſuſcipere, quod in ignominiam Chriſti cedat: contra nemo de Chriſto recte ſentire poteſt, niſi gratia Spiritus S. adjutus. cap. 16, 22. ἤτω ἀνάθεμα, ſit anathema. Gal. 1, 8. 9.

Ἀναθεματίζω, fut. ίσω, (ab antecedente) *Exſecror, diris devoveo*, anathema declaro. Marc. 14, 71. Act. 23, 12. 14. Ἀναθέματι ἀνεθεμάτισαν ἑαυτὰς, anathemate devoverunt ſeipſos. Hebraiſmus.

Ἀναθεωρέω, ῶ, *Attente contemplor*, diligenter conſidero (ab ἀνὰ & θεωρέω, ſpecto.) Act. 17, 23. Hebr. 13, 7.

Ἀνάθημα, ατος, τὸ, *Donarium* Deo in templo ſuſpenſum, (ab ἀνατίθημι, ſepono.) Luc. 21, 5. Hoc enim in more poſitum olim apud Judæos & gentiles. Vide Dilherrum Diſpp. tom. 2. p. 437. Salmaſium ad Solinum c. 52. p. 767.

Ἀναίδεια, είας, ἡ, *Impudentia*, importunitas (ab ἀναιδὴς, ές, ὁ, ἡ, impudens, inverecundus, quod eſt ex α priv. & αἰδὼς, όος, pudor.) Luc. 11, 8.

Ἀναίρεσις, εως, ἡ, *Interfectio, cædes*, (ab ἀναιρέω, e medio tollo.) Actor. 8, 1. 22, 20.

Ἀναι-

Ἀναιρέω, ῶ, 1) *De medio tollo.* Act. 22, 20. τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων, vestes interficientium. Matth. 2, 16. ἀνεῖλε (aor. 2. anomal.) πάντας τὰς παῖδας, sustulit omnes pueros. Actor. 5, 36. ὃς ἀνῃρέθη, qui e medio sublatus est. 2) *Conservo*: infantem natum & expositum a terra *sublevo, suscipio*, educo: Actor. 7, 21. ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ, suscepit eum filia Pharaonis. Ita vox latina *tollere* duplicem habet significationem, malam & bonam. Terentius Andr. I. 3. 14. Quicquid deperisset, decreverunt tollere & 3. 1. 6. Nam quod deperisset, jussit tolli — Vide Turnebum Adv. 2, 6. & Kœkertum Ind. Terent. 3) *Aboleo, abrogo.* Hebr. 10, 9. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, abolet prius.

Ἀναίτιος, ίᾳ, ὁ, ἡ, *Insons, innoxius.* (ex α priv. & αἴτιον noxa, culpa, crimen.) Matth. 12, 5. 7.

Ἀνακαθίζω, f. ίσω, *Erectus sedeo* (ab ἀνὰ & καθίζω, sedere facio.) Luc. 7, 15. ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, erectus sedit mortuus. Act. 9, 40.

Ἀνακαινίζω. *Renovo*, (ex ἀνὰ & καινίζω.) Hebr. 6, 6. πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν. Verba hæc construenda sunt cum voce ἀδύνατον sub initium v. 4. hoc modo: ἀδύνατόν (ἐστι) τὰς ἅπαξ φωτισθέντας — πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, impossibile est semel illuminatos — renovare ad pœnitentiam. Facile constat, subjectum omissum esse, eum sc. qui tales homines renovare possit. Intelligo autem verbi divini ministros, quibus 1. Tim. 4, 16. τὸ σώζειν tribuitur, ergo & hic τὸ ἀνακαινίζειν.

Ἀνακαινόω, ῶ, *Renovo*, instauro (ab ἀνὰ & καινὸς, novus.) 2. Cor. 4, 16. Col. 3, 10. τὸν ἀνακαινούμενον, qui renovatur.

Ἀνακαίνωσις, εως, ἡ, *Renovatio*, restauratio (ab ἀνακαινόω.) νοὸς mentis, Rom. 12, 2. πνεύματος, spiritus, Tit. 3, 5.

Ἀνάκειμαι, fut. κείσομαι. 1) *Jaceo*, situs, repositus sum. (ab ἀνὰ & κεῖμαι jaceo) Marc. 5, 40. 2) *Discumbo, accumbo* mensæ. Antiqui enim cibum capientes ita accumbebant, ut alter in alterius sinu jaceret. Matth. 9, 10. 22, 10. 11. Joann. 13, 23. ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, erat vero accumbens unus discipulorum ejus in sinu Jesu. In sinu autem jacebat, qui ab altero plurimum amatus est. Juvenal. Sat. 2, 120. Gremio jacuit nova nupta mariti. Vid. Lightfoot. in horis, & Osiandri diss. de sinu Abrahami. Ridiculus vero error est Theophylacti, qui Joannem impudentiæ arguit, quod in sinu Christi recumbere sustinuerit. Vide Casaub. ad h. l.

Ἀνακαλύπτω, f. ψω, *Revelo*, retego, patefacio. (ex ἀνὰ & καλύπτω, tego, obvelo.) 2. Cor. 3, 14. 18.

Ἀνακάμπτω, f. ψω, 1) *Reflecto*, proprie. 2) *Revertor, redeo*, subaudi accusativum ὁδόμον, sive ἑαυτὸν. Matth. 2, 12. Χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, (sc. ὁδόμον, sive ἑαυτὸς) divinitus admoniti per somnium, ne reflecterent ad Hero-

Herodem (sc. cursum sive seipsos.) Luc. 10, 6. Act. 18, 21. Hebr. 11, 15. καιρὸν (τὸν) ἀνακάμψαι, tempus revertendi.

Ἀνακεφαλαιόω, ῶ, 1) *Capitulatim & summatim repeto*, præcipua rei capita in summam redigo, recapitulo, (ab ἀνὰ & κεφαλαιόω, summatim attingo.) Rom. 13, 9. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, in hoc uno verbo comprehenditur. 2) Recolligo, sub unum caput reduco, in unum corpus conjungo. Ephes. 1, 10. ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν Χριστῷ significat, capita vel homines diversi ingenii, Judæorum scil. & gentium, conciliare & conjungere, ut jam idem velint.

Ἀνακλίνω f. ινῶ, 1) *Repono, reclino.* (ab ἀνὰ & κλίνω, reclino.) Luc. 2, 7. 2) *Discumbere facio.* Marc. 6, 39. Luc. 9, 15. 12, 37. καὶ ἀνακλινεῖ αὐτούς & discumbere faciet eos. Est more hebraico Conjugationis Hiphil. 3) Ἀνακλίνομαι, passivum: *discumbo.* Matth. 8, 11. καὶ ἀνακληθήσονται μετὰ Ἀβραάμ &c. & discumbent cum Abrahamo. Vitam æternam Judæi vocant סעודת, convivium. Luc. 13, 29, Adde Maji Obs. sacras lib. 3. p. 105.

Ἀνακόπτω, f. ψω, *Inhibeo*, arceo, interrumpo, (ab ἀνὰ & κόπτω, seco, percutio, retundo.) Gal. 5, 7. τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε; quis vos inhibuit? Alii legunt ἐνέκοψε. Sed ostendunt Elsnerus, tom. 2. Obs. sacr. p. 194. & Jo. Alberti p. 365. ἀνακόπτειν apud Græcos, eandem significationem obtinere.

Ἀνακράζω, f. ξω, *Exclamo, vociferor*, (ab ἀνὰ & κράζω clamo) Marc. 1, 23. 6, 49. Luc. 23, 18.

Ἀνακρίνω, fut. ινῶ. 1) *Quæstionem habeo*, in aliquem inquiro, (ab ἀνὰ & κρίνω, judico.) Luc. 23, 14. Act. 4, 9. 12, 19. 24, 8. 28, 18. 1. Cor. 9, 3. τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, illis, qui in me inquirunt, me dijudicant. 2) Metaphorice: *scrutor, inquiro*, examino, æstimo, dijudico. Act. 17, 11. 2. Cor. 2, 14. 15. 4, 3. ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω sed neque meipsum dijudico. Paullus ipse de se judicare non audet, quia judicium nostrum nos ex amore nimio deceptos sæpenumero fallit. 3) Hæsito, dubito. 1. Cor. 10, 25. 27. μηδὲν ἀνακρίνοντες, nihil dijudicantes, i. e. nulla in re dubitantes.

Ἀνάκρισις, εως, ἡ, *Inquisitio*, quam magistratus faciunt in judicio de rebus ad litem pertinentibus, (ab ἀνακρίνω, inquiro.) Act. 25, 26. τῆς ἀνακρίσεως γενομένης inquisitione facta.

Ἀνακύπτω, f. ψω, *Erigo*, oculos & caput erigo, ut aves bibentes solent, (ex ἀνὰ s. ἄνω, sursum, & κύπτω, incurvo me, flecto.) Subauditur in ἀνακύπτειν vel ἑαυτὸν, vel πρόσωπον. Luc. 13, 11. καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι (sc. ἑαυτὴν) εἰς τὸ παντελὲς, & non poterat erigere (seipsam) omnino. cap. 21, 28. ἀνακύψατε (sc. πρόσωπον) καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, erigite (faciem) & attollite capita vestra. Attollere caput, signum est sperantis in Deum, & promissionem ejus proxime implendam exspectantis. Joann. 8, 7. 10. Jobi. 10, 15. ἃ δύναμαι ἀνακύψαι.

Ἀνα-

Ἀναλαμβάνω, λήψομαι, anom. 1) *Sumo accipio.* Ephes. 6, 13. ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, sumite totam armaturam Dei. 2) *Sursum tollo.* Marc. 16, 19. ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, sublatus est in cœlum.

Ἀνάληψις, εως, ἡ, Sursum receptio, *ascensio in cœlum*, (ab ἀναλαμβάνω, sursum accipio.) Luc. 9, 51. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, fiebat autem, cum implerentur, consummarentur, i, e. adventarent dies, quibus in cœlum attolli debebat.

Ἀναλίσκω, f. ἀναλώσω, *Consumo, extinguo*, perdo, destruo, (ex ἀνὰ & ἁλίσκω, capio.) Luc. 9, 54. ἀναλῶσαι αὐτούς, ad consumendum illos. Gal. 5, 15. μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε, ne a vobis invicem consumamini.

Ἀναλογία, ἰας, ἡ, *Proportio*, similis ratio, (ab ἀνάλογος, ος, ὁ, ἡ, consentaneus.) Rom. 12, 6. κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Omnes explicationes ita debent esse comparatæ, ut nullus per easdem pereat articulus fidei, sed analogia ejus & connexio maneat inconcussa.

Ἀναλογίζομαι, *Ratiocinor*, reputo, æstimo, (ab eodem.) Hebr. 2, 3.

Ἄναλος, ος, ὁ, ἡ, *Insulsus, non salitus*, insipidus, (ex α neg. & ἅλς, sal.) Marc. 9, 50. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, si vero sal insulsus factus fuerit. Confer vocem ἅλας.

Ἀνάλυσις, εως, ἡ, 1) *Resolutio*, dissolutio (ab ἀναλύω, resolvo.) 2) Per metaphoram, *mors*, 2. Tim. 4, 6. καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως, tempus obitus mei.

Ἀναλύω, f. ύσω, 1) Proprie, *resolvo, dissolvo*, (ab ἀνὰ rursus, & λύω solvo.) 2) *Redeo, revertor.* Luc. 12, 36. πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, quando redeat de nuptiis. 3) *Abeo, discedo*, metaph. *morior.* Philipp. 1, 23. ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι. Cupio obire. Ἀναλύω h.l. idem quod καταλύω, quod vide.

Ἀναμάρτητος, ος, ὁ, ἡ, *Peccati expers*, qui sine peccato est, (ex α priv. & ἁμαρτάνω, pecco.) Joann. 8, 7.

Ἀναμένω, f. ενῶ, *Exspecto*, maneo aliquem, (ex ἀνὰ & μένω, maneo.) construitur cum accusativo. 1. Thess. 1, 10.

Ἀναμιμνήσκω, *In mentem revoco, moneo*, (ab ἀνὰ & μιμνάομαι, recordor.) Regit duos Accusativos. 1. Cor. 4, 17. ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ (sc. ὄντας,) qui vos monebit vias meas, quæ sunt in Christo. 2. Tim. 1, 6. Passivum ἀναμιμνήσκομαι, moneor, recordor. Marc. 11, 21. 14, 72. ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος. Medium significat, sibi ipsi in memoriam revocare. 2. Cor. 7, 15. Hebr. 10, 32.

Ἀνάμνησις, εως, ἡ, *Reminiscentia, recordatio*, memoria, (ab eodem.) Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 24. 25. Hebr. 10, 3. ἀλλ' ἐν αὐταῖς (sc.

(sc. θυσίαις) ἀνάμνησιν ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν, sed cum illis sacrificiis est reminiscentia peccatorum quotannis.

Ἀνανεόω, ῶ, *Renovo, restauro*, (ab ἀνὰ & νέος, novus.) Ephes. 4, 23. ἀνανεᾶσθαι (pro τὸ ἀνανεᾶσθαι ἕνεκα) τῷ πνεύματι, ut renovemini spiritu.

Ἀνανήφω, fut. ψω, proprie, *ad sobrietatem redeo* ab ebrietate, (ex ἀνὰ & νήφω, sobrius sum.) per metaphoram, ad *sobrietatem mentis redeo*. 2. Tim. 2, 26. Ex profanis loca habes apud Elsnerum tom. 2. Obs. sacr. p. 314.

Ἀνανίας, α, ὁ, *Ananias*. Tres in scriptura hujus nominis occurrunt. 1) Act. 5, 1. 22, 12. 2) Act. 9, 10. 3) Act. 23, 2. Est hebr. חֲנַנְיָה, ex חנן, gratiosus fuit, & יה contract. pro יְהוֹה, Deus.

Ἀναντίῤῥητος, ς, ὁ, ἡ, *Irrefutabilis*, cui contradici non potest, (ex α priv. & ἀντὶ, contra, & ῥέω, dico.) Actor. 19, 36.

Ἀναντιῤῥήτως, *Citra contradictionem*, (ab iisdem.) Actor. 10, 29.

Ἀνάξιος, ία, ὁ, ἡ, *Indignus*, (ex α priv. & ἄξιος, dignus.) 1. Cor. 6, 2.

Ἀναξίως, adv. *Indigne*, (ab eodem.) 1. Cor, 11, 27. 29.

Ἀνάπαυσις, εως, ἡ, *Requies*, intermissio a labore, relaxatio, recreatio, (ab ἀναπαύω.) Matth. 11, 29. & invenietis ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, refectionem animabus vestris. cap. 12, 43. Apoc. 4, 8. ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχασιν cap. 14, 11.

Ἀναπαύω, f. αύσω, *Requiescere facio*, recreo, reficio, refocillo, (ex ἀνὰ & παύω, quiesco) Matth. 11, 28. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, & ego reficiam vos. Genes. 5, 29. οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, hic requiescere faciet nos ab operibus nostris. Proverb. 29, 17. παίδευε τὸν υἱόν σε, καὶ ἀναπαύσει σε, Castiga filium tuum, & recreabit te. 1. Reg. 5, 4. ἀνέπαυσε κύριος ἐμοὶ, quietem præstitit mihi Dominus. 1. Cor. 16, 18. ἀνέπαυσαν τὸ ἐμὸν πνεῦμα recrearunt spiritum meum. Phrasis hebr. Zachariæ 6, 8. Philem. v. 7. 20. Passivum 2. Cor. 7, 13. ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν, recreatus est spiritus ejus ab omnibus vobis. Medium ἀναπαύομαι, requiesco. Marc. 6, 31. καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον, & requiescite paullulum. cap. 14, 41. 1. Petr. 4, 14. Apoc. 6, 11. 14, 13. ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν, ut requiescant a laboribus ipsorum: mortui etiam apud Græcos dicuntur quiescere. Jo. Alberti Obs. in N. T. p. 492.

Ἀναπείθω, fut. είσω, *Persuadeo*, (ex ἀνὰ & πείθω, persuadeo.) Actor. 18, 13. ἀναπείθει τὸς ἀνθρώπους.

Ἀναπέμπω, f. ψω, *Remitto*, (ab ἀνὰ & πέμπω, mitto.) Luc. 23, 7. 11, 15. Philem. v. 12. ὃν ἀνέπεμψα, quem remisi.

Ἀνάπηρος, ς, ὁ, ἡ *Mutilus*, quovis corporis membro mancus, (ex ἀνὰ & πηρὸς, ς, mutilus.) Luc. 14, 13. 21. 2. Maccab. 8, 24. τοῖς μέλεσιν ἀνάπηρος, membris mutilos. Hesychius: ἀνάπηρος, πηρὸς, τυφλὸς, νοσώδης.

Ἀνα-

Ἀναπίπτω, f. πεσοῦμαι, *Discumbo*, accumbo ad mensam, (ex ἀνὰ & πίπτω, cado.) Matth. 15, 35. καὶ ἐκέλευσεν τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, & jussit populos accumbere super terra. Notum enim est, gentes Orientales ad mensam jacuisse. Luc. 11, 37. 17, 7. παρελθὼν ἀνάπεσαι, accedens discumbe. Vide Elsnerum tom. 1. p. 148.

Ἀναπληρόω, ῶ, f. ώσω, *Impleo*, (ab ἀνὰ & πληρόω, impleo,) vario significatu. Gal. 6, 2. ἀναπληρώσατε τὸν νόμον, implete legem Christi, h. e. observate. 1. Cor. 14, 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, possidens locum idiotæ. Matth. 13, 14. ἀναπληροῦται ἡ προφητεία, impletur vaticinium, h. e. eventus docet, illud esse verum. 1. Cor. 16, 14. ἀνεπλήρωσαν τὸ ὑστέρημα ὑμῶν, illi expleverunt, suppleverunt defectum vestrum. 1. Thess. 2, 16. εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ut mensura peccatorum ipsorum impleatur.

Ἀναπολόγητος, ος, ὁ, ἡ, *Inexcusabilis* (ab α priv. & ἀπολογέομαι, excuso me, defendo.) Rom. 1, 20. 2, 1. διὸ ἀναπολόγητος εἶ.

Ἀναπτύσσω, f. ξω, *Expando*, replico, evolvo, aperio, (ex ἀνὰ & πτύσσω, plico.) Luc. 4, 17. ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, replicans volumen. 2. Paral. 19, 14.

Ἀνάπτω, f. ψω, *Accendo, incendo*, (ex ἀνὰ & ἅπτω, incendo.) Luc. 12, 49. καὶ τί θέλω; εἰ ἤδη ἀνήφθη: & quid volo? certe jam accensus est. Act. 28, 2. Jacob. 3, 5.

Ἀναρίθμητος, ος, ὁ, ἡ, *Innumerabilis*, (ex α pr. & ἀριθμὸς, numerus.) Hebr. 11, 12.

Ἀνασείω, f. είσω, 1) *Concutio, quatio*, proprie, (ex ἀνὰ & σείω, quatio.) 2) *Incito, concito*. Marc. 15, 11. Luc. 23, 5. ἀνασείει τὸν λαὸν excitat populum, ad tumultum scilicet.

Ἀνασκευάζω, f. άσω, *Labefacto*, destruo, diruo, demolior, (ex ἀνὰ & σκευάζω, instruo, orno.) Actor. 15, 24. ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, labefactantes animas vestras.

Ἀνασπάω, f. άσω, *Retraho, sursum traho*, (ex ἀνὰ & σπάω, traho.) Luc. 14, 5. Act. 11, 10. καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανὸν, & rursus sursum tracta, vel retracta sunt in cœlum omnia.

Ἀνάστασις, εως, ἡ, 1) *Erectio, resurrectio*, a lapsu, (ab ἀνίστημι, erigo, surgo.) Luc. 2, 34. 2) *Resurrectio a morte*, Marc. 12, 18. οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι, qui dicunt, nullam esse resurrectionem mortuorum. Joann. 5, 29. 3) *Resurrectio* hominum piorum *ad vitam æternam*, quæ Judæis κατ' ἐξοχὴν תְּחִיַּת הַמֵּתִים dicitur. Luc. 20, 35. 36. υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως, qui resurrectionem ad vitam æternam sperant, & ad quos illa spectat. Joann. 11, 25. ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ, ego sum is, qui homines resuscitare, iisque vitam reddere potest. Effectus ponitur pro caussa. 1. Cor. 15, 42.

2. Tim.

2. Tim. 2, 18. λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, dicentes, resurrectionem jam factam fuisse.

Ἀνασατόω, ῶ, f. ώσω, *Labefacto*, *conturbo*, tumultum & seditionem concito, a statu dimoveo, (ab ἀνάσατος, ε, ὁ, ἡ, eversus, vastatus, sede expulsus.) Act. 17, 6. τὴν οἰκουμένην ἀνασατώσαντες, qui orbem terrarum conturbarunt. cap. 21, 38. Gal. 5, 12. οἱ ἀνασατοῦντες ὑμᾶς, qui labefactant vos, scil. a doctrina fidei vobis tradita.

Ἀνασταυρόω, ῶ, f. ώσω, *Palo adfigo*, *crucifigo*, (ex ἀνὰ & σταυρόω, crucifigo.) Hebr. 6, 6. ἀνασταυροῦντες ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, crucifigentes sibi filium Dei. Aliquando ἀνασταυροῦν dicitur non de hominis vivi supplicio, sed de cadavere aut capite hominis vel capite truncati, vel alio supplicio exstincti, quod ignominiæ caussa palo affixum in propatulo collocatur. Casaubonus adv. Baronium Exerc. XVI. p. 541. Exempla ex profanis congessit Jo. Alberti Obs. in N. T. p. 425. Sensus autem Apostoli est, ejusmodi homines, qui a veritate agnita deficiunt, Christum ejusque meritum summa infamia, quantum in se est, maculare.

Ἀναστενάζω, f. ξω, *alte ingemisco*, *suspiro*, (ex ἀνὰ & ἄνω, & στενάζω, gemo.) Marc. 8, 12.

Ἀναστρέφω. f. ψω, 1) *Inverto*, *converto*, subverto, (ex ἀνὰ & στρέφω, verto.) Joann. 2, 15. τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε, mensas subvertit. 2) *Revertor*. Matth. 17, 22. Act. 5, 21, 15, 16. μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, posthæc revertar. 3) ἀναστρέφομαι, *Conversor*, *versor*, me gero. 2. Cor. 1, 12. ἀνεστράφημεν (aor. 2. pass.) ἐν τῷ κόσμῳ, conversati sumus in mundo. Sic & Ephes. 2, 3. Hebr. 10, 33. 13, 18. 1. Tim. 3, 15. πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, quomodo oporteat in domo Dei se gerere.

Ἀναστροφή, ῆς, ἡ, *Conversatio*, vitæ genus, mores, (ab ἀναστρέφομαι.) Jacob. 3, 13. καλὴ ἀναστροφή, bona conversatio. 1. Petr. 1, 18. ματαία ἀναστροφή, vanum vitæ genus. In 3. Maccabæorum: τῇ τῶν δικαίων ἐυπραξίᾳ κοσμοῦντες τὴν συναναστροφήν, justorum benefactis ornantes mores suos. Hesychius: ἀναστροφὴ ζωή.

Ἀνατάσσομαι, f. άξομαι, *Compono*, *ordino*, (ab ἀνὰ & τάσσω, ordino) Luc. 1, 1. ἀνατάξασθαι διήγησιν, exponere narrationem.

Ἀνατέλλω, f. ελῶ. 1) *Orior*, ut sol, luna, stellæ, (ex ἀνὰ & τέλλω, oriri facio.) Matth. 4, 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς, lux orta est ipsis Marc. 4, 16. ἡλίᾳ ἀνατείλαντος, sole oriente vel orto. 2) Metaphorice pro *nasci*, *ortum habere* Hebr. 7, 14. ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν, ex Juda ortus est Dominus noster. 2. Petr. 1, 19. 3) Habet significationem Hebræorum Hiphil, *Oriri facio*. Matth. 5, 45. ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ &c. nam solem suum oriri facit super justos & injustos. Sic Gen. 3, 18. ἡ γῆ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, terra tibi spinas & tribulos oriri faciet, h. e. proferet. c. 2, 9. ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς πᾶν ξύλον, progerminare fecit Deus omnem arborem.

Ἀνατί-

Ἀνατίθημι, f. ήσω, 1) *Expono, narro*, refero, (ab ἀνὰ & τίθημι, pono.) Act. 25, 14. ἀνέθετο (aor. 2. med.) τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, referebat, quæ ad Paullum ſpectabant. 2) *Confero, comparo.* Gal. 2, 2. ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, contuli cum ipſis Evangelium.

Ἀνατολή, ῆς, ἡ, 1) *Ortus, oriens*, plaga orientalis, (ab ἀνατέλλω, orior.) Matth. 24, 27. ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, fulgur egreditur ab oriente. Sic Lucæ 13, 29. Apoc. 7, 2. 21, 13. 2) *Regio orientalis.* Matth. 2, 2. vidimus ſtellam ἐν τῇ ἀνατολῇ, in regione orientali: ibid. v. 1. μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν. 3) *Chriſtus* dicitur ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, oriens ab alto, h. e. ille, qui ortum habet in ipſo cœlo, & divinæ naturæ particeps eſt. Jerem. 23, 5. ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, excitabo Davidi germen juſtum: in hebr. eſt צֶמַח.

Ἀνατρέπω, f. ψω, *Subverto, everto*, labefacto, (ab ἀνὰ, & τρέπω verto) metaphorice 2. Tim. 2, 18. ἀνατρέπουσι, τήν τινων πίστιν, & fidem quorundam labefactant. Tit. 1, 11. ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, totas familias pervertunt, h. e. tum in doctrina, tum vita corrumpunt.

Ἀνατρέφω, f. θρέψω, *Nutrio, alo, educo*, (ab ἀνὰ & τρέφω, alo.) Actor. 7, 20. Μωσῆς ἀνετράφη, (aor. 2. paſſ.) Moſes enutritus eſt: ibid. v. 3. ἀνεθρέψατο (aor. 1. Med.) αὐτὸν ἑαυτῇ, educabat eum ſibi: cap. 22, 3. ἀνατεθραμμένος, (præt. partic. paſſ.) educatus.

Ἀναφαίνω, f. ανῶ, *Manifeſto, oſtendo*, (ex ἀνὰ & φαινω, appareo:) paſſivum, ἀναφαίνομαι, conſpicuus fio, manifeſtus reddor. Luc. 19, 11. ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι, quod ſtatim futurum ſit, ut regnum Dei (h. e. adventus, ſeu tempora Meſſiæ) conſpicuum fiat. Scilicet ex mente ipſorum μετὰ παρατηρήσεως, cum externo quodam ſplendore & pompa, ut ſupra adfuit c. 17, 20. Act. 12, 3. Ἀναφανέντες (part. aor. 2. paſſ.) δὲ τὴν Κύπρον, ſubaudi κατὰ, cum conſpicui fuiſſent circa Cyprum.

Ἀναφέρω, f. ἀνοίσω. aor. 1. ἀνήνεγκα, verbum anomalon. 1) *Surſum fero*, ſurſum duco, ſuſtollo, (ex ἀνὰ & φέρω, fero) Matth. 17, 1. Luc. 24, 51. ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν, ſuſtollebatur in cœlum. 2) De ſacrificiis adhibetur, & ſignificat *offero.* Hebr. 7, 27. 13, 15. Jacob. 2, 21. 1. Petr. 2, 5. ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, ad offerendum ſacrificia ſpiritualia. Nam & ſacrificia in altum tollebantur, unde עוֹלָה, holocauſtum, a rad. עָלָה, aſcendit, quia totum in altare quaſi aſcendit.

Ἀναφωνέω, ῶ, f. ήσω, Alta voce pronuncio, *exclamo, pronuncio* (ex ἀνὰ & φωνέω, ſonum edo.) Luc. 1, 42.

Ἀνάχυσις, εως, ἡ, proprie 1) *Effuſio, profuſio*, colluvies aquarum, ut oſtendit Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 2. p. 410. (ex

ἀνὰ & χύω, fundo.) 2) Animi viriumque ſolutio, *mollities*. 1. Petr. 4, 4. τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, mollitiem intemperiei & vitæ diſſolutæ.

Ἀναχωρέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Retrocedo*, *redeo*, revertor, (ex ἀνὰ & χώρα, regio.) Matth. 2, 12. 13. ἀναχωρησάντων αὐτῶν, poſtquam illi redierant. 2) *Secedo*. Matth. 2, 14. 22. 4, 12. 9, 24. 12, 15. Joann. 6, 15. Act. 23, 19. 26. 31. ἀναχωρήσαντες ἐλάλεν πρὸς ἀλλήλους, ſeceſſerunt & loquebantur ad ſe invicem.

Ἀνάψυξις, εως, ἡ, *Refrigeratio*, recreatio, refocillatio, (ab ἀναψύχω.) metaphorice Act. 3, 19. καιροὶ ἀναψύξεως, tempora, quibus Deus mentes hominum recreat.

Ἀναψύχω, f. ξω, 1) *Refrigero*. (ex ἀνὰ & ψύχω, frigefacio.) 2) *Reficio*, *refocillo*, recreo, 2. Tim. 1, 16. πολλάκις με ἀνέψυξε, ſæpius me refecit, h. e. beneficiis variis affecit. 2. Samuel. 16, 14. καὶ ἀνέψυξαν ἐκεῖ, & refecerunt (ſe) ibi.

Ἀνδραποδιστής, οῦ, ὁ, qui aliquem in ſervitutem redigit, *plagiarius*, ab ἀνδραποδίζω, in ſervitutem redigo, captivum abduco, quod ipſum eſt ex ἀνὴρ, vir, & πούς, pes.) 1. Tim. 1, 10. Heſychius: ἀνδραποδίζει, αἰχμαλωτίζει, βιάζει, ὑπεραίρει.

Ἀνδρέας, ου, ὁ, *Andreas*, unus ex duodecim Apoſtolis, frater Simonis Petri. Matth. 4, 18. 10, 2. Derivatur nomen ejus ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, ita ut animoſum, ſtrenuum ſignificet.

Ἀνδρίζω, f. ίσω, med. ἀνδρίζομαι, *virum me præſto*, viriliter ago, (ab ἀνὴρ ἀνδρὸς, vir.) metaph. 1. Cor. 16, 13. ἀνδρίζεσθε, viriliter vos gerite, h. e. res Chriſtianiſmi ſtrenue & graviter peragite.

Ἀνδρόνικος, ου, ὁ, *Andronicus*, nomen proprium compoſitum ex ἀνὴρ, ἀνδρὸς, & νίκη, victoria. Rom. 16, 7.

Ἀνέγκλητος, ου, ὁ, ἡ, Inaccuſabilis, *irreprehenſus*, *inculpatus*, (ex α priv. & ἐγκαλέω, in jus voco, accuſo.) 1. Cor. 1, 8. Coloſſ. 1, 22. 1. Tim. 3, 10. Tit. 1, 6. 7. Uſurpatur præcipue de Chriſtianis, qui in fide firmi conſiſtunt, ſic, ut nemo ipſos jure accuſare aut reprehendere queat.

Ἀνεκδιήγητος, ου, ὁ, ἡ, *Inenarrabilis*, *ineffabilis*, (ex α priv. ἐκ & διηγέομαι, enarro.) 2. Cor. 9, 15.

Ἀνεκλάλητος, ου, ὁ, ἡ, *Ineffabilis*, (ex α priv. ἐκ & λαλέω, loquor.) 1. Petr. 1, 8.

Ἀνέκλειπτος, ου, ὁ, ἡ, *Non ceſſans*, *perpetuus*, æternus, (ex α priv. & ἐκλείπω, deficio, ceſſo.) Luc. 12, 33. θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, theſaurum, qui non deficit, in cœlis.

Ἀνεκτὸς, ἡ, ὸν, *Tolerabilis*, (ab ἀνέχω, tolero.) Comparativus ἀνεκτότερος, έρα, ον, tolerabilior, us. Matth. 10, 15. ἀνεκτότερον ἔσται, tolerabilius erit: cap. 11, 22. 24.

Ἀνελεήμων, ονος, ὁ, ἡ, *Immiſericors*, durus, (ex α negat. & ἐλεήμων, miſericors.) Rom. 1, 31.

Ἀνε

Ἀνεμίζω, f. ίσω, *Ventis agito, impello*, (ab ἄνεμος ventus,) Jacob. 1, 6.

Ἄνεμος, ου, ὁ, 1) *Ventus*. Matth. 7, 25. 27. ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, flaverunt venti. 2) *Regio, plaga*, unde venti ſpirant. Matth. 24, 31. καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, & congregabunt electos ejus ex quatuor ventis, i. e. plagis cœli vel terræ. Apoc. 7, 1. 3) *Inconſtantia*. Epheſ. 4, 14. καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, & qui circumferimur omni vento, doctrinæ.

Ἀνένδεκτον, ου, *Quod fieri nequit*, nunquam contingens, *impoſſibile* (ex α priv. & ἐνδέχεται, contingit, quod vide.) Luc. 17, 1. ἀνένδεκτόν ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, non contingit, ut non veniant ſcandala. Heſychius: ἀνένδεκτον, ἀπαράδεκτον.

Ἀνεξερεύνητος, ου, ὁ, ἡ, *Inperſcrutabilis* (ex α priv. & ἐξερευνάω perſcrutor.) Rom. 11, 33. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, quam inperſcrutabilia ſunt judicia ejus. Sapient. 17, 1.

Ἀνεξίκακος, ου, ὁ, ἡ, *Tolerans malorum* vel injuriarum, *patiens*, (ex ἀνέχομαι, tolero, ſuſtineo, & κακὸς, malus.) 2. Tim. 2, 24. Servum Dei oportet eſſe ἀνεξίκακον, mala & malos tolerare, ſcil. ut illos ad meliorem mentem perducat, priora autem ſenſim ſenſimque emendet.

Ἀνεξιχνίαστος, ου, ὁ, ἡ, *Inperveſtigabilis* (ex α priv. & ἐξιχνιάζω, inveſtigo, quod eſt ab ἐξ & ἴχνος, εος, veſtigium.) Rom. 11, 33. Epheſ. 3, 8. πλοῦτος Χριστοῦ ἐστιν ἀνεξιχνίαστος, divitiæ, quas Chriſtus nobis acquiſivit, ſunt inperveſtigabiles. Sapient. 9, 16. Siracid. 1, 3. 18, 4. 24, 28. Oratio Manaſſis v. 6. Heſychius: ἀνεξιχνίαστος, ἀκατάληπτος.

Ἀνεπαίσχυντος, ου, ὁ, ἡ, *Inverecundus*, impudens, (ex α priv. & ἐπαισχύνομαι, erubeſco.) 2. Tim. 2, 15.

Ἀνεπίλημπτος, ου, ὁ, ἡ, *Qui reprehendi non poteſt, irreprehenſibilis*, (ex α priv. & ἐπιλαμβάνω, reprehendo.) 1. Tim. 3, 2. 5, 7. 6, 14.

Ἀνέρχομαι, f. ἀνελεύσομαι, *Adſcendo*, (ex ἀνὰ ſive ἄνω, ſurſum, & ἔρχομαι, venio.) Joann. 6, 3. ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος ὁ Ἰησοῦς, adſcendit vero in montem Jeſus. Gal. 1, 17. οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα, neque adſcendi (vel redii) Hieroſolymam.

Ἄνεσις, εως, ἡ, 1) *Relaxatio, requies*, remiſſio, otium, laxatio (ab ἀνίημι, remitto) Act. 24, 23. 2. Cor. 2, 12. οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, non habui requiem ſpiritu meo. 2) ἄνεσις opponitur τῇ θλίψει. 2. Cor. 7, 5. 8, 13. 2. Theſſ. 1, 7. Heſychius: ἄνεσις, ἀνάπαυσις.

Ἀνετάζω, f. άσω, *Inquiro*, quæſtioni ſubjicio, (ex ἀνὰ & ἐτάζω, inquiro, examino.) Act. 22, 24. 29. μάστιξιν ἀνετάζεσθαι, flagellis adhibitis torqueri.

Ἄνευ, *Sine, præter*, citra, præpoſitio regens Genitivum. Matth. 10, 29. 1. Petr. 3, 1. 4, 9. ἄνευ γογγισμῶν, ſine murmurationibus.

Ἀνεύθετος, ε, ὁ, ἡ, *Non appositus*, (ex α priv. & ἔυθετος, appositus, quod est ex εὖ, bene, & τίθημι, pono.) Act. 27, 12. ἀνευθέτε τε λιμένος, portu bene sito & commodo.

Ἀνευρίσκω, f. ίσω, *Reperio*, invenio, (ex ἀνὰ & ἑυρίσκω, invenio.) Luc. 2, 16. Act. 21, 4.

Ἀνέχω, f. ἀνέξω, 1) Proprie *sursum tollo*, in altum erigo, (ex ἀνὰ & ἔχω, habeo.) 2) ἀνέχομαι, *Patior, sustineo*, tolero, fero. Constructur cum Genitivo. Matth. 17, 17. Ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; usque quo tolerabo vos? 1. Cor. 4, 12. Ephes. 4, 2. ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, ferentes vosmet invicem in amore. 3) *Admitto*, tolero, suscipio. 2. Tim. 4, 3. Ἔσαι καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινέσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, erit tempus certum, cum sanam doctrinam non tolerabunt, s. admittent. Hebr. 13, 22. ἀνέχεσθε τε λόγε τῆς παρακλήσεως, sustinete s. suscipite verbum adhortationis.

Ἀνεψιὸς, ε, ὁ, *Consobrinus*, sobrinus, adfinis. Coloss. 4, 10.

Ἄνηθον, ε, τὸ, *Anethum*, herba. Matth. 23, 23.

Ἀνήκω, *Convenio* (ex ἀνὰ & ἥκω, accedo.) Impersonaliter ἀνήκει, ἀνῆκεν, *competit*, pertinet, Ephes. 5, 4. τὰ μὴ ἀνήκοντα, ea, quæ non conveniunt. Coloss. 3, 18. ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ, (sc. ἓσαις) quemadmodum convenit mulieribus in Domino existentibus, h. e. Christianis.

Ἀνήμερος, ε, ὁ, ἡ, *Immansuetus*, immitis, agrestis, ferus, ferox, (ex α priv. & ἥμερος, mitis.) 2. Tim. 3, 3.

Ἀνὴρ, ἔρος, ἀνδρὸς, ὁ, 1) *Vir*. 2) *Maritus*. Act. 5, 9. θαψάντων τὸν ἄνδρα σε, qui sepelierunt maritum tuum. Sic Rom. 7, 2. 3. 1. Cor. 7, 2. 3. seqq. 3) Homo. Matth. 7, 24. 26. 12, 41. ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται, homines Ninevitæ surgent. cap. 14, 35. Huc pertinet illa in orationum præcipue initiis usitatissima apud Scriptores Græcos Pleonastica compellandi formula. Ut Xenophon Cyrop. 2. p. 33. ἄνδρες Πέρσαι, viri Persæ: Et Demosthenes, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, aliique. Sic Act. 1, 11. ἄνδρες Γαλιλαῖοι, Act. 2, 14, ἄνδρες Ἰουδαῖοι. c. 3, 12. ἄνδρες Ἰσραηλῖται. 4) *Aetatem virilem habens*. 1. Cor. 13, 11. ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, postquam vero factus sum vir.

Ἀνθίστημι, f. ἀντιστήσω, *Resisto*, repugno, contradico, (ex ἀντὶ contra, adversus, & ἵστημι, sto.) Matth. 5, 39. Luc. 21, 15. Act. 6, 10. καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, & non poterant resistere vel contradicere sapientiæ. c. 13, 8. Rom. 9, 19. 13, 2. Gal. 2, 11. κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, secundum faciem ipsi obstiti vel contradixi.

Ἀνθομολογέω, ῶ, f. ήσω, *Laudo, celebro*, gratias ago, (ab ἀντὶ & ὁμολογέω, confiteor, gratias ago.) Luc. 2, 38. ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, confitebatur Domino. i. e. celebrabat Dominum: quum alii suis locis id facerent, illa, quasi e regione consistens, etiam suo loco simile quid efficiebat.

Ἀν-

Ἄνθος, εος, τὸ, *Flos*, Jacob. 1, 10. ὡς ἄνθος χόρτου, sicut flos graminis. 1. Petr. 1, 24.

Ἀνθρακιὰ, ᾶς, ἡ, *Congeries carbonum*, (ab ἄνθραξ, carbo.) Joann. 18, 18. 21, 9.

Ἄνθραξ, ακος, ὁ, *Carbo* Rom. 12, 20. * ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ carbones ignis cumulabis in caput ejus: h. e. dolorem ipsi injicies propter nalitiam, qua te bene facientem adfecit.

Ἀνθρωπάρεσκος, ε, ὁ, ἡ, *Qui studet hominibus placere*, qui auram popularem captat, placens hominibus, (ex ἄνθρωπος, homo, & ἀρέσκω, placeo.) Ephes. 6, 6. Colos. 3, 22.

Ἀνθρώπινος, ίνη, ον, 1) *Humanus*, (ab ἄνθρωπος.) Rom. 6, 19. * ἀνθρώπινον λέγω, (sc. λόγον vel ῥῆμα.) humanum dico. i. e. more communi & solito rem vobis exponam. Gal. 3, 15. dicitur κατ' ἄνθρωπον. Judæi tunc temporis sic dicere solebant: כְּדַאֲמְרֵי אֱנָשִׁי, sicut dicunt, vel dicere solent homines. 1. Cor. 2, 4. 13. ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, humanæ sapientiæ sermonibus. Jacob. 3, 7. καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, & domita est a natura humana. 1. Petr. 2, 13. 2) *Miser, tenuis*, exilis. 1. Cor. 4, 3. ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας a judicio hominis miseri. Sic Jerem. 17, 16. יוֹם אֱנוֹשׁ est judicium hominis miseri. 1. Cor. 10, 13. πειρασμὸς ἀνθρώπινος, ubi sensus est: vos nondum in magnas tentationes incidistis.

Ἀνθρωποκτόνος, ε, ὁ, ἡ, *Homicida*, homines occidens, (ex ἄνθρωπος & κτείνω, occido.) Joann. 8, 44. Satanas ita vocatur. Ille enim animam & corpus perdit in gehennam. 1. Joann. 3, 15.

Ἄνθρωπος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Homo*, (ab ἄνω, sursum & ὤψ, ὠπὸς, vultus.) Matth. 23, 5. πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, (i. e. παρ' ἀνθρώποις,) ad spectandum, vel ut spectentur ab hominibus. Joann. 19, 5. ἴδε ὁ ἄνθρωπος, ecce homo. En vobis hominem miserum, quem summopere miror, vos tanquam regnum adfectantem timere posse. Idem sentit Grotius ad v. 14. 2. Cor. 12, 2. οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ, (scil. ὄντα) novi hominem Christianum. Apostolus his verbis de seipso loquitur, sed per modestiam nomen occultat. Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, notat primo in genere hominem, Hebr. 2, 6. deinde Filius Dei κατ' ἐξοχὴν quam plurimis in locis ita vocatur, quo nomine mundi Servator submissum spiritum & amorem summum in homines ostendit, atque se etiam hac in parte exinanivit, ut se filium hominis sæpius appellaverit, quam filium Dei. Desumta vero hæc denominatio ex Ezechiel. 1, 26. Daniel. 7, 13. ubi R. Saadias intelligit Messiam. Inde etiam in Apocalypsi cap. 1, 13. 14, 14. repetitur. Joann. 5, 27. καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί, & potestatem dedit ipsi etiam judicii faciendi, quia filius hominis est. Rom. 7, 22. κατὰ τὸν ἔσω, (sc. ὄντα) ἄνθρωπον, secundum inte-

riorem hominem, h. e. mentem humanam, quæ intra nos latet, & conspici non potest. Apud Christianos vero est id, quod in homine regenitum est & bona cupit. Ephes. 3, 16. 2. Cor. 4, 16. ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος nominatur homo, qui ab intus est. 1. Petr. 3, 4. ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, occultus cordis homo. Huic opponitur ὁ ἔξω (sc. ὢν) ἄνθρωπος, homo exterior. 2. Cor. 4, 16. Pari ratione sibi invicem respondent ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, vetus homo, Rom. 6, 6. Ephes. 4, 22. Col. 3, 9. & καινὸς ἄνθρωπος, Ephes. 2, 15. 4, 24. Homo vivit vel in statu peccati vel gratiæ. Ratione illius dicitur vetus homo, ratione hujus, novus, quia plane novam atque aliam vitam vivit. 2. Thess. 2, 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, homo peccati. Prov. 27, 12. homo Belial, אִישׁ אָוֶן, vir peccati. 1. Tim. 6, 11. ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, homo Dei, i. e. Theologus, verbi divini minister. Adde 2. Tim. 3, 17. 2. Petr. 1, 21. hebr. אִישׁ אֱלֹהִים, sic Græci vertunt 1. Sam. 2, 27. 9, 16. 1. Reg. 12, 22. 13, 14. Rom. 3, 5. κατὰ ἄνθρωπον λέγω, Locutio Philosophica, qua denotatur, nos jam ex præsuppositis adversariorum nostrorum, quæ nec ipsi concedimus, contra ipsos velle disputare: Sensus est: loquor jam, sicut ille homo, cum quo mihi jam disputandum. 1. Cor. 9, 8. μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; hebr. vel potius chald. כִּדְאָמְרֵי אִינְשֵׁי, quemadmodum dicunt homines, vel הַיְינוֹ דְאָמְרֵי אִינְשֵׁי, hoc est quod dicunt homines. Qua formula Judæi proverbium vel simile in vita communi receptum in oratione adducentes utuntur. Sed Apostolus dicit, se his hoc modo non uti, sed habere quoque argumentum divinum. Sic Gal. 3, 15. Rom. 6, 19. dicit: ἀνθρώπινον λέγω. 1. Cor. 15, 32. κατ᾽ ἄνθρωπον vertendum: ut ita loquar, vel quemadmodum dici solet. 1. Cor. 3, 3. καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε, & secundum normam hominum corruptorum ambulatis. Oppositum ipsi est κατὰ θεὸν, Rom. 8, 27. 2) Unusquisque. More hebræo, qui vocem אִישׁ sic adhibent 1. Cor. 4, 1. οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, sic nos æstimet unusquisque, cap. 11, 28. Levit. 17, 3. ἄνθρωπος, ἄνθρωπος, אִישׁ אִישׁ, unusquisque.

Ἀνθυπατεύω, *Pro-Consul sum*, pro Consule provinciam administro, (ab ἀνθύπατος.) Act. 18, 12.

Ἀνθύπατος, ου, ὁ, *Proconsul*, (ex ἀντὶ, pro, & ὕπατος, consul: quod ipsum est Superlativus ab ὑπὲρ, super. Habebat enim Consul summum Romæ imperium.) Act. 13, 7. 19, 38.

Ἀνίημι, f. ήσω, perf. ἀνεῖκα. 1) *Remitto*, *relaxo*, (ex ἀνὰ & ἵημι, mitto.) Act. 16, 26. πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη (aor. 1. pass.) omnium vincula remissa sunt. cap. 27, 40. 2) *Omitto*, intermitto. Ephes. 6, 9. ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν omittentes comminationem. 3) *Dimitto*, relinquo, desero. Hebr. 13, 5. οὐ μή σε ἀνῶ, (aor. 2. conj.) non te deseram.

Ἀνίλε-

Ἀνίλεως, ω, ὁ, ἡ, *Immisericors*, (ex α priv. & ἵλαος, attice ἵλεως, misericors.) Jacob. 2, 13. ἡ κρίσις ἀνίλεως, judicium sine misericordia.

Ἄνιπλος, ε, ὁ, ἡ, *Illotus*, (ex α priv. & νίπτω, abluo.) Matth. 15, 20. Marc. 7, 2. 5. χερσὶν ἀνίπλοις, manibus illotis.

Ἀνίστημι, f. στήσω, 1) *Surgo*, (ex ἀνὰ & ἵστημι, sto, sisto, statuo.) Matth. 9, 9. ἀναστὰς (aor. 2. part.) ἠκολούθησεν αὐτῷ, surrexit & secutus est illum. 2) *Insurgo* contra aliquem. Marc. 3, 26. εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν, si satanas insurrexit contra seipsum. 3) *Ex mortuis surgo*. Matth. 12, 41. 20, 19. τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται, tertio die resurget ex mortuis. Marc. 8, 31. 12, 23. Luc. 9, 8. metaph. Ephes. 5, 14. ἀνάστα (imp. aor. 2.) ἐκ νεκρῶν, surge ex mortuis, scilicet spiritualiter. 4) *Surgere facio, excito*, erigo. Matth. 22, 24. καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, & excitabit semen fratri suo. 5) *Excito ex morte*. Act. 2, 30. 32. τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς, hunc Jesum excitavit a mortuis Deus. cap. 3, 26. 6) In specie *de resuscitatione piorum ad vitam æternam* adhibetur. Joann. 6, 39. 40. 44. 54. καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, & ego resuscitabo illum (intellige: ad vitam æternam) extremo die. Evolve in ἀνάστασις.

Ἄννα, ης, ἡ, *Anna*, nomen mulieris hebraicum, חַנָּה, a radice חנן, gratiosus fuit. Luc. 2, 36.

Ἅννας, α, ὁ, *Annas*, חָנָן vel חַנַּיָּא, nomen summi sacerdotis. Luc. 3, 2. Joann. 18, 13. 24. Act. 4, 6. (a radice eadem.)

Ἀνόητος, ε, ὁ, ἡ, *Amens, dimens*, insipiens, mente carens, stultus, (ex α priv. & νοέω, cogito, νοῦς, mens; proprie, qui cogitationes & mentem non adhibet) Luc. 24, 25. ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, o stulti & tardi corde. Rom. 1, 14. Gal. 3, 1. 3. 1. Tim. 6, 9. Tit. 3, 3.

Ἄνοια, ας, ἡ, *Amentia, stultitia*, (ex α priv. & νοῦς, mens.) Luc. 6, 11. ἐπλήσθησαν ἀνοίας, extra se positi erant, præ inopia consilii nesciebant, quid agendum.

Ἀνοίγω, fut. ξω, *Aperio*, (ex ἀνὰ & οἴγω, aperio.) Matth. 2, 11. ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς, postquam aperuerunt thesauros. c. 5, 2. ἀνοίξας τὸ στόμα, aperiens os, h. e. initium faciens verborum. Joann. 9, 26. ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμούς, aperuit oculos i. e. visum restituit. Matth. 3, 16. ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοὶ, cœlum apertum, i. e. hiscere visum est. Perfectum Medii ἀνέῳγα habet significationem reciprocam, activam nempe & passivam. Joann. 1, 52. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, a nunc videbitis cœlum se aperiens ac patens. 1. Cor. 16, 9. Θύρα μοι ἀνέῳγε μεγάλη, janua (i. e. occasio) mihi se aperuit magna. 2. Cor. 6, 11.

Ἀνοικοδομέω, ῶ, f. ήσω, *Restauro*, (ex ἀνὰ & οἰκοδομέω, ædifico.) Act. 15, 16.

ἈΝοιξις, εως, ἡ, *Apertio*, (ab ἀνοίγω, aperio.) Ephes. 6, 19. ἄνοιξις τῦ στόματος, apertio oris, i. e. sermo.

ἈΝομία, ας, ἡ, *Illegalitas*, discrepantia a lege, *iniquitas*, *peccatum*, (ex α priv. & νόμος, lex.) Matth. 7, 23. οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, operantes iniquitatem. Rom. 4, 7. 6, 19. 2. Cor. 6, 14. Hebr. 8, 12. 1. Joann. 3, 4. Adde Jo. Alberti Obs. in N. T. p. 472. 512.

ἈΝομος, ος, ὁ, ἡ, 1) *Exlex*, *lege carens*, (ab eodem.) 1. Cor. 9, 21. τοῖς ἄνόμοις γέγονα ὡς ἄνομος, illis, qui legem (Mosaicam) non habebant, similem me gessi. 2) *Qui vivit* sine lege, vel *contra legem*, *sceleratus*, iniquus. Marc. 15, 28. Act. 2, 23. διὰ χειρῶν ἀνόμων, per manus sceleratorum. 2. Petr. 2, 8. ἀνόμοις ἔργοις, operibus sceleratis, quæ contra legem erant.

ἈΝόμως, *Sine lege*, (ab eodem.) Rom. 2, 12. ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, quicunque enim sine lege etiam peribunt. Damnantur quidem, sed non secundum eum rigorem, qui in lege est descriptus. conf. Matth 11, 22. Sic Isocrates in Panegyrico dixit, Græcos quondam ἀνόμως vixisse, cum scil. nullos adhuc legislatores haberent.

ἈΝορθόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Surrigo*, *rursum erigo*, (ex ἀνὰ & ὀρθόω, erigo, quod est ab ὀρθὸς, ἡ, ὸν, rectus.) Luc. 13, 13. Act. 15, 16. ἀνορθώσω αὐτὴν, erigam illam. 2) Metaph. Hebr. 12, 12.

ἈΝόσιος, ία, ὁ, ἡ, non sanctus, *Impius*, (ex α priv. & ὅσιος, sanctus.) 1. Tim. 1, 9. 2. Tim. 3, 2.

ἈΝοχὴ, ῆς, ἡ, *Tolerantia*, (ex ἀνέχομαι, tolero.) Rom. 2, 4. 3, 26. ἐν τῇ ἀνοχῇ τῦ Θεῦ, in tolerantia Dei.

ἈΝταγωνίζομαι, *Decerto*, *repugno*, (ex ἀντὶ & ἀγωνίζομαι, certo.) Hebr. 12, 4.

ἈΝτάλλαγμα, ατος, τὸ, 1) *Commutatio*, (ex ἀντὶ pro, contra, & ἀλλάσσω, muto, permuto.) 2) *Compensatio*, *pretium redemtionis*. Matth. 16, 26. τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτῦ; quid dabit homo tanquam compensationem, pretium redemtionis animæ suæ? Marc. 8, 37. Jerem. 15, 13.

ἈΝταναπληρόω, ῶ, f. ώσω, *Vicissim expleo*, (ex ἀντὶ & ἀναπληρόω, expleo.) Colos. 1, 24. καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τῦ Χριστῦ ἐν τῇ σαρκί μου, & expleo reliquias afflictionum Christi. θλίψεις τῦ Χριστῦ sunt adflictiones, quæ pro Christo perferuntur, ὑστερήματα, quæ ipsi in posterum tempus erant residua, & ab Apostolo tanquam cavitates quædam & foramina in ædificiis relicta, considerabantur, unde verbum ἀναπληρῶν adhibet.

ἈΝταποδίδωμι, f. δώσω, *Vicissim reddo*, rependo, retribuo, (ex ἀντὶ & ἀποδίδωμι, reddo.) Luc. 14, 14. Rom. 11, 35. 12, 19. ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος, ego retribuam, dicit Dominus. Hebr. 11, 30. 1. Thess. 3, 9. 2. Thess. 1, 6. Deut. 32, 16. ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε; an hæc Domino retribuitis?

ἈΝτα-

Ἀνταπόδομα, τος, τὸ, *Retributio*, (a præced.) Luc. 14, 12. καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα, & fiat tibi retributio. Rom. 11, 9.

Ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, 1) *Retributio*, (ab eodem.) 2) *Traditio*. Col. 3, 24. ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας, accipietis traditionem hæreditatis: nam retributionem proprie hic vertere non licet, quia Deus nihil nobis retribuit, sed omnia ex mera gratia largitur.

Ἀνταποκρίνομαι, *Vicissim respondeo*, ex adverso respondeo, (ex ἀντὶ & ἀποκρίνομαι, respondeo.) Luc. 14, 6. Rom. 9, 20.

Ἀντέπω, *Contra dico*, (verbum anomalon, ex ἀντὶ & ἔπω, dico.) Luc. 21, 15. Act. 4, 14. οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν, nihil poterant contra dicere.

Ἀντέχομαι, f. ἀνθέξομαι. 1) *Adhæreo*, apprehendo, *ich nehme mir etwas an*, curam gero alicujus rei, negotium susscipio (ex ἀντὶ & ἔχομαι, quod continuationem significat, unde ἕξις.) Construitur cum Genitivo vi præpositionis. Matth. 6, 24. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, aut uni adhærebit Tit. 1, 9. ἀντεχόμενον τῆς κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, adhærentem verbo vero secundum doctrinam. Deut. 32, 41. ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου, susscipiet judicium manus mea. Jes. 48, 2. Hesychius: ἀνθέξεται, ἀντιλήψεται, ἀντέχεται, ἀντιλαμβάνει, φορτίζει, περιποιεῖται. 2) *Adjuvo. sublevo*, 1. Thess. 5, 14. ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, sublevate infirmos. Huc pertinet locus 1. Maccab. 15, 34. ἀντεχόμεθα τῆς κληρονομίας τῶν πατέρων ἡμῶν, vindicamus nobis hæreditatem patrum nostrorum. Prov. 3, 18. 4, 6. Contrarium est καταφρονεῖν, contemnere, negligere.

Ἀντὶ, *Pro*, idque varia significatione. Præpositio regens Genitivum. 1) *Pro*, loco. Matth. 2, 22. ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς, regnavit loco Herodis patris sui. Hebr. 11, 2. 2) *Pro*, in compensationem. Matth. 5, 28. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, oculum pro oculo, dentem pro dente. Rom. 12, 17. κακὸν ἀντὶ κακοῦ, malum pro malo. 3) *Pro*, loco, in commutatione. Luc. 11, 11. μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; num loco piscis serpentem dabit ipsi? Hebr. 12, 16. ἀντὶ βρώσεως μιᾶς, pro unico cibo. 4) *Pro*, loco, in redemtione. Matth. 20, 28. λύτρον ἀντὶ πολλῶν, pretium redemtionis pro multis. 5) *Loco* ejus, quod. Jacob. 4, 15. ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, loco ejus, quod dicere debebatis. 6) *Super*, Joann. 1, 16. χάριν ἀντὶ χάριτος, h. e. gratiam cumulatissimam, unam gratiam super alteram. Hanc enim esse hujus particulæ rationem, solide exemplis pluribus adlatis ostendit Hombergius in Parergis sacris ad h. l. 7) *Propter*. Ephes. 5, 31. ἀντὶ τούτου (subint. πράγματος) καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, propter hanc rem relinquet homo patrem suum. Notetur hic Atticismus ille ἀνθ' ὧν, propterea, quod, deest πραγμάτων, ἅ, Luc. 1, 20. ἀνθ' ὧν (pro ἀντὶ ἐκείνων

πραγμάτων, οἷς) ἐπ ἐπίστευσας, propter illas res, propter quas non credidisti. Luc. 19, 44. Act. 12, 23. 2. Thess. 2, 10.

Ἀντιβάλλω, *Contra jacio*, ex adverso jacio, (ex ἀντὶ & βάλλω, jacio.) Luc. 24, 17. ἀντιβάλλειν λόγους, sermones secum invicem serere.

Ἀντιδιατίθημι, *Contrarie disponо*. Hinc part. præs. med. ἀντιδιατιθέμενος, resistens, contrario animo adfectus, (ex ἀντὶ & διατίθημι, dispono.) 2. Tim. 2, 25. τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, qui leniter castigat eos, qui aliter adfecti sunt, vel contrarias partes sectantur.

Ἀντίδικος, ὁ, ἡ, 1) *Adversarius* in lite, litigans contra aliquem, (ex ἀντὶ & δίκη, lis, causa.) Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. 18, 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου, vindica me ab adversario meo. 2) Hostis. 1. Petr. 5, 18. ὁ ἀντίδικος ὑμῶν ὁ διάβολος.

Ἀντίθεσις, εως, ἡ, *Oppositio*, (ab ἀντιτίθημι, oppono.) 1. Tim. 6, 20.

Ἀντικαθίστημι, *Oppono, resisto*, (ex ἀντὶ & καθίστημι, statuo.) Hebr. 12, 4. οὔπω μέχρι αἵματος ἀντικατέστητε, nondum usque ad sanguinem restitistis.

Ἀντικαλέω, ῶ, *Vicissim voco, invito*, (ex ἀντὶ & καλέω, voco.) Luc. 14, 12.

Ἀντίκειμαι, f. κείσομαι, *Ex adverso situs*, seu positus *sum*, *oppositus sum*, obsto, (ex ἀντὶ & κεῖμαι, jaceo.) metaphorice Gal. 5, 17. ταῦτα ἀντίκειται ἀλλήλοις, hæc secum invicem repugnant. 1. Tim. 1, 10. εἴ τι τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται, si quid sanæ doctrinæ repugnat. Luc. 13, 17. 21, 15. οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν, qui resistunt vobis. 1. Cor. 16, 9.

Ἀντικείμενος, *Adversarius*, obtrectator. 1. Timoth. 5, 14. 2. Thess. 2, 4. qua voce Theodotion Jobi 1, 16. שָׂטָן, Satanam, expressit. LXX. Zachar. 3, 1. τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ, ut resisteret illi.

Ἀντικρὺ, *Ex regione*: adverbium habens secum Genitivum, (ab ἀντὶ.) Act. 20, 15.

Ἀντιλαμβάνω, fut. λήψομαι, 1) *Recipio, vicissim accipio*, rem aliam alterius loco accipio. Ἀντιλαμβάνομαι, med. *prehendo, suscipio*, metaph. *opitulor*, sublevo, (ex ἀντι & λαμβάνω, accipio, quando quis alterum infirmiorem, qui lapsus est, manu prehensum sublevat.) Luc. 1, 54. ἀντελάβετο (sc. ἀντίληψιν) Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, sublevavit Israël servum suum. Act. 20, 35. δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι (sc. ἀντίληψιν) τῶν ἀσθενούντων, oportet auxilium ferre infirmis. Levit. 25, 35. ἀντιλήψεται αὐτοῦ, auxiliaberis ipsi. Vide infra συναντιλαμβάνομαι. Inde ἀντιλήπτωρ, auxiliator. Sirac. 13, 22. πλησίον σφαλέντος πολλοὶ ἀντιλήπτορες, Divite dejecto multi sunt auxiliatores. 2. Sam. 22, 3. κύριος ἀντιλήπτωρ μου, Dominus auxiliator meus. Exempla ex profanis habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 175. 2) Rem aliquam *in me suscipio*. 1. Tim. 6, 2. οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, qui beneficentiam (exhibendam) in se recipiunt. 2. Paral. 7, 22. ἀντελάβοντο θεῶν ἑτέρων, Deos alienos curarunt & coluerunt.

Ἀντι-

Ἀντιλέγω, 1) *Contradico*, (ex ἀντὶ & λέγω, dico.) Act. 13, 45. Tit. 1, 9. ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, contradicentes redarguere. 2) Oppono me. Rom. 10, 21. Tit. 2, 9. δούλους - μὴ ἀντιλέγοντας, ſervos non opponentes eſſe decet. ἀντιλέγομαι, mihi contradicitur. Luc. 2, 34. καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, in ſignum, cui contradicitur. Act. 28, 22.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, *Auxilium*, 2. Maccab. 8, 19. (ab ἀντιλαμβάνω.) ἀντιλήψεις. 1. Cor. 12, 28. ſunt homines, qui aliis auxilium præſtare poſſunt, ita ut abſtractum ponatur pro concreto. Huc pertinet locus Numer. 11, 17. de ſenioribus Iſraëlis: καὶ συναντιλήψονται μετὰ σοῦ τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ, & una recipient tecum impetum (onus) populi.

Ἀντιλογία, ίας, ἡ, 1) *Contradictio*, controverſia, (ab ἀντιλέγω, contradico.) Hebr. 6, 16. 7, 7. χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, ſine omni controverſia. c. 12, 3. 2) *Oppoſitio*. Judæ v. 11.

Ἀντιλοιδορέω, ῶ, f. ήσω, *Convicium regero, remaledico*, (ex ἀντι & λοιδορέω, convicior.) 1. Petr. 2, 23. λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, cum conviciis afficeretur, non convicia regerebat.

Ἀντίλυτρον, ε, τὸ, *Redemtionis pretium*, (ex ἀντὶ & λύτρον, a verbo λύω, ſolvo, nempe, quod pro aliquo ſolvitur.) 1. Tim. 2, 6.

Ἀντιμετρέω, ῶ, f. ήσω, *Viciſſim metior, rependo*, (ex ἀντὶ & μετρέω, metior.) Matth. 7, 2. Luc. 6, 38. ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, rurſum menſurabitur vobis.

Ἀντιμισθία, ας, ἡ, *Merces meritis reſpondens*, (ex ἀντὶ & μισθὸς, merces.) Rom. 1, 27. compenſatio, remuneratio. 2. Cor. 6, 13. τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ſubint. κατὰ, Grotius: ad eandem vicem nobis rependendam.

Ἀντιόχεια, ας, ἡ, *Antiochia*. Eſt nomen urbis Syriæ ad Orontem fluvium. Act. 11, 19. &c.

Ἀντιοχεὺς, έως, ὁ, *Antiochenſis*. Act. 6, 5.

Ἀντιπαρέρχομαι, *Ex adverſo prætereo*, (ex ἀντὶ & παρέρχομαι, prætereo.) Luc. 10, 31. 32. ἀντιπαρῆλθεν, aor. 2.

Ἀντίπας, α, ὁ, *Antipas*, nomen viri. Apoc. 2, 13. Contractum eſt pro Ἀντίπατρος.

Ἀντιπατρὶς, ίδος, ἡ, *Antipatris*, urbs Palæſtinæ. Act. 23, 31.

Ἀντιπέραν, *E regione*, ex adverſo, trans. Adverb. cum Genitivo, (ex ἀντὶ & πέραν trans) Luc. 8, 26.

Ἀντιπίπτω, *Contra irruo, obnitor*, (ex ἀντὶ & πίπτω, cado, ruo.) Act. 7, 5. τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, Spiritui S. reſiſtitis. Num. 27, 17. ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγὴν ἁγιάσαι με, cum cœtus renueret ſanctificare me.

Ἀντιστρατεύω, 1) *Pugno contra aliquem*, (ex ἀντὶ & στρατεύω, exercitum duco.) 2) *Adverſor* alicui, *repugno*. ἀντιστρατεύομαι, adverſus alterum me erigo. Rom. 7, 23.

Ἀντιτάσσω vel ἀντιτάττω, f. ξω, 1) *Ex adverſo inſtruo aciem* ad prælium, (ex ἀντὶ & τάξις, exercitus, legio, cohors, acies, quod eſt

est a τάσσω, ordino.) 2) ἀντιτάσσομαι, *Oppono me*, refragor Act. 18, 6. Rom. 13, 2. Jacob. 5, 6. ἐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν; annon Deus se vobis opponit? 1. Petr. 5, 5. Jacob. 4, 6. ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, Deus superbis opponit se: ad verbum, aciem contra illos instituit. 1. Reg. 11, 34. Hoseæ 1, 6. ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτῷ, opponendo opponam me ipsi. Esther. 3, 4. λόγοις ἀντιτασσόμενος, verbis se opponens. Adde Maji Obs. sacras lib. 1. p. 118.

Ἀντίτυπος, ε, ὁ, ἡ, *Typo cuidam respondens*, eandem formam & figuram habens, (ex ἀντὶ & τύπος, typus, a τύπτω, percutio.) Hebr. 9, 24. ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, sancta (scil. Vet. Testamenti) quæ figuram exhibebant verorum (non figuratorum.) Alio sensu 1. Petr. 3, 21. baptisma dicitur ἀντίτυπον diluvii, quod scil. certo quodam modo a diluvio figuratum sive expressum est. Vide Jo. Alberti Obs. in N. T. p. 458.

Ἀντίχριστος, ε, ὁ, 1) *Antichristus*, adversarius Christi (ex ἀντὶ & Χριστὸς, Christus.) 2) In specie denotat eum, qui Messiæ doctrinam & vitam rejicit & alios in errorem conjicit. 1. Joann. 2, 18. 22. 4, 3. 2. Joann. v. 7.

Ἀντλέω, ῶ, f. ήσω, *Haurio*, (ab ἄντλος, ε, ὁ, sentina.) Joann. 2, 8. 9. οἱ ἠντληκότες (part. præt. act.) τὸ ὕδωρ, qui hauserant aquam. c. 4, 7. 15.

Ἄντλημα, ατος, τὸ, *Vas ad hauriendum*, (ab ἀντλέω.) Joann. 4, 11.

Ἀντοφθαλμέω, ῶ, f. ήσω, 1) Intuentem me *vicissim intueor*. (ex ἀντὶ & ὀφθαλμὸς, oculus.) 2) *Obluctor*, *obnitor*. Actor. 27, 15. ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, obluctari vento.

Ἄνυδρος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Aqua carens*, aridus, siccus, (ex α priv. & ὕδωρ aqua) 2. Petr. 2, 17. πηγαὶ ἄνυδροι, fontes aqua carentes. Judæ v. 12. νεφέλαι ἄνυδροι, nubes sine aqua. 2) Desertus, quia in locis desertis non sunt aquæ. Matth. 12, 43. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, digreditur per loca deserta. Prov. 9, 12. διαπορέυεται δὲ δι' ἀνύδρου ἐρήμου, pertransit vero per desertum aridum. Joel. 2, 20. ἐξώσω αὐτὸν εἰς γῆν ἄνυδρον, ejiciam illum in terram aridam.

Ἀνυπόκριτος, ε, ὁ, ἡ, *Non simulatus*, *non fucatus*, non fictus, sincerus, (ex α priv. & ὑποκρίνομαι, simulo, judicio aliorum me subduco.) Rom. 12, 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος (sc. ἔστω), amor sit non simulatus. 2. Cor. 6, 6. 1. Tim. 1, 5. καὶ (ἐκ) πίστεως ἀνυποκρίτου, & ex fide non ficta 2. Tim. 1, 5. 1. Petr. 1, 22. Jacob. 3, 18.

Ἀνυπότακτος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Non subordinatus*, *non subjectus*, (ex α priv. & ὑποτάσσω, subordino: a τάξις, ordo.) Hebr. 2, 8. οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον, nihil reliquit ipsi non subjectum. 2) *Refractarius*, indomitus, qui ordinationi se subjicere non vult. 1. Tim. 1, 9. Tit. 1, 6. 10. Symmachus 1. Reg. 2, 21. ita vertit אַנְשֵׁי בְלִיָּעַל, viros Belial.

Ἄνω,

Ἄνω, adv. 1) *Sursum, supra.* Act. 2, 19. καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, & dabo prodigia in cœlo superius. 2) Ad locum. Joann. 11, 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, Jesus vero sustulit oculos sursum. Joann. 2, 7. καὶ ἐγέμισαν αὐτοὺς ἕως ἄνω, (pro ἕως τοῦ ἄνω ὄντος μέρους,) & impleverunt illas usque ad partes superiores. Ὁ, ἡ, τὸ ἄνω, superior, superius. Subaudiendum est participium ὤν, οὖσα, ὄν. Joann. 8, 23. ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ (sc. ὄντων τόπων,) ego sum ex locis superioribus. i. e. de cœlo. Gal. 4, 26. ἡ δὲ ἄνω (οὖσα) Ἱερουσαλὴμ, Hierosolyma vero, quæ supra est. Vide infra in Ἱερουσαλήμ. Philipp. 3, 14. ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ad præmium cœlestis vocationis, nimirum ad ecclesiam N. T. & regnum Messiæ, quæ vere erat קְרִיאַת שֶׁל מַעְלָה, vocatio superna. Coloss. 3, 1. 2. τὰ ἄνω, ea, quæ in cœlo sunt. Intelliguntur autem ab Apostolo ea, quæ ad N. T. ejusque œconomiam pertinent, quibus opponuntur τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

Ἀνώγεον, ε, & ἀνώγεων, ω, τὸ, *Cœnaculum,* (ab ἀνώγεως, ω, ὁ, ἡ, qui supra terram est, ex ἄνω & γῆ, terra.) Marc. 14, 15. Luc. 22, 12.

Ἄνωθεν, adv. 1) *Desuper, superne,* e loco superiori. Matth. 27, 51. ἀπὸ ἄνωθεν (scil. ὄντος μέρους, ἕως κάτω (ὄντος μέρους,) a superiori parte usque ad inferiorem. Joann. 19, 23. ἐκ τῶν ἄνωθεν (ὄντων μερῶν) ὑφαντὸς, a superioribus partibus contextus. 2) *Cœlitus, de cœlo.* Joann. 3, 31. ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, qui de cœlo venit: cap. 19, 11. Jac. 1, 17. omne donum perfectum ἀνωθέν ἐστι, de cœlo est, i. e. a Deo. cap. 3, 15. 17. 3) *A principio* altius repetendo. Luc. 1, 3. Act. 26, 5. προγινώσκοντές με ἄνωθεν, qui ante me cognoscunt inde a principio. 4) *Denuo, rursum.* Joann. 3, 3. 7. δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν, oportet vos nasci denuo. Gal. 4, 9.

Ἀνωτερικὸς, ἡ, ὸν, *Supernus, superior,* (ab ἀνώτερος.) Act. 19, 1. διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, qui pertransierat superiores, ulteriores partes, (i. e. regiones), quæ orienti soli erant propiores.

Ἀνώτερος, έρα, ον, *Superior,* (comparativus ab ἄνω) ἀνώτερον, adverbialiter invenitur & significat 1) *Superius, altius,* (sc. ad locum) Luc. 14, 10. φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον, amice, adscende altius. 2) *Superius, supra,* (in loco) Hebr. 10, 8. ἀνώτερον λέγων, supra dicens.

Ἀνωφελὴς, ές, ὁ, ἡ, *Inutilis,* (ex α priv. & ὠφελέω, juvo, utilis sum.) Tit. 3, 9. neutrum substantive ponitur. Hebr. 7, 18. διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς, propter ejus infirmitatem & inutilitatem.

Ἀξίνη, ης, ἡ, *Securis.* Matth. 3, 10. Luc. 3, 9.

Ἄξιος, ία, ον, 1) *Dignus,* (derivatur ab ἄγω, f. ἄξω, quod inter alia quoque denotat gravem esse & lancem pondere suo detrahere. Testamentum Platonis apud Diogenem Laërtium:

κυμ-

κυμβᾶιον ἄγον με. δακτύλιον χρυσᾶν καὶ ἐνώτιον χρυσᾶν, ἄγοντα σὺν ἄμφω δ. δραχμάς. Cymbium quod ponderat XLV. annulum aureum & inaurem aureum, ponderantes simul IV. drachmas. Illud ἄγειν paullo ante expressérat ἕλκειν. φιάλην ἀργυρᾶν, ἕλκουσαν ρξε. phialam argenteam, trahentem pondus CCLXV. 1. Paral. 21, 22. ἐν ἀργυρίῳ ἀξίῳ δός μοι αὐτὸν, pro argento sufficienter appenso da mihi illum. Ἄξια igitur sunt, quæ pondus habent, quæ aliis præstant, quæ in magna dignitate sunt constituta) Matth. 10, 11. τὶς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι, quis in ea dignus sit. Absolute nonnunquam & sine casu ponitur, subintelligendum est autem aliquid, quod materia substrata requirit, & a lectore facile suppletur. Vide Jo. Alberti Obs. in N. T. p. 79. Matth. 10, 10. 13. 22, 8. &c. 2) *Dignus.* i, e. *decens, conveniens.* Matth. 3, 8. καρπὸς ἀξίους τῆς μετανοίας, fructus convenientes pœnitentiæ. 2. Thess. 1, 3. εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ, — καθὼς ἄξιόν ἐστι, gratias agere debemus Deo, sicut decens est. 3) *Par.* Rom. 8, 18. οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, non dignæ sunt afflictiones hujus temporis gloria, quæ in nobis manifestabitur. Ex derivatione vocabuli ἄξιος hæc verba involvunt: Si quis omne afflictionum genus, quod omnes unquam homines sustinuerunt, uni lanci imponeret, alteri vero minimum tantum pulvisculum vel guttulam gloriæ futuræ, certissime persuasus sum, fore, ut lanx posterior priorem pondere superet. Proverb. 8, 11. πᾶν τὸ τίμιον οὐκ ἄξιον σοφίας ἐστὶν, omne pretiosum non comparari potest cum sapientia. 4) *Quod pretium habet*, quod magni est momenti. 1. Cor. 16, 4. 5) *Qui se recte & convenienter gerit.* Matth. 10, 37. 38. οὐκ ἔστι μου ἄξιος, non est me dignus, h. e. non convenienter agit doctrinæ meæ. 6) Sensu sequiori: *meritus, obnoxius.* Luc. 12, 48. ἄξια πληγῶν, plagis obnoxia. c. 23, 15. 41. Actor. 23, 29. 25, 11. 25. 26, 31. θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν, morti aut vinculis obnoxium aliquid. Rom. 1, 32.

Ἀξιόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Dignum censeo*, dignor, (ab ἄξιος.) Sequitur infinitivus. Luc. 7, 7. διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν, ideo neque meipsum dignum judicavi, qui ad te venirem. Construitur etiam cum Genitivo. 2. Thess. 1, 11. ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, ut vos dignos reddat vocatione Deus noster. ἀξιοῦμαι, dignus habeor. 1. Tim. 5, 17. Hebr. 3, 3. 10, 29. 2) *Rogo*, q. d. dignum aliquem judico, quem bonis verbis adeam. Act. 28, 22. ἀξιοῦμεν παρά σου, petimus a te Act. 15, 38. Παῦλος ἠξίου, (3. pers. imp. act. contr. pro ἠξίουν,) Paulus rogabat. Psalm. 119, 170. εἰσέλθῃ τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου, ingrediantur preces meæ coram te.

Ἀξίως, adv. *Digne*, prout dignum est, (ab ἄξιος,) construitur cum Genitivo. Rom. 16, 2. ἀξίως τῶν ἁγίων, digne sanctis, ut decet sanctos s. Christianos. Eph. 4, 1. Philipp. 1, 27. Coloss. 1, 10.

Ἀόρα-

Ἀόρατος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Invisibilis*, (ex α priv. & ὁράω, video.) Rom. 1, 20. Coloss. 1, 15. 16. 1. Tim. 1, 17. Regi æternitatis incorruptibili, ἀοράτῳ, invisibili.

Ἀπαγγέλλω, f. ελῶ. 1) *Annuncio, refero, narro*, (ex ἀπὸ & ἀγγέλλω, nuncio.) Matth. 8, 33. 14, 12. ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ, annunciarunt Jesu: c. 28, 8. 10. 11. 2) *Renuncio.* Matth. 2, 8. 11, 4. ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ, renunciate Johanni. 3) *Pronuncio, enuncio.* Matth. 12, 18. κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ, judicium gentibus enunciabit. 4) *Prædico, laudo*, celebro. Hebr. 2, 12. ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σε, prædicabo nomen tuum. Confer. 1. Cor. 14, 25.

Ἀπάγχω, f. γξω, *Strangulo, suffoco*, (ex ἀπὸ & ἄγχω, strangulo. Ἀπάγχομαι, *strangulo me ipsum.* Matth. 27, 5. ἀπελθὼν ἀπήγξατο, (aor. 1. med.) postquam abiit strangulavit se. Multa fuit inter viros doctos concertatio, quum alii dicant, Judam suspendio vitam finivisse, quæ sententia est vulgata: alii vero, mœrorem animi & mortem inde secutam, indigitari credunt. Historiam hujus controversiæ exponit Wolfius in Curis Philologicis ad locum Matthæi. Mea sententia hæc est, indigitari suspendium, quia scriptores Judæo - Græci s. Helleniſtæ vocem hac notione adhibent. 2. Sam. 17, 23. de Achitophele, καὶ ἀπήγξατο, & suspendit se. Ex profanis de strangulatione accipit Hippocrates aphor. 2, 43. Arrianus in Epictetum 1, 2. Aelianus Var. Hist. 5, 8.

Ἀπάγω, ἄξω, 1) *Abduco*, duco, (ex ἀπὸ & ἄγω, duco.) Matth. 7, 13. ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, via abducens in exitium, v. 14. εἰς τὴν ζωήν, ducens ad vitam. Matth. 26, 57. ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν duxerunt ad Caipham. Marc. 14, 44. ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς, ducite certo. 1. Cor. 12, 2. ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι, utcunque ducebamini, abduci vos sinentes. 2) *Duco ad judicium, in carcerem, ad supplicium.* Matth. 27, 2. 31. καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι, & abduxerunt ipsum, ut crucifigeretur. Luc. 23, 26. Joann. 19, 16. Act. 12, 19. ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, jussit eos ad supplicium duci. Hesychius: ἀπάγεσθαι, εἰς θάνατον ἕλκεσθαι. Sic Hebræi Genes. 38, 25. מוּצָאת, producta est, ubi Rasche: לִישָׂרֵף, ad comburendum. Apud Latinos, itidem, quod ostendit Cellarius ad Plinium epistol. 10, 47, 3. Paul. Bauldri ad Lactantium de mortibus persecutorum c. 40.

Ἀπαίδευτος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Imperitus, ineruditus, indoctus*, (ex α priv. & παιδεύω, instituo.) 2. Tim. 2, 23. ἀπαιδεύτους ζητήσεις, quæstiones insulsas.

Ἀπαίρω, f. ᾰρῶ, p. ῆρκα, *Tollo, auffero*, (ex ἀπὸ & αἴρω, tollo.) Matth. 9, 15. ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, quando ablatus fuerit ab illis sponsus.

Ἀπαιτέω, f. ήσω, *Repeto*, quod alicui mutuum dederam, (ex ἀπὸ & αἰτέω, peto.) Luc. 6, 30, 12, 20. ἀπαιτοῦσιν (scil. οἱ ἀπαιτοῦν-

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1848897162/phys_0073 DFG

τᾶντες,) repetent a te animam tuam. Plura Pricæus ad locum posteriorem.

Ἀπαλγέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Dedoleo, dolere desino*, (ex ἀπὸ & ἀλγέω, doleo.) 2) Ad animum applicatur & usurpatur de iis, qui a consuetudine peccandi nihil amplius sentiunt. Ephes. 4, 19. οἵτινες ἀπηλγηκότες (part. præt. act.) ἑαυτὰς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, qui, postquam dolere desierunt, seipsos tradiderunt luxuriæ. Exempla habet Elsnerus tom. 2. p. 217.

Ἀπαλλάσσω vel ἀπαλλάτ̃ω, f. ξω, 1) proprie *muto*, (ex ἀπὸ & ἀλλάσσω:) deinde *reconcilio*. ἀπαλλάσσεσθαι, inquit, Elsnerus tom. 1. Observ. sacr. p. 237. dicuntur, qui placato adversario jus non experiuntur: Exempla ex profanis ibi vide. Hebr. 2, 15. ἵνα ἀπαλλάξῃ τάτες, ut reconciliaret illos. Luc. 12, 58. δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι (inf. præt. pass.) ἀπ' αὐτᾶ (ἀντιδίκε,) da operam, ut cum adversario tuo concilieris. 2) ἀπαλλάσσομαι, discedo, abeo. Act. 19, 12. ὥσε ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσες, sic, ut abirent ab ipsis morbi.

Ἀπαλλοτριόω, ῶ, f. ώσω, *Abalieno*, (ex ἀπὸ & ἀλλότριος, alienus.) ἀπηλλοτριωμένος, part. præt. pass.) abalienatus. Adscisit Genitivum vi præpositionis, ex qua componitur. Ephes. 2, 12. ἀπηλλοτριωμένος τῆς πολιτείας τᾶ Ἰσραὴλ, abalienati a conversatione Israël. c. 4, 18. ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι (ἀπὸ) τῆς ζωῆς τᾶ Θεᾶ, qui nihil prorsus cum vita, qualem Deus præcipit, commune habent. Col. 1, 21. Sic 3. Maccab. 1, 3. τῶν πατρίων δογμάτων ἀπηλλοτριωμένος, a patriis moribus prorsus remotus. Jerem. 13, 27. ἀπαλλοτρίωσις τῆς πορνείας σε, abalienatio scortationis (idololatriæ) tuæ.

Ἁπαλός, ή, όν, *Tener*. Matth. 24, 32. κλάδος ἁπαλός, ramus tener.

Ἀπαντάω, ῶ, f. ήσω, *Obviam procedo, occurro*, (ex ἀπὸ & ἀντάω, obvius fio, quod est ab ἀντὶ vel ἄντα, e regione, coram.) Matth. 28, 9. Marc. 5, 2. 14, 13. ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος, occurret vobis homo. Luc. 14, 31. 17, 12. Act. 16, 16.

Ἀπάντησις, εως, ή, *Occursus*, (a præcedente.) Matth. 25, 1. εἰς ἀπάντησιν τᾶ νυμφίε, in occursum sponsi. Act. 28, 15. 1. Thess. 4, 17.

Ἅπαξ, adv. 1) *Semel*. 2. Cor. 11, 25. ἅπαξ ἐλιθάσθην, semel lapidatus fui. Phil. 4, 6. &c. 2) Omnino, prorsus. Jud. v. 5. & notat tempus peremtorium, quod *semel pro semper*, ut vulgo dicitur, statutum est. 1. Petr. 3, 20. ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τᾶ Θεᾶ μακροθυμία, semel exspectavit longanimitas Dei. Vide Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 405. & Obs. Jo. Alberti p. 477.

Ἀπαράβατος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Non transitorius*, (ex α priv. & παραβαίνω, transeo.) 2) *Perpetuus, immutabilis*. Hebr. 7, 24. ἱερωσύνη ἀπαράβατος, sacerdotium æternum. Exempla alia habet Elsnerus tom. 2. p. 354.

Ἀπαρασκένασος, ε, ὁ, ἡ, *Imparatus*, (ex α priv. & παρασκευάζω, paro.) 2. Cor. 9, 4. Ἀπαρ-

Ἀπαρνέομαι, ἤσομαι, f. ήσομαι, 1) *Abnego*, (ex ἀπὸ & ἀρνέομαι, nego.) Matth. 26, 34. τρὶς ἀπαρνήσῃ με, ter abnegabis me. 2) ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, *semetipsum abnegare*, h. e. rationem propensionum naturalium & vitæ præteritæ sic immutare, ut, si quis deinceps quærat: An tu es ille profanus, mendax, scortator? ille possit respondere: Per Dei gratiam non sum. Matth. 16, 24. Si quis vult post me venire, h. e. discipulus meus esse & me sequi, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, abneget seipsum.

Ἀπάρτι, adv. *A modo*, ab hoc tempore, *statim*. (ex ἀπὸ & ἄρτι, nunc.) Apoc. 14, 13. μακάριοι οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι, Beati sunt, qui in Domino moriuntur, statim ab illo ipso momento. Alias scribitur divisim ἀπ' ἄρτι, Matth. 26, 64.

Ἀπαρτισμὸς, ῦ, ὁ, *Perfectio*, consummatio, (ab ἀπαρτίζω perfectum & absolutum reddo, ex ἀπὸ & ἄρτιος, perfectus.) Luc. 14, 28. εἰ ἔχει τὰ (sc. δέοντα) πρὸς ἀπαρτισμὸν, an habeat, quæ ad consummationem operis requiruntur.

Ἀπαρχὴ, ῆς, ἡ, *Primitiæ*, (ex ἀπὸ & ἀρχὴ, initium:) metaphorice tantum in N. T. accipitur. Rom. 8, 23. ἀ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, non solum illi vero, sed etiam nos ipsi, qui primitias Spiritus habemus: h. e. Apostoli, qui primi dona Spiritus S. habuerunt, & in majori quoque numero & gradu, quam reliqui credentes. Sensus est: Non omnes fideles tantum spem certam vitæ æternæ habent, sed & nos ipsi Apostoli, quos Spiritum S. in majore, quam reliquos, mensura accepisse, certum est. cap. 11, 16. εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, si vero primitiæ sunt sanctæ. Intelliguntur primi, qui ad Christum se converterunt, qui sunt Judæi, & radix quoque, ex qua prognati sunt Christiani. Rom. 16, 5, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν, qui primitiæ est Achaiæ in Christo: vel qui primus Christianus factus est in Achaia: sic 1. Cor. 16, 15. Jacob. 1, 18. Apoc. 14, 4. 1. Corinth. 15, 20. Χριστὸς - - ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο, Christus primitiæ s. primus factus est eorum, qui dormiverunt, seu mortui sunt. Redierunt quidem multi in vitam a prophetis & ab ipso Christo ex mortuis excitati sunt, sed omnes morti rursus succubuerunt, solus Christus amplius non moritur: & ita est primus inter eos, qui surgunt, nec rursus moriuntur, v. 23. ἀπαρχὴ Χριστὸς, quod Hesychius interpretatur πρῶτος Χριστός. Respicit autem Apostolus his locutionibus ad primitias messis Judæorum, ubi XV. die Nisan manipulum hordei ex agro Hierosolymis proximo demessum Deo in ipsa Paschatis solennitate obtulerunt: quo facto demum post aliquot dies messis sequebatur. Reland. Antiq. Hebr. 4, 3. 8. Sic quoque Christus in resurrectione primus est, reliqui post aliquod temporis spatium sequuntur. De primitiis Lightfootus ad Act. 2, 1. p. 20. edit. Lipsi.

Ἅπας, ασα, αν, Gen. αντος, άσης, αντος, *Omnis*, universus, (ex α collectivo & πᾶς, omnis.) Marc. 16, 15. πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, profecti in mundum universum. Luc. 3, 21. 21, 4. Ἅπαντες, cuncti. Matth. 24, 39. ἦρεν ἅπαντας, sustulit omnes e medio.

Ἀπατάω, ῶ, f. ήσω, *Fallo, decipio.* Ephes. 5, 6. Jacob. 1, 26. ἀπατῶν καρδίαν ἑαυτοῦ, decipiens cor suum, i. e. seipsum. 1. Tim. 2, 14. Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, (aor. 1. pass.) Adamus non deceptus est, sc. immediate a diabolo, sed tantum mediate ab uxore.

Ἀπάτη, ης, ἡ, *Deceptio, fallacia, fraus.* Matth. 13, 22. ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, fallacia divitiarum. i. e. divitiæ fallaces. 2. Ephes. 4, 22. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, secundum cupiditates fallaces. 2. Thess. 2, 10. καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας, hoc est: ἀπάτῃ ἀδίκῳ, & in omni fraude injusta.

Ἀπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, 1) *Qui est sine patre* (ex α priv. & πατὴρ pater.) 2) Judæi vocant ἀπάτορα, qui non habet patrem legitimum, i. e. spurium. De hoc enim dicunt לא אב. 3) *Qui non est ex eo genere, ex quo esse debebat.* Hebr. 7, 3. Confer supra ἀγενεαλόγητος.

Ἀπαύγασμα, τος, τὸ, *Effulgentia*, aliunde assumtus splendor, (ab ἀπαυγάζω, lucem edo, splendorem relido, ex ἀπὸ & αὐγὴ, splendor.) Hebr. 1, 3. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, qui existit effulgentia gloriæ s. Schechinæ. Hæc vox occurrit Sapient. 7, 26. ubi de sapientia non increata illa, quod volunt quamplurimi, sed illa, quæ mentibus humanis divinitus inditur, sermo est: Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Splendor enim est luminis æterni, & specular, ex quo divinas in homine operationes perspicimus, & imago, ex qua benignitatem ejus cognoscimus. Hesychius: ἀπαύγασμα, ἥλιος φέγγος, solis splendor. Ex his vero nos conficimus ἀπαύγασμα esse splendorem ex alia quadam luce derivatum, qui tamen ejusdem cum illa est essentiæ. Lux ista τῆς δόξης nomine venit, qua quidem voce Schechina indigitatur, sive majestas divina, vid. Lucæ 2, 9. Rom. 9, 4. adeoque vox hæc adjecta denotat, Christum splendorem & majestatem accepisse a Patre, quem Judæi omnes Deum verum crediderunt.

Ἀπείδω, *Conspicio, intueor*, (ex ἀπὸ & εἴδω video.) Philipp. 2, 23. ὡς ἂν ἀπίδω (conj. aor. 2. act.) τὰ περὶ ἐμὲ, ut videam res meas, quomodo scil. fluant.

Ἀπειθεια, ας, ἡ, *Incredulitas*, diffidentia, (ab ἀπειθέω, quando quis veritatem sibi persuaderi non patitur.) Rom. 11, 30. 32. υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, increduli. Ephes. 2, 2. 5, 6. Col. 3. 6.

Ἀπειθέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Incredulus sum*, (ex α priv. & πείθω, persuadeo.) Joann. 3, 36. ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, qui non credit filio. Act. 14, 2. &c. 2) Non pareo. Rom. 2, 8. ἀπειθοῦσι τῇ ἀληθείᾳ, non obsequentibus veritati. Ἀπα-

Ἀπειθὴς, ες, ὁ, ἡ, 1) *Incredulus* (ab ἀπειθέω.) Tit. 1, 16. 3, 3. 2) *Contumax, inobediens.* Act. 26, 19. Rom. 1, 30. γονεῦσιν ἀπειθεῖς, parentibus inobedientes. 2. Tim. 3, 2.

Ἀπειλέω, ῶ, f. ήσω, *Minor.* Act. 4, 17. ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς, minis minemur ipsis. Hebraismus. 1. Petr. 2, 23. ἠπείλει, non minabatur.

Ἀπειλὴ, ῆς, ἡ, *Comminatio, minæ.* Act. 4, 29. 9, 1. Ephes. 6, 9.

Ἄπειμι, f. ἔσομαι, *Absum,* (ex ἀπὸ & εἰμὶ, sum.) Partic. ἀπὼν, absens. 1. Cor. 5, 3. Col. 2, 5. εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, nam etiamsi corpore absim.

Ἀπεῖμι, *Abeo,* anomalon, (ex ἀπὸ & εἶμι, vado, eo.) Act. 17, 10. εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῆεσαν, in synagogam abierant.

Ἀπειπάμεθα vide ἀπέπομαι.

Ἀπείρασος, ος, ὁ, ἡ, *Intentatus,* qui tentari nequit, (ex α priv. & πειράζω, tento.) Jacob. 1, 13. ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείρασός ἐστι κακῶν, Deus enim tentari nequit a malis.

Ἄπειρος, ος, ὁ, ἡ, *Rudis, imperitus,* (ex α priv. & πεῖρα, experientia.) Hebr. 5, 13. ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης, qui nihil scit de verbo justitiæ.

Ἀπεκδέχομαι, f. ξομαι, *Exspecto,* (ex ἀπὸ, ἐκ & δέχομαι, capio.) Rom. 8, 25. δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα, per patientiam exspectamus. 1. Cor. 1, 7. Gal. 5, 5. Philipp. 3, 10. Hebr. 9, 28.

Ἀπεκδύομαι, f. ύσομαι, *Exuo,* (ex ἀπὸ & ἐκδύομαι, idem.) Coloss. 2, 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς, qui exuit principatus, h. e. principes. Cap. 3, 9. ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, postquam exuistis veterem hominem. Phrasis est hebr. חָלַשׁ רוּחוֹ, exuit mentem suam, h. e. immutavit eam: item חָלַשׁ לִבּוֹ, exuit cor suum. Metaphora desumta ab illis, qui vestitum & colorem alicujus viri principis gestarunt, postea vero dominum mutarunt, ergo etiam mentem. Sic homines natura gerunt vestem diaboli, ubi autem convertuntur, tunc exuunt illum, & colorem Christi induunt.

Ἀπέκδυσις, εως, ἡ, *Exutio,* ipsa exuendi actio, (a præced.) Coloss. 2, 11. τῇ ἀπεκδύσει σώματος ἁμαρτιῶν, exutione corporis peccati, dum omnia, quæ ad peccatum pertinent, abjecistis.

Ἀπελλῆς, ῆ, ὁ, *Apelles,* nomen proprium. Rom. 16, 10.

Ἀπελαύνω, f. άσω, *Expello, abigo,* arceo, abduco, (ex ἀπὸ & ἐλαύνω, agito, pello.) Act. 18, 16. ἀπήλασε (aor. 1.) αὐτὰς, abegit ipsos.

Ἀπελεγμὸς, ῆ, ὁ, *Exprobratio,* hodie dicimus prostitutio, (ab ἀπὸ & ἐλέγχω, reprehendo, exprobro.) Act. 19, 27. τὸ μέρος ὑμῖν κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, periculum est, ne pars nostra in reprehensionem abeat, h. e. publice redarguatur & famam malam consequatur. Ἀπελέγχω est rejicio. Symmachus Psalm. 119, 118. ἀπήλεγξας πάντας, rejecisti omnes.

Ἀπελεύθερος, ος, ὁ, ἡ, *Libertus, libertate donatus,* (ex ἀπὸ & ἐλεύθερος, liber.) 1. Cor. 7, 22.

Ἀπελπίζω, f. ίσω, *Inde spero,* (ex ἀπὸ & ἐλπίζω, spero.) Luc. 6, 35. μηδὲν ἀπελπίζοντες, nihil rursus inde sperantes.

Ἀπέναντι, adv. adſciſcit Genitivum. 1) *Coram*, (ex ἀπὸ & ἔναντι, coram, ante.) Matth. 27, 24. ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, coram populo. Act. 3, 16. 2) *Juxta*. Matth. 27, 61. ἀπέναντι τοῦ τάφου, juxta ſepulchrum. 3) *Coram, e regione*. Matth. 21, 2. εἰς τὴν κώμην, τὴν ἀπέναντι (ſc. ὖσαν,) in vicum, qui ex adverſo veſtri eſt. 4) *Contra*. Act. 17, 7. ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος, contra dogmata Cæſaris.

Ἀπέπομαι, medium, *Abdico, renuncio*, (ab ἀπαπᾶν abdicere, renuere, interdicere, ex ἀπὸ & ἐπεῖν dicere.) 2. Cor. 4, 2. Ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, ſed renunciavimus occultæ turpitudinis. Heſychius: ἀπείπατο, ἠρνήσατο. ἀπειπάμεθα, ἀπερρίψάμεθα. ἀπείπαντο, παρητήσαντο, ἀπετάξαντο.

Ἀπέραντος, ος, ὁ, ἡ, *Infinitus*, (ex α priv. & πέρας, terminus.) 1. Tim. 1, 4. γενεαλογίαις ἀπεράντοις, quæ terminum non habent.

Ἀπερισπάστως, adv. *Sine ulla diſtractione*, (ex α priv. & περισπάω diſtraho.) 1. Cor. 7, 35. Sirac. 41, 1. mors acerba eſt ἀνδρὶ ἀπερισπάστῳ, qui nullis ærumnis & anguſtiis diſtractus eſt, contra v. 2. dulcis eſt ἀνθρώπῳ περισπωμένῳ περὶ πάντων, qui in omnibus rebus multum diſtractus & afflictus eſt.

Ἀπερίτμητος, ος, ὁ, ἡ, *Incircumciſus*, (ex α priv. & περιτέμνω, circumcido.) Act. 7, 51. ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, incircumciſi corde & auribus: h. e. quod ad mentem & aures veſtras ſpectat, non eſtis in fœdere cum Deo, adeoque impii eſtis, & ipſi placere non poteſtis.

Ἀπέρχομαι f. ἐλεύσομαι aor. 2. ἀπῆλθον, 1) *Abeo, diſcedo*, prætereo, (ex ἀπὸ & ἔρχομαι eo, venio.) Matth. 13, 25. καὶ ἀπῆλθεν, & abiit c. 16, 4. &c. Ἀπελθεῖν ὀπίσω τινὸς, ſequi aliquem, & ἀπελθεῖν εἰς τὰ ὀπίσω, recedere, vide ὀπίσω. 2) *Dilatome, increbeſco*. Matth. 4, 24. ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ, fama ejus increbuit. 3) *Recedo*. Luc. 5, 13. λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, lepra receſſit ab illo.

Ἀπέχω, f. ἀφέξω, 1) *Recipio*, reporto, (ex ἀπὸ & ἔχω, habeo, teneo.) Philipp. 4, 18. Philem. v. 15. ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, ut æternum ipſum recipias. 2) *Accipio*, vel potius, jam accepi & teneo, quæ mihi debentur, (*ich habe das Meinige veg.*) Matth. 6, 2. 5. 16. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, jam tenent mercedem ipſorum. Luc. 6, 24. Deuter. 32, 19. ἀπέχομεν τὰς κλήρους ἡμῶν, accepimus jam portiones noſtras. Heſychius: ἀπέχῃς, λάβῃς. Thomas Magiſter, Criticus Græcus, vult, ἀπέχειν pulchrius dici, quam λαμβάνειν. 3) *Diſto, abſum*. Cum ἀπὸ. Matth. 15, 8. ἡ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ, cor ipſorum procul abeſt a me. Luc. 7, 6. 15, 10. 24, 13. Adde Jo. Alberti Obſ. in N. T. p. 202. 4) ἀπέχει, impersonale: *Sufficit, ſatis eſt*. Marc. 14, 41. Utitur hoc ſignificatu Anacreon oda. 21. Ego putem, ſubintelligi τὸ ἑαυτοῦ, vel etiam μισθὸν, ex ſigni-

significatu secundo hujus vocis, hoc sensu: Ἀπέχει τὸ χρῆμα vel πρᾶγμα τὸ ἑαυτῆ: Res accepit eas, quæ ad se pertinent. Vel etiam persona subintelligenda. Et sic interpretatur Henr. Stephanus tum in Lexico, tum in diss. de stilo N. T. Grotius ad Matth. 26, 47. comparat cum illo Latinorum: *Habet*, peractum est. 5) ἀπέχομαι, *abstineo:* Duplici modo hoc verbum construitur, vel præpositio additur, Act. 15, 20. 1. Thess. 4, 3. ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, ut abstineatis vos a scortatione: cap. 5, 22. vel nonnunquam cum genitivo vi præpositionis, cum qua compositum est. Act. 15, 29. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, abstinere ab iis, quæ diis immolata sunt. 1. Tim. 4, 3. 1 Petr. 2, 11. ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, abstinere a carnalibus cupiditatibus.

Ἀπιδεῖν, vide ἀπείδω.

Ἀπιστέω, ῶ, f. ήσω. 1) *Non credo*, (ex α priv. & πιστεύω, credo.) Marc. 16, 11. Luc. 24, 11. καὶ ἠπίστουν αὐταῖς & non credebant ipsis. v. 41. 2) *Incredulus sum*, infidelis sum, fidem salvificam non habeo. Marc. 16, 16. ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται, qui vero incredulus fuit, damnabitur. Act. 28, 24. Rom. 3, 3. 2. Tim. 2, 13.

Ἀπιστία, ας, ἡ, 1) *Incredulitas*, (ab ἀπιστέω.) Matth. 13, 58. διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, propter incredulitatem ipsorum. c. 17, 20. Rom. 4, 20 &c. 2) *Fides infirma*. Marc. 9, 24. πιστεύω Κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ, credo Domine, auxiliare fidei meæ infirmæ. Syrus: defectui fidei meæ.

Ἄπιστος, ος, ὁ, ἡ, 1) *Incredulus*, *infideis*, qui non credit, (a πίστις, fides.) Matth. 17, 17. γενεὰ ἄπιστος, generatio infidelis. Joann. 20, 27. μὴ γίνου ἄπιστος, ne fias incredulus. 2) *Paganus*, alienus a fide Christiana. 1. Cor. 6, 6 ἐπὶ ἀπίστων, coram paganis c. 7, 12. 14. ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος, vir paganus. c. 10, 27. 1. Tim. 5, 8. 3) *Res creditu difficilis*. Act. 26, 8. ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν; an hæc res incredibilis apud vos videtur?

Ἁπλόος, ῆ, όη, ῆ, όον, ῆν, 1) *Simplex* 2) *Candidus*, *ingenuus*, sincerus. 3) *Liberalis*, *benignus*. Matth. 6, 22. ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλῆ ᾖ, si tu eleemosynas lubenti animo, hilari vultu & serena fronte erogas. Phrasis est hebraica עַיִן טוֹבָה. vide infra ὀφθαλμός.

Ἁπλότης, ητος, ἡ, 1) *Simplicitas* (ab ἁπλόος.) 2) *Candor*, *sinceritas*, integritas. 2. Cor. 1, 12. 11, 3. ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστὸν (sc. ἔσης,) ab integritate, quæ est vel esse debet erga Christum. Ephes. 6, 5. Col. 3, 22 3) *Largitas*. Rom. 12, 8. ὁ μεταδιδοὺς, ἐν ἁπλότητι (sc. χάρισμα ἔχει) qui distribuit, in largitate. Non incommode vertere posses: in simplicitate cordis, verum adest significatio hebræo-græca, qua verbum ἁπλοῦν notat expandere. Symmachus Jobi 11, 13. ἁπλώσεις πρὸς αὐτὸν τὰς παλάμας σου, expandes ad illum manus tuas. Jesaiæ 33, 23. ὥστε μὴ ἁπλῶσαι ἱστίον, ita ut non expandant velum. Vide

Druſium ad locum Jacob. 1, 5. Monet ergo hic Apoſtolus, ut eleemoſynas non parce diſtribuant, quod plerumque fieri ſolet, ita ut magis fiſco eccleſiæ proſpiciant, pauperes vero, membra Chriſti, fame perire patiantur. Sic occurrit. 2. Cor. 8, 2. 9, 11. 13.

Ἁπλῶς, Adv. 1) *Simpliciter* (a præced.) 2) *Large, affatim.* Jac. 1, 5. ἁπλῶς. i. e. ἐν ὀφθαλμῷ ἁπλῷ, uti in præced. Matth. 6, 22. Vide Druſii Præterita.

Ἀπὸ, præpoſ. regens genitivum, habet multas ſignificationes. Præcipua eſt: A, AB, & quidem, ut denotet. 1) Cauſſam efficientem. Rom. 1, 7. Gratia & pax ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, a Deo Patre. Matth. 11, 19. ſapientia juſtificatur ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, a filiis ſuis. Marc. 8, 31. Chriſtus reprobatus eſt ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, a ſenioribus. 2. Cor. 7, 13. ſpiritus ejus refectus eſt ἀπὸ πάντων ὑμῶν, a vobis omnibus. Confer. Matth. 12, 38. Luc. 11, 50. 17, 25. Jacob 5, 4.

2) A, cum notatcontinuationem ſ. incrementum Matth. 27, 51. ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, a partibus ſuperioribus usque ad inferiores. Hebr. 8, 11. ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν, a parvis usque ad magnos.

3) A, quando liberationem & privationem deſignat. Matth. 1, 21. ſalvum faciet populum ſuum ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, a peccatis ipſorum. cap. 23, 33. quomodo fugietis ἀπὸ τῆς κρίσεως γεέννης; a damnatione gehennæ? Marc. 14, 35. ἵνα παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα, ut decederet ab ipſo hora. Hebr. 5, 7. εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, exauditus (liberatus eſt) a metu. Vide ibi Grotium. Confer. Luc. 8, 2 16, 18. Joann. 10, 18. Rom. 16, 17.

4) A locum & terminum a quo. Matth. 4, 25. venerunt multi ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, a Galilæa. Luc. 11, 18. Bethania prope erat Hieroſolymis, ὡς ἀπὸ σταδίων δέκα πέντε, fere quindecim ſtadiis. Sic c. 21, 8.

5) A, cum tempus indicat. Matth. 13, 35. & ſæpius, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, a fundatione mundi. Marc. 10, 6. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ab initio creationis. Matth. 23, 39. ἀπ' ἄρτι, a modo, ab hoc momento. Rom. 15, 23. ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, a multis annis.

6) ANTE. Matth. 25, 34. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ante fundationem mundi. Sic Apoc. 13, 8. & 17, 8. Conf. Epheſ. 1, 4. Deus elegit nos in Chriſto πρὸ καταβολῆς κόσμου. Sic 2. Theſſ. 2, 13. Deus elegit nos ἀπ' ἀρχῆς, ante initium mundi. Conf. 2. Tim. 1, 9.

7) CORAM. Luc. 19, 41. ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, occultum eſt coram oculis tuis. Luc 9, 45. παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, occultum ab illis. Conf. c. 24, 31. Sic. Matth. 11, 25. ἀπὸ σοφῶν, coram ſapientibus.

8) E, EX, & quidem ut denotet Cauſſam efficientem. Luc. 12, 57. ἀφ' ἑαυτῶν δὲ κρίνετε; an ex vobis ipſis non judicatis? Joann. 5, 19. Filius non poteſt facere quicquam ἀφ' ἑαυτοῦ, a ſe ipſo c. 10, 18. Habeo poteſtatem vitam ponendi ἀπ' ἐμαυτοῦ, a me

me ipso. Rom. 1, 20. ἀπὸ κτίσεως κόσμε, ex creatione mundi. Exempla profana habet Elsnerus Obs. Sacr. tom. 2. p. 5. SicLuc. 21, 30. Joann. 7, 17. 11, 51. Act. 12, 20.

9) EX loco. Matth. 3, 16. ἀνέβη ἀπὸ τῶν ὑδάτων, ascendit ex aquis. Marc. 7, 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς (scil. ἐρχόμενοι,) & ex foro venientes. Luc. 23, 26. ἐρχομένε ἀπ' ἀγρᾶ, venientis ex agro Matth. 14, 29. καταβὰς ἀπὸ τᾶ πλοίε, descendens ex nave.

10) EX, notans Materiam. Matth. 3, 4. Vestis erat ἀπὸ τριχῶν καμήλε, ex pilis cameli.

11) EX, cum objectum vel etiam partem denotat. Matth. 5, 18. Non peribit aliquid ἀπὸ τᾶ νόμε, de lege. c. 7, 16. Num colligunt ἀπὸ ἀκανθῶν, ex spinis uvam? Rom. 1, 20. ἀπὸ κτίσεως κόσμε, ex creatione mundi.

12) EX, cum partitive accipitur. Luc. 24, 42. ἀπὸ μελισσίε aliquid ex favo. Act. 5, 2. ἀπὸ τᾶς τιμᾶς, portionem de pretio.

13) EX, indigitat totum Lucæ 6, 13. καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν, & cum elegisset ex numero eorum. c. 19, 39. ἀπὸ τᾶ ὄχλε, ex populo.

14) IN cum Ablativo. Matth. 19, 4. ἀπ' ἀρχᾶς, in initio. Luc. 21, 11. ἀπ' ἐρανᾶ, in cœlo. Act. 15, 38. ἀπὸ Παμφυλίας, in Pamphylia.

15) PRÆ vel etiam PROPTER. Matth. 13, 44. ἀπὸ τᾶς χαρᾶς αὐτᾶ, præ gaudio suo. c. 14, 26. ἀπὸ τᾶ φόβε, præ timore. c. 18, 7. Væ mundo ἀπὸ τῶν σκανδάλων, propter scandala. Luc. 19, 3. ἀπὸ τᾶ ὄχλε, propter populum. c. 22, 45. ἀπὸ τᾶς λύπης, præ tristitia.

16) Notentur hæc elliptica. Luc. 14, 18, ἀπὸ μιᾶς sc. ψυχᾶς vel φωνᾶς, unanimiter. Luc. 13, 31. 24, 21. Rom. 15, 15. 2. Cor. 1, 14. ἀπὸ μέρας sc. τινος, aliqua ex parte. 2. Petr. 3, 4. ἀφ' ἧς sc. ὥρας, a quo tempore. Marc. 4, 7. ἀπὸ ἀγορᾶς sc. ἐλθόντες, postquam a foro redierunt. Sic Sirac. 34, 27. βαπλιζόμενος ἀπὸ νεκρᾶ, qui lavabatur a mortuo curando rediens. Plura Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 149. 150.

[3]Ἀποβαίνω, f. ήσομαι, 1) *Descendo, proficiscor*, (ex ἀπὸ & βαίνω, vado.) Luc. 5, 2. Joann. 21, 9. 2) Evenio, contingo, accido, cedo. ἀπέβη evenit, Luc. 21, 13. ἀποβήσεται ὑμῖν εἰς μαρτύριον, cedet vobis in testimonium. Philipp. 1, 19.

[3]Ἀποβάλλω, f. αλῶ, *Abjicio*, (ex ἀπὸ & βάλλω, jacio.) Marc. 10, 50. Hebr. 10, 35. μὴ ἀποβάλητε τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ne abjicite plenam spem vestram.

[3]Ἀποβλέπω, f. ψω, *Intueor, adspicio*, respicio, rationem habeo, (ex ἀπὸ & βλέπω, adspicio.) Hebr. 11, 26. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν, rationem enim habuit retributionis.

[3]Ἀπόβλητος, ε, ὁ, ἡ, *Abjectus*, abjiciendus, respuendus, rejectus, rejectaneus (ab ἀποβάλλω, abjicio, rejicio.) 1. Tim. 4, 4. Hesychius ex emendatione Salmasii: ἀπόβλητος, ἄδοξος.

Ἀποβολή, ῆς, ἡ, 1) *Abjectio*, rejectio, (ab ἀποβάλλω.) Rom. 11, 15. 2) *Amissio*, jactura. Act. 27, 22. ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, jactura enim animæ nulla erit ex vobis.

Ἀπογίνομαι vel γίγνομαι. 1) *Absum*, decedo (ex ἀπὸ & γίγνομαι, fio) 2) *Morior*. 1. Petr. 2, 24. ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, peccatis mortui.

Ἀπογραφή, ῆς, ἡ, *Census*, (ab ἀπογράφω) Harpocration: ἀπογραφή, ὅταν τις λέγει τινὰ ἔχειν τι τῶν τῆς πόλεως, ἀπογραφὴν ποιεῖται ὁ ἐναγόμενος, δηλῶν, πόθεν ἔχει τὰ χρήματα καὶ πόσα ταῦτα ἐστί. Hesychius: ἀπογραφή, ἀριθμησις, ἢ ἡ γινομένη μήνυσις. Perizonius ad Aelianum V. H. 4, 25. Luc. 2, 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, hic census primus erat. Act. 5, 37. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς in diebus census. Est illa ἀπογραφή, quæ facta est tempore nati Servatoris. Multi autem duplicem statuunt ἀπογραφήν, quos hoc loco tangere nolumus. Vide infra πρῶτος.

Ἀπογράφω, f. ψω, 1) *Describo*, (ex ἀπὸ & γράφω, scribo.) 2) *In tabulas refero*, Hebr. 12, 13. ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, in cœlis inscriptorum. 3) ἀπογράφομαι, *describor*, *censeor*, nomen do seu profiteor in censu. Luc. 2, 1. ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ut censeretur universus orbis Romanus. Vide Elsnerum tom. 1. Obs. sacr. p. 183.

Ἀποδείκνυμι, f. ξω, *Ostendo*, demonstro, rationibus probo, (ex ἀπὸ & δείκνυμι, ostendo) Act. 25, 7. 2. Thess. 2, 4. Act. 2, 22. ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι, virum a Deo demonstratum apud vos per miracula, nempe quod sit verus Deus & Messias. Celebrem vertit Jo. Alberti in Obs. ad N. T. p. 223. & ex Arriano duo loca adducit. 1. Cor. 4, 9. Deus nos Apostolos ἐσχάτους ἀπέδειξεν, omnium hominum ultimos (h. e. despectissimos) constituit.

Ἀπόδειξις, εως, ἡ, *Demonstratio*, declaratio, probatio, (ab ἀποδείκνυμι.) 1. Cor. 2, 4. sermo noster est ἐν ἀποδείξει πνεύματος, in declaratione spiritus, h. e. ostendit, Spiritum Sanctum in nobis esse.

Ἀποδεκατόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Decimas do*, (ex ἀπὸ & δεκατόω, decimo, quod est a δέκα, decem.) Matth. 23, 23. ὅτι ἀποδεκατᾶτε τὸ ἡδύοσμον, nam decimatis mentham. Luc. 18, 12. 2) *Decimas accipio*. ἀποδεκατεῖν τὸν λαὸν, decimas accipere a populo. Hebr. 7, 5.

Ἀπόδεκτος, α, ὁ, ἡ, 1) *Dignus*, *qui admittatur* & recipiatur, (ab ἀποδέχομαι.) 2) *Acceptus*, *gratus*, probatus. 1. Tim. 2, 3. 5, 4.

Ἀποδέχομαι, f. ξομαι, 1) *Excipio*, *recipio*, admitto, (ex ἀπὸ & δέχομαι, capio.) Luc. 8, 40. Act. 2, 41. 15, 4. 18, 27. 28, 30. καὶ ἀπεδέχετο πάντας & recipiebat omnes, qui ingrediebantur apud ipsum. 2) *Agnosco*. Act. 24, 3. πανταχῇ ἀποδεχόμεθα, undiquaque agnoscimus.

Ἀποδημέω, ῶ, f. ήσω, *Absum domo*, seu patria, *peregrinor*, pere-

peregre proficiscor, (ex ἀπὸ & δῆμος, populus, natio.) Matth. 21, 33. 25, 14. 15. Luc. 15, 13. ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν, peregre profectus est in regionem longinquam.

Ἀπόδημος, ος, ὁ, ἡ, *Peregre agens*, qui abest a suo populo, (ex iisdem.) Marc. 13, 34.

Ἀποδίδωμι, f. ώσω, 1) *Reddo, retribuo*, persolvo (ex ἀπὸ & δίδωμι, do.) Matth. 5, 26. ἕως ἂν ἀπῳδῷς, usque dum reddideris ultimum quadrantem: v. 33. ἀποδώσεις τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου, persolves Domino juramenta tua. Matth. 18, 25. seqq. vide Elsnerum tom. 1. p. 28. 2) Ponitur pro simplici do. Matth. 27, 58. ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα, Pilatus jussit dari corpus. Act. 4, 33. ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, dabant testimonium Apostoli resurrectionis Domini Jesu. 1. Cor. 7, 3. 2. Tim. 4, 8. Hebr. 12, 11. Apoc. 22, 12. 3) *Vendo*. Act. 5, 8. εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; dic mihi, an tanti agellum vendidistis? cap. 7, 9. Hebr. 12, 16. Adde Elsnerum tom. 1. Obs. sacr. p. 290.

Ἀποδιορίζω, *Separo, segrego* suis limitibus (ex ἀπὸ & διορίζω, separo, quod ex διὰ & ὅρος, finis, terminus.) Judæ v. 19. οἱ ἀποδιορίζοντες, sc. ἑαυτούς, qui semetipsos (a cœtu Christianorum) segregant.

Ἀποδοκιμάζω, f. άσω, *Rejicio, reprobo*, (ex ἀπὸ & δοκιμάζω, probo, quod est a δόκιμος, probatus.) Matth. 21, 42. lapis, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, quem reprobarunt ædificantes. Marc. 8, 31. 12, 10. Hebr. 12, 17. 1. Petr. 2, 4.

Ἀποδοχή, ῆς, ἡ, *Receptio, admissio*, approbatio, (ab ἀποδέχομαι.) 1. Tim. 1, 15. 4, 9. πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, & omni approbatione & receptione dignus. Vide Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 289. Maximus Tyrius dissert. 23. pr. ἐδὲ τῷ Ὁμήρῳ ἔγωγε ἀποδέχομαι, non audio, non recipio, quæ Homerus dixit.

Ἀπόθεσις, εως, ἡ, *Depositio, abjectio*, (ex ἀπὸ & τίθημι, pono.) 1. Petr. 3, 21. ἀπόθεσις ῥύπου σαρκός, depositio sordium carnis. 2. Petr. 1, 14. ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματος, depositio tentorii s. habitationis. h. e. corporis.

Ἀποθήκη, ης, ἡ, 1) *Repositorium, reconditorium.* (ex ἀπὸ & τίθημι, pono.) 2) *Horreum, granarium.* Matth. 3, 12. Luc. 12, 18. καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, destruam horrea mea. Utitur Aquila Prov. 3, 10. ubi Symmachus vertit θησαυρὸς. LXX. ταμιεῖα.

Ἀποθησαυρίζω, f. ίσω, *Recondo, congero pro thesauro*, (ex ἀπὸ & θησαυρίζω, recondo in thesauro,) quia thesaurus magnum quid & pretiosum est, significat colligo in magna copia & multitudine rem præstantissimam. 1. Tim. 6, 19. ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, asservantes sibi fundamentum bonum in tempus futurum.

Ἀποθλίβω, f. ψω, *Comprimo*, (ex ἀπὸ & θλίβω, comprimo,

tero, quod est a θλάω, frango.) Luc. 8, 45. οἱ ὄχλοι ἀποθλίβουσί σε, populi comprimunt te.

Ἀποθνήσκω, f. 2. med. θανοῦμαι, *morior*. aor. 2. ἀποθανεῖν, emori, (ex ἀπὸ & θνήσκω, morior.) 1) *Morte corporali*. Matth. 9, 24. οὐκ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, non mortua est puella. 2) Morte spirituali. Joann. 6, 50. ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ, ut aliquis ex eo edat, & non moriatur. Rom. 5, 15. 8, 13. 1. Cor. 15, 22. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσι, sicut enim in Adamo omnes moriuntur. 3) *Mori spiritualiter*, ad imitationem scil. mortis Christi. Coloss. 2, 20. εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ, si igitur mortui estis cum Christo. Conf. c. 3, 3. 4) *Nihil cum aliquo commune amplius habeo*. Rom. 6, 2. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, qui mortui sumus peccato. v. 8. Gal. 2, 10. νόμῳ ἀπέθανον, legi mortuus sum. 5) Arbores mori dicuntur, h. e. *perire, arescere*. Judæ v. 12. δένδρα δὶς ἀποθανόντα, arbores bis mortuæ.

Ἀποκαθίστημι, *Restitue*, fut. στήσω, (ex ἀπὸ & ἵστημι, sto, colloco.) 1) Physice Matth. 12, 13. ἡ χεὶρ ἀποκατεστάθη, manus restituta est. Hebr. 13, 19. ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν, ut celerius restituar vobis. 2) Metaphorice, in statum & ordinem bonum redigo. Matth. 17, 11. Elias venit, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα, & restituet omnia. Act. 1, 7. εἰ ἀποκαθιστάνεις βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; num tu in bonum ordinem redigis regnum Israeli?

Ἀποκαλύπτω, f. ψω, *Detego, revelo*, (ex ἀπὸ & καλύπτω, tego.) Matth. 11, 25. καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις, & revelasti ea infantibus. ἀποκαλύπτομαι retegor, patefio. Luc. 11, 2. οὐδὲν ἐστὶ κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, nihil est tectum, quod non patefiet.

Ἀποκάλυψις, εως, ἡ, 1) *Patefactio*, detectio, revelatio, (a præc.) Rom. 2, 5. 16, 25. κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, secundum revelationem mysterii. 2. Cor. 12, 1. ἐλεύσομαι εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις κυρίου, veniam ad visiones & revelationes Domini. Gal. 1, 12. 2) *Illuminatio*, Luc. 2, 32. φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, lumen in illuminationem gentium. Ephes. 1, 17.

Ἀποκαραδοκία, ἰας, ἡ, *Sollicita & anxia exspectatio* facta exserto capite (ab ἀποκαραδοκέω, sollicite & quasi exserto capite exspecto. Ex ἀπὸ & καραδοκέω, idem, quod est ex κάρα, τό, caput, & δοκάω.) Rom. 8, 19. Philipp. 1, 20. κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, secundum sollicitam & anxiam exspectationem & spem meam. Aquila Psalm. 37, 7. σίγησον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποκαραδόκει αὐτόν, tace Domino, & exspecta eum. Καραδοκία occurrit apud Aquilam. Psalm. 39, 8. ἡ καραδοκία μου μετὰ σοῦ, spes mea est apud te. Psalm. 130. 5. καὶ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ ἐκαραδόκησα, & verbum ejus exspectavi. Hesychius: ἀποκαραδοκία, προσδοκία, ἀπενδοχή.

Ἀποκαταλλάσσω, vel, λλω, f. ξω, *Reconcilio, placo*, (ex ἀπὸ &

& καταλλάσσω, concilio, ab ἀλλάσσω, muto.) Ephes. 2, 16. Coloss. 1, 20. 22.

Ἀποκατάστασις, εως, ἡ, Proprie, *Restitutio*, (ab ἀποκαθίστημι, quod vide,) deinde *redactio in bonum ordinem*. Hesychius: ἀποκατάστασις, τελείωσις. Act. 3, 21. ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, usque ad tempus, quo omnia (quæ scil. ad salutem hominum & rem Christianam pertinent) in bonum ordinem constitui debebant, id quod factum est tempore Novi Test.

Ἀπόκειμαι, f. ἐσομαι, 1) *Seponor, reponor*, deponor, (ex ἀπὸ & κεῖμαι, jaceo.) 2. Tim. 4, 8. ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, depositа mihi est justitiæ corona. Jobi 38, 23. Part. præs. ἀποκείμενος, conditus, repositus. Luc. 19, 20. ἰδὲ, ἡ μνᾶ σε, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ, ecce libra tua, quam habebam conditam, (repositam) in sudario. Coloss. 1, 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, propter spem repositam nobis in cœlis. 2) ἀπόκειται, imperf. statutum est. Hebr. 9, 27. ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, statutum est hominibus semel mori. Exempla habet Elsnerus tom. 2. p. 258.

Ἀποκεφαλίζω, f. ίσω, *Decollo, caput amputo*, (ex ἀπὸ & κεφαλὴ caput.) Matth. 14, 10. Marc. 6, 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἐστιν, quem ego decollavi Joannem, hic est; pro: hic est Joannes, quem decollavi.

Ἀποκλείω, f. είσω, *Claudo, occludo*, (ex ἀπὸ & κλείω, claudo.) Luc. 13, 25.

Ἀποκόπτω, f. ψω, 1) *Abscindo, amputo*, præcido, (ex ἀπὸ & κόπτω, scindo, seco.) Marc. 9, 43. 45. Joann. 18, 10. 26. ᾧ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον, cujus abscidit Petrus auriculam. Act. 27, 32. 2) *Repello, separo*, abstraho. Gal. 5, 12. ὄφελον ἀποκόψονται, utinam repellantur.

Ἀπόκριμα, τος, τὸ, *Responsio*; deinde: *decretum*, sententia, (ab ἀποκρίνω.) 2. Cor. 1, 9. ἀπόκριμα θανάτου, sententia mortis. Hesychius: ἀπόκριμα, κατάκριμα, ψῆφον.

Ἀποκρίνομαι, f. ἔσομαι, aor. 1. ἀπεκρίθην, 1) *Respondeo*, (ex ἀπὸ & κρίνω, judico.) Matth. 8, 8. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη & respondit centurio & dixit. &c. 2) Significatione generali: *loquor*, sermonem incipio. Denotat enim principium sermonis, quemadmodum radix עָנָה Deuteron. 26, 8. Jobi 3, 1. Esaiæ 14, 10. Sic in N. T. Luc. 14, 3. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, & respondit Jesus. Nemo ipsum interrogaverat, cui ergo respondit? Act. 3, 12. Ἰδὼν Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαὸν, cum videret hoc Petrus, locutus est ad populum. c. 5, 8. His adde Matth. 11, 25. 17, 4. 21, 21. 22, 1. 27, 21. 28, 5. Marc. 10, 51. 11, 14. 14, 48. Luc. 13, 14. Act. 10, 46. 15, 13. & Apoc. 7, 13. Hesychius: ἀπόκρισις, ἐπιλογία, quando ad rem vel factum præcedens aliquid loquor, quamvis nullus sermo præcesserit.

Ἀπόκρισις, εως, ἡ, *Responsio*, responsum (ab ἀποκρίνομαι) Luc.

Luc. 2, 47. 20, 26. καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτῆς & mirati sunt de responsione ipsius. Joann. 1, 22. 19, 9.

Ἀποκρύπτω, f. ψω, *Abscondo*, occulto, contego, operio, (ex ἀπὸ & κρύπτω, abscondo) Matth. 11, 25. ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, quod absconderis hæc a sapientibus. c. 25, 18. Ἀποκεκρυμμένον, abditum, abstrusum, reconditum. 1. Cor. 2, 7. Ephes. 3, 9. Coloss. 1, 26.

Ἀπόκρυφος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Occultus*, absconditus, (a præc.) Marc. 4, 22. Coloss. 2, 3.

Ἀποκτείνω, f. ενῶ, 1) *Interficio, occido*, (ex ἀπὸ & κτείνω, interficio) Matth. 10, 28. καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, & ne timeatis ab occidentibus corpus, animam vero non valentibus occidere. 2) Metaphorice, *irritum reddo*, deleo. Ephes. 2, 16. ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν, delens inimicitiam. 2. Cor. 3, 6. τὸ γράμμα ἀποκτείνει, littera occidit sc. animam. Si quis literam verbi Dei presse nimium sequatur, & voluntatem Dei, quæ anima est orationis, negligat, is animæ suæ periculum adire potest.

Ἀποκυέω, ῶ, f. ήσω, *Pario, gigno*. (ex ἀπὸ & κυέω, concipio, uterum gero.) metaph. Jacob. 1, 18. βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς, Volens (voluntarie) genuit nos. v. 15. ἁμαρτία ἀποκυεῖ θάνατον, peccatum parit mortem. Confer Maji Obs. sacras lib. 2. p. 143.

Ἀποκυλίω, f. ίσω, *Devolvo, amoveo*, (ex ἀπὸ & κυλίω volvo) Matth. 28, 2. ἀπεκύλισε τὸν λίθον, devolvit lapidem. Marc. 16, 3. 4. Luc. 24, 2.

Ἀπολαμβάνω, f. ήψομαι, 1) *Absumo*, seorsum sumo, vel duco, (ex ἀπὸ & λαμβάνω, sumo,) Marc. 7, 33. καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, & cum abduxisset illum a populo seorsim. 2) *Recipio*. Luc. 6, 34. cap. 23, 41. ἄξια γὰρ, ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν, digna enim iis, quæ fecimus, recipimus. Rom. 1, 27. 3) *Accipio, consequor*. Gal. 4, 5. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν, ut adoptionem accipiamus. Coloss. 3, 24. 2. Joann. v. 8. ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν, sed (ut) mercedem plenam consequamur. 4) *Excipio, adsumo*, ad me recipio. 3. Joann. v. 8. ἡμεῖς ἓν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τὰς τοιάτας, nos igitur debemus excipere tales.

Ἀπόλαυσις, εως, ἡ, 1) *Fruitio, usus*, commodum, fructus, quem ex aliqua re percipimus, (ex ἀπὸ & λαύω, fruor.) 1. Tim. 6, 17. 2) Voluptas, oblectatio. Hebr. 11, 25. ἁμαρτίας ἀπόλαυσις, peccati fruitio, seu oblectatio ex peccato descendens.

Ἀπολείπω, f. ψω, 1) *Relinquo*, derelinquo, (ex ἀπὸ & λείπω, linquo.) 2. Tim. 4, 13. 20. ἀπολείπομαι relinquor, reliquus sum, supersum. ἀπολείπεται, imperf. Hebr. 4, 6. 9. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς, igitur supereſt sabbatum. c. 10, 26. 2) Desero. Judæ v. 6.

Ἀπο-

Ἀπολέχω, *Lingo, lambo,* (ex ἀπὸ & λείχω, lingo.) Luc. 16, 21.

Ἀπόλλυμι, f. ἀπολλύω f. λέσω, f. 2. ολῶ, perf. ἀπολώλεκα. 1) *Perdo, occido,* (ex ἀπὸ & ὄλλυμι perdo.) Matth. 2, 13. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό, (sc. ἕνεκα s. χάριν,) vult enim Herodes puerulum quærere, perdendi illum causſa. Marc. 11, 8. καὶ ἐζήτουν, πῶς αὐτὸν ἀπολέσωσιν, & quærebant, quomodo ipſum occiderent. Luc. 11, 51. 19, 47. Joann. 10, 10. 2) *Perdo, amitto,* Matth. 10, 39. 42. ὃ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ, non perdiderit, amiſerit mercedem ſuam. Luc. 15, 4. 6. 8. 9. Ἀπόλλυμαι, perdor, pereo, intereo, diſpereo. Matth. 8, 25. Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα, Domine, ſerva nos, perimus. 1. Cor. 1, 18. τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί, pereuntibus quidem ſtultitia eſt. 2. Petr. 3, 9. μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, non volens, aliquos perire. Præt. med. ἀπόλωλα perii, inde partic. ἀπολωλώς, qui amiſſus erat, qui perierat, Matth. 10, 6. πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ, ad oves, quæ ſe amiſerunt, domus Iſraël. c. 15, 24. Luc. 15, 4. 6. 3) Damnum creo, perdo. Marc. 1, 24. ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς, veniſti cruciare nos. Rom. 14, 15. μὴ ἀπόλλυε ἐκεῖνον, ne damnum adfer illi. Adde Elsnerum Obſ. ſacr. tom. 2. p. 64.

Ἀπολλύων, Nomen regis abyſſi, perdens, *vaſtator,* (partic. ab ἀπόλλυω.) Apoc. 9, 11.

Ἀπολλωνία, ίας, ἡ, *Apollonia,* nomen urbis Macedoniæ. Act. 17, 1.

Ἀπολλώς, ῶ, ὁ, *Apollos,* nomen ſummi cujusdam doctoris, in eccleſia Apoſtolica. Act. 18, 24. 19, 1. 1. Cor. 1, 12. ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, (Genit.) pro: ἐγὼ εἰμι ἐκ μέρους τοῦ Ἀπολλῶ, ego ſto a partibus Apollo.

Ἀπολογέομαι, ήσομαι, f. ήσομαι, 1) *Defendo ſermone,* (ex ἀπὸ & λόγος, ſermo, quod eſt a λέγω, dico: *ich ſage von mir weg.*) Luc. 12, 11. μὴ μεριμνᾶτε, πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ne curate, quomodo aut quid pro defenſione veſtra locuturi ſitis, cap. 21, 4. Act. 19, 33. 24, 10. 2) Excuſo. Rom. 2, 15.

Ἀπολογία, ίας, ἡ, *Defenſio,* excuſatio, purgatio, (a præced.) Act. 22, 1. 25, 16. Philipp. 1, 7. 17. 1. Petr. 3, 15. ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν, parati (eſte) ſemper ad defenſionem omni, qui expetit a vobis rationem.

Ἀπολούω, f. ούσω, *Abluo,* (ex ἀπὸ & λούω.) Act. 22, 16. ἀναστὰς βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ſurge & baptizare & ablue peccata tua, ſ. lavare a peccatis tuis. 1. Cor. 6, 11. ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ſed abluti eſtis, ſive etiam, ipſi per virtutem Spiritus S. in ſanguine agni mundi vos abluiſtis.

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ, *Redemtio,* (ab ἀπολυτρόω, redimo, accepto pretio dimitto, ex ἀπὸ & λυτρόω, ſolvo.) Luc. 21, 28. διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν, eo quod appropinquat redemtio veſtra;

vestra. Rom. 3, 24. διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ (sc. ἔσης,) per redemtionem, quæ in Christo Jesu est. 1. Cor. 1, 30.

Ἀπολύω, f. ύσω, 1) *Dimitto, remitto*, do veniam abeundi, (ex ἀπὸ & λύω, solvo.) Matth. 5, 31. 32. ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα, dimiserit uxorem. c. 14, 15. 2) *Absolvo reum.* Matth. 27, 15. 17. τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; quem vultis ut absolvam vobis? Act. 3, 13. 16, 35. 26, 32. 3) *Libero, liberum reddo.* Luc. 2, 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σε, nunc dimittis servum tuum, huc usque in corpore, tanquam carcere, detentum. Confer Elsneri Obs. sacras tom. 1. p. 190. Scultetum Obs. Evang. 1, 64. Construitur cum Genitivo vi præpositionis. Luc. 13, 12. γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σε, mulier, liberata esto ab infirmitate tua. 4) ἀπολύομαι, dimittor, discedo. Act. 28, 25.

Ἀπομάσσω, vel, τλω f. ξω, *Absergo*, (ex ἀπὸ & μάσσω, absterge.) ἀπομάσσομαι idem. Luc. 10, 11. κονιορτὸν - ἀπομασσόμεθα ὑμῖν, pulverem abstergimus, vel excutimus.

Ἀπονέμω, f. εμῶ, *Tribuo, attribuo*, adsigno, (ex ἀπὸ & νέμω, tribuo, distribuo.) 1. Petr. 3, 7. ἀπονέμοντες τιμήν, tribuentes honorem.

Ἀπονίπτω, f. ψω, *Abluo*, (ex ἀπὸ & νίπτω, lavo.) Matth. 27, 24. ἀπενίψατο τὰς χεῖρας, abluit manus Pilatus, ex more illorum, qui innocentiam suam testari voluerunt: de quo ritu vide Dav. Clerici quæst. sacr. 32. Scaligerana poster. p. 32.

Ἀποπίπτω, f. πεσοῦμαι, aor. 2. ἔπεσον, *decido*, (ex ἀπὸ & πίπτω cado.) Act. 9, 18.

Ἀποπλανάω, ῶ, f. ήσω, Aberrare facio, *impello in errorem, decipio*, (ex ἀπὸ & πλανάω, a recta via abduco.) Marc. 13, 22. ἀποπλανάομαι, ῶμαι, abducor, aberro. 1. Tim. 6, 10. ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, abducti sunt, aberrarunt a fide.

Ἀποπλέω, f. ένσω, *Navi discedo*, solvo, (ex ἀπὸ & πλέω, navigo.) Act. 13, 4. 27, 1. ὡς δὲ ἐκρίθη τὸ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, quum vero decretum esset, ut solveremus in Italiam.

Ἀποπλύνω f. υνῶ, *Abluo*, (ex ἀπὸ & πλύνω lavo.) Luc. 5, 2. ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα, abluerunt retia.

Ἀποπνίγω, f. ξω, *Suffoco*, (ex ἀπὸ & πνίγω, suffoco.) Matth. 13, 7. Luc. 8, 33. καὶ ἀπεπνίγη (aor. 2. pass.) & suffocatus est: sermo est de semine, quod in spinas incidit.

Ἀπορέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Ad angustias detrusus* inexplicabiles *hæsito*, (ab ἄπορος meatum non habens, ex α priv. & πόρος, via, transitus, quod est a πείρω, transadigo, transeo.) 2) ἀποροῦμαι, οῦμαι, *Dubito, incertus sum.* Joann. 13, 22. ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει, incerti, de quo dicat. Act. 25, 20. 2. Cor. 4, 8. ἀπορούμενοι, (est pass.) ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, dubitantes, sed non desperantes. In eum statum aliquando devenimus, ut multi desperare incipiant, sed res nondum prorsus desperata est, neque diu sic manet. Gal. 4, 10. ἀπορούμαι ἐν ὑμῖν, hæsito circa vos, quo-

quonam scil. sermonis genere uti debeam, ut explicat Grotius. Jesa. 51,20. οἱ υἱοί σε ἀπορραμένοι.

Ἀπορία, ίας, ἡ, Consilii inopia, *anxietas*, *angustia*, (ab ἀπορέω μαι.) Luc. 21,25. συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, angustia gentium in consilii inopia.

Ἀποῤῥίπτω, f. ψω, *Abjicio*, *projicio*, (ex ἀπὸ & ῥίπτω, projicio.) Ellipsis circa hoc verbum est adnotanda, ἀποῤῥίπτειν sc. ἑαυτὸν, se projicere. Act. 27, 43. jussitque eos, qui possent natare, ἀποῤῥίψαντας (sc. ἑαυτὰς) πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι, projicere se primos, & ad terram exire.

Ἀποροφανίζω, f. ίσω, *Orbo*, *orphanum reddo*, (ex ἀπὸ & ὀρφανὸς, orphanus, orbus parentibus.) metaph. 1. Thess. 2, 17. ἡμεῖς δὲ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν, nos vero erepti vobis ad tempus.

Ἀποσκευάζω, f. άσω, *Sarcinas colligo*, *vasa auffero*, deporto, (ex ἀπὸ & σκεῦος, vas, instrumentum.) Act. 21, 15. ἀποσκευασάμενοι, postquam sarcinas deportaveramus. Hesychius: ἀποσκευάζονται, ἀποφέρονται.

Ἀποσκίασμα, ατος, τὸ, *Obumbratio*, (ex ἀπὸ & σκιάζω, obumbro.) Jacob. 1, 17. apud Deum non est τροπῆς ἀποσκίασμα, obscuratio conversationis. Deus non ita comparatus est, ut attributa sua possit mutare, & e luce ad tenebras pervenire.

Ἀποσπάω, ῶ, f. άσω, *Abstrabo*, *avello*, *evello*, (ex ἀπὸ & σπάω, traho.) Matth. 26, 51. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, evaginavit gladium suum. Luc. 22, 41. καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν, & ille avulsus est ab illis circiter lapidis jactum. Act. 20, 30. τοῦ ἀποσπᾶν (sc. ἕνεκα) τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν, abstrahendi gratia discipulos (Christianos) post se. c. 21, 1.

Ἀποστασία, ίας, ἡ, *Defectio*, (ex ἀπὸ & ἵστημι, sto.) Act. 21, 21. ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως, defectionem doces a Mose. 2. Thess. 2, 3. ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, nisi venerit defectio primum, insignis scil. quædam ab Apostolorum doctrina, secessio.

Ἀποστάσιον, ίου, τὸ, 1) *Repudium*, (ab ἀπόστασις, defectio, discessio.) Matth. 19, 7. βιβλίον ἀποστασίου, libellus repudii. 2) Ipse libellus repudii, Matth. 5, 31. δότω αὐτῇ ἀποστάσιον, det ipsi libellum repudii. Hesychius: ἀποστάσιον, τὸ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα, καὶ γράψαι ἀποστάσιον.

Ἀποστεγάζω, f. σω, *Tectum auffero*, (ex ἀπὸ & στεγάζω, tego, quod est a στέγη, tectum.) Marc. 2, 4. ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, ὅπου ἦν, detexerunt tectum, ubi erat.

Ἀποστέλλω, f. ελῶ, 1) *Mitto*, *ablego*, (ex ἀπὸ & στέλλω, mitto.) Matth. 10, 16. ἰδὲ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, ecce, ego mitto vos tanquam oves in medium luporum. Joh. 17, 3. καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν: & quem misisti Jesum Christum ut cognoscant. 1. Cor. 1, 17. οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς (ἕνεκα τοῦ) βαπτίζειν, non tam misit me Christus ad baptizandum, quam ad prædicandum. Quando ἀποστέλλειν absolute & sine subjecto ponitur, supplendum est τινὰ, s. ἄγγελον. Matth. 2, 16. καὶ ἀποστείλας (τινὰς) ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ (ὄν-

(ὄντας,) & misit aliquos & sustulit omnes pueros, qui erant in Bethleem. Sic cap. 14, 35. 27, 19. Marc. 3, 31. 6, 17. Joann. 1, 19. 5, 33. 11, 3. Act. 5, 21. 7, 14. 13, 15. 16, 36. 2) *Dimitto.* Luc. 4, 18. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, pro εἰς ἄφεσιν ad dimittendum confractos in libertatem.

Ἀποστερέω, ῶ, f. ήσω, *Privo, fraudo*, defraudo, damno afficio, (ex ἀπὸ & στερέω, privo.) Marc. 10, 19. μὴ ἀποστερήσῃς, ne defraudaveris. 1. Cor. 6, 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; cur non potius damno adfici vos finitis? cap. 7, 5. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, ne private vos invicem. ἀπεστερημένος privatus. 1. Tim. 6, 5. ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, qui destituuntur, qui alieni sunt a veritate. Jac. 5, 4. ὁ μισθὸς, ὁ ἀπεστερημένος, merces detracta.

Ἀποστολή, ῆς, ἡ, 1) proprie, *Missio*, (ab ἀποστέλλω,) 2) *Apostolatus*, munus Apostolorum. Act. 1, 25. Rom. 1, 5. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν, i. e. χάριν τῆς ἀποστολῆς, per quem accepimus gratiam apostolatus. ἐν διὰ δυοῖν.

Ἀπόστολος, ου, ὁ, 1) *Legatus*, qui cum mandatis ab aliquo mittitur (ab eodem) Joann. 13, 16. οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν, neque legatus major est illo, qui misit ipsum. Filius Dei vocatur ἀπόστολος. Hebr. 3, 1. 2) *Duodecim discipuli* Christi stricte sic nominantur Matth. 10, 2. Luc. 6, 13. & elegit ex illis duodecim, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε, quos etiam apostolos vocavit. 3) *Qui munus Apostoli gerit.* Rom. 1, 1. Paulus, servus Jesu Christi, κλητὸς ἀπόστολος, vocatus apostolus. c. 11, 13. 16, 7. 1. Cor. 12, 28. Ephes. 4, 11. Philipp. 2, 25. Paullus enim erat Apostolus extra ordinem a Christo vocatus.

Ἀποστοματίζω, f. ίσω, proprie, *Recitare aliquem jubeo*, deinde, *elicio verba* ex ore alicujus, (ex ἀπὸ & στόμα, ος.) Luc. 11, 53. Pharisæi ἤρξαντο ἀποστοματίζειν χριστὸν περὶ πλειόνων, cœperunt de rebus multis ex ore ipsius elicere. Suidas: ἀποστοματίζειν, κελεύειν τὸν παῖδα λέγειν ἄττα ἀπὸ στόματος, jubere, ut puer quædam recitet. Hesychius: ἀποστοματίζειν, ἀπὸ μνήμης ἀξιῶν λέγειν, rogare vel jubere, ut aliquis ex promta memoria dicat. Sic enim is locus legendus. Plura hujus significationis dabit Grotius.

Ἀποστρέφω, f. ψω, 1) *Averto* (ex ἀπὸ & στρέφω verto) Luc. 23, 14. ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν, tanquam avertentem populum. Act. 3, 26. ἐν τῷ ἀποστρέφειν (subint. ἑαυτὸν) ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, dum avertat se unusquisque a malitiis vestris. Rom. 11, 26. 2. Tim. 4, 4. 2) *Refero.* Matth. 27, 3. μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια, pœnitentia ductus retulit triginta nummos argenteos. 3) ἀποστρέφομαι, *averſor.* Matth. 5, 42. & eum, qui a te vult mutuum accipere, μὴ ἀποστραφῇς, ne averseris. Adde Tobiæ 4, 7. 2. Tim. 1, 15. ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, quod aversati sunt me omnes, qui sunt in Asia. Tit. 1, 14. Hebr. 12, 25. Hesychius: ἀποστρέφεται, ἀποτρέπει τὸ πρόσωπον. Adde Elsnerum tom. 1. p. 29. Jo. Alberti Obs. p. 43.

Ἀπο-

Ἀποστυγέω, ῶ, f. ήσω, *Abhorreo, averſor*, (ex ἀπὸ & στυγέω, abhorreo, quod eſt a στύξ, στυγὸς, Styx, fluvius gentilium infernalis.) Rom. 12, 9. ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, ut Stygem & infernum fugientes malum. Heſychius: ἀποστυγοῦντες, μισοῦντες.

Ἀποσυνάγωγος, ος, ὁ, *Ex ſynagoga* vel conventu ejectus, (ex ἀπὸ & συναγωγή.) Joann. 9, 22. 12, 42. 16, 2.

Ἀποτάσσομαι, vel ἀτομαι, *Valedico*, jubeo valere, *renuncio*, (ex ἀπὸ & τάξις, ordo, q. d. diſcedo ex ordine.) Luc. 9, 61. πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, primum vero permitte mihi valedicere iis, qui ſunt in domo mea. Act. 18, 18. 21. metaphorice abnego. Luc. 14, 33. ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν (ſc. χρήμασιν,) qui non valedicit omnibus ſuis opibus.

Ἀποτελέω, ῶ, f. έσω, *Efficio, perficio*, conſummo, (ex ἀπὸ & τελέω finio, τέλος, εος, finis.) Jacob. 1, 15. ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, peccatum, poſtquam ad finem perductum eſt.

Ἀποτίθημι, *Depono, repono*, (ex ἀπὸ & τίθημι, pono.) med. ἀποτίθεμαι. 1) Repono, recondo. Act. 7, 58. καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν, & teſtes depoſuerunt veſtes ſuas. 2) *Depono, omitto*. Rom. 13, 12. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τῆς σκότους, deponamus igitur opera tenebrarum. Epheſ. 4, 22. 25.

Ἀποτινάσσω, f. ξω, *Excutio, decutio*, (ex ἀπὸ & τινάσσω, quatio.) Luc. 9, 15. τὸν κονιορτὸν - - ἀποτινάξατε pulverem excutite. Act. 28, 5.

Ἀποτίω, f. σω, *Perſolvo, rependo*, reddo, (ex ἀπὸ & τίω, pendo.) Philem. v. 19. Heſychius: ἀποτῖσαι, ἀποδοῦναι.

Ἀποτολμάω, ῶ, f. ήσω, confidenter *Audeo*, (ex ἀπὸ & τολμάω, audeo.) Rom. 10, 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ cum majore quadam libertate ac confidentia loquitur. Vide pluribus Alex. Morum præf. ad c. 53. Jeſaiæ. p. 3. ſeqq.

Ἀποτομία, ας, ἡ, proprie 1) *Abſciſſio*, inciſio, (ab ἀποτέμνω abſcindo, reſeco.) 2) *Rigor, ſeveritas*, qua res omnes ad vivum reſecantur, qualem ſeveritatem adhibet hortulanus in abſcindenda arbore. (Vide Luc. 13, 7.) Rom. 11, 22.

Ἀποτόμως, Adv. *Præciſe, ſtricte*, (eſt ab ἀποτέμνω.) 2. Cor. 13, 10. ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, ut præſens non præciſe utar, ut tanquam medicus partem corporis immedicabilem ferro abſcindam: Tit. 1, 13. ἔλεγχε αὐτὰς ἀποτόμως, redargue illos præciſe. Heſychius: ἀποτόμως, σκληρῶς, ἀπαραιτήτως.

Ἀποτρέπω, f. ψω, *Averto, avoco*, revoco, dehortor (ex ἀπὸ & τρέπω verto.) ἀποτρέπομαι averſor, repudio, repello. 2. Tim. 3, 5. ἀποτρέπου τούτους, averte te ab illis.

Ἀπουσία, ας, ἡ, *Abſentia*, (ab ἄπειμι, abſum.) Philipp. 2, 12. ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου in abſentia mea.

Ἀποφέρω, *Abduco, refero*, adfero, (ex ἀπὸ & φέρω, fero.) Marc.

15, 1. δήσαντες Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν postquam ligaverant Jesum abduxerunt. Luc. 16, 12. 1. Cor. 16, 3. Apoc. 17, 3. 21, 10.

Ἀποφεύγω, f. εὔξομαι, *Effugio, evado*, (ex ἀπὸ & φεύγω, fugio,) habet genitivum vi præpositionis & accusativum. 2. Petr. 1, 4. ἀποφυγόντες (part. aor. 2.) τῆς ἐν κόσμῳ φθορᾶς, effugientes corruptionem, quæ in mundo est. c. 2, 18. 20.

Ἀποφθέγγομαι, f. ξομαι, *Eloquor*, sententiose dico, (ex ἀπὸ & φθέγγομαι, loquor.) Act. 2, 4. καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδα αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι, quemadmodum Spiritus S. dabat illis eloqui. cap. 2, 14. 26, 25. Vide Elsnerum tomo 1. p. 365.

Ἀποφορτίζομαι, *Exonero*, onus depono, (ex ἀπὸ & φόρτος, onus.) Act. 21, 3.

Ἀπόχρησις, εως, ἡ, *Abusus*, (ab ἀποχράομαι, abutor.) Coloss. 2, 22.

Ἀποχωρέω, ῶ, f. ήσω, *Abscedo, discedo*, recedo. (ex ἀπὸ & χωρέω, eo.) Matth. 7, 23. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, discedite a me operantes iniquitatem. Luc. 9, 39. Act. 13, 13.

Ἀποχωρίζω, f. σω, *Separo, sejungo*, dirimo, segrego, (ex ἀπὸ & χωρίζω, separo, χωρὶς, sine.) ἀποχωρίζομαι, sejungor, discedo. Act. 15, 39. Apoc. 6, 14. οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη, cœlum discessit.

Ἀποψύχω, f. ξω, *Exspiro*, animam efflo, *morior*, (ex ἀπὸ & ψύχω, frigefacio.) subaudi τὸν βίον. Luc. 21, 26. ἀποψυχόντων (sc. βίον) ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, exspirantibus vitam hominibus præ timore. Elsnerus tom. 1. p. 275.

Ἄππιος φόρος, *Forum Appium*, civitas Italiæ. Actor. 28, 15.

Ἀπρόσιτος, ος, ὁ, ἡ, *Inaccessus*, (ex α priv. & πρόσειμι, accedo.) 1. Tim. 6, 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, lumen habitans inaccessum.

Ἀπρόσκοπος, ος, ὁ, ἡ, *Non offensus* & *non offendens*, active & passive, (ex α priv. & προσκόπτω impingo, allido.) Act. 24, 16. ἀπρόσκοπον συνείδησιν, non offensam conscientiam. 1. Cor. 10, 32. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, non offendentes estote & Judæis & gentibus. Philipp. 1, 10.

Ἀπροσωπολήπτως, *Citra personarum respectum*, (ex α priv. & προσωπολήπτης, personarum acceptor, qui personarum habet rationem, a πρόσωπον, persona & λαμβάνω, accipio.) 1. Petr. 1, 17.

Ἄπταιστος, ος, ὁ, ἡ, *Non impingens*, immunis a lapsu, (ex α priv. & πταίω impingo) Judæ v. 24. φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους, custodire vos immunes.

Ἅπτομαι, med. 1) *Tango*, construitur cum genitivo, propter subintellectum verbum cognatæ significationis. Matth. 8, 3. ἥψατο (sc. ἁφὴν) αὐτοῦ, tetigit ipsum. 2. Cor. 6, 17. ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, impurum ne tangite. 2) *De concubitu* & negotio conjugali accipitur. 1. Cor. 7, 1. γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, mulierem non adtingere. Vide Gatakerum ad Antoninum Philosophum lib. 1. c. 1. §. 17. 3) *Lædo, noceo*, 1. Joann. 3, 18. καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ, & malus non lædit ipsum. Ἅπτω,

Ἅπλω, f. ψω, *Accendo.* Luc. 8, 16. ἐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, nemo vero, qui lucernam accendit. cap. 22, 55.

Ἀπφία, ίας, ἡ, *Appia*, nomen mulieris. Philem. v. 2.

Ἀπωθέομαι, ἔμαι, vel ἀπώθομαι, med. 1) cum vehementia *repello*, *detrudo* (verbum anomalon ab ἀπὸ & ὠθέω sive ὤθω, impello.) Act. 7, 27. ἀπώσατο αὐτὸν, detrusit ipsum. v. 39. 1. Tim. 1, 19. Sic apud Herodianum equi calcitrantes dicuntur ἀποθεῖσθαι τὰς ἐπιβάτας. 2) *Rejicio, repudio.* Act. 13, 46. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθαι αὐτὸν, postquam vero illud (verbum Dei) rejicitis. Rom. 11, 1. 2. οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, non rejecit Deus populum suum.

Ἀπώλεια, ας, ἡ, 1) *Perditio, detrimentum*, (ab ἀπόλλυμι, perdo.) Matth. 26, 8. Marc. 14, 4. εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; Cui fini est hæc perditio? 2) *Exitium, interitus*: in N. T. fere de exitio animæ & damnatione æterna adhibetur. Matth. 7, 13. ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, via, quæ abducit in perniciem. Joann. 17, 12. 2. Thess. 2, 3. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, filius perditionis. Hebraice occurrunt בְּנֵי מַשְׁחִית Jes. 1, 4. quæ locutio nostram mirifice illustrat. Notat enim tales, qui non solum seipsos perdunt, sed & alios in ruinam præcipitant, idque ex significatione conjugationis Hiphil.

Ἀρὰ, ᾶς, ἡ, *Diræ, imprecatio.* Rom. 3, 14.

Ἄρα, per acutum, & ἆραγε, particula conclusiva, 1) *Ergo, igitur.* Matth. 7, 20. 12, 28. Luc. 11, 48. Rom. 10, 17. ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, igitur fides est ex auditu. 1. Cor. 15, 15. 2) Particula *interrogandi.* Matth. 18, 1. τίς ἄρα μείζων ἐστὶν; quis igitur maximus est in regno Christi? c. 19, 25. 27. 24, 45. Marc. 4, 41. Act. 12, 18. 3) *Age.* Rom. 8, 12. 2. Thess. 2, 15. ἄρα ἔν ἀδελφοὶ, age, igitur fratres. Rom. 14, 12. 19. ἄρα ἓν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν, age, igitur, ea, quæ ad pacem spectant, persequamur. Gal. 6, 10. Ephes. 2, 19. 1. Thess. 5, 6. 4) *Fortasse.* Marc. 11, 13. εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, an fortasse inventurus sit aliquid in ea. Act. 8, 22. 17, 27.

Ἆρα, ἆρα γε, *Num, an*, est interrogativum & circumflectendum. Luc. 18, 8. ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; num inveniet fidem in terra? Act. 8, 30. Gal. 2, 17. Libanius epistol. 30. p. 72.

Ἀραβία, ίας, ἡ, *Arabia*, regio nota. Gal. 1, 17. 4, 25.

Ἀράμ, *Aram*, ἄκλιτον, nomen viri hebraicum, a רָם, altus, radix רוּם, altum esse. Matth. 1, 3. Luc. 3, 33.

Ἄραψ, αβος, ὁ, *Arabs*, plur. Ἄραβες, Act. 2, 11.

Ἀργέω, ῶ, f. ήσω, *Otior, cesso*, (ab ἀργὸς otiosus.) 2. Petr. 2, 3. οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, quibus judicium jam olim non otiatur, h. e. quorum pœna est proxima.

Ἀργὸς, ὴ, ὸν, 1) *Otiosus, piger.* (contr. pro ἄεργος, ex α priv. & ἔργον, opus,) Matth. 20, 3. ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργοὺς, stantes in

foro otiosos. 1. Tim. 5, 13. Tit. 1, 12. γασέρες ἀργαί, ventres pigri. 2. Petr. 1, 8. 2) Inutilis. Matth. 12, 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, quod adtinet ad omne verbum inutile, quodcunque locuti sint homines.

Ἀργύριον, ίε, τὸ, 1) *Argentum*, (ab ἄργυρος, idem.) Act. 3, 6. ἀργύριον καὶ χρύσιον. c. 20, 33. 1. Petr. 1, 18. 2) *Pecunia*, materies pro materiato. Matth. 25, 18. ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ, abscondit pecuniam domini sui. v. 27. cap. 28, 12. Luc. 9, 3. Act. 8, 20. 3) ἀργύρια, *nummi argentei*. Matth. 26, 15. τριάκοντα ἀργύρια, triginta nummi argentei.

Ἀργυροκόπος, ου, ὁ, *Argentarius*, argenti signator, (ex ἄργυρος & κόπτω, cudo, ferio, tundo.) Act. 19, 24.

Ἄργυρος, ου, ὁ, *Argentum*. Matth. 10, 9. χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, aurum, neque argentum. Act. 17, 29. 1. Cor. 3, 12.

Ἀργύρεος, έα, ον, contr. ἀργυροῦς, ᾶ, οῦν, *argenteus*, (ab eodem.) Act. 19, 24. ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς, faciens templa argentea 2. Tim. 2, 20. Apoc. 9, 20.

Ἄρειος πάγος, *Areopagus*, judicium summum Athenis, q. d. Martis collis. Erat enim curia Athenienſium in colle Martio, qui eſt locus, in quo Mars, qui Halirrhotium, filium Neptuni interemerat, cauſſam capitis dixit, audientibus duodecim diis. Deſcribunt illud Joann. Meurſius & Jo. Mich. Dilherrus. (ex ἄρειος, ου, ὁ, Martius, ab Ἄρης, εως, Mars & πάγος, collis.) Act. 17, 19. 22. ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, in medio Areopagi.

Ἀρεοπαγίτης, ου, ὁ, *Areopagita*, ſenator Areopagi ſive Athenienſis (a præced.) Act. 17, 34. Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης.

Ἀρέσκεια, ας, ἡ, *beneplacitum*, (ab ἀρέσκω.) Coloſſ. 1, 10.

Ἀρέσκω, f. ἀρέσω, *Placeo*. Matth. 14, 6. Act. 6, 5. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους, & placuit ſermo coram omni multitudine. Rom. 8, 8. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. cap. 15, 1. 2. 3. 1. Cor. 10, 33. καθὼς κἀγὼ πάντα (pro κατὰ πάντα) πᾶσιν ἀρέσκω, ſicut etiam ego in omnibus rebus, omnibus placere ſtudeo.

Ἀρεστὸς, ἡ, όν, *Gratus*, *æquus*, (ab ἀρέσκω.) Joann. 8, 29. ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε, ego, quæ grata ſunt ipſi, facio ſemper. Act. 12, 3. 1. Joann. 3, 22. 2) *Æquus*. Act. 6, 2. οὐκ ἀρεστόν ἐστιν, non æquum eſt.

Ἀρέτας, α, ὁ, *Aretas*, nomen Ethnarchæ Arabici, ab ἀρετὴ, virtus. 2. Cor. 11, 32.

Ἀρετὴ, ῆς, ἡ, 1) *Virtus*. Philipp. 4, 8. εἴ τις ἀρετὴ, ſi qua virtus eſt. 2. Petr. 1, 3. 5. 2) *Præſtantia*. 1. Petr. 2, 9. ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε, ut præſtantias, perfectiones annuncietis: ex Jeſa. 43, 21. De Deo agitur, qui non habet virtutes. Adde Jo. Alberti Obſerv. in N. T. p. 460. & Clericum ad Aeſchinis Dial. 1. princ. & p. 5.

Ἀριθμέω, ῶ, f. ήσω, *Numero*. Matth. 10, 30. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες

τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶ, vestri vero etiam capilli capitis numerati sunt. Luc. 12, 7. Apoc. 7, 9.

Ἀριθμὸς, ου, ὁ, *Numerus.* Joann. 6, 10. ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες (κατὰ) ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, accubuerunt igitur viri numero circiter quinque millia. Apoc. 13, 17. 18.

Ἀριμαθαία, ας, ἡ, *Arimathæa*, nomen urbis. Matth. 27, 51. Marc. 15, 43. Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, Joseph ab Arimathæa. Credunt esse urbem Ramathaim, quæ occurrit 1. Sam. 1, 1. & in græco scribitur Ἁρμαθαίμ.

Ἀρίσαρχος, ου, ὁ, *Aristarchus*, (ex ἄριστος, optimus, & ἀρχὸς, ου, princeps.) Act. 19, 29. 27, 2. Coloss. 4, 10.

Ἀριστερὸς, ὰ, ὸν, *Sinister, lævus.* Matth. 6, 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σε (scil. χειρ) ne cognoscat sinistra manus tua. Luc. 23, 33. ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν (sc. μερῶν,) unum a dextris, alterum vero a sinistris. 2. Cor. 6, 7.

Ἀριστέω, ῶ, f. ήσω, *Prandeo*, (ab ἄριστον.) Luc. 11, 37. ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ, ut pranderet apud ipsum. Joann. 21, 12. 15.

Ἀριστόβουλος, ου, ὁ, *Aristobulus*, (ex ἄριστος & βουλὴ, consilium, q. f. optimus consiliarius.) Rom. 16, 10. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου (supple, οἰκείων,) salutate eos, qui sunt ex familiaribus seu domesticis Aristobuli.

Ἄριστον, ου, τὸ, *Prandium.* Matth. 22, 4. τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, prandium meum paravi. Luc. 14, 12.

Ἀρκετὸς, ὴ, ὸν, *Sufficiens.* Matth. 6, 34. ἀρκετὸν (sc. πρᾶγμα) τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, sufficiens (negotium est) diei molestia ejus. cap. 10, 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, sufficiens est discipulo. 1. Petr. 4, 3.

Ἀρκέω, ῶ, f. έσω, 1) *Sufficio satis sum.* Matth. 25, 9. Joann. 6, 7. 14, 8. 2. Cor. 12, 9. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου, sufficit tibi gratia mea. 2) ἀρκέομαι, ᾐμαι, *contentus sum, acquiesco.* Luc. 3, 14. καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν, & contenti este obsoniis vestris. Hebr. 13, 5. 1. Tim. 6, 8. τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, his contenti erimus.

Ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, *Ursus, a*, Apoc. 13, 2.

Ἅρμα, τος, τὸ, *Currus*, vehiculum. Act. 8, 28. Apoc. 9, 9.

Ἁρμαγεδδὼν, *Armageddon*, nomen loci Apoc. 16, 16. forte est ex הַר, mons & מְגִדּוֹ, Megiddo, quod occurrit 1. Reg. 9, 14.

Ἁρμὴ, ῆς, ἡ, f. ἁρμὸς, οῦ, *Compages, commissura*, articulus, (ab ἄρω, apto.) Hebr. 4, 12. ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, & articulorum & medullarum.

Ἁρμόζω, f. σω, 1) *Apto, adapto*, (ab ἁρμὸς.) 2) *Jungo connubio*, do nuptui, metaph. 2. Cor. 11, 2. ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ, aptavi enim vos uni viro virginem puram sistere, nempe Christo. Erant apud Lacedæmonios Harmosyni Magistratus, quorum curæ virgines concreditæ erant, ut non illibatam solum virginitatem retinerent, sed & maritis honestis nuberent. Hesychius: Ἁρμόσυνοι, ἀρχή τις ἐν λακεδαίμονι, ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν. Cragius

de rep. Laced. 2,7. Amelii *Erörterung* tom. 2. p. 120. f. Huc ergo procul omni dubio Apostolus respiciens hanc vocem adhibuit. Idem habes Proverb. 19, 14. παρὰ κυρίε ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρὶ, a Domino paratur uxor marito. Adde Elsnerum Obs. sacr. 2. p. 156.

Ἀρνέομαι, ἄσομαι, f. ήσομαι, 1) *Nego*, inficior. Luc. 8, 45. ἀρνεμένων δὲ πάντων, omnibus vero negantibus. Joann. 1, 20. Act. 4, 16. 1. Joann. 2, 22. 2) *Abnego*, dico, me aliquem non nosse, vel nihil cum illo commercii habere. Matth. 10, 33. Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ, quicunque vero abnegaverit me coram hominibus, abnegabo illum etiam ego. Luc. 22, 57. ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, ille vero (Petrus) abnegavit ipsum. Act. 3, 13. 14. 2. Tim. 2, 12. 1. Joann. 2, 22. 23. 3) *Recuso*, detrecto. Hebr. 11, 24. ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ, recusavit vocari filius filiæ Pharaonis.

Ἀρνίον, ίε, τὸ, 1) *Agnellus*, (diminutivum ab ἄρς, agnus) Joann. 21, 15. βόσκε τὰ ἀρνία με, pasce agnellos meos. 2) *Filius Dei* tanquam agnus Dei indigitatur per totam Apocalypsin. cap. 5, 6. 8. &c. præterquam cap. 13, 11.

Ἀρξάμενος, vide ἄρχομαι.

Ἀροτριάω, ῶ, f. άσω, *Aro*, vomere terram scindo, terram colo, (ab ἀρόω, aro.) Luc. 17, 7. 1. Cor. 9, 10. ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν, nam sub conditione spei debet, qui arat, arare.

Ἄροτρον, ε, τὸ, *Aratrum*, (a præc.) Luc. 9, 62. nemo adjicit manum suam ἐπ' ἄροτρον, ad aratrum.

Ἁρπαγὴ, ῆς, ἡ, 1) *Rapina*, (ab ἁρπάζω, rapio.) Matth. 23, 25. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας, intus vero plenum est a rapina & incontinentia. Ἁρπαγὴ est illud, quod viduis diripuerunt Pharisæi, unde postea vinum compararunt, ut sensus sit: Illud, quod in medio poculo habetis, ex rapina viduarum & orphanorum emtum est, adeoque totum vas contaminatur. Luc. 11, 39. 2) *Rapina*, *ipsa rapiendi actio*. Hebr. 10, 34. καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, & direptionem opum vestrarum cum gaudio accepistis.

Ἁρπαγμὸς, ῦ, ὁ, *Raptus*, ipsa rapiendi actio, (ab eodem.) Philipp. 2, 6. οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, non rem raptam existimavit Christus, quod esset similis Deo. Non egit, ut victores, qui spolia ab hostibus capta & rapta cum pompa ostentare solent, sed semetipsum exinanivit. Vide Dilherrum Disp. tom. 1. p. 95.

Ἁρπάζω, f. σω vel ξω. 1) *Rapio*, prædor. Matth. 13, 19. venit Diabolus καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆ, & rapit seminatum in corde ejus. Joann. 10, 12. 28. 29. 2) *Magna contentione arripio*, rapio, violenter & per vim abripio. Matth. 11, 12. καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτὴν, & violenti adripiunt illam. Joann. 6, 15. 3) *Aufero*, in alium locum transfero. Act. 8, 39. Πνεῦμα Κυρίε ἥρπασε τὸν Φίλιππον, Spiritus Domini abripiebat Philippum. cap. 23, 10. Judæ v. 23. Apoc. 12, 5.

Ἁρπαξ,

Ἅρπαξ, αγος, 1) *Rapax.* Matth. 7, 15. ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες, intus vero sunt lupi rapaces. 2) *Raptor.* Luc. 18, 11. 1. Cor. 5, 10. 11. 6, 10. ἐχ ἅρπαγες, non raptores regnum Dei hæreditatis loco accipient.

Ἀρραβών, ῶνος, ὁ, *Arrhabo*, arrha, pignus. 2. Cor. 1, 22. καὶ δὸς τὸν ἀρραβῶνα τῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, & dedit pignus Spiritus S. in corda nostra. cap. 5, 5. Ephes. 1, 14. Vox est hebraica עֵרָבוֹן, quæ occurrit Genes. 23, 17. a rad. עָרַב, miscuit, quia possessio ipsius cum alia re quasi miscetur. ערבונא quoque legitur in Sohar. Onkelos vertit מַשְׁכּוֹנָא, quod Chaldæis pignus est a שְׁכַן, habitavit, quasi quod nobiscum habitet. Et hæc est pulcerrima ad Spritum S. applicatio, qui pignoris loco nobiscum habitat, ut de redemtione Christi eo certiores simus.

Ἄρραφος, ε, ὁ, ἡ, *Inconsutus*, (ab α priv. & ῥάπτω, suo.) Joann. 19, 23. χιτὼν ἄρραφος, tunica Christi erat non consuta, sed potius ex more antiquo contexta.

Ἄρρην, ενος, ὁ, *Mas*, *masculus*. Rom. 1, 27. Apoc. 12, 5. ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα, peperit filium masculum.

Ἀρρητος, ε, ὁ, ἡ, *Non dictus*, inauditus, *ineffabilis* (ex α priv. & ῥέω, dico.) 2. Cor. 12, 4. καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, & audivit ineffabilia verba, h. e. talia, quæ Apostolo prohibita erant aliis enunciare, quippe quæ tantum ad propriam convictionem ipsi revelata erant. Sic apud Græcos ἄρρητα μυστήρια, quæ aliis aperire nefas. Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 166. Possis tamen & in sensu proprio sic explicare, ἄρρητα, quæ ne dici quidem possint, sed tantum mente percipi & sentiri.

Ἄρρωστος, ε, ὁ, ἡ, *Infirmus*, *ægrotus*, (ex α priv. & ῥώννυμι, corroboro.) Matth. 14, 14. ἐθεράπευσε τὸς ἀρρώστους, sanavit ægrotos. Marc. 6, 5. 13. 16, 18. 1. Cor. 11, 30.

Ἄρς, ἀρνὸς, ὁ, ἡ, *Agnus*. Luc. 10, 3. ὡς ἄρνας, tanquam agnos in medium luporum.

Ἄρσεν, τὸ, *Mas*, *masculus*. Matth. 19, 4. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτὸς marem & fœminam fecit eos. Luc. 2, 23. πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, omnis masculus aperiens uterum. Gal. 3, 28.

Ἀρσενοκοίτης, ε, ὁ, *Qui cum maribus concumbit*, (ex ἄρσεν & κοίτη, cubile) 1. Cor. 6, 9. 1. Tim. 1, 10.

Ἄρσην, ενος, ὁ, *Mas*, *masculus*. Rom. 1, 27. ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, mares in maribus ignominiam operantes.

Ἀρτεμᾶς, ᾶ, ὁ, *Artemas*, nomen proprium. Tit. 3, 12.

Ἄρτεμις, δος, ἡ, *Diana*, Dea gentilium. Act. 19, 24. seqq.

Ἀρτέμων, ονος, ὁ, *Artemo*, *velum* navis majus, antemna. Act. 27, 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα, postquam sustulerant artemonem.

Ἄρτι, adv. 1) *Modo*, *paullo ante*, nuper. Matth. 9, 18. ἡ θυγάτηρ μς ἄρτι ἐτελεύτησεν (sc. βίον,) filia mea modo finivit vitam.

1. Thess. 3, 6. 2) *Nunc, jam.* Matth. 3, 15. ἄφες ἄρτι, sine jam. Joann. 9, 19. 25. 13, 7. 1. Cor. 4, 11. ἄχρι τῆς ἄρτι (sc. ἅσης) ὥρας, usque ad hoc tempus. Ἕως ἄρτι, huc usque, usque nunc. Matth. 11, 12. Joann. 2, 10. 5, 17. ὁ πατήρ μκ ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. Pater meus usque nunc, (etiam ipso die sabbati,) sic etiam ego operor. cap. 16, 24. 1. Cor. 4, 13. 1. Joann. 2, 9. ἀπ' ἄρτι, ex hoc tempore. Matth. 23, 39. 26, 64. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε, ex hoc tempore videbitis. Joann. 1, 52. 13, 19. 14, 7. quod etiam vide supra conjunctim scriptum ἀπάρτι.

Ἀρτιγέννητος, ος, ον, ἡ, *Modo natus*, (ex ἄρτι & γεννάω genero, gigno.) 1. Petr. 2, 2. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, ut modo nati infantes.

Ἄρτιος, ία, ον, ὁ, ἡ, *Integer perfectus*, (ab ἄρω, apto:) proprie quod aptitudinem requisitam habet. 2. Timoth. 3, 17. ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τῆ θεῆ ἄνθρωπος, ut homo Dei (Theologus) perfectus sit: in doctrina scil. & moribus inculcandis.

Ἄρτος, ου, ὁ, *Panis*. Matth. 4, 3. 4. 1. Cor. 10, 16. τὸν ἄρτον (pro κατὰ τὸν ἄρτον) ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τῆ σώματος τῆ Χριστῆ ἐστιν; ad panem quod adtinet, quem frangimus, nonne ille communio corporis Christi? Ἄρτον ἐσθίειν s. φαγεῖν, in genere significat: comedere. Matth. 15, 2. ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν, quando comedunt. Marc. 3, 20. Luc. 14, 1. Joann. 6, 23. Ἄρτοι προθέσεως, panes propositionis. Matth. 12, 4. qui in sancto tabernaculi & templi singulis hebdomadibus apponebantur. Hebr. 9, 2. πρόθεσις τῶν ἄρτων, appositio panum. Κλᾶν τὸν ἄρτον, frangere panem. i. e. cœnam Domini dispensare. Pars pro toto. Act. 2, 46. κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, & dispensantes per singulas domos cœnam Domini. cap. 20, 7. κλάσις τῆ ἄρτου. Luc. 24, 35. Act. 2, 42.

Ἀρτύω, f. ύσω, *Condio*. Marc. 9, 50. ἐν τίνι (πράγματι) αὐτὸ ἀρτύσετε; quanam re illud condietis? metaph. Coloss. 4, 6. sermo vester sit ἅλατι ἠρτυμένος, sale conditus, h. e. bene digestus, & cum judicio prolatus. Plura vide supra in ἅλας.

Ἀρφαξάδ, ὁ, *Arphaxad*, nomen viri ἄκλιτον. Luc. 3, 36.

Ἀρχάγγελος, ου, ὁ, *Archangelus*, princeps angelorum, (ex ἄρχων, princeps, & ἄγγελος, angelus) Judæ v. 9. Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος. 1. Thess. 4, 16. Christus dicitur venturus ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, cum voce archangeli, h. e. cum tali sono, qualis ab ipso, qui est summus & princeps Angelorum, provenire potest.

Ἀρχαῖος, αία, ον, *Pristinus, antiquus, vetus*. Apoc. 12, 9. ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, serpens antiquus. Ἀρχαῖος dicitur, quia statim ab initio mundi odio erga homines flagravit. 1) Ἀρχαῖοι, *veteres, majores*. Matth. 5, 21. ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις dictum est ab antiquis, non remoti sed propioris ævi. Neque enim Christus hic disputat contra Mosen & Prophetas, sed contra Legis corruptores, Pharisæos & Traditionum auctores, qui ἀρχαῖοι vocantur, quia temporis præteriti, ut qui sub Maccabæis primum orti. Sic Græci & Latini solent: ἀδέν μοι πέπραλται, nihil a me factum est.

est. coll. capite citato v. 38. 43. & Luc. 23, 15. 2) Actor. 15, 7. ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, a diebus initii prædicationis evangelii, h. l. Apostolorum. Vide ἀρχή.

Ἀρχέλαος, ου, ὁ, *Archelaus*, (ex ἄρχων, princeps, & λαὸς, populus,) Herodis regis filius. Matth. 2, 22.

Ἀρχή, ῆς, ἡ, 1) *Principium*, initium. Ἀπ' ἀρχῆς. a] *Ab initio* (scil. quod rei convenit, de qua sermo est.) Matth. 19, 4. ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς (sc. κόσμα,) qui fecit ab initio mundi v. 8. plene legitur cap. 24, 21. ἀπ' ἀρχῆς κόσμα 2. Thess. 2, 13. b] ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio* (scil. *prædicationis Evangelii*) Luc. 1, 2. Joann. 15, 27. ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε, quoniam ab initio (sc. prædicationis evangelii) mecum estis. 1. Joann. 1, 1. 2, 7. adde Act. 1, 22. Sic ἐξ ἀρχῆς. Joann. 6, 64. ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, noverat enim ab initio Jesus, qui non sint credentes. Ex quo scil. eum sectari cœperant, noverat cujusque animum. cap. 16, 4. Aliud vero est ἐν ἀρχῇ, quod notat: ab æterno. Joann. 1, 1. 2. ἦτος ἦν ἐν ἀρχῇ (τῷ κόσμῳ) πρὸς τὸν Θεὸν, hic erat ab æterno apud Deum. Quicunque enim jam in initio omnium rerum adfuit, ille fuit ab æterno. 2) ἀπ' ἀρχῆς *ab æterno*. 2. Thess. 2, 13. Deus vos elegit ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν, ab æterno ad salutem. 3) *Principatus*, imperium, magistratus, præcellentia. Hebraice רֵאשִׁית, abstractum ponitur pro concreto, pro נָשִׂיא, principe Luc. 12, 11. 20, 20. εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ, ad tradendum ipsum magistratui. Rom. 8, 38. ἀρχαὶ sunt Archangeli, qui principatus dicuntur, h. e. principes reliquorum, sicut & ἐξουσίαι. Vide Drusium. Possunt autem ἀρχαὶ & δυνάμεις etiam pro magistratu politico accipi. 1. Cor. 15, 24. Ephes. 1, 21. ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, supra omnem principatum, Judæ. v. 6. Tit. 3, 1. Adde Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 43. Ephes. 3, 10. ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις, ut manifestetur nunc principatibus & potentiis. Intelliguntur eruditissimi Judæorum, ibid. cap. 6, 12. Abusive sic eos Paulus, ex mente tamen & more nationis, vocavit. conf. Actor. 4, 26. Manifestum hinc est, quod ipse Spiritus S. eos Regum & Principum titulo insigniverit. Col. 1, 16. 2, 10. 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχάς, qui exuit principatus, h. e. principes, summos Judæorum principes & doctores Christus omnibus ornamentis atque insignibus spoliavit, ita ut potestas ipsorum jam nulla sit. 4) τὴν ἀρχήν, *prorsus, omnino*. Joann. 8, 25. τὴν ἀρχήν, ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Hic tria notanda sunt. (1) τὴν ἀρχήν, elliptice pro κατὰ τὴν ἀρχήν positum denotat plane, omnino: ἀρχὴ notat imperium, principium, fundamentum, ac proinde omne id, quod in aliqua re est præcipuum. Suppleta ergo ellipsi κατὰ τὴν ἀρχήν notat, quod ad hoc adtinet, quod in tota re est primarium, h. e. plane, omnino. Vide quæ in hanc rem observavi ad. L. Bos Ellips. Græcas p. 339. seqq. Adde Elsnerum tom. 1.

Obſ. ſacr. p. 320. (2) ὅ, τι h. l. non eſt particula, ſed pronomen neutrius generis, unde ad differentiam cum commate intermedio ſcribitur. (3) Particula καὶ poſt ὅ, τι abundat, nec in latino ſermone reddi poteſt, quemadmodum ex aliis Autoribus conſtat. Lucianus Dial. mort. tom. 1. p. 267. ἐκ οἶδα, ὅ, τι καὶ λέγεις, iterum p. 321. ἄσομαί, ὅ, τι καὶ λέγεσιν. Sic Aeneas Gazæus p. 8. lin. ult. Achilles Tatius lib. 6. p. 405. ἐκ ἀγαπᾷς, ὅ, τι σοι καὶ λαλῶ; nonne tibi gratum eſt id, quod tecum loquor? Hinc ergo reſponſio Chriſti ad interrogationem a Judæis propoſitam hæc eſt: Plane ita eſt, quemadmodum ego ad vos loquor, ſeu, omnia, quæ vobis dico, vera ſunt.

Ἀρχηγός, ὁ, *Princeps, præſes*, dux, autor, (ex ἀρχὴ & ἡγέομαι, dux ſum, præco.) Actor. 3, 15. τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατο, autorem vitæ occidiſtis. cap. 5, 31. Hebr. 2, 10. dicitur ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας, princeps ſalutis. c. 12, 2. ἀρχηγὸς τῆς πίστεως, dux fidei.

Ἀρχιερατικός, ἡ, ὸν, *Ad ſummum ſacerdotium pertinens.* Act. 4, 6. ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, ex familia ſummorum ſacerdotum.

Ἀρχιερεύς, έως, ὁ, 1) *Pontifex, ſummus ſacerdos*, (ex ἀρχὴ & ἱερεὺς ſacerdos.) Matth. 2, 4. καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς, & cum congregaſſet omnes ſummos ſacerdotes. In V. T. ex mandato divino tantum unus erat ἀρχιερεύς, כֹּהֵן גָּדוֹל, quo mortuo demum filius aut alius quis ſuccedebat. Ex ambitione autem perverſa plures eligebant, atque unus poſt alium quotannis ſummum ſacerdotium obtinebat. Joann. 11, 49. ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, ſummus ſacerdos exiſtens anno illo. c. 18, 3. Luc. 3, 2. ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ſub ſummis ſacerdotibus Anna & Caiapha. Alter eorum fuit רֹאשׁ. vide Lightfootum in h. l. Act. 4, 6. 2) Chriſtus ἀρχιερεὺς deſcribitur Hebr. 2, 17. 3, 1. ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, ſummum ſacerdotem noſtrum, quem confitemur, Chriſtum Jeſum. c. 4, 14. 15. ſeqq.

Ἀρχιποίμην, ενος, ὁ, *Paſtorum princeps*, (ex ἄρχων & ποιμὴν, paſtor.) 1. Petr. 5, 4. Φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, manifeſtato paſtorum principe.

Ἄρχιππος, ου, ὁ, *Archippus*, (ex ἀρχὴ & ἵππος, equus, princeps equorum,) nomen proprium. Coloſſ. 4, 17. Philem. v. 2.

Ἀρχισυνάγωγος, ου, ὁ, *Princeps, præfectus ſynagogæ*, (ex ἀρχὴ & συναγωγὴ, ſynagoga.) Marc. 5, 22. Act. 13, 15. 18, 8. 17.

Ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, *Architectus*, fabrorum princeps, (ex ἀρχὴ & τέκτων, faber, quod eſt a τεύχω, fabricor, ſtruo, paro.) 1. Cor. 3, 10. ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα, tanquam ſapiens architectus fundamentum poſui.

Ἀρχιτελώνης, ου, ὁ, *Princeps & magiſter publicanorum*, (ex ἀρχὴ & τελώνης, publicanus.) Luc. 19, 2.

Ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, *Architriclinus*, ſympoſiarcha, qui præeſt

est apparando convivio, (ex ἀρχὴ & τρίκλινον, triclinium, conclave tribus lectis instructum, ex τρὶς & κλίνη, lectus.) Joann. 2, 8. 9. De hoc & ejus munere Pignorius de servis p. 369. Dougtæus Anal. S. N. T. Excurs. 39.

Ἄρχομαι, f. ξομαι, 1) *Incipio.* Matth. 4, 17. ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, Jesus incepit prædicare. 2) Non initium tantum, sed & *continuationem* & *complementum* denotat. Periphrasin igitur facit verbi. Joann. 13. 5. ἤρξατο νίπτειν τὰς πόδας τῶν μαθητῶν, non tantum cœpit quosdam lavare, sed omnes lavavit. Marc. 6, 34. ἤρξατο διδάσκειν, docuit. Luc. 11, 29. ἤρξατο λέγειν, dixit. Act. 1, 1. 11, 15. LXX Genes. 2, 3. ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι, in hebr. est אֲשֶׁר עָשָׂה. Exempla e sacris collegit Glassius Gramm. S. lib. 3. tract. 3. cap. 3. col. 754. Ex profanis Erhardus ad Petronium c. 6. Pithoeus ad eundem c. 7. & Barthius ad c. 79.

Ἄρχω, f. ξω, *Impero*, dominor, principatum obtineo, (ab ἀρχὴ.) Habet post se Genitivum. Marc. 10, 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, qui existimantur gentibus imperare. Rom. 15, 12.

Ἄρχων, οντος, ὁ, *Princeps*, *præpositus*, rector, præses, (ab ἄρχω.) Matth. 9, 18. ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, præses quidam venit & procidit coram ipso, c. 20, 25. ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, principes gentium. Luc. 8, 41. ἄρχων τῆς συναγωγῆς, præfectus scholæ. Matth. 12, 24. ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, per principem dæmonjorum. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. Joann. 12, 31. 14, 30. ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, princeps mundi hujus. Judæis angelus Sammaël, h. e. diabolus, dicitur שַׂר הָעוֹלָם, princeps mundi & קוסמוקראטור, κοσμοκράτωρ. Ille vero princeps mundi ejiciendus dicitur, h. e. cultus dæmonum, qui hactenus tantum non ubique viguit, per religionem Christianam introducendam abrogabitur. Ἄρχοντες, primores Synedrii magni. Luc. 14, 1. 23, 13. 35. 24, 20. Joann. 7, 26. 48. 12, 42. Act. 3, 17. 4, 5. 8. 26. 1. Cor. 2, 6. 8.

Ἄρωμα, ατος, τὸ, *Aroma*, odoramentum, ἀρώματα odores. Marc. 16, 1. Maria Jacobi & Salome ἠγόρασαν ἀρώματα emerunt aromata. Luc. 23, 56. Joann. 19, 40.

Ἀσά, ὁ, Nomen regis Judaici indeclinabile. Matth. 1, 7. אָסָא, sanavit.

Ἀσάλευτος, ος, ὁ, ἡ, *Inconcussus*, *immotus*, (ex α priv. & σαλεύω, moveo.) Act. 27, 41. metaph. Hebr. 12, 28. βασιλεία ἀσάλευτος, regnum immotum est regnum Messiæ, cujus œconomia in his terris nunquam rursus immutatur. Alias quoque denotat, quod nulla vi & potentia concuti potest. Elsnerus Observ. sacr. tomo. 2. p. 378.

Ἀσβεστος, ος, ὁ, ἡ, *Inextinguibilis*, *inextinctus*, nunquam cessans, (ex α priv. & σβέννυμι, extinguo.) πῦρ ἄσβεστον, ignis inextinguibilis est infernus. Matth. 3, 12. Marc. 9, 43.

Ἀσὲ.

Ἀσέβεια, ας, ἡ, Contemtus cultus divini, *Impietas*, (ab ἀσεβής.) Rom. 1, 8. 11, 26. ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ, avertet impietates a domo Jacob. 2. Tim. 2, 16. Tit. 2, 12. Judæ v. 15. 18.

Ἀσεβέω, ῶ, f. ήσω, *Irreligiosus* & *impius fum*, impie ago, (ab eodem.) 2. Petr. 2, 6. Judæ v. 15.

Ἀσεβής, έος, ὁ, ἡ, Qui numen divinum non colit, *Irreligiosus*, impius, (ex α priv. & σέβομαι, colo.) Rom. 4, 5. 5, 6. Christus ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε, pro impiis mortuus est. 2. Petr. 2, 5. 3, 7. Ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ conjunguntur 1. Tim. 1, 9. 1. Petr. 4, 18. Jud. v. 15.

Ἀσέλγεια, ας, ἡ, *Petulantia*, protervitas, *lascivia*, luxus, impudicitia. Marc. 7, 22. Rom. 13, 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, non in cubilibus & lasciviis. 2. Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Ephes. 4, 19. 1. Petr. 4, 3. 2. Petr. 2, 7. 18. Judæ v. 4. Hesychius: ἀσελγὴς, ἀκόλαστος, ἀκάθαρτος, ἀσέλγεια, πορνεία. De derivatione vocis nolumus esse curiosi, quum ne Henr. Stephanus quidem aliquid ausus sit. Conjecturas vide apud Suidam & Autorem Etymologici Magni. Adde Jo. Alberti Obs. in N. T. p. 332.

Ἄσημος, ε, ὁ, ἡ, 1) Cui signum s. nota non est impressa, (ex α priv. & σῆμα, signum.) 2) *Obscurus*, *ignobilis*. Act. 21, 39. ἐκ ἀσήμου πόλεως urbis non obscuræ.

Ἀσήρ, ὁ, *Aser*, unus ex XII. Patriarchis, filiis Jacobi, (ab אָשֵׁר, beatum prædicare;) inde ἡ φυλὴ Ἀσήρ, tribus Aser Luc. 2, 36. Apoc. 7, 6.

Ἀσθένεια, ας, ἡ, 1) *Imbecillitas*, debilitas, *infirmitas*, (ex α priv. & σθένος, robur.) Rom. 6, 19. διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, propter imbecillitatem carnis vestræ. c. 8, 26. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, similiter vero etiam Spiritus S. opitulatur imbecillitatibus nostris. 1. Cor. 2, 3. καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς, ubi per ἀσθένειαν intelligatur simplicitas styli Apostolici, per φόβον vero & τρόμον sanctus ille horror, cum quo tremenda ejusmodi mysteria rudioribus proponenda sunt. πρὸς ὑμᾶς verte apud vos. Matth. 8, 17. αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, ille infirmitates nostras in se suscepit. Intelligit vero Matthæus cum Jesaia non solum infirmitates corporis, sed & animæ. Atque concludit a majori ad minus: Si Servator peccatorum dolores in se recepit, nec non animam sanavit, etiam ærumnas corporis tulit. 2) Morbus, infirmitas corporis. Luc. 13, 12. ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου, liberata es ab infirmitate tua. Joann. 11, 4. αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, hæc infirmitas non est ad mortem.

Ἀσθενέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Imbecillis*, *infirmus fum*, langueo. Rom. 4, 19. μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, non infirmus existens fide. Sic c. 14, 1. 2, 21. 1. Cor. 8, 9. 11. ubi ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς, frater infirmus, qui non tantum tanta rerum divinarum notitia & fiducia præditus est.

est. v. 12. συνείδησις ἀδενἔσα, conscientia infirma. 2. Cor. 11, 29. τίς ἀδενεῖ, καὶ ἐκ ἀδενῶ; quis infirmus est, & ego non infirmus sum? Punguntur h. l. Pseudo-apostoli, qui obsequio auditorum non statim apparente, animum remittebant & nonnunquam in indignationem erumpebant. 2) Aegroto. Matth. 10, 8. ἀδενἔντας θεραπεύετε, ægrotantes sanate. cap. 25, 36. ἠδένησα, ægrotus fui.

Ἀδένημα, ατος, τὸ, *Imbecillitas*, debilitas, infirmitas, (ab ἀδενής.) Rom. 15, 1.

Ἀδενής, ες, ὁ, ἡ, 1) *Imbecillus*, invalidus, debilis, (ab α priv. & θένος, robur.) Matth. 26, 41. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀδενής, spiritus quidem promtus est, caro vero imbecilla. Rom. 5, 6. ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀδενῶν, adhuc enim cum nos imbecilles essemus, Christus in tempore pro impiis mortuus est. Quum nullæ nobis vires essent, quæ postea per justificationem nobis conferuntur. 2) Aegrotus. Matth. 25, 39. πότε σε εἴδομεν ἀδενῆ; quando vidimus te ægrotum? Luc. 10, 9. Act. 4, 9. 5, 15. 16. 1. Cor. 11, 30.

Ἀσία, ας, ἡ, *Asia*, Act. 2, 9.

Ἀσιανὸς, ἀ, ὁ, *Asianus*. Act. 20, 4,

Ἀσιάρχης, ου, ὁ, *Asiarcha*, princeps seu præfectus Asiæ, (ex Ἀσία & ἄρχων, princeps.) Act. 19, 31. τινὲς δὲ Ἀσιαρχῶν, quidam Asiarcharum. Plerique viri docti huc usque Asiarchas magistratum sacrum crediderunt, sed ego civilem credo, uni semper Asiæ minoris provinciæ præfectum. Vide Miscellanea Lipsiensia tom. 5. p. 178.

Ἀσιτία, ας, ἡ, *Inedia, esuries, jejunium*, abstinentia a cibo, (ex α priv. & σῖτος, cibus e frumento confectus) Actor. 27, 21. πολλῆς ἀσιτίας ὑπαρχούσης, cum diu nihil comedissemus.

Ἄσιτος, ου, ὁ, ἡ, Qui cibum non sumsit, *Jejunus*. Actor. 27, 33. ἄσιτοι διατελεῖτε, dies XIII. sine cibo consumsistis. Proprie loquendo non dicit Apostolus, eos plane nihil comedisse, sed tantum hoc vult, eos cibo ordinario parce admodum usos, & a navarchis impransos & incœnatos laboribus objectos fuisse. Sic Esther 4, 16. Ego & ancillæ meæ ἀσιτήσομεν, jejunabimus. Adde Ursinum. Anal. Volum. 2. lib. 3. c. 16.

Ἀσκέω, ῶ, f. ήσω, *Excerceo*. Act. 24, 16. ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ (sc. ἐμαυτὸν,) in hoc vero ipse me exerceo.

Ἀσκὸς, ου, ὁ, *Uter, tris*, pellis, follis, culeus, quo orientales ad servanda vina utuntur. Matth. 9, 17. ἀσκοὶ παλαιοὶ, uter vetustate detritus.

Ἀσμένως, adv. *Libenter, cupide*. Act. 2, 41. ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον, cupide recipientes verbum. cap. 21, 17. Hesychius: μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, ἐυκταίως, προθύμως, ἑκασίως.

Ἄσοφος, ου, ὁ, ἡ, Sapientiæ expers, *insipiens, imperitus*, (ex α priv. & σοφὸς, sapiens.) Ephes. 5, 15.

Ἀσπά-

Ἀσπάζομαι, f. σομαι. 1) *Saluto.* Matth. 5, 47. 10, 12. Luc. 10, 4. καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε, & neminem in via ſalutetis. Hoc præceptum Chriſtus ex more Judæorum protulit, quo, qui in itinere conſtituti vel orarunt, vel meditationibus indulſerunt, a ſalutando & reſalutando erant liberi. Jubet ergo Servator, diſcipulos propter res hujusmodi leviores, ad civilitatem externam pertinentes, nihil omittere eorum, quæ ad ſacrum munus pertinent. Rom. 16, 10. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου (ſupple οἰκείων,) ſaluta eos, qui ſunt ex familiaribus ſive domeſticis Ariſtobuli. Lamb. Bos p. 146. 2) *Saluto, inviſo.* Actor. 25, 13. ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον, inviſuri Feſtum. 3) *Cupide expecto* & ſpero. Hebr. 11, 13. ἀσπασάμενοι, Patriarchæ cupide expectarunt promiſſiones divinas, quamvis eas non oculis uſurparint aut acceperint.

Ἀσπασμός, ῦ, ὁ, *Salutatio,* (a præced.) eaque vel voce prolata. Matth. 23, 7. φιλοῦσιν ἀσπασμούς, amant ſalutationes: vel ſcripto. 1. Cor. 16, 21. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ (ſcil. γεγραμμένος ἐστι,) ſalutatio manu mea ſcripta eſt.

Ἄσπιλος, ος, ὁ, ἡ, *Immaculatus,* maculæ & labis expers, intemeratus, (ex α priv. & σπίλος, macula.) 1. Tim. 6, 14. τηρῆσαι ἐντολὴν ἄσπιλον, i. e. ἀσπίλως, præceptum ſine macula obſervare. Jacob. 1, 27. ἑαυτὸν ἄσπιλον τηρεῖν, ſemetipſum ſine macula conſervare. 1. Petr. 1, 19. 2. Petr. 3, 14.

Ἀσπὶς, ίδος, ἡ, 1) *Clypeus,* ſcutum. 2) *Aſpis, ſerpentis genus.* Rom. 3, 13. ἰὸς ἀσπίδων, virus ſerpentum.

Ἄσπονδος, ος, ὁ, ἡ, *Implacabilis,* qui foedus non obſervat, amoris expers, (ab α priv. & σπονδή, libatio, quæ, utpote ſacrificii genus, cum fœderibus conjuncta fuit.) ἄσπονδοι & ἄστοργοι, omnis amoris expertes bis conjunguntur. Rom. 1, 31. 2. Tim. 3, 3. Heſychius: ἀσπονδεῖ, οὐκ εἰρηνεύει. ἄσπονδοι, ἄγριοι, ἐχθροὶ, καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας ἢ διαθέσεως, ἀδιάλλακτοι.

Ἀσσάριον, ίου, τὸ, *Aſſarium.* Diminutivum a latino, as, aſſis, quod Judæi aſſumſerunt & ſcribunt אִסָּר Deinde notandum בְּאִסָּר vel כְּבְאִסָּר ἀσσαρίου δίκην, idem ipſis notare, quod rem viliſſimam, vel quæ pretium nullum habeat. Matth. 10, 29. δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, duo paſſeres pro minimo pretio venduntur. Luc. 12, 6. Heſychius: ἀσάριον καὶ λεπτὸν ἕν οὗσιν.

Ἄσσον, adv. *Prope, propius.* Actor. 27, 13. ἄραντες (ſc. ἀγκύρας ſive δρόμον) ἄσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην, quum ſuſtuliſſent ancoras, propius præternavigabant Cretam. Heſychius: ἄσσον, πλησίον, ἐγγύς. Illud ἄσσον habent etiam Herodotus III, 52. IV, 3. 5. Ariſtophanes Equit. v. 1305. ἀσσότερον dixit Aratus Phænom. v. 313. 486. Adde Jo. Alberti Obſ. in N. T. p. 275. 6.

Ἄσσος, ος, ἡ, *Aſſus,* urbs Troadis. Act. 20, 13. ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον, ſurſum ducti ſumus Aſſum.

Ἀσυ-

Ἀσατέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Inconstans sum*, vacillo. 2) *Incertis sedibus vagor*, (ex α priv. & στατὸς qui stetit, quod est ab ἵστημι sto) 1. Cor. 4, 11.

Ἀστεῖος, α, ὁ, ἡ, *Urbanus*, festivus, lepidus, *venustus*, elegans, (ab ἄστυ, εος, τὸ, urbs.) Actor. 7, 20. καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ. & erat venustus Deo, i. e. valde venustus. Hebraismus, quo magnitudo voce Dei adscripta indigitatur. Sic David 1. Sam. 16, 12. dicitur ἀγαθὸς ὁράσει Κυρίῳ pulcher aspectu Domino. Hebr. 11, 23.

Ἀστὴρ, έρος, ὁ, *Stella*. Matth. 2, 2. ἀστέρες πλανῆται, Judæ v. 13.

Ἀστήρικτος, α, ὁ, ἡ, *Non satis confirmatus*, *infirmus*, (ex α priv. &. στηρίζω stabilio.) 2. Petr. 2, 14. ψυχαὶ ἀστήρικται, animæ infirmæ, adde c. 3, 16.

Ἄστοργος, α, ὁ, ἡ, proprie, *Qui sine amore erga parentes & liberos est*, deinde in genere, *amoris expers*. Hesychius: ἀστόργους, μὴ ἀγαπῶντας τινάς, (ab α priv. & στοργὴ, affectus naturalis liberorum erga parentes, a στέργω, curo, amo.) Rom. 1, 31. 2. Tim. 3, 3.

Ἀστοχέω, ῶ, f. ήσω, Non recta ad scopum tendo, *aberro a scopo*, (ex α priv. & στοχάζομαι, recta collineo ad scopum, recta ad scopum tendo.) Construitur cum Genitivo 1. Tim. 1, 6. ὧν τινες ἀστοχήσαντες, a quibus quidam declinaverunt, & cum præposit. περὶ. 1. Tim. 6, 21. περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν, circa fidem aberrarunt a scopo. 2. Tim. 2, 18. Hesychius: ἀστοχεῖ, ἀποτυγχάνει, ἁμαρτάνει.

Ἀστραπὴ, ῆς, ἡ, 1) *Fulgur*. Matth. 24, 27. ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, quemadmodum fulgur exit ab oriente. cap. 28, 3. Luc. 10, 18. Apoc. 4, 5. 8, 5. 2) *Splendor*. Luc. 11, 36. ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε, quando lucerna splendore illustrat te.

Ἀστράπτω, fut. ψω, *Fulguro*, *fulgeo*, coruscо, mico. Luc. 17, 24. 24, 4. ἐν ἐσθῆσιν ἀστραπτούσαις, in vestibus splendentibus.

Ἄστρον, α, τὸ 1) *Stella*, *astrum*, Act. 27, 20. ἄστρων ἐπιφαινόντων, astris apparentibus. 2) *Sidus*. Act. 7, 43. suscepistis tabernaculum Molochi, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, hebr. כוכב אלהיכם, stellam, deum vestrum. Notum enim est, cultum solis, lunæ & stellarum uti apud reliquas gentes, sic etiam apud Judæos, vel maxime in usu fuisse. conf. v. 42. & Deuter. 17, 3.

Ἀσύγκριτος, α, ὁ, *Asyncritos*, nomen proprium. Rom. 16, 14. Est ab appellativo ἀσύγκριτος, ὁ, ἡ, incomparabilis, qui cum alio contendi & comparari nequit, ex α priv. & συγκρίνω, comparo, confero.

Ἀσύμφωνος, α, ὁ, ἡ, 1) *Absonus*, (ex α priv.) σὺν cum, & φωνὴ, vox.) 2) *Discors*, per metaphoram. Act. 28, 25. ἀσύμφωνοι ὄντες, quum concordare non possent.

Ἀσύνετος, α, ὁ, ἡ, *Desipiens*, qui in intelligendo, & judicando non est perspicax. (ex α priv. & συνετὸς, intelligens.) Matth. 15, 16. Rom. 1, 21. καρδία ἀσύνετος, cor stupidum. c. 10, 19. ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ, ad populum stultum.

Ἀσύν-

Ἀσύνθετος, ος, ὁ, ἡ, *Qui fœdera & pacta non servat*, qui fœdus non fecit, cum quo nemo pactum inire potest, (ex α priv. & συντίθημι compono, vel συντίθεμαι, constituo, paciscor, consentio.) Rom. 1, 31. ἀσυνθεσία sic adhibetur Esræ 9, 2. 4. a Symmacho Psalm. 36, 2. & ἀσυνθετέω Esræ 10, 2. Psalm. 78, 59. Aquila Psalm. 119, 158. Jerem. 3, 7. καὶ εἶδε τὴν ἀσυνθεσίαν αὐτῆς ἡ ἀσύνθετος Ἰούδα.

Ἀσφάλεια, ίας, ἡ, 1) *Veritas, certitudo, stabilitas*, (ex α priv. & σφάλλω, supplanto, everto, labefacto.) Luc. 1, 4. λόγος τῆς ἀσφαλείας, i. e. λόγος ἀσφαλὴς, sermo certus & verus. 2) *Securitas.* 1. Thess. 5, 3. εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, quando impii credent, ubique pacem & securitatem esse. 3) *Firmitas.* Act. 5, 23. Carcer erat clausus ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, cum omni firmitate.

Ἀσφαλίζω, f. ίσω, 1) *Firmo, stabilio*, proprie, in lubrico lapsantem. 2) *Tutum reddo, munio*, observo. Matth. 27, 64. ἀσφαλισθῆναι, observari & muniri sepulchrum. Act. 16, 24. πόδας ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον, pedes firmiter concluſit in ligno.

Ἀσφαλὴς, ές, ὁ, ἡ, 1) Qui non potest everti & dejici, *firmus*, (ex α priv. & σφάλλω, supplanto, everto, labefacto, fallo.) Hebr. 6, 19. 2) *Certus* Act. 21, 34. γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, cognoscere certum. c. 22, 30. 25, 26. 3) *Tutus.* Philipp. 3, 1.

Ἀσφαλῶς, adv. 1) *Tuto, firmiter, stabiliter.* Marc. 14, 44. ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς, abducite tuto. Act. 16, 23. 2) *Certo.* Act. 2, 36. ἀσφαλῶς ἔν γινωσκέτω, certo igitur cognoscat tota domus Israëlis.

Ἀσχημονέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Non bene convenio*, (ab ἀσχήμων.) 1. Cor. 7, 36. ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὸν παρθένον, non satis bene convenire virgini. 2) *Turpiter & indecore ago.* 1. Cor. 13, 5. ἡ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ, charitas non indecore se gerit. Aquila Levit. 20, 19. τὴν σάρκα αὐτῶν ἠσχημόνησεν, carnem ipsorum deturpavit. LXX. Ezech. 16, 7. 22. σὺ δὲ ἦσθα γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα, tu vero eras nuda, non bonum schema præferens.

Ἀσχημοσύνη, ης, ἡ, 1) *Fœda actio*, quæ bonam figuram non exhibet, (ab eodem.) 2) *Deformitas*, turpitudo. Rom. 1, 27. viri in viris τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, deformitatis actionem operantes. Apoc. 16, 15. Aquila & Symmachus Genes. 9, 22. τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πατρὸς, αὐτοῦ, turpitudinem patris sui.

Ἀσχήμων, ονος, ὁ, ἡ, 1) *Figura seu forma carens*, (ex α priv. & σχῆμα, figura, habitus vestium, habitus personarum comicarum.) 2) *Indecorus, turpis*, inhonestus, ignominiosus. 1. Cor. 12, 23. τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν, indecora nostra (scil. membra.)

Ἀσωτία, ίας, ἡ, *Luxus, luxuria*, prodigalitas, profusio, (ab ἄσωτος, ος, ὁ, ἡ, perditus, desperatus, qui servari nequit, lascivus, luxuriosus, prodigus, (ex α priv. & σώζω, servo.) Ephes. 5, 18. ἐν οἴνῳ ἐστὶν ἀσωτία, in vino est luxuria. Tit. 1, 6. 1. Petr. 4, 4. Theodotion Jesa. 28, 7. ἐν τῇ μέθῃ ἠσωτεύθησαν ὑπερόγκως, temu-

temulentia obruti sunt supra modum. Aristoteles Ethic. ad Nicomachum 4, 1. sic describit: ἀσωτία ἐστὶν ὑπερβολὴ περὶ τὰ χρήματα, est exsuperantia circa pecunias. Ibidem ἄσωτον sic describit, quod hoc malum in se habeat, τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν, ut scil. perdat opes.

Ἀσώτως, adv. *Luxuriose, dissolute*, prodige (a præced.) Luc. 15, 13. ζῶν ἀσώτως, vivens dissolute. Γυνὴ ἄσωτος, Prov. 7, 11. dicitur luxuriosa & mœcha. Hesychius: ἀσώτως, αἰσχρῶς, ἀπλήστως.

Ἀτακτέω, ῶ, f. ήσω, Inordinatus sum, *ordinem non servo*, (ab ἄτακτος.) 2. Thess. 3, 7. οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, non inordinate vitam gessimus inter vos.

Ἄτακτος, ε, ὁ, ἡ, *Inordinatus*, proprie de militibus, qui ordinem non observant: Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 284. Lamb. Bos. Obs. cap. 16. Raphelius annot. ex Xenoph. ad 2. Thess. 3, 6. (Vide infra sub τάγμα & τάξις.) deinde per metaphoram, qui incompositis est moribus. 1. Thess. 5, 14. νουθετεῖτε τὸς ἀτάκτους, admonete inordinatos.

Ἀτάκτως, adv. *Inordinate*, (ab eodem.) 2. Thess. 3, 6. 11. audimus enim, τινὰς περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, aliquos ambulare inter vos inordinate.

Ἄτεκνος, ε, ὁ, ἡ, *Liberis*, seu *prole carens*, (ex α priv. & τέκνον, proles, filius, filia.) Luc. 20, 28. καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, & hic sine liberis mortuus sit.

Ἀτενίζω, f. ίσω, (supple τὸς ὀφθαλμὸς,) *Oculos in aliquem defigo*, oculis intentis adspicio, intueor (ab ἀτενὴς, intentus, quod est ex α conjunctivo & τείνω extendo, intendo.) Hesychius: ἀτενίζει, προσέχει, βλέπει. Construitur cum Dativo & cum εἰς. Luc. 4, 20. καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ (sc. ὄντων) οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ, & omnium in synagoga (qui erant) oculi erant intenti ipsi. Luc. 22, 56. Act. 1, 10. ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, quum oculos in cœlum defigerent. c. 7, 55. 11, 6. εἰς ἣν (sc. ὀθόνην) ἀτενίσας, κατενόουν, in quod (linteum) cum oculos defixissem, observabam. 2. Corinth. 3, 7. 13.

Ἄτερ, adv. *Sine, citra.* Luc. 22, 6. 35. ἄτερ βαλαντίου, sine.

Ἀτιμάζω, f. σω, *Contemno*, dedignor, contumelia adficio, honore privo, (ex α priv. & τίω, honoro.) Luc. 20, 21. Joann. 8, 31. Act. 5, 41. κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι, digni habiti sunt, qui contumelia adficerentur. Rom. 1, 24. τὰ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς (sc. χάριν,) ut corpora ipsorum in semet ipsis deformarent & contumelia adficerent. Medium enim habet significationem reciprocam.

Ἀτιμάω, ῶ, f. άσω, *Ignominia, contumelia adficio*, (ab ἄτιμος.) Marc. 12, 4. ἀπέστειλεν ἠτιμωμένον, dimiserunt ipsum contumelia affectum.

Ἀτιμία, ας, ἡ, *Ignominia*, contumelia, infamia, dedecus, (ab eodem.) Rom. 1, 26. πάθη ἀτιμίας, affectus infames, pro πάθη ἄτι-

ἄτιμα. c. 9, 21. 1. Cor. 11, 14. 15, 43. 2. Timoth. 2, 20. σκεύη εἰς ἀτιμίαν, vasa ad ignominiosum & non honestum usum adhibita.

Ἄτιμος, ος, ὁ, ἡ, *Inhonoratus, inglorius*, honore carens, infimus, (ex a priv. & τιμὴ honor.) Matth. 13, 57. ἀκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, non est propheta sine honore, nisi in patria sua. 1. Cor. 4, 10. Hesychius: ἄτιμος, ὁ μὴ ἔχων τιμήν. Compar. ἀτιμότερος, inhonoratior. 1. Cor. 12, 23. ubi membra quædam corporis ἀτιμότερα dicuntur, non quod aliis sunt pejora, aut non idem honor illis debeatur, sed quia propter verecundiam a nobis tegi solent. Adde Ursinum Anal. Vol. 2. lib. 3. c. 18.

Ἄτμις, ίδος, ἡ, *Vapor*, exhalatio, fumus. Actor. 2, 19. Jacob. 4, 14. ἀτμὶς γάρ ἐστιν, fumus enim est (vita humana.)

Ἄτομος, ος, ὁ, ἡ, 1) *Qui dividi non potest* (ex α priv. & τέμνω seco.) 2) Subst. *Corpusculum minutissimum*, quod divisionem non admittit. 3) *Momentum*, spatium temporis brevissimum. 1. Cor. 15, 52. ἐν ἀτόμῳ in momento.

Ἄτοπος, ος, ὁ, ἡ, 1) *Inconveniens, importunus*, absurdus, (ex α priv. & τόπος, locus.) Act. 28, 6. cum viderent, μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, nihil insolens in eo fieri. 2) *Improbus*, facinorosus, flagitiosus. Luc. 23, 41. οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν, nihil improbum fecit. 2. Thess. 3, 2. Hesychius: ἄτοπα, πονηρὰ, αἰσχρὰ. ἀτοπία, αἰσχρότης, πονηρία.

Ἀττάλεια, ας, ἡ, *Attalia*, urbs in finibus Pamphyliæ & Lyciæ maritima, Pisidiæ vicina. Act. 14, 25.

Αὐγάζω, f. άσω, *Splendeo*, illucesco, (ab αὐγή.) 2. Corinth. 4, 4. εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς, ut non splenderet ipsis lux Evangelii.

Αὐγή, ῆς, ἡ, 1) *Splendor*, lumen. 2) *Diluculum*. 20, 11. ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, locutus est usque ad diluculum.

Αὔγουστος, ος, ὁ, *Augustus*, nomen Imperatoris Romani. Luc. 2, 1.

Αὐθάδης, ους, ὁ, ἡ, *Sibi placens superbus*, contumax, insolens (ex αὐτὸς & ἀδέω, placeo.) Tit. 1, 7. oportet episcopum esse - μὴ αὐθάδη. 2. Petr. 2, 10.

Αὐθαίρετος, ος, ὁ, ἡ, *Voluntarius, spontaneus*, (ex αὐτὸς & αἱρέω, eligo.) 2. Cor. 8, 3. 17. αὐθαίρετος ἐξῆλθεν πρὸς ὑμᾶς, spontaneus exivit ad vos. Hesychius: αὐθαίρετοι, ἑκάσιοι, αὐτόκλητοι.

Αὐθεντέω, ῶ, *Auctoritatem in aliquem usurpo*, dominor, auctoritate utor, (ab αὐθέντης, ος, ὁ, qui sua manu se interficit: deinde auctor cædis, auctor quilibet, dominus, auctor, qui sua auctoritate aliquid facit, quod est ex αὐτὸς & ἕω, interficio.) Construitur cum genitivo. 1. Tim. 2, 12. οὐδὲ αὐθεντεῖν (sc. ἐπ') ἀνδρὸς, neque dominari in virum, uxori non est permissum: Hesychius: αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν· αὐθέντης, ἐξουσιαστὴς, αὐτόχειρ, φονεύς.

Αὐλέω, ῶ, f. ήσω, *Tibia cano*, (ab αὐλὸς, tibia.) Matth. 11, 17. ἠυλή-

ἠυλήσαμεν ὑμῖν, tibia cecinimus vobis, & non saltastis. 1. Cor. 14, 7. τὸ αὐλούμενον, illud, quod tibia canitur.

Αὐλή, ῆς, ἡ, 1) *Aula*, domus regia seu Principis. Matth. 26, 3. tunc congregati sunt - εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, in aulam summi sacerdotis. Luc. 11, 21. 2) *Atrium* aulæ. Matth. 26, 69. Petrus vero foris sedebat ἐν τῇ αὐλῇ, in atrio aulæ. Apoc. ψ, 2. 3) *Stabulum*, *caula*, *ovile*. Joann. 10, 1. εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, in caulam ovium. Hesychius: αὐλῆς, ἐπαύλεως.

Αὐλητής, οῦ, ὁ, *Tibicen*, (ab αὐλέω, tibia cano.) Matth. 9, 23. ἰδὼν αὐλητὰς, cum videret tibicines. Apoc. 18, 22.

Αὐλίζομαι, f. ίσομαι, *Diversor*, *stabulor*, pernocto, (ab αὐλή.) Matth. 21, 17. καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ, & pernoctavit ibi. Luc. 21, 37. ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος, noctem transegit in monte. Sic Judic. 19, 4. καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ, & pernoctarunt ibi. Hesychius: αὐλίζομαι, μένω, ἐνδιατρίβω, αὐλίζεται, κοιμᾶται, κοιτάζεται.

Αὐλὸς, οῦ, ὁ, *Tibia*. 1. Cor. 14, 7.

Αὐξάνω, f. αὐξήσω, 1) *Augeo*, 1. Petr. 2, 2. ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε, ut in illo augeamini. 2) *Cresco*, augeor, idque vario significatu. proprie Matth. 6, 28. τὰ κρίνα αὐξάνει, lilia crescunt. Luc. 1, 80. 2, 40. τὸ παιδίον ἠυξανε, puer adolevit. metaph. Joann. 3, 30. ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ipsum oportet crescere. Act. 6, 7. ὁ λόγος Θεοῦ ἠυξανε, verbum Dei incrementa sumsit. 3) *Incrementum largior*, in significatu conjugationis hebr. Hiphil. 1. Cor. 3, 6. 7. ἀλλ' ὁ αὐξάνων θεὸς, sed, qui crescere facit vel jubet, est Deus. 2. Corinth. 9, 10. Josuæ 4, 14. κύριος ἠυξησε τὸν Ἰησοῦν, Dominus magnum fecit Josuam.

Αὔξησις, εως, ἡ, *Incrementum augmentum*, (ab αὐξάνω.) Ephes. 4, 16. Col. 2, 19. αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ, crescet incremento Dei.

Αὔξω, idem quod αὐξάνω, 1) *Augeo*. 2) *Cresco*. Ephes. 2, 21. Col. 2, 19.

Αὔριον, adv. 1) *Cras*. Act. 23, 15. 20. 25, 22. αὔριον ἀκούσῃ αὐτοῦ, cras audies illum. 2) *Tempus futurum*. Matth. 6, 30. 1. Cor. 15, 32. αὔριον ἀποθνήσκομεν, cras morimur. Jacob. 4, 13. Exempla alia hujus notionis occurrunt in Histoire crit. de la repub. des lettres tom. 1. p. 220. ἡ αὔριον sc. ἡμέρα, in utraque hac significatione est obvia. Matth. 6, 34. Luc. 10, 35. Actor. 4, 3. 5.

Αὐστηρὸς, ὰ, ὸν, *Austerus*, *severus*, durus. Luc. 19, 21. timebam te, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ, quia homo severus es.

Αὐτάρκεια, ας, ἡ, 1) *Sufficientia*, (ab αὐτάρκης.) 2. Corinth. 9, 8. πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, omnem sufficientiam habentes. 2) Animus sua sorte contentus. 1. Tim. 6, 6. ἐυσέβεια μετὰ αὐταρκείας, pietas una cum animo sua sorte contento conjuncta.

Αὐτάρκης, εος, ὁ, ἡ, *Sibi sufficiens*, *contentus*, frugalis, (ex

αὐτὸς & ἀρκέω, sufficio.) Philipp. 4, 11. ego enim didici, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι, iis, in quibus (rebus) versor, contentus esse.

Αὐτοκατάκριτος, ος, ον, *Suopte judicio condemnatus*, (ex αὐτὸς & κατακρίνω, condemno.) Tit. 3, 11. ὢν αὐτοκατάκριτος. Sermo est de homine hæretico.

Αὐτόματος, άτη, ον, ex seipso aliquid faciens, *spontaneus*, (ex αὐτὸς & μάομαι, excito, promtus sum.) Marc. 4, 28. ἡ γῆ αὐτομάτη καρποφορεῖ, terra sua sponte fructum fert. Act. 12, 10. πύλη αὐτομάτη ἠνοίχθη, janua a se ipsa patuit.

Αὐτόπτης, ου, ὁ, *Qui suis oculis videt*, testis oculatus, (ex αὐτὸς & ὄπτομαι, video.) Luc. 1, 2. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, qui ab initio testes oculati & ministri facti sunt verbi seu filii Dei.

Αὐτὸς, ἡ, ὸν, 1) *Ipse*, a, um, pronomen. Matth. 3, 16. ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, aperti sunt ipsi cœli. Dativus honoris. Sic Luc. 20, 38. πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν, omnes enim ipsi (coram ipso) vivunt. Matth. 25, 32. καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἀφορίει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, & congregabuntur coram ipso omnes gentes: & separabit ipsas a se invicem. αὐτὸς est Synthesis generis. conf. c. 28, 19. Act. 15, 17. 16, 4. 21, 25. Coloss. 2, 15. Apoc. 2, 27. 19, 15. Occurrit etiam Synthesis Numeri ad sensum respiciens. Matth. 1, 21. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν (pro αὐτῆς,) ipse enim, servabit populum suum a peccatis ipsius. λαὸς est nomen collectivum. Adde cap. 14, 14. 24, 45. ubi Synthesis numeri & generis. Marc. 2, 13. 4, 2. 6, 34. 7, 14. 8, 3. Luc. 4, 31. 22, 47. Joann. 8, 2. 17, 2. Act. 7, 34. 13, 17. 16, 10. Εἰς αὐτὸ τοῦτο (supple μόνον χρῆμα) hujus ipsius rei caussa. Rom. 9, 17. 13, 6. 2. Cor. 5, 5. Eph. 6, 18. 22. Coloss. 4, 8. Sic εἰς τοῦτο 1. Joann. 3, 8. 1. Petr. 2, 21. 3, 9. Superest locus 2. Petr. 1, 5. καὶ (subaudi κατ') αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες ἐπιχορηγήσατε &c. ad hoc ipsum vero quod adtinet (rejicit nos ad antecedentia) omnem industriam adhibete, ut exhibeatis &c. Abundat αὐτὸς per hebraismum. Matth. 6, 4. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει, & pater tuus videns in occultum, (ille) reddet. Joann. 5, 37. Act. 15, 17. Apoc. 2, 7. 17. 7, 9. 17, 9. 2) *Ipsemet*. Matth. 27, 57. Luc. 6, 42. αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων, ipsemet trabem, quæ est in oculo tuo, non videns, es. cap. 11, 4. 46. 52. 24, 15. Joann. 4, 2. 44. Act. 8, 13. 10, 26. 21, 24. &c. 3) ὁ αὐτὸς, præcedente articulo, significat *idem*. Matth. 5, 46. 26, 44. τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών, eundem sermonem dicens. Luc. 2, 8. 23, 40. 1. Cor. 12, 4. 5. 6. &c. ἐπὶ τὸ αὐτὸ (supple χωρίον,) Matth. 22, 34. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, congregati sunt ad eundem locum. Hesychius exponit: ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον. Luc. 17, 35, Act. 1, 15. 2, 1. 44. 3, 1. 4, 26. 1. Cor. 7, 5. 11, 20. 14, 23. τὸ αὐτὸ φρονεῖν scil. φρόνημα, unum idemque sentire. Rom. 12, 16. 15, 5. Philipp. 4, 2.

Αὐτῆ,

Αὐτᾶ, *ibi*, *ifthic*: proprie eſt genitivus pronominis αὐτὸς & vox τόπε cum præpoſitione ſubaditur, ut ſit: ἐπ' αὐτᾶ τόπε, in iſthoc loco. Matth. 26, 36. καθίσατε αὐτᾶ ſedete ibi. Act. 15, 34. 18, 19. 21, 4.

Αὑτᾶ, ῆς, ᾶ, *Sui ipſius*, pr. ἑαυτᾶ, ῆι, ᾶ, 2. Timoth. 2, 19. ἔγνω Κύριος τὰς ὄντας αὑτᾶ, cognovit Dominus, qui ſunt ſuiipſius.

Αὐτόχειρ, ρος, ὁ, ἡ, *qui ſua manu aliquid facit*, (ex αὐτὸς & χεὶρ manus) Actor. 27, 19. αὐτόχειρες ἐῤῥίψαμεν τὴν σκευὴν ἐκ τᾶς πλοίας, noſtra manu projecimus onus ex nave. Heſychius: Αὐτοχειρία, τὸ τῇ ἑαυτᾶ χειρὶ ποίσαί τι.

Ἀυχμηρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Sualidus* (ab αὐχμὸς, ſiccitas ex æſtu vehementi, ſitus, ſqualor.) 2) *Obſcurus*, *caliginoſus*. 2. Petr. 1, 19. ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, tanquam lucernæ lucenti in caliginoſo loco.

Ἀφαιρέω, ῶ, f. ήσω. *Aufero*, *adimo*, detraho, (ex ἀπὸ & αἱρέω, capio.) Matth. 26, 51. ἀφεῖλεν (aor. 2.) αὐτᾶ τὸ ὠτίον, abſtulit ejus aurem. Luc. 1, 25. ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός με, auferre ignominiam meam. Hebr. 10, 4. Apoc. 22, 19. ἀφαιροῦμαι, adimo, demo, detraho, auffero, eximo. Luc. 16, 3. ὅτι ὁ Κύριός με ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμᾶ, nam dominus meus auffert diſpenſationem a me. Rom. 11, 27.

Ἀφανὴς, έος, ὁ, ἡ, *Obſcurus*, non manifeſtus, occultus, (ex α priv. & φαίνω, oſtendo, appareo.) Hebr. 4, 13. οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς, non eſt creatura abſcondita coram Deo.

Ἀφανίζω, f. σω, 1) *Ab adſpectu removeo*, e conſpectu auffero, (ab ἀφανὴς.) 2) *Perdo*, *corrumpo*, *ich mache unſcheinbar*. Matth. 6, 19. ὅπε σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, ubi tinea & eroſio corrumpit. 2. Reg. 10, 28. ἠφάνισε τὸν Βάαλ ἐξ Ἰσραὴλ, removit Baalem ex Iſraël. Prov. 12, 7. ἀσεβὴς ἀφανίζεται, impius perditur. 3) *Deformo*, *depravo*. Matth. 6, 16. ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν, deformant vultus ſuos. 4) ἀφανίζομαι, *evaneſco*. Actor. 13, 41. θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε, miramini & evaneſcite. Jacob. 4, 14. Adde Jo. Allerti Obſ. in N. T. p. 56.

Ἀφανισμὸς, ᾶ, ὁ, *Evaneſcentia*, inveritus, *abolitio*, (ab ἀφανίζω.) Hebr. 8, 13. ἐγγὺς ἀφανισμᾶ ἔσιν, prope eſt, ut evaneſcat. 1. Reg. 13, 34. Hæc fuit Jeroboamo εἰς ἀφανισμὸν, in perditionem, exſtirpationem a facie terræ. Symmachus Pſalm. 73, 18. κατέβαλες αὐτὰς εἰς ἀφανισμᾶς, dejeciſtieos in deſtructiones.

Ἀφαντος, ᾶ, ὁ, ἡ, *Qui non conſpicitur*, non apparens, (ex α priv. & φαίνω, oſtendo, appareo.) Luc. 24, 31. ἐγένετο ἄφαντος, factus eſt inviſibilis.

Ἀφεδρὼν, ῶνος, ὁ, *Latrina cloaca*, (ex ἀπὸ & ἕδρα, ſella, & illud ab ἕζω, ſedeo.) Matth. 15, 17. Marc. 7, 19.

Ἀφειδία, ίας, ἡ, *Crudelitas*, quando nobis & aliis non parcimus. (ex α priv. & φείδομαι, parco.) Coloſſ. 2, 23. ἀφειδία σώμα-

τος, quando quis corpori non parcit, sed potius illud sine caussa affligit.

Ἀφελότης, ητος, ἡ, *Simplicitas*, (ab ἀφελὴς, ἐος, ὁ, ἡ, simplex, (ab ἀφαιρέω, auffero.) Act. 2, 46. ἀφελότης καρδίας, in simplicitate cordis s. mentis.

Ἄφεσις, εως, ἡ, *Dimissio remissio*, (ab ἀφίημι.) In N. T. accipitur de remissione peccatorum, ita ut vox ἁμαρτιῶν vel παραπτωμάτων addatur. Matth. 26, 28. sanguis Christi pro multis effunditur εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Marc. 1, 4. Luc. 1, 77. 3, 3. 24, 47. &c. 2) Dimissio e captivitate Luc. 4, 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις, ἄφεσιν, prædicare captivis dimissionem.

Ἁφή, ῆς, ἡ, *Commissura* membrorum, (ab ἅπτομαι, tango.) Ephes. 4, 16. διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, corpus Ecclesiæ, sicut humanum, per commissuras ita conjunctum est, ut unumquodque membrum alteri subministre, quæ ad augmentum & conservationem illius spectant. Coloss. 2, 19.

Ἀφθαρσία, ας, ἡ, 1) *Incorruptibilitas, immortalitas*, (ex α priv. & φθάρσις, corruptio, quod et a φθείρω, corrumpo.) 1. Cor. 15, 42. ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, resuscitatur homo, ita ut non rursus corrumpatur. ibid. v. 53. 54. ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, indui incorruptibilitatem. 2) *Morum sanctitas*, si quis moribus est incorruptis. Rom. 2, 7. ζητεῖν ἀφθαρσίαν, quærere, ut quis incorrupte vivat. Ephes. 6, 24. ἀγαπᾶν χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ, amare Christum in vita incorrupta. Tit. 2, 7. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ παρέχειν ἀφθαρσίαν, in (um) doctrina (fidei) exhibere incorruptibilitatem (vitæ.)

Ἄφθαρτος, ε, ὁ, ἡ, *Incorruptibilis*, immortalis, (ex iisdem.) Rom. 1, 23. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τῆς ἀφθάρτου Θεοῦ, & mutarunt gloriam immortalis Dei. 1. Cor. 9, 25. 15, 52. 1. Petr. 1, 4. κληρονομία ἄφθαρτος, hæreditas incorruptibilis.

Ἀφίημι, f. ήσω, p. εἶκα. 1) *Dimitto*, relinquo, (ex ἀπὸ & ἵημι, mitto.) Matth. 4, 11. τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος, tunc relinquit ipsum diabolus cap. 19, 27. ἰδὲ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, ecce nos reliquimus omnia. cap. 22, 22. 26, 56. 2) *Absolvo, remitto*, condono. Matth. 6, 12, καὶ ἄφες (aor. 2. imp.) ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, & remitte nobis debita nostra, sicut etiam nos remittimus debitoribus nostris. Matth. 9, 2. ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, remissa tibi sunt peccata tua. ἀφέωνται pro ἀφεῖνται, præter. pass. Matth. 12, 31. 32. 18, 21. 27. 32. 3) *Dimitto, repudio*. 1. Corinth. 7, 11. 12. 13. ἀφιέναι γυναῖκα, dimittere uxorem. 4) *Omitto, missum facio*. Matth. 23, 23. καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει (sc. ὑμᾶς) ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι, missa faciis graviora legis, judicium, & misericordiam, & fidem. hæc oportebat (vos) facere, & illa non omittere. Marc. 7, 8. Hebr. 6, 1. 5) *Emitto, dimitto*.

Matth.

Matth. 27, 50. Jesus vero, cum iterum clamasset voce magna, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, emisit spiritum. Marc. 15, 37. 6) *Permitto, sino.* Matth. 3, 15. ἄφες (imp. aor. 2.) ἄρτι, permitte modo. c. 7, 4. 8, 22. 13, 30. Marc. 5, 19. ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν, αὐτὸν (scil. εἶναι μεθ' αὐτοῦ) Jesus vero non concessit, ut secum esset.

Ἀφικνέομαι, ἔμαι, f. ἀφίξομαι, *Pervenio, advenio,* (ex ἀπὸ & ἱκνέομαι, venio.) Rom. 16, 19. ἡ ὑπακοὴ ὑμῶν εἰς πάντας ἀφίκετο, obedientia vestra ad omnes (ad aures omnium) pervenit.

Ἀφιλάγαθος, ος, ον, ὁ, ἡ, *Minime amans boni* vel bonorum, (ex α priv. φιλέω, amo, & ἀγαθὸς, bonus.) 2. Tim. 3, 3.

Ἀφιλάργυρος, ος, ον, ὁ, ἡ, *Alienus ab avaritia,* qui pecuniam non amat, (ex α negat. φίλος, amicus, & ἄργυρος, argentum.) 1. Tim. 3, 3. Hebr. 13, 5. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος (scil. ἔστω,) alieni ab avaritia sunto mores seu conversatio vestra.

Ἄφιξις, εως, ἡ, *Discessus, profectio,* (ab ἀφικνέομαι.) Act. 20, 29.

Ἀφίστημι, f. ἀποστήσω, 1) *Abstito, desero,* discedo, recedo, desisto, (ex ἀπὸ & ἵστημι, sto, *ich stehe ab*) Luc. 4, 13. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ, recessit ab eo usque ad tempus. cap. 13, 27. ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας, recedite a me omnes cooperantes injustitiam. Act. 5, 38. 12, 10. 15, 38. 19, 9. 22, 29. 2. Corinth. 12, 8. 2. Tim. 2, 19. ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριστοῦ, desistat ab injustitia omnis, qui nominat nomen Christi. Hebr. 3, 12. medium ἀφίσταμαι idem. Luc. 2, 37. item deficio. Luc. 8, 13. 1. Tim. 4, 1. ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, postremis temporibus deficient (discedent) quidam a fide. 2) *Desistere,* recedere, deficere facio, averto, abduco. Actor. 5, 37. καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ, & avertit populum multum post se. Deut. 13, 10. ἐζήτησεν ἀποστῆσαί σε ἀπὸ κυρίου, quæsivit te abducere a Domino.

Ἄφνω, adv. *Repente, subito,* protinus, (ab ἀφανῶς, quod est ex α negativo & φαίνω, appareo, ita repente, ut non appareat, sive ut non conspici & observari possit.) Act. 2, 2. 16, 26. ἄφνω σεισμὸς ἐγένετο, subito terræ motus oriebatur. c. 28, 6.

Ἀφόβως, adv. *Sine metu,* intrepide (ex α priv. & φόβος, metus.) Luc. 1, 74. ἀφόβως - λατρεύειν αὐτῷ, sine metu servire ipsi. 1. Corinth. 16, 10. Phil. 1, 14. Jud. v. 12.

Ἀφομοιόω, ῶ, f. ώσω, *Similem reddo, adsimilo,* (ex ἀπὸ & ὅμοιος, similis.) pass. ἀφομοιόομαι, ὦμαι, assimilor ἀφωμοιωμένος, assimilatus. Hebr. 7, 3.

Ἀφοράω, ῶ, f. άσω, *Intueor, respicio,* (ex ἀπὸ & ὁράω, video.) Hebr. 12, 2. ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, respicientes in Jesum ducem & consummatorem fidei.

Ἀφορίζω, *Separo, segrego,* distinguo, proprie, terminos distinguo, (ex ἀπὸ & ὁρίζω, definio, quod est ab ὅρος, terminus,) item ex termino, *excommunico.* Matth. 13, 49. καὶ ἀφορίσουσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, & segregabunt malos e medio justo-

 rum.

rum. cap. 25, 32. Luc. 6, 22. Actor. 19, 9. 2. Corinth. 6, 17. Gal. 2, 12.

Ἀφωρισμένος, separatus, *designatus*, *destinatus*, Rom. 1, 1. ἀφωρισμένος εἰς ἐναγγέλιον Θεοῦ, separatus ad evangelium Dei sc. prædicandum. LXX vertunt תְּרוּמָה ἀφορισμὸν, h. e. separationem portionis Deo debitæ, quo forte Apostolus respexit, item תרם quod etiam segregationem denotat. Jerem. 12, 3. utrum illorum receperis, sensus erit, Apostolum Deo quasi consecratum & ad opus divinum deputatum. Hoc ipso sensu occurrit Actor. 13, 2. Gal. 1, 15.

Ἀφορμὴ, ῆς, ἡ, *Occasio*, (ex ἀπὸ & ὁρμὴ, impetus, conatus.) Rom. 7, 8. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία, occasionem vero sumens peccatum. 2. Cor. 5, 12. 11, 12. Gal. 5, 13. 1. Tim. 5, 14.

Ἀφρίζω, f. σω, *Spumo*, spumam excito, (ab ἀφρὸς) Marc. 9, 18. 20. ἐκυλίετο ἀφρίζων, volvebatur spumans.

Ἀφρὸς, οῦ, ὁ, *Spuma*. Luc. 9, 39. σπαράσσει αὐτὸν μετ' ἀφροῦ, rapit illum cum spuma.

Ἀφροσύνη, ης, ἡ, 1) *Amentia*, *imprudentia*, (ab ἄφρων.) Marc. 7, 22. 2) Ironice. 2. Cor. 11, 1. 17. 21. ἐν ἀφροσύνῃ λέγω: imprudentiam sibi tribuit Apostolus, non veram, sed quam alii, qui rem non perspectam habent, sic existimarent.

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, *Amens*, *desipiens*, *stultus*, imprudens, (ex α priv. & φρονέω, sapio, intelligo, cogito, quod est a φρὴν, mens.) Luc. 11, 40. 12, 20. ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σε ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ, stulte, hac nocte animam tuam repetent a te. Rom. 2, 20. 2. Cor. 11, 16. 19. ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, toleratis amentes. Ephes. 5, 17. 1. Petr. 2, 15.

Ἀφυπνόω, ῶ, f. ώσω, *Sopior*, *obdormisco*, (ex ἀπὸ & ὕπνος somnus) Luc. 8, 23.

Ἄφωνος, ος, ὁ, ἡ, *Mutus*, voce destitutus, (ex α priv. & φωνὴ, vox.) Act. 8, 32. ὡς ἀμνὸς - ἄφωνος, sicut agnus mutus. 1. Cor. 12, 2. πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ad idola muta. cap. 14, 10. 2. Petr. 2, 16.

Ἀχαζ, ὁ, *Achaz*, nomen proprium indeclinabile regis Judaici. Matth. 1, 9. a rad. אָחַז, cepit.

Ἀχαΐα, ας, ἡ, *Achaia*, nomen regionis. Act. 18, 12. 27. 19, 21.

Ἀχαϊκὸς, ὴ, ὸν, *Achaicus*, nomen viri. 1. Cor. 16, 17.

Ἀχάριστος, ος, ὁ, ἡ, *Ingratus*, beneficii immemor, (ex α priv. & χάρις, gratia.) Luc. 6, 35. ille benignus est ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς, super ingratos, & malos. 2. Tim. 3, 2.

Ἀχεὶμ, ὁ, *Achim*, nomen hebraicum indeclinabile. Matth. 1, 14.

Ἀχειροποίητος, ος, ὁ, ἡ, *Non manu factus*, non opere humano structus, (ex α negat. χεὶρ, manus, & ποιέω, facio.) Marc. 14, 58. οἰκίαν ἀχειροποίητον, domum non manu factam. Coloss. 2, 11. ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, per quem etiam circumcisi estis circumcisione manibus non peracta.

Ἀχλὺς, ύος, ἡ, *caligo*, *tenebræ*, nebula, oculorum caligatio.

Act.

Act. 13, 11. παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος, statim vero incidit in ipsum caligo & tenebræ.

Ἀχρειόω, ῶ, f. ώσω, *Inutilem reddo*, & in passivo, inutilis fio, (ab ἄχρεῖος.) Rom. 3, 12. πάντες - ἅμα ἠχρειώθησαν, omnes simul inutiles facti sunt: hebr. נְאֱלָחוּ rancidi, putidi facti sunt.

Ἀχρεῖος, εία, εῖον, *Inutilis, contemtus*, (ex α priv. & χρεία, utilitas.) Matth. 25, 30.* Luc. 17, 10. δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, servi inutiles sumus. Nam servi apud veteres nonnunquam hoc titulo prostabant, quod mali essent, adeoque minoris vendebantur. 2. Samuel. 6, 22. καὶ ἔσομαι ἀχρεῖος ἐν ὀφθαλμοῖς σε, & ero contemtus in oculis tuis.

Ἄχρηστος, ε, ὁ, ἡ, *Inutilis*, incommodus, (ex a priv. & χρηστός, utilis, & hoc a χράομαι, utor.) Philem. v. 11. Onesimum, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, qui olim tibi erat inutilis.

Ἄχρι, sequente consona, & ἄχρις, sequente vocali. 1) *Usque* ad. Adverbium naturam præpositionis habens, & construitur cum Genitivo. Matth. 24, 38. ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, pro: ἄχρι τῆς ἡμέρας, ἧ εἰσῆλθε, usque ad diem, quo ingressus est Noa in arcam. Luc. 1, 20. Act. 2, 29. ἄχρι θανάτε, usque ad mortem. Act. 22, 4. Apoc. 2, 10. 12, 11. non amaverunt vitam suam ἄχρι θανάτε, usque ad mortem. Apoc. 18, 5. ἄχρι τῦ οὐρανῦ Rom. 8, 22. Philipp. 1, 5. ἄχρι τῦ νῦν (scil. ὄντος χρόνε,) usque nunc. 2) Sine casu ponitur & denotat: *donec*. Luc. 21, 24. ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν, donec impleantur tempora gentium. Apoc. 15, 8. 17, 17. 20, 3.

Ἄχυρον, ε, τὸ, *Palea* vel potius *stramen*. Matth. 3, 12. Luc. 3, 17. τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ, stramen vero comburet igne inextinguibili. Ἄχυρον proprie est totus culmus a radice usque ad aristam, id quod satis probat Raphelius in annot. ex Xenophonte ad locum Matthæi. Palea proprie est folliculus grani, quem ventus disjicit, ἄχυρον est stramen, quod Judæi veteres plerumque ad alendum ignem adhibebant. Symmachus & Theodotion Exod. 5, 27. Jesa. 25, 10.

Ἀψευδής, έος, ὁ, ἡ, *Mentiri nescius*, *verax* (ex α priv. & ψεύδω, mentior.) Tit. 1, 2. ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς, quam promisit verax Deus.

Ἄψινθος, ε, ἡ, 1) *Absinthium*, herba nota: deinde *amaritudo*. Apoc. 8, 11. γίνεται τὸ τρίτον (scil. μέρος) εἰς ἄψινθον, tertia pars facta est amara. 2) Est nomen *stellæ Apocalypticæ* gen. masc. & sic vocatur per metonymiam caussæ efficientis pro effectu Apoc. 8, 11.

Ἄψυχος, ον, ὁ, ἡ, anima carens, *inanimus*, (ex α priv. & ψυχὴ, anima.) 1. Cor. 14, 7. ὅμως τὰ ἄψυχα (ὄργανα) φωνὴν διδόντα, tamen inanima instrumenta sunt sonum edentia.

B.

Βάαλ, ὁ, ἡ, *Baal*, nomen Hebraicum ἄκλιτον, בַּעַל, Dominus. Rom. 11, 4. κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίας ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ, supple: τῇ τῷ βάαλ εἰκόνι: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvarunt genua ante Baal. Vide Ellipses Græcas. Hoseæ 2, 8. Judæi dicuntur vestimenta fecisse τῇ Βάαλ. 2. Reg. 21, 3. ἀνέστησε θυσιαστήριον τῇ Βάαλ, erexit altare Baali. Jerem. 2, 8. 23. 2. Paral. 24, 7. ταῖς Βααλείμ.

Βαβυλών, ῶνος, ἡ, 1) *Babylon* urbs & regio, Hebr. בָּבֶל, confusio a rad. בלל, confudit. Matth. 1, 11. 12. 17. Actor. 7, 43. Apoc. 14, 8. ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, cecidit, cecidit Babylon, urbs magna. 1) Romam Babylonem esse reliqua ibidem docent. 2) An ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, 1. Petr. 5, 13. Babylon, an vero Roma intelligenda sit, disquirunt eruditi. Prius sane convenientius est. Vide Possinum Spicil. Evang. c. 11. p. 28. Bertrami Lucubrationes Francktalenses c. 9. Salmasium de Hellenistica p. 211.

Βαθμὸς, οῦ, ὁ, proprie 1) *Gradus*, (a βαίνω, scando.) 2) *Gradus dignitatis, honoris.* 1. Tim. 3, 13. βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιῆνται, gradum sibi bonum acquirunt.

Βάθος, εος, τὸ, *Profunditas*, (a βαθύς.) 1) Naturalis de terra Matth. 13, 6. βάθος γῆς, terra sufficiens: de mari Luc. 5, 4. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, provehere in altum. 2) metaph. 1. Cor. 2, 10. τὰ βάθη τῦ θεῦ, *mysteria* Dei profunda, Apoc. 2, 24. τὰ βάθη τῦ Σατανᾶ, profundæ perversiones & nequitiæ Diaboli. Rom. 11, 33. ὦ βάθος πλούτε καὶ σοφίας θεῦ, o profunditas divitiarum & sapientiæ Dei. 3) Usurpatur periphrastice. 2. Cor. 8, 2. ἡ κατὰ βάθος πτωχεία ὑμῶν, profundissima sive summa paupertas vestra. 4) Ephes. 3, 18. βάθος, ὕψος, πλάτος & μῆκος, (quatuor scil. dimensionis species,) denotant *rem totam.*

Βαθύνω, f. υνῶ, excavo, profundum facio (a βαθύς.) Luc. 6, 48.

Βαθὺς, εῖα, ὺ, 1) *Profundus.* Joann. 4, 11. καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ, & fons est profundus. Actor. 20, 9. ὕπνῳ βαθεῖ, somno profundo. 2) *Summus.* Luc. 24, 1. ὄρθρε βαθέος, summo mane. Adde Maji Observ. sacras lib. 2. p. 67. Elsneri Obs. sacras tom. 1. p. 283. confer. βάθος.

Βαΐον, ε, τὸ, plur. βαΐα, Joann. 12, 14. & Incertus Interpres Levit. 23, 40. τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, rami palmarum. Vox non est Græca, sed Judaica. Vtitur etiam Symmachus Cant. 7, 8.

Βαλαὰμ, ὁ, *Balaam*, *Bileam*, nomen hebr. ἄκλιτον prophetæ, veri quidem, sed mala mente contaminati: hinc in N. T. male audit 2. Petr. 2, 15. Judæ v. 11. Apoc. 2, 14.

Βαλὰκ, ὁ, *Balak*, nomen regis Moabitarum hebraicum indeclinabile, a. rad. בָּלַק exinanivit. Apoc. 2, 14.

Βαλάντιον, ε, τὸ, *Crumena*, marsupium Luc. 10, 4. 12, 33. 22, 35. 36. a verbo βάλλω, injicio.

Βάλλω,

Βάλλω, f. βλήσω, sive βαλῶ, p. βέβληκα. 1) *Jacio, injicio, abjicio.* Matth. 3, 10. καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, & in ignem injicitur. cap. 4, 18. 5, 13. 29. 30. Joann. 13, 2. τὰ διαβόλε ἤδη βεβληκότος (sc. διάνοιαν, s. διαλογισμὸν) εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτε, ἵνα αὐτὸν παραδῷ, cum diabolus jam injeciſſet (mentem s. cogitationem) in cor Judæ Iſchariotæ, ut ipſum traderet. Perf. paſſ. βέβλημαι, jactus ſum, i. e. jaceo. Matth. 8, 6. ὁ παῖς με βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, filius meus jacet domi paralyticus. c. 9, 2. 2) *Ferio.* Marc. 14, 65. καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον, & miniſtri ictibus ipſum feriebant. 3) *Projicio.* Matth. 7, 6. μηδὲ βάλητε τὰς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, neque projiciatis uniones veſtras ante porcos: cap. 15, 26. 4) *Demitto.* Matth. 4, 6. εἰ υἱὸς εἶ τε Θεε, βάλε σεαυτὸν κάτω, ſi filius Dei es, demitte teipſum deorſum. cap. 10, 34. ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, non veni demiſſurus pacem. Joann. 21, 7. Apoc. 6, 13. 5) *Pono, immitto.* Matth. 9, 17. οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς, neque immittunt vinum novum in utres veteres. cap. 27, 6. Marc. 7, 33. Joann. 12, 6. 18, 11. 20, 25. Jacob. 3, 3. 6) *Trado, committo.* Matth. 25, 27. Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν με τοῖς τραπεζίταις, oportebat igitur te tradere pecuniam meam nummulariis.

Βαπτίζω, f. ίσω, 1) proprie *Mergo, immergo,* (a βάπτω.) 2) *Abluo, lavo.* Marc. 7, 4. Ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσιν, niſi laverint ſe, non edunt. Luc. 11, 38. 3) *Baptizo,* ſignificatu ſacro, Matth. 3, 6. 13, 14. 28, 19. Joann. 4, 2. καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, quamvis Jeſus ipſe non baptizaret.) Act. 22, 16. ἀναστὰς βάπτισαι, ſurgens baptizare. Eſt medium quod habet ſignificationem reciprocam, act. & paſſiv. 1. Cor. 1, 17. Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, (pro πρὸς τὸ βαπτίζειν,) non tam miſit me Chriſtus ad baptizandum, quam ad prædicandum. 1. Cor. 10, 2. καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ, & omnes baptizabantur in Moſen, h. e. ut confiterentur eam religionem eſſe veram, quam Moſes docuit. Sic Chriſtiani baptizantur εἰς τὸ ὄνομα πατρὸς &c. Matth. 28, 19. Hic indigitatur cauſſa principalis, ibi miniſterialis. Per nubem vero Iſraëlitæ mare rubrum tranſeuntes humectati ſunt & baptizati. 1) Ut Iſraëlitæ continuo itinere feſſi pauliſper refocillarentur. 2) Ut hic tranſitus typum baptismi N. T. exhiberet. 1. Corinth. 15, 29. Τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; quid facient, qui baptizantur pro mortuis? 3) Metaphorice accipitur & ſignificat: *largiter profundo.* Matth. 3, 11. Act. 1, 5. ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, vos vero baptizabimini Spiritu Sancto, h. e. perfundemini, largiter chariſmatibus illius exornabimini. 4) *Multis periculis & oneribus ſubjaceo;* quod vulgo *baptismum ſanguinis* vocant. Matth. 20, 22. δύνασθε τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; an poteſtis baptiſmate, quo ego immer-

immergor, baptizari? Sic habes apud Plutarchum de educatione liberorum c. 13. ψυχὴ τοῖς ὑπερβάλλουσι πόνοις βαπτίζεται, anima nimiis laboribus submergitur, h. e. affligitur. Jesa. 21, 4. ἡ ἀνομία με βαπτίζει, crimen me submergit.

Βάπτισμα, τος, τὸ, 1) *Immersio, intinctio*, (ab eodem.) 2) *Baptismus.* Marc. 1, 4. καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας, & prædicans baptisma pœnitentiæ. Rom. 6, 4. 3) *Afflictio, baptismus sanguinis.* Matth. 20, 22. 23. Luc. 12, 50.

Βαπτισμὸς, ῦ, ὁ, *Lotio*, baptismus (ab eodem.) Marc. 7, 4. 8. Hebr. 6, 2. βαπτισμῶν διδαχῆς, baptismorum doctrinæ. Quod Apostolus βαπτισμῶν in numero plurali addit, hanc puto esse rationem, quia simul includere voluit doctrinam de lotionibus immundorum a lege divina præceptis. Ut enim baptismus, tanquam sacramentum, maxime est necessarius; sic reliqua baptismorum genera salva conscientia omitti possunt.

Βαπτιστὴς, ῦ, ὁ, *Baptizator, baptista.* (ab eodem.) Matth. 3, 1. 11, 11.

Βάπτω, f. ψω, 1) *Mergo, immergo.* 2) *Tingo, intingo.* Luc. 16, 24. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, (pro ἐφ' ὕδατος) ut tingat extremam digiti partem in aquam. Joann. 13, 26. βεβαμμένος, intinctus. Apoc. 19, 13.

Βαραββᾶς, ᾶ, ὁ, *Barabbas*, nomen hebraicum latronis: (ex בַּר, filius, & אבא, abba, pater.) filius patris (*ein Vatersohngen.*) Matth. 27, 16. 17. Marc. 15, 7. Joann. 18, 40.

Βαρὰκ, ὁ, *Barak*, nomen ἄκλιτον herois hebraici. Hebr. 11, 32. a בָּרָק, fulgur.

Βαραχίας, ίου, ὁ, *Barachias*, nomen hebraicum a בָּרַךְ benedixit & יָהּ Dominus, qui benedicit Domino. Matth. 23, 35.

Βάρβαρος, ου, ὁ, ἡ, 1) *Barbarus*, qui linguam peregrinam & inusitatam loquitur. Ovidius Trist. 5, 10. 37. Barbarus hic ego sum: quia non intelligor ulli. 1. Cor. 14, 11. Ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, ero loquenti barbarus. 2) *Qui non est ejusdem gentis*, nec eandem habet linguam, e. g. qui non est Græcus, Romanus, Hebræus, prout scriptores id suppeditant. Inde Latinis omnes reliquæ gentes sunt barbaræ, quæ ipsorum lingua non utuntur, Græcis barbari sunt, qui non sunt Græci, Judæis, qui non sunt Judæi. Rom. 1, 14. Act. 28, 2. 4. Vide Dougtæum Anal. S. N. T. Exc. 68. & Alex. Morum ad Rom. 1, 14.

Βαρθολομαῖος, αίου, ὁ, *Bartholomæus*, nomen Apostoli. Matth. 10, 3. (a בַּר, filius, & תַּלְמַי, quod est nomen proprium.)

Βαριησοῦς, *Barjesus*, nomen viri Syriacum, (a בַּר filius & יְהוֹשֻׁעַ, Ιησοῦς.) Act. 13, 6.

Βαρ - - Ιωνᾶς, ᾶ, *Barjonas*, h. e. filius Jonæ, (a בַּר filius & יוֹנָה, columba.) Matth. 16, 17.

Βαρνά-

Βαρνάβας, α, ὁ, *Barnabas*, nomen doctoris & Apostoli, qui fuit collega Pauli. (ab בַּר filius & נָבָא, vaticinari, hortari, consolari.) filius consolationis. Act. 4, 36. 13, 1, 2.

Βαρέω, ῶ, f. ήσω, *Gravo, degravo*, onero. (a βαρύς.) 1) Physice Matth. 26, 43. ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι, erant enim ipsorum oculi gravati. Luc. 9, 32. 2) Moraliter 2. Cor. 1, 8. ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, gravati sumus super vires. cap. 5, 4. 1. Tim. 5, 16. καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, & ne gravetur ecclesia.

Βαρέως, *Graviter, molestè*, difficulter, (ab eodem) Matth. 13, 15. καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, & auribus graviter, difficulter audiverunt. Act. 28, 27.

Βάρος, εος, ες, τὸ, 1) *Onus, molestia*. Matth. 20, 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, qui portaverunt onus diei. Act. 15, 28. Gal. 6, 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, invicem molestias vestras portate. Apoc. 2, 14. 2) *Pondus, gravitas, auctoritas*. 2. Cor. 4, 17. αἰώνιον βάρος δόξης, æternum pondus gloriæ. 1. Thess. 2, 6. δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, quum possemus in auctoritate esse, utpote Apostoli Christi. Adde Vitringam Observ. sacr. 3, 25.

Βαρσαβᾶς, ᾶ, ὁ, *Barsabas*, est cognomen. 1) Josephi Act. 1, 23. 2) Judæ Act. 15, 22. (a בַּר filius & שָׁבַע, cujus Niphal נִשְׁבָּע, juravit, vel a שָׂבָע, satur fuit:) sic ut Barsabas sit filius juramenti, vel saturitatis.

Βαρτίμαιος, ος, ὁ, *Bartimæus*, nomen viri cœci. Marc. 10, 46. est idem atque filius Timæi.

Βαρύνω, f. υνῶ, *Gravo, premo*, obruo. (a βαρύς) Luc. 21, 34. μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ, ne forte gravata fuerint vestra corda crapula. Vide Elsnerum Obs. sacr. tom. 1. p. 276.

Βαρύς, εῖα, ύ, 1) *Gravis molestus*, onerosus, difficilis. Matth. 23, 4. φορτία βαρέα, onera gravia. 1. Joann. 5, 3. καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν, & mandata ipsius difficilia non sunt. 2) *Ponderosus, gravis*, quod est magni momenti. Matth. 23, 23. καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, & reliquistis graviora, (quæ majoris erant momenti) legis. Vide Elsnerum tom. 1. p. 105. 3) *Violentus, sævus*. Act. 20, 29. λύκοι βαρεῖς, lupi sævi.

Βαρύτιμος, ίμη, ὁ, ἡ, *Gravis pretii*, pretiosus, (ex βαρὺς & τιμὴ, pretium.) Matth. 26, 7. μύρου βαρύτιμου, unguentum pretiosum.

Βασανίζω, f. σω, 1) *Exploro, probo*, examino, (a βάσανος.) 2) *Torqueo* ad eruendam veritatem, *quæstionem habeo* de aliquo. 3) *Torqueo, affligo*, quocunque modo. Matth. 8, 6. δεινῶς βασανιζόμενος, qui graviter affligitur. cap. 14, 24. πλοῖον — βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων, navis - - quæ adfligebatur a fluctibus. Marc. 6, 48. Apoc. 9, 5. f.

Βασανισμὸς, οῦ, ὁ, 1) *Exploratio, quæstio*. 2) *Tormenta, cruciatus*, (a βασανίζω.) Apoc. 9, 5. 14, 11. 18, 7. &c.

Βασανιστὴς, οῦ, ὁ, 1) *Explorator*, (ab eodem.) 2) *Tortor*. Matth. 18, 34.

Βάσα-

Βάσανος, ε, ἡ, 1) Lapis, quo probatur aurum, *Lapis Lydius.* 2) *Exploratio,* probatio, inquisitio, examen. 3) Quæstio per tormenta. 4) *Cruciatus quivis.* Matth. 4, 24. ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, variis morbis & cruciatibus, constrictus. Luc. 16, 23. 28. τόπος τῆς βασάνου, locus tormentorum, est infernus.

Βασιλεία, ίας, ἡ, *Regnum,* (a βασιλεύς.) Matth. 4, 8. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, & ostendit ipsi omnia regna mundi. Marc. 13, 8. Hebr. 11, 33. Apoc. 11, 15. Specialissime exprimit illud hebraicum מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם, & varias habet significationes: denotat enim 1) *Tempora Messiæ* & N. T. nec non œconomiam illorum. Matth. 3, 2. 4, 17. 10, 7. Μετανοεῖτε ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, resipiscite, appropinquavit enim regnum cœlorum, h. e. Messias venit cum evangelio. cap. 5, 3. Ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, nam eorum est regnum cœlorum. Sensus: Tales sunt apti, sive conveniunt regno & menti Christi. cap. 5, 20. Οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, non ingrediemini in regnum cœlorum, ut scil. genuini ejusdem subditi fiatis, aut vitam N. T. dignam agatis. Matth. 12, 28. si vero per digitum Dei ejicio dæmonia, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, certe exinde concludere potestis, regnum Messiæ spe citius ad vos prævenisse. Marc. 9, 1. ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει, donec viderint regnum Dei, quod venit in potentia. Quum huc usque pauci admodum essent, qui in Christum crederent, Servator h. l. prædixit, fore ut post tempus non ita longum illud latius fines extendat, & cum summo quodam vigore sese exserat. cap. 12, 34. Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, non procul es a regno cœlorum. Parum tibi deest, quin Christianus fieri queas. Luc. 4, 43. 8, 1. 9. 2, 11. 10, 9. 16, 16. 17, 20. 19, 11. Act. 1, 3. 6. 8, 12. 28, 23. 31. Rom. 14, 17. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, non enim est regnum Dei cibus & potus: h. e. Ecclesia N. T. sub Messia rege non alligata est ejusmodi ceremoniis, quæ sub lege veteri observandæ fuerunt, ubi quidam cibi omnino, quidam certis temporibus erant prohibiti. Hic quoque observanda est Ellipsis. Quemadmodum enim in usu est simpliciter vox מַלְכוּת, Berachoth fol. 18, 1. ita nonnunquam vox βασιλεία absolute ponitur, & subintelligendum est τοῦ Θεοῦ, vel τῶν οὐρανῶν. Sic Matth. 4, 23. Christus dicitur prædicasse τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, h. e. regni Messiæ. cap. 9, 35. 13, 19. 24, 14. Matth. 8, 12. Judæi per Hebraismum dicuntur υἱοὶ βασιλείας (sc. τῶν οὐρανῶν,) h. e. tales, ad quos regnum Messiæ primo loco missum est, ut ex Act. 13, 46. constat. 2) Denotat *obedientiam in hoc regno Messiæ præstandam.* Matth. 6, 33. ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, quærite primum regnum Dei. Ante omnia hæc vestra cura erit, ut vos regno Messiæ subjiciatis, & officia

ab

ab illo injuncta expleatis. Marc. 10, 15. Ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν, quicunque non receperit &c. h. e. qui se non Messiæ subjicit cum omni animi simplicitate, qualis in pueris locum habet, is non poterit esse membrum verum Ecclesiæ N. T. 3) *Regnum gloriæ, vita æterna.* Matth. 7, 21. Marc. 9, 47. Luc. 13, 28. 29. 14, 15. 21, 31. 22, 30. 23, 42. Joann. 3, 3. Actor. 14, 22. 1. Cor. 15, 50. In scriptis Judæorum tres has notiones locutionis מלכות השמים invenies, ut ostendi in Dissert. de regno Cœlorum, Horis Hebr. subjecta, & de Messia lib. 1. p. 22. 23.

Βασίλειος, εία, ὁ, ἡ, *Regalis*, (a βασιλεὺς) 1. Petr. 2, 9. βασίλειον ἱεράτευμα, regale sacerdotium. Substantive βασίλειον sc. δῶμα s. οἴκημα, regia, regia domus, aula. Luc. 7, 25. ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν, sc. δώμασι, s. οἰκήμασι, in regiis ædificiis sunt.

Βασιλεὺς, έως, ὁ, *Rex.* Matth. 27, 29. χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, salve rex Judæorum. Atticismus, Nominativus pro Vocativo. Adde Apoc. 15, 3. cap. 17, 14. βασιλεὺς βασιλέων, rex regum. Est per Hebraismum rex summus. cap. 19, 16.

Βασιλεύω, fut. εύσω. *Regno*, impero, rex sum, (a βασιλεὺς.) Matth. 2, 22. Ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, quod Archelaus imperet super Judæam. Luc. 1, 33. Rom. 6, 12. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore. Allegoria. vide Raphelii Annot. ex Xenophonte. Non dixit: Non sit, quia jam adest, sed non regnet. Ita Primasius p. 55.

Βασιλικὸς, ἡ, ὸν, 1) *Regius*, regalis. Actor. 12, 20. 21. νόμος βασιλικὸς, lex regia. Jacob. 2, 8. Ita dicitur lex charitatis erga proximum, quia hæc virtus est regia, omnibus benefaciens, & de amore erga Deum simul testimonium perhibens. Vid. Buxtorfii Catalecta c. 55. 2) βασιλικὸς sc. ὑπηρέτης, minister regius, aulicus. Joann. 4, 46. 49.

Βασίλισσα, ης, ἡ, *Regina.* Matth. 12, 42. Act. 8, 27. Apoc. 18, 17.

Βάσις, εως, ἡ, 1) *Basis, fundamentum*, fulcimentum. 2) *Planta pedis.* Act. 3, 7. ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις, confirmatæ sunt plantæ illius. (a βαίνω, scando, eo, incedo.) Adde Joann. Alberti Observ. p. 226.

Βασκαίνω, vox latina, *Fascino.* Gal. 3, 1. Τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε; (aor. 2.) quis vos fascinavit? h. e. vos decepit, alias vobis cogitationes indidit. Conferantur modo Lexica Latina, item Ursini Analecta Vol. 1. lib. 3. c. 28. Ramirefii Pentecontarchus c. 31. Elsneri Obs. sacr. tom. 2. p. 129.

Βαστάζω, fut. σω, 1) *Porto, bajulo*, de magnis oneribus. Luc. 7, 14. βαστάζειν σταυρὸν, portare crucem, metaph. exstat Luc. 14, 27. 2) *Fero, gesto, porto.* Matth. 3, 11. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, cujus calceamenta portare non sum sufficiens. Luc. 10, 4. 11, 27. Actor. 3, 2. 9, 15. 21, 35. Rom. 11, 18.

Gal.

Gal. 6, 17. 3) *Exporto, auffero.* Joann. 20, 15. κύριε εἰ σὺ ἐβάσασας αὐτὸν, Domine, si tu abstulisti eum. Sic cap. 12, 6. τὰ βαλλόμενα ἐβάσαζεν, quæ Christo dabantur Judas furto auffere-bat. Exempla ex profanis dat Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 333. 4) *Tolero, sufferо, perfero.* Matth. 20, 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, qui pertulerunt onus diei. Rom. 15, 1. Gal. 6, 5. Apoc. 2, 2. 3. βαστάζειν σαυρὸν, portare crucem, metaph. exstat Luc. 14, 27. 5) *Percipio, intelligo.* Joann. 16, 12. Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, adhuc multa habeo dicere vobis, sed non potestis percipere jam.

Βάτος, ὁ, ἡ, *Rubus, sentis.* Marc. 12, 26. Luc. 6, 44. Act. 7, 30. Ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου, in flamma ignis rubi.

Βάτος, ὁ, ὁ, batus, mensura liquidorum apud Hebræos. Luc. 16, 6.

Βάτραχος, ὁ, ὁ, *Rana*, Apoc. 16, 13.

Βατταλογέω, ῶ, fut. ήσω, idem quod βατταρίζω, 1) *Balbutio*, lingua titubo & hæsito. 2) *Blatero, garrio, nugor*, (ex βάττος, Battus, qui fuit princeps Cyrenaicorum, balbus & exili voce præditus, & λόγος, sermo.) Matth. 6, 7. μὴ βαττολογήσητε, ne multa verba faciatis in precibus.

Βδέλυγμα, τος, τὸ, *Exsecratio, abominatio*, res exsecranda, (a βδελύσσω.) Temporibus Maccabæorum ædificarunt βδέλυγμα ἐρημώσεως ἐπὶ τῶν θυσιαστηρίων, in altaribus. 1. Maccab. 1, 54. ubi intelliguntur idola: vide Grotium. Denotatur autem apud Matthæum illa desolatio templi & urbis, quando insignia aquilarum Romanarum, quæ tanquam alites Jovis Deo vero erant abominationi, in loca sancta, urbem scil. & præcipue templum collocata sunt. Luc. 16, 15. Apoc. 17, 4. 5. 21, 27. βδέλυγμα pro idolo habes etiam 2. Reg. 23, 13. 2. Paral. 15, 8. Matth. 24, 15. τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, vastationem abominandam.

Βδελυκτὸς, ἡ, ὸν, *Abominabilis*, exsecrabilis, (ab eodem.) Tit. 1, 16.

Βδελύσσομαι vel βδελύττομαι, fut. ξομαι, 1) *Exsecror, abomi-nor*, detestor, proprie ob fœtorem (a βδέω pedo, flatum ventris emitto.) 2) Abominor formido, exhorreo. Rom. 2, 22. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, abominans idola.

Βέβαιος, α, ὁ, ἡ, & αιος, αία, ον, *Firmus, stabilis.* Rom. 4, 16. 2. Cor. 1, 7. Hebr. 2, 2. 1. Petr. 10, 19. καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, & habemus firmiorem propheticum sermo-nem. Nimirum firmiorem, quam sunt apparitiones, & visio-nes, de quibus in præcedentibus loquitur Apostolus.

Βεβαιόω, ῶ, fut. ώσω, 1) *Stabilio, firmo*, firmum reddo, (ab eodem.) 2) *Confirmo.* Marc. 16, 20. καὶ τὸν λόγον βεβαι-ῶντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων, Domino verbum confir-mante per subsequentia signa. 1. Cor. 1, 6. 8. 2. Cor. 1, 21, Colos. 2, 7. Hebr. 13, 9. 3) *Præsto*, ut ei habere liceat, cui spon-sione & stipulatione evictionis cautum est. Rom. 15, 8. Εἰς τὸ βεβαι-

βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, ad præstandum promissiones patrum.

Βεβαίωσις, εως, ἡ, *Confirmatio*, firmamentum, (a βεβαιόω.) Philipp. 1, 7. Hebr. 6, 16.

Βέβηλος, ε, ὁ, ἡ, *Profanus*, non initiatus, (a βηλὸς, limen domus.) 1. Tim. 1, 9. 4, 7. 6, 20. 2. Tim. 2, 16. Hebr. 12, 16.

Βεβηλόω, ῶ, fut. ώσω, *Profano*, *contamino*, (a præced.) in sensu bono occurit Matth. 12, 5. Τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναιτιοί εἰσι: Sabbatis sacerdotes in templo Sabbatum profanant, & innocentes sunt. Revera nulla est profanatio Sabbati, laboribus sacerdotalibus die Sabbati vacare, sed catachrestice Servator hoc verbum adhibuit, pro: labores eo die peragere. Idque ex formula Judaica מְחַלֵּל vide Edzardum ad. c 2. Avoda sacra p. 367. Buxtorfium in Lexico majore col. 523. In sensu deteriori Actor. 24, 6.

Βεελζεβὰλ, ὁ, *Beelzebul*, nomen idoli hebraicum. Proprie scriptum fuit Beelzebub (a בַּעַל, dominus, & זְבוּב, musca, q. d. Dominus sive Dus muscarum.) Ita fuit vocatum, sive quia in eo loco, ubi colebatur, magna muscarum multitudo versabatur, sive quia cultores ipsius depellere & avertere muscas credebant. Deinde Judæi ei nomen Βεελζεβὰλ, (a זֶבֶל, stercus,) quod est Dominus luti, imposuerunt: tandem Satanam, Principem dæmonum, hoc nomine indigitarunt Matth. 10, 25. 12, 24. 27.

Βελίαλ, ὁ, 1) *Belial*, nomen hebræum ἄκλιτον. hebr. בְּלִיַּעַל sine utilitate. 2) *Satanas*. 2. Cor. 6, 15.

Βέλος, εος, τὸ, 1) *Telum*, *jaculum*, sagitta. 2) *Fulmen*. 3) *Ictus & dolor* ex ictu illatus. Ephes. 6, 16. τὰ βέλη τὰ πεπυρωμένα τοῦ πονηροῦ, tela ignea maligni (Satanæ,) metaph. h. e. argumenta maligna, quibus Diabolus ad Christianos tum in doctrina, tum vita debellandos utitur. Metaph. ab instrumentis antiquorum bellicis petita, de quibus vide Lipsium in Poliorceticis, & Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 232.

Βελτίων, ονος, ὁ, ἡ, *Melior*, comparativus irregularis, (ab ἀγαθὸς:) neutrum βέλτιον, optime. 2. Tim. 1, 18.

Βενιαμὶν, ὁ, *Benjamin*, nomen hebr. ἄκλιτον, filius Jacobi, unus ex duodecim Patriarchis. Compositum est ex בֵּן filius, & יָמִין, dextra. Actor. 13, 21. Rom. 11, 1. Apoc. 7, 8.

Βερνίκη, ης, ἡ, *Bernice*, nomen proprium. Act. 25, 13. Agrippæ soror erat, ei semper adhærens, unde credita est ei per incestum mixta. De ejus vita Noldius p. 403. s. & van Dalen diss. 7. c. 2. p. 621.

Βέροια, ας, ἡ, *Beræa*, urbs Macedoniæ. Act. 17, 10. 13.

Βεροιαῖος, αία, αῖον, *Berocensis*, Act. 20, 4.

Βηθαβαρά, ᾶς, ἡ, *Bethabara* trans Jordanem. Joann. 1, 28. vocabulum eſt hebraicum ex בֵּית, domus, & עֲבָרָה tranſitus, trajectio, transvectio.

Βηθανία, ας, ἡ, *Bethania*, nomen villæ prope Hieroſolymam hebr. Matth. 21, 17, Joann. 11, 1. Judæis בֵּית תְּאֵנִי, domus dactylorum, quia palmæ ibidem erant, unde ramos palmarum decerpſerunt. Lightfoot Centuria Chorographica Matthæo præfixa c. 41.

Βηθεσδά, ἡ, *Betheſda*, nomen piſcinæ proprium Hebraicum, בֵּית חִסְדָּא terminatione quidem eſt Syro-Chaldaica, vocibus tamen hebraicis, prout ipſe docet Joannes Evangeliſta c. 5, 2. Fuit ergo domus gratiæ, miſericordiæ ſ. beneficentiæ, quam Deus ſanando, homines autem excipiendo, ibidem exercuerunt? Poſſinus Spicil. Evangel. c. 25.

Βηθλεέμ, ἡ, *Bethlehem*, nomen urbis Hebraicum, ex בֵּית & לֶחֶם, panis. Duplex fuit Bethlehem una in tribu Zabulon. Joſ. 19, 15. altera in tribu Judæ, in qua Servator in lucem editus fuit. Matth. 2, 1. &c. Luc. 2, 4. Joann. 7, 42. Vid. Strauchii Hiſt. Bethlehemitica.

Βηθσαϊδά, ἡ, ſ. Βηθσαϊδάν, *Bethſaida*, nomen urbis Galilææ ἄκλιτον, (a בֵּית domus & צַיְדָא, piſcatio, quod eſt a צוד, piſcari.) Matth. 11, 21. Marc. 6, 45. 8, 22. Apoſtoli Philippus, Andreas & Petrus ex ea oriundi erant. Joann. 1, 44. 12, 21.

Βηθφαγή, *Bethphage*, vocabulum hebraicum indeclinabile, hebr. בֵּית פַּגִּי (a בֵּית domus & פַּג, ficus immatura. Fuit villa in monte Oliveti. Matth. 21, 1.

Βῆμα, 1) *Gradus, greſſus*, (a βαίνω, vado.) Act. 7, 5. οὐδὲ βῆμα ποδός, ne quidem greſſum pedis. 2) *Tribunal*, ad quod gradibus quibusdam aſcenditur. Matth. 27, 19. καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ſedente ipſo pro tribunali. Βῆμα τοῦ Χριστοῦ, tribunal Chriſti occurrit Rom. 14, 10. 2. Cor. 5, 10.

Βήρυλλος, ου, ὁ, ἡ, *Beryllus*, gemma. Apoc. 21, 20.

Βία, ας, ἡ, *Vis, robur*, violentia, violentus impetus. Actor. 5, 26. 21, 35. διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου, propter violentum impetum populi. cap. 27, 41. ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων, a violento impetu fluctuum.

Βιάζω, fut. άσω, uſitatius βιάζομαι, *Vim adfero, urgeo*, (a βία.) Matth. 11, 12. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, regno cœlorum vis adfertur. Tempore, quo Joannes Baptiſta pœnitentiam & fidem in Meſſiam proxime adventurum prædicabat, tanta ubique erant obſtacula, præcipue Phariſæorum auctoritas, ut converſi ſibimet ipſis vim facere cogerentur. *Es gehörte eine ſehr ſtarke Reſolution darzu, wenn ſich einer damals bekehren wollte.* Luc. 16, 16. καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, & omnis in illam vi irrumpit. Adde Joann. Alberti Obſ. p. 84.

Βίαιος,

Βίαιος, αία, αιον, & βιαίος, αία, ον, ὁ, ἡ, *Violentus*, vehemens, (a βία.) Act. 2, 2. πνοὴ βιαία, flatus vehemens.

Βιαστὴς, ου, ὁ, *Violentus*, qui vim infert (ab eodem) Matth. 11, 12.

Βιβλαρίδιον, ίου, τὸ *Libellus*, dim. a βιβλάριον, quod est a βίβλος. Apoc. 10, 2. &c.

Βιβλίον, ίου, τὸ, 1) *Liber* (a βίβλος.) Luc. 4, 17. Joann. 20, 30. Gal. 3, 10. Apoc. 1, 11. 2) *Scheda, libellus*. Matth. 19, 7. βιβλίον ἀποστασίου, scheda repudii. Marc. 10, 4. Ille libellus Apoc. 5, 1. seqq. erat judicialis, in quo conscripta erat sententia divina contra hostes Evangelii suo tempore promulganda.

Βίβλος, ου, ἡ, *Liber*. Matth. 1, 1. Marc. 12, 26. Ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, in libro Mosis. Actor. 1, 20. 7, 42. βίβλος ζωῆς, liber vitæ, metaph. & per ἀνθρωποπάθειαν, est numerus electorum. Phil. 4, 3. Apoc. 3, 5. 13, 8.

Βιβρώσκω, *Comedo*, fut. βρώσω, anom. Joann. 6, 13. τοῖς βεβρωκόσι, illis qui comederant.

Βιθυνία, ίας, ἡ, *Bithynia*, provincia Asiæ minoris. Actor. 16, 7. 1. Petr. 1, 1.

Βίος, ου, ὁ, 1) *Vita*. 1. Tim. 2, 2. 1. Petr. 4, 3. 2) *Victus, facultates*, divitiæ, pecuniæ, res omnis ad vitam sustentandam necessaria. Marc. 12, 44. Αὕτη δὲ - - πάντα, ὅσα εἶχεν, ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς, hæc vero - - omnia, quæcunque habebat, injecit, totum victum suum. Luc. 8, 43. 15, 12. 30. 1. Joann. 3, 17. Ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, quicunque vero habebat facultates mundi. Exempla e scriptoribus profanis suppeditat Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 161.

Βιόω, ῶ, fut. ώσω, *Vivo*. (a βίος.) 1. Petr. 4, 2.

Βίωσις, εως, ἡ, Ipsa vivendi actio, *vita ante acta*, (ab eodem.) Actor. 26, 4.

Βιωτικὸς, ὴ, ὸν, *Vitalis*, ad hujus vitæ usum vel ad vitam sustentandam pertinens, *secularis*. Luc. 21, 34. Μερίμναις βιωτικαῖς, curæ circa res hujus mundi. 1. Cor. 6, 4. κριτήρια βιωτικὰ, judicia secularia s. profana, de rebus mundanis. Adde Elsnerum. tom. 2. p. 93.

Βλαβερὸς, ὰ, ὸν, *Noxius*, (a βλάβη, noxa, damnum, detrimentum.) 1. Tim. 6, 9.

Βλάπτω, fut. ψω, *Lædo, noceo*, damno adficio, regit Accusativum. Marc. 16, 18. ὲ μὴ αὐτὸς βλάψει, nequaquam ipsis nocebit. Luc. 4, 35.

Βλαστάνω s. βλαστέω, f. ήσω, perf. βεβλάστηκα. 1) *Germino*, fruticor, pullulo. Matth. 13, 26. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, cum vero germinavit gramen. Marc. 4, 27. Hebr. 9, 4. καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, & virga Aaronis, quæ germinaverat. 2) *Produco, profero*. Jacob. 5, 18. καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς, & terra produxit fructum suum.

Βλάσος, ε, ὁ, *Blastus*, nomen proprium viri Græcum. (βλαστὸς, ὁ, germen,) a βλαστάνω. Act. 12, 20.

Βλασφημέω. 1) significat in genere *Impie loquor, maledictis lacesso*, convitiis proscindo (ἀπὸ τῆς βλάπτειν τὴν φήμην, a lædendo famam.) Matth. 27, 39. Ἐβλασφήμων αὐτὸν, convitiabantur ipsum. Rom. 3, 8. καθὼς βλασφημούμεθα, quemadmodum convitiis proscindimur, male audimus. 2. Petr. 2, 10. 12. Jud. v. 8. 10. 2) in specie notat *Deum convitior*. Matth. 9, 3. οὗτος βλασφημεῖ, hic Deum convitiatur. cap. 26, 65. Marc. 3, 28. 29. Joann. 10, 36.

Βλασφημία, ἱας, ἡ, 1) *Blasphemia in Deum*, (a præced.) Matth. 12, 31. 15, 19. 26, 65. Luc. 5, 21. Joann. 10, 33. 2) *Maledicentia*, convitium. Ephes. 4, 31. Coloss. 3, 8. 1. Tim. 6, 4. Judæ v. 9. Apoc. 2, 9. 13, 1. 5.

Βλάσφημος, ε, ὁ, ἡ, *Blasphemus*, maledicus, (ab eodem.) Actor. 6, 11. 13. ῥήματα βλάσφημα. 1. Tim. 1, 13. 2. Tim. 3, 2. 2. Petr. 2, 11. κρίσις βλάσφημος, judicium maledicum.

Βλέμμα, τος, τὸ, *Adspectus, visus*, (a βλέπω.) 2. Petr. 2, 8. Vide Joann. Alberti Obs. p. 465.

Βλέπω, fut. ψω, 1) *Video*. [a] oculis corporis, Luc. 7, 21. καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν, & cœcis multis largitus est videre, h. e. visum. Græcismus Actor. 9, 8. οὐδένα ἔβλεπε, neminem videbat. Hebr. 11, 1. 3, 7. 2) *Adspicio, intueor*. Matth. 5, 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα, omnis adspiciens mulierem. Joann. 13, 22. Actor. 3, 4. βλέψον ἡμᾶς, intuere nos, tanquam medicos. 3) *Specto, pertineo*. Actor. 27, 12. λιμένα βλέποντα κατὰ λίβα, porticum, qui respicit versus Africum ventum. [b] *Video* oculis animi & significat (1) *Intelligo*. Joann. 9, 39. ἵνα μὴ βλέποντες βλέπωσι, ut, qui rudes & litterarum ignari videntur, videant, καὶ οἱ βλέποντες, & qui Pharisaico fastu imbuti, omnia se scire & pervidere putant, alios præ se contemnentes, τυφλοὶ γένωνται, cœci fiant. Rom. 11, 8. 10. (2) *Sedulo caveo* Matth. 24, 4. Marc. 8, 15. 12, 38. Gal. 5, 15. (3) *Curo, observo*. Marc. 13, 9. 1. Cor. 3, 10. 16, 10. Ephes. 5, 15. Col. 4, 17. (4) *Rationem habeo*. Matth. 22, 16. βλέπειν πρόσωπόν τινος, est alicui *præsentem esse*, & præcipue summis regibus *ministrare*. Matth. 18, 10. Angeli vident semper faciem patris cœlestis. Sic 2. Reg. 25, 19. Jerem. 52, 25. Adde Mart. de Roa singularia Scripturæ loca, part. 2. lib. 4. c. 2. βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω (sc. μέρη.) Luc. 9, 26. non est tantum respicere, sed & *reverti & retro abire*: id quod inter alia probo, quia Luc. 17, 31. legitur μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ne revertatur, & deinde v. 32. subjicitur: Mementote uxoris Loti, quæ Genes. 19. etiam respexisse h. e. reversa esse dicitur.

Βοανεργὲς, *Boanerges*, est cognomen duorum filiorum Zebedæi Syriacum. בְּנֵי רֶגֶשׁ denotat filios tonitru Marc. 3, 17.

Βοάω,

Βοάω, ῶ, fut. ήσω, *Clamo, vociferor*, cum clamore dico. Matth. 3, 3. Marc. 15, 34. Actor. 8, 7.

Βοή, ῆς, ἡ, *Clamor*, (a βοάω.) Jacob. 5, 4.

Βοήθεια, ας, ἡ, *Adjumentum, auxilium*, (a βοηθέω.) Actor. 27, 17. Hebr. 4, 16.

Βοηθέω, ῶ, fut. ήσω, *Auxilior, opitulor*, succurro. Matth. 15, 25. κύριε, βοήθει μοι, Domine, auxiliare mihi. Marc. 9, 22. 24. βοήθει μοι τῇ ἀπιστίᾳ, succurre meæ incredulitati, h. e. fidei infirmæ.

Βοηθός, ὁ, *Auxiliator, opitulator*, (ab eodem.) Hebr. 13, 6. κύριός μοι βοηθός, Dominus mihi opitulator, est.

Βόθυνος, ου, ὁ, *Fovea, scrobs*. Matth. 12, 11. 15, 14. Ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται, ambo in foveam cadent.

Βολή, ῆς, ἡ, *Jactus*, (a βάλλω.) Luc. 22, 41. ὡσεὶ λίθου βολήν, fere, circiter lapidis jactum.

Βολίζω, fut. ίσω, *Bolidem emitto*, (a βολὶς.) Actor. 27, 28. est navigantium.

Βολὶς, ίδος, ἡ, 1) *Jaculum, sagitta*, (a βάλλω.) Hebr. 12, 20. ἢ βολὶς κατατοξευθήσεται, aut jaculo transfigetur. 2) *Plumbum fini alligatum*, quo nautæ profunditatem maris explorant.

Βοὸζ, ὁ, *Booz* s. *Boas*, nomen viri Hebraicum ἄκλιτον, בֹּעַז, robur & ב præfixum, in quo robur est. Matth. 1, 5. Luc. 3, 32.

Βόθορος, ου, ὁ, *Cœnum*, limus, lutum. 2. Petr. 2, 22. εἰς κύλισμα βοθόρου, ad volutabrum cœni.

Βορέας, ου, ὁ, 1) *Boreas*, aquilo, (a βορέας, ου, ὁ, idem.) 2) *Septentrio*, regio septentrionalis. Luc. 13, 29. Apoc. 21, 13.

Βόσκω, fut. βοσκήσω, 1) *Pasco*. Matth. 8, 30. Ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη, grex porcorum multorum, qui pascebatur. 2) metaph. Joann. 21, 15. 17. βόσκε τὰ ἀρνία μου, pasce agnos meos.

Βοσὸρ, ὁ, nomen Hebraicum indeclinabile patris Bileami. 2. Petr. 2, 15. vocatur etiam βεὼρ, Numer. 22, 5.

Βοτάνη, ης, ἡ, *Herba, gramen*, (a βόω.) Hebr. 6, 7.

Βότρυς, υος, ὁ, *Botrus, uva*. Apoc. 14, 18.

Βουλεύομαι, fut. σομαι, *Consulto, delibero*, consilia agito, (a βολή.) Luc. 14, 31. ἀχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται; nonne postquam sedit, primum deliberat? Joann. 12, 10. Actor. 5, 33. καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς, pro τὸ ἀνελεῖν ἕνεκα s. χάριν, & consilia agitabant, interficiendi eos caussa. 2. Cor. 1, 17.

Βουλευτὴς, οῦ, ὁ, *Senator, consultor*, (ab eodem.) Marc. 15, 43. Luc. 23, 50.

Βουλὴ, ῆς, ἡ, *Consilium, consultatio*, deliberatio, decretum, (a βούλομαι, volo.) Luc. 7, 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ, decretum Dei. Luc. 23, 51. Actor. 4, 28. 1. Cor. 4, 5. βουλὰς τῶν καρδιῶν, consilia cordium.

Βούλημα, τος, τὸ, *Voluntas*, arbitrium, propositum, (a βουλή.) Actor. 27, 43. Rom. 9, 19.

Βούλομαι, fut. βουλήσομαι, *Volo*, cupio. Matth. 1, 19. Ἐβουλήθη

λάθρα ἀπολύσαι αὐτὴν, voluit clam dimittere eam. Jacob. 1, 18. 4, 4. 2. Joann. v. 12. Luc. 22, 42. εἰ βέλει, si vis, pro βέλῃ, Attice, ut οἴει ab οἴομαι.

Βουνὸς, οῦ, ὁ, *Collis*, tumulus, clivus. Luc. 3, 5. 23, 30.

Βοῦς, βοὸς, ὁ, ἡ, *Bos*, vacca. Luc. 13, 15. 14, 5. 19. Joann. 2, 14. 1. Cor. 9, 9.

Βραβεῖον, ου, τὸ, *Brabeum*, præmium victoriæ. 1. Cor. 9, 24. εἷς λαμβάνει τὸ βραβεῖον, unus accipit brabeum. Phil. 3, 14. βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, præmium vocationis cœlestis.

Βραβεύω, 1) *Victoriam deporto, vinco.* Hesychius: βραβευέτω, μεσιτευέτω, ἰθυνέσθω. Col. 3, 15. Pax Dei βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, litem omnem disceptet & palmam ferat in mentibus vestris. Vide infra in καταβραβεύω. 2) *Molerari, gubernare*, litem dirimere, more brabevtarum in certaminibus Græcorum: unde quidam sensum verborum adductorum eruunt. Vide Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 269. Jo. Alberti Obs. p. 382.

Βραδύνω, f. υνῶ, *Tardo, cunctor*, (a βραδὺς.) 1. Tim. 3, 15. 2. Petr. 3, 9.

Βραδυπλοέω, ῶ, f. ήσω, *Tarde navigo*, (ex βραδὺς & πλέω, navigatio.) Actor. 27, 7.

Βραδὺς, εῖα, ὺ, Gen. έος, είας, έος. 1) *Tardus.* Jacob. 1, 19. βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν, tardus ad loquendum, tardus ad iram. 2) *Tardus & stupidus* ingenio. Luc. 24, 25. ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, o dementes & tardi corde.

Βραδυτὴς, ῆτος, ἡ, *Tarditas*, cunctatio, (ab eodem.) 2. Petr. 3, 9.

Βραχίων, ονος, ὁ, 1) *Brachium*, lacertus. 2) *Potentia, robur* per Hebraismum. Luc. 1, 57. Joann. 12, 38. τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων κυρίε τίνι ἀπεκαλύφθη; quis credidit prædicationi nostræ, & potentia Domini cui manifestata est? Sensus: quotus quisque Judæorum, licet tanta miracula & potentiam divinam videat, Christo credit? Actor. 13, 17. μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ, brachio alto, i. e. potentia summa usus eduxit populum ex Aegypto.

Βραχὺς, εῖα, ὺ, έος, είας, έος, *Brevis, parvus*, exiguus. Joann. 6, 7. ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι (sc. μέρος) λάβῃ, ut unusquisque ipsorum exiguum quid sumat. Hebr. 13, 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν sc. ῥημάτων, paucis vobis scripsi. Luc. 22, 58. καὶ μετὰ βραχὺ, subintell. διάστημα τοῦ χρόνου, & post parvum temporis spatium. Act. 5, 34. 27, 28. βραχὺ δὲ διαστήσαντες, paululum progressi. Plene κατὰ βραχὺ διαστήσαντες. Hebr. 2, 7. ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, suppl. κατὰ βραχύ τι διάστημα, diminuisti ipsum parvum aliquod spatium ab Angelis.

Βρέφος, εος, τὸ, *Infans*. Luc. 1, 41. ἐσκίρτησε τὸ βρέφος, exultavit infans. c. 2, 12. 18, 15. Actor. 7, 19. 1. Petr. 2, 2. ἀρτιγέννητα βρέφη, infantes modo nati.

Βρέχω, fut. ξω, *Pluo*, hoc verbum vulgo credunt usurpari imper-

personaliter, sed subintelligendum est θεός. Luc. 17, 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον, pluit ignem & sulphur, quod etiam additur Matth. 5, 45. ut Exod. 9, 23. ἔβρεξε κύριος χάλαζαν: pluit Dominus grandinem. Jacob. 5, 17. Aliter Apoc. 11, 6. ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς, ut non decideret pluvia.

Βροντή, ῆς, ἡ, *Tonitru.* Marc. 3, 17. Joann. 12, 29. Apoc. 4, 5. 6, 1.

Βροχή, ῆς, ἡ, *Pluvia vehemens*, nimbus, (a βρέχω, humecto.) Matth. 7, 25. 27.

Βρόχος, ου, ὁ, *Restis*, *laqueus.* 1. Cor. 7, 35. βρόχον ἐπιβάλλειν, laqueum injicere, est conscientias constringere.

Βρυγμὸς, οῦ, ὁ, *Stridor dentium*, fremitus, (a βρύχω.) Matth. 8, 12. Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ibi erit fletus & stridor dentium. Hæc formula sæpius occurrit, c. 13, 42. 50. 22, 23. 24, 51. 25, 30. Luc. 13, 28.

Βρύχω, fut. ξω, *Frendo*, *stridio*, *fremo.* Actor. 7, 54. καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτὸν, & fremebant dentibus super ipsum. Græci interpretes utuntur verbo βρυχάομαι. Aquila & Symmachus Psalm. 22, 17. ὡς λέων βρυχώμενος, sicut leo rugiens. Idem Psal. 74, 4. ἐβρυχήσαντο οἱ πολεμοί σε, rugierunt hostes tui. Occurrit etiam βρύζειν ὀδόντας. Jobi 16, 19. Thren. 2, 16.

Βρύω, f. ύσω, *Scateo*, *fundo*, scatere facio. Jacob. 3, 11.

Βρῶμα, τος, τὸ, 1) *Esca*, *cibus*, (a ΕΙΒΡΩΣΚΩ, comedo.) Matth. 14, 15. Marc. 7, 19. Rom. 14, 15. 20. 1. Cor. 3, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ ἐ βρῶμα. (Sensus suadet subintelligendum esse δέδωκα, aut simile quid.) Lacte vos potavi, & non cibum dedi. 2) *Id*, *quo capimur*, *delectamur*, & reficimur. Joann. 4, 34. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, cibus meus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me. Sic Lactantius I. 1. 20. Nullus suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis. Adde Werneri Corpuscul. Philol. c. 12. p. 122. cap. 13. p. 131.

Βρώσιμος, μη, ὁ, ἡ, *Esculentus*, qui comedi potest, (a βρῶσις.) Luc. 24, 41. ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; num habetis aliquid esculentum hic?

Βρῶσις, εως, ἡ, 1) *Cibus*, edulium, (a ΕΙΒΡΩΣΚΩ.) Joann. 4, 32. 6, 27. 55. Hebr. 12, 16. ἀντὶ βρώσεως μιᾶς, pro edulio uno. 2) *Ipsa comedendi actio.* Rom. 14, 17. 1. Cor. 8, 4. Colos. 2, 16. 3) *Erosio*, *corruptio.* Matth. 6, 19. σὴς καὶ βρῶσις, vermis & corruptio. Sunt qui animalculum explicant, rodendo corrumpens: & sic adhibent LXX. Malach. 3, 11 καὶ διαστελῶ ὑμῖν εἰς βρῶσιν, & prohibebo a vobis אֹכֵל, comedentem. Aquila Jesa. 50, 9. vertit עָשׁ, tineam, non βρῶσιν, ut Elsnerus dicit, sed βρωστῆρα, comestorem.

Βυθίζω, f. ίσω, *Mergo*, *demergo*, in profundum abjicio, (a βυθὸς.) Luc. 5, 7. ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά, ita ut illæ demergerentur. metaph. 1. Tim. 6, 9. βυθίζουσιν εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν, demergunt in perniciem & perditionem.

Βυθός, ἔ, ὁ, *Profunditas.* 2. Cor. 11, 25. ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, in profundo (maris) tempus consumsi.

Βυρσεύς, έως, ὁ, *Coriarius*, (a βύρσα, ης, corium, pellis.) Actor. 9, 43.

Βύσσινος, ίνη, ον, *Byssinus*, (a βύσσος.) Apoc. 18, 16. ἡ περιβεβλημένη βύσσινον, subintellige ἔνδυμα, quæ amicta erat byssina veste. Hæc ipsa Ellipsis exstat cap. 19, 8. 14.

Βύσσος, ου, ἡ, *Byssus*, lini pretiosissimi genus. Luc. 16, 19. Apoc. 18, 12.

Βωμός, ἔ, ὁ, *Ara.* Actor. 17, 23.

Γ.

Γαββαθᾶ, ἡ, *Gabbatha*, vox hebræa indeclinabilis, pavimentum elatum, a rad. גָּבַהּ elevari, excelsum esse Joann. 19, 13.

Γαβριὴλ, ὁ, *Gabriel*, nomen Angeli ἄκλιτον hebr. robur Dei, (a גָּבַר valere & אֵל, Deus.) Luc. 1, 19. 26.

Γάγγραινα, ης, ἡ, *Gangræna*, partis alicujus corporis mortificatio, *der kalte Brand.* 2. Tim. 2, 17. καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει, & sermo eorum, sicut gangræna, consumtionem habebit.

Γὰδ, ὁ, *Gad*, nomen filii Jacobi hebraicum ἄκλιτον, a גָּד, turma. Apoc. 7, 5.

Γαδαρηνὸς, ἔ, ὁ, *Gadarenus*, nomen gentile, (a Γάδαρα, quæ urbs fuit in Cœle-Syria, in tribu Manasse trans Jordanem.) Marc. 5, 1. Luc. 8, 26. 27.

Γάζα, ης, ἡ, *Gaza*, nomen urbis Philistæorum Actor. 8, 26. hebr. עַזָּה, ab עוז, robur.

Γάζα, ης, ἡ, 1) *Gaza*, opes, divitiæ. 2) *Thesaurus*, vox Persica. Actor. 8, 27.

Γαζοφυλάκιον, ίε, τὸ, *Gazophylacium*, ærarium (ex γάζα & φυλακὴ, custodia.) Locus erat circa occasum templi, in quem omnes oblationes, tam in pecuniis, tam pane, vino & aliis rebus congerebantur. Hebr. לִשְׁכָּה. Nehem. 13, 15. In novo testamento exstat Marc. 12, 41. ubi vide Grotium. Luc. 21, 1. Joann. 8, 20. Adde Relandi Antiqu. Hebr. 1. 8. 14.

Γάϊος, ου, ὁ, *Cajus* vel Gajus, nomen viri Act. 19, 29. 20, 4. Rom. 16, 23.

Γάλα, ακτος, τὸ, 1) *Lac.* 1. Cor. 9, 7. 2) *Doctrina pro rudioribus* & simplicioribus. 1. Cor. 3, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, lacte vos potavi. Judæi discipulos Rabbinorum tum pueros tum adolescentes & juvenes, quos hodie studiosos vocamus, vocant תִּינוֹקוֹת fugentes, a rad. יָנַק, suxit, prout locis pluribus hæc significatio est obvia. Hebr. 5, 12. 13. 1. Petr. 2, 2. Nimirum prima rudimenta alicujus doctrinæ, quæ tales homines addiscunt, lactis instar sunt, quo infantes nutriuntur: doctri-

næ

næ vero magis arduæ & acroamaticæ cibo solidiori similes sunt.

Γαλάτης, ου, ὁ *Galata*. Gal. 3, 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται, o imprudentes Galatæ. Hæc natio jam olim ob ruditatem male audiebat, unde φῦλον ἄφρον, gens insensata dicitur Callimacho hymno in Delum v. 84. ubi vide annot. Ezech. Spanhemii.

Γαλατία, ίας, ἡ, *Galatia*, regio est Asiæ minoris inter Bithyniam, Paphlagoniam & Phrygiam sita, cujus notitiam Geographicam tradit Cellarius Geograph. Antiqu. 3. 4. p. 173. sequ. Incolæ ejus dicuntur Galatæ & Gallograeci, quia ex Gallia quidam huc sedes transtulerant. Justinus libr. 24. & 25. Hos Galatas, in quibus & Judæi plures erant Gal. 5, 1. Paulus ad Christum converterat. Actor. 18, 26. post abitum vero illius Doctores quidam Judaici eos impulerant, ut legem Mosaicam cum circumcisione & ceremoniis Judaicis reciperent. vide c. 1, 6. 4, 9. 10. 21. 5, 1. 2. 6, 12. Hinc ergo Apostolus occasionem sumit, ut eos ab instituto suo avocet. Gal. 1, 2.

Γαλατικὸς, ἡ, ὸν, *Galaticus*, ad Galatiam pertinens. Actor. 16, 6. 18, 23.

Γαλήνη, ης, ἡ, *Serenitas*, *tranquillitas*. Matth. 8, 26.

Γαλιλαία, ας, ἡ, *Galilæa*, nomen regionis hebraicum, a rad. גָּלַל, volvere, inde גְּלִיל, rotundus: nam hæc regio in circulo circa lacum Genesareth paulo remotius a Judæa prope ad fines gentium adjacet. Hac de caussa Matth. 4, 12. Γαλιλαία, τῶν ἐθνῶν, Galilæa gentium, vocatur, & Joël. 3, 4. Γαλιλαία ἀλλοφύλων. Judæi reliqui Galilæos homines stultos esse credebant, unde & Nicodemo hoc exprobrarunt Joann. 7, 52. confer. v. 41. & cap. 1, 47. Buxtorf. Lexic. Talm. coll. 434. & Sostmannus de LXX. hebdomadibus Danielis p. 257. Licet vero hoc credere minime fas est, tamen Jesus noster, nullum splendorem externum quærens, hac in re etiam contemtui hominum se exposuit, ut in hac regione habitationem constituerit. Matth. 2, 22. Judæi quoque veteres illud agnoverunt, principium prædicationis Messiæ in Galilæa futurum esse.

Γαλιλαῖος, αία, αῖον, *Galilæus*, (a Γαλιλαία) Matth. 26, 69. καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου; etiam tu eras cum Jesu Galilæo? De dialecto Galilæorum, quæ erat facilis cognitu, vid. Lightfooti Centuriam Chorographicam Matthæo præmissam c. 87.

Γαλλίων, ωνος, ὁ, *Gallio*, nomen proprium Proconsulis Romani. Actor. 18, 12.

Γαμαλιὴλ, ὁ, *Gamaliel*, filius R. Simeonis Ben Hillelis, nomen est indeclinabile hebr. retributio mea Deus, a rad. גָּמַל, retribuit, benefecit, & אֵל, Deus. Actor. 5, 34. Fuit præceptor Pauli, cap. 22, 3. παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, ad pedes Gamalielis. Confer. de ipso Lightfootus ad Actor. 5, 34. & Centuria Chorographica Matthæo præmissa c. 15.

Γαμέω, ῶ, fut. ήσω. 1) *Uxorem duco*, Matth. 5, 32. 19, 9. 2) *Nubo*. 1. Cor. 7, 28. 1. Tim. 5, 11. 14.

Γαμίσκω, idem quod γαμίζω, *Nuptum do*, paſſ. γαμίσκομαι, *elocor*, matrimonio jungor. Marc. 12, 25.

Γάμος, ου, ὁ, 1) *Nuptiæ*, (a γαμέω,) Matth. 22, 2. ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, qui fecit nuptias filio ſuo. Pluralis pro ſingulari. 2) *Locus ubi nuptiæ celebrantur*, Matth. 22, 10. 3) *Solenne epulum, convivium*. Luc. 14, 8. vita æterna ſub imagine nuptiarum nobis proponitur & jucunda deſcribitur: Matth. 25, 10. Apoc. 19, 7. 9. 4) Per Metonymiam Adjuncti: *torus matrimonium*, connubium, conjugium Hebr. 13, 4. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, honoratum ſit conjugium in omnibus.

Γάρ, conjunctio cauſſalis & ſemper poſtponitur. 1) NAM, ENIM. Matth. 1, 20. 21. &c.

2) IGITVR, VERO. Matth. 27, 23. Marc. 15, 14. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quid vero mali fecit? Joann. 7, 41. μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; num vero ex Galilæa Chriſtus venit?

3) SANE, PROFECTO. Joann. 9, 30. ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστι, ſane in hoc res admiranda videtur. Actor. 2, 15. οὐ γὰρ οὗτοι μεθύουσιν, non ſane illi ſunt ebrii. Actor. 16, 37. οὐ γάρ, non ſane. c. 19, 35. τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; qui ſane eſt homo? Plura habet Raphelius, & Perizonius addendis ad Aelianum p. 1009. 1010.

Γαστήρ, έρος, per ſyncopen γαστρὸς, ἡ, 1) *Venter*, ventriculus, in quem cibus recipitur. 2) *Helluo*, ventri & gulæ deditus. Tit. 1, 12. γαστέρες ἀργαί, helluones otioſi. Notus eſt verſus Lucilii: vivite lurcones, comedones, vivite ventres. Adde Cuperi obſerv. 3. 10. 3) *Uterus*, ἐν γαστρὶ ἔχειν (ſc. βρέφος.) in utero habere infantem, i. e. gravidam eſſe. Matth. 1, 18. 23. 24, 19. Apoc. 12, 2.

Γε, particula expletiva, enclitica & aliis vocibus fere adnecti ſolet. 1) *Certe*, ſaltem, tamen. Luc. 11, 8. 18, 5. 1. Cor. 4, 8. 2) *Abundat ſæpe*. Luc. 24, 21. Rom. 8, 32. 3) ἀλλά γε, *tamen*. 1. Cor. 9, 2. 4) ἄρα γε, & ἆρά γε, vide ſupra. 5) καί γε, & *quidem*. Actor. 2, 18. 6) ἔγε, *ſiquidem*. 2. Cor. 5, 3. Epheſ. 3, 2. 4, 21. Coloſſ. 1, 23. 7) εἰδεμήγε, *ſi vero minus*, alias. Matth. 6, 1. 9, 17. Luc. 5, 36. 37. 10, 6. 13, 9. 14, 32. Joann. 14, 2. 11. 2. Cor. 11, 16. 8) καί τοι γε, *quamvis*, etſi. Joann. 4, 2. Actor. 14, 17. 17, 27. 9) μενοῦνγε, *immo vero*, quin etiam. Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. Phil. 3, 8. 10) μήτιγε, *nonne etiam*, nedum. 1. Cor. 6, 3.

Γεδεών, ὁ, *Gideon*, nomen hebraicum Herois indeclinabile, evulſor, a rad. גָּדַע excidit. Hebr. 11, 32.

Γέεννα, ης, ἡ, 1) *Vallis filiorum Hinnom*, vox Ebraica ex גֵּיא vallis & הִנֹּם, nom. propr. in quo Iſraëlitæ idololatriæ ſe dedentes ſimulacro Molechi ignito, quod imaginem bovis repræ-

repræsentabat, liberos suos inter tympanorum sonum ex inaudita immanitate offerebant, & brachiis, quæ extendere & applicare rursus poterat, imponebant, ita ut infantes miserrimum in modum a flamma ignea consumerentur. 2) *Infernus.* Nam Judæi postea locum hunc sic abominati sunt, ut per Metonymiam locum cruciatus hoc vocabulo insigniverint. Matth. 5, 22. εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, in gehennam ignis, i. e. igneam &c. υἱὸς γεέννης. Matth. 23, 15. h. e. talis, qui inferis destinatus est.

Γεθσημανῆ, *Gethsemane*, Chald. גַּת שְׁמָנֵא, torcular olei, prædium & hortus prope montem oliveti. Matth. 26, 36. Marc. 14, 32.

Γείτων, ονος, ὁ, ἡ, *Vicinus, a*, Luc. 14, 12. 15, 6. 9.

Γελάω, ῶ, fut. ἀσω, *Rideo.* Luc. 6, 21. 25. καὶ ὑμῖν, οἱ γελῶντες νῦν, væ vobis, qui nunc ridetis.

Γέλως, ωτος, ὁ, *Risus*, (a γελάω.) Jacob. 4, 9.

Γεμίζω, f. ίσω, *Impleo*, facio plenum, (a γέμω.) construitur præter Accusativum cum Genitivo, idque vi Ellipseos ἐκ, aut ἀπὸ. Marc. 15, 36. γεμίσας σπόγγον ὄξους, qui implevit spongiam aceto. Integre ἐξ ὄξους. Joann. 2, 7. 6, 13. Hæc ellipsis addita occurrit Luc. 15, 16. & Apoc. 8, 5. καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, & replevit illud igne altaris.

Γέμω, *Plenus sum.* Similiter Genitiv. admittit, qui per ellipsin Præpositionis ἐξ supplendus est. Matth. 23, 27. γέμουσιν (subintellige ἐκ) ὀστέων νεκρῶν, pleni sunt ossibus mortuis. Exprimitur v. 25. ἔσωθεν γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς, intus autem plena sunt rapina.

Γενεά, ᾶς, ἡ, *Aetas, ævum, tempus*, generatio hominum simul viventium, (a γένος.) Hebr. דּוֹר, quod Kimchius explicat זְמַן חַיֵּי אָדָם, tempus vitæ humanæ. Matth. 1, 17. 11, 16. 12, 39. 41. 16, 4. 17, 17. 23, 36. 24, 34. ἃ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται, non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc facta sint, i. e. homines jam viventes erunt adhuc superstites, quando hæc accidere incipient. Actor. 2, 40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης, servamini a generatione prava hac. Syr. vivite extra hanc generationem. Potes ita vertere: Eripite animas vestras e consortio hujus perversæ nationis. Actor. 8, 33. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Paraphrasis: quis nequitiam & malignitatem generationis ejus, sive ævi illius hominum, quo Messias vixit, satis enarrare poterit? cap. 13, 36. Δαβὶδ μὲν ἰδίᾳ γενεᾷ, David sua ætate. Ita explicat & probat Perizonius Orig. Aegypt. c. 11. p. 176. 177.

Γενεαλογέω, ῶ, f. ήσω, *Genus recenseo*, natales progenitorum investigo, (ex γενεὰ & λόγος.) Hebr. 7, 6. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, subintellige: υἱῶν Λευί. Sic enim jubet connexio totius argumentationis. Ille vero qui non in prosapia filiorum Levi adnumeratur.

Γενεα-

Γενεαλογία, *Genealogia*, generis recenſio, (ex γενεὰ & λέγω, dico.) 1. Tim. 1, 4. μηδὲ προσέχειν (ſc. δεῖν.) μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, neque attendere oportere fabulis & genealogiis interminis. Deus ipſe ſtudium Genealogicum Iſraëlitis commendatum eſſe voluit. Id apud Judæos in uſu fuit usque ad tempora captivitatis Babylonicæ, hunc in finem, ne Judæi pro conſueta gentis pervicacia Chriſto hoc objicerent, quod genus a Davide derivare nequeat. Sed temporibus Meſſiæ Herodes alienigena, & ut plurimi credunt, Idumæus, omnes Judæorum Genealogias igne conſumſit. Quamvis vero Herodes omnem operam impenderet, ut genealogias omnes exſtirparet, fieri tamen non poterat, quin quædam apud privatos particulæ & fragmenta remanerent. Has evolverunt poſtea Judæi & ex iſtis reliquiis novas genealogias condere auſi ſunt, ſed ſine ſucceſſu. Hinc divus Apoſtolus genealogias illas vocat ἀπεράντας, interminas, vel interminabiles, quæ nunquam eo perduci poterant, ut ad caput tribus ſuæ pertingerent. Adde Vitringam Obſ. ſacr. lib. 1. Diſſ. 2. c. 2. §. 2. & lib. 4, 9. §. 16.

Γενέσια, ίων, τὰ, *Natalitia*, dies feſtus natalitius. Supple συμπόσια, convivia. Matth. 14, 6. γενεσίων (ſc. συμποσίων) ἀγομένων τῷ Ἡρῴδῃ, quum natalitia (convivia) Herodis agerentur. Marc. 6, 21. Vide Obſ. Jo. Alberti p. 100.

Γένεσις, εως, ἡ, 1) *Generatio*, nativitas, (a γίνομαι egignor, naſcor.) Jacob. 1, 23. 2) Non ſolum nativitas, ſed *tota vitæ hiſtoria* & res geſtæ. Matth. 1, 1. βίβλος γενέσεως, hebr. סֵפֶר תּוֹלְדוֹת, hiſtoria, res geſtæ. Nam his primis verbis Matthæi Evangeliſtæ non ad genealogiam, ſed potius totam Chriſti hiſtoriam reſpici, vel ex libro Geneſeos patet, ubi habetur אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת יִצְחָק: אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת נוֹחַ. Sic Jacob. 3, 6. conſtat, τροχὸν γενέσεως, גַּלְגַּל תּוֹלְדוֹת, eſſe ſucceſſionem totius humani generis, uno verbo, totam vitam humanam, quæ per omnia ſecula inde a primo mundi ortu maximum ſane damnum a linguis perverſis ſibi inferri ſenſit.

Γενετὴ, ῆς, ἡ, *Ortus*, *nativitas*, (a γίνομαι.) Joann. 9, 1. τυφλὸν ἐκ γενετῆς, cœcum a nativitate.

Γεννάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Genero*, progigno, de viris. Matth. 1, 2. ſeqq. pario, de mulieribus Luc. 1, 13. καὶ ἡ γυνή σε Ελισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, & uxor tua Eliſabet pariet filium tibi. γεννάομαι, ῶμαι, naſcor. Matth. 1, 16. 20. 2, 1. πᾶ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, ubi Chriſtus naſcatur. 2) *Reparo*. 1. Cor. 15, 37. 2. Tim. 2, 23. 3) *Regenero*, ſenſu metaphorico & Theologico. Joann. 1, 13. 3, 34. ſeqq. 1. Cor. 4, 15. ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα, ego vos converti & ad regenerationem mentis perduxi. Philem. v. 10. 1. Joann. 2, 29. 3, 9. 5, 1. 4. 18.

Γέννημα, τος, τὸ, 1) Quod natum ſeu procreatum eſt, *progenies* (a γεννάω.) Matth. 3, 7. 2) *Proventus*, *fructus*. Matth. 26, 29.

26, 29. ἐκ τέτε τῆ γεννήματος τῆς ἀμπέλε ex hoc proventu vineæ Luc. 12, 18. 2. Cor. 9, 10. τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης, fructus juſtitiæ.

Γεννησαρὲτ, τὸ, *Geneſaret*, nomen regionis Galilææ Hebraicum indeclinabile, hebr. גִּנֵּסַר, quod deducere poſſes ex גַּן hortus & שַׂר, princeps, hortus principis. Matth. 14, 34. Marc. 6, 53. Luc. 5, 1. vide Lightfootum in Centuria Chorographica Matthæo præfixa c. 79.

Γέννησις, εως, ἡ, *Nativitas, generatio*, (a γενναω.) Matth. 1, 18. Luc. 1, 14.

Γεννητὸς, ἡ, ὸν, *Genitus, natus*, (ab eodem.) Matth. 11, 11. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, inter natos mulierum. Luc. 7, 28.

Γένος, εος, ες, τὸ, 1) *Genus, progenies*, familia (a γίνομαι, naſcor, item gigno, procreo.) Actor. 7, 13. τὸ γένος τῆ Ἰωσήφ, genus Joſephi. cap. 17, 28. Apoc. 22, 16. 2) *Gens, natio*. Marc. 7, 26. συροφοίνισσα τῷ γένει, Syrophœniſſa gente. Actor. 4, 36. 18, 2. 24. 2. Cor. 11, 26. Gal. 1, 14. 3) *Genus*, cui opponitur ſpecies: ſeu vocabulum γένος per ſynecdochen pro ſpecie ponitur. Matth. 13, 47. ἐκ παντὸς γένες, ex omni genere. cap. 17, 21. τῆτο δὲ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, hoc vero genus (ſ. ſpecies dæmoniorum) non egreditur. 1. Cor. 12, 10. 28. γένη γλωσσῶν, ſpecies linguarum. c. 14, 10. γένη φωνῶν, ſpecies ſonorum. 4) *Ordo*. Actor. 4, 6. καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένες ἀρχιερατικῆ, & quicunque erant ex ordine ſummorum ſacerdotum. 1. Petr. 2, 9. Chriſtiani ſunt γένος ἐκλεκτὸν, ordo hominum electus & ſingularis. 5) κατ' ἐξοχὴν γένος denotat Judæos. 2. Cor. 11, 26. κινδύνοις ἐκ γένες, (ſc. με.) periculis ex gente mea; additur enim κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, periculis ex gentibus.

Γεργεσηνὸς, ῆ, ὁ, *Gergeſenus*, nomen patronymicum urbis Gergaſa, quæ ſita fuit in regione Gadarenorum. Matth. 8, 28. Confer. Marc. 5, 1. Derivatur nomen vel ab antiquis Girgoſæis, gente Cananitica, vel a גַּרְגְּשָׁה, argilla.

Γερεσία, ίας, ἡ, *Senatus*, (a γέρων, ſenex. Conſtabat enim ſenatus olim ex ſenioribus, qui majori prudentia & judicii ratione ſunt præditi, quam juniores.) Actor. 5, 21.

Γέρων, οντος, ὁ, *Senex*. Joann. 3, 4.

Γεύομαι, 1) *Guſto, ſapio*. Conſtruitur more verborum ſenſuum cum Genitivo, qui vero ab ellipſi Præpoſitionis ἐκ regitur; invenitur tamen etiam Accuſativus Matth. 27, 34. καὶ γευσάμενος (ſc. αὐτὸ,) ἐκ ἤθελε πιεῖν, & cum guſtaſſet illud, nolebat bibere. Joann. 2, 9. 2) *Edo, cibum capio*, per ſynecdochen ſpeciei: ſubintellige γεύεσθαι τῆς τροφῆς, ἐδωμάτων, aut ſimile quid. Quemadmodum Hebræi טָעַם uſurpant, ut obſervat Druſius Actor. 10, 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι, & volebat edere: cap. 20, 11. 23, 14. Et hinc explica Coloſſ. 2, 21. Tobiæ, 2, 4. 7. 11.

Ex

Ex profanis tamen auctoribus eundem hujus vocis sensum observarunt Pfochenius Diatrib. §. 107. Horat. Vitringa Anim. adv. ad Vorstium de hebraismis N. T. c. 8. Elsnerus tom. 1. p. 407. 3) *Ipsa experientia* teste *aliquid cognosco*, rem aliquam experior & perfecte novi. Hebr. 6, 4. 5. 1. Petr. 2, 3. εἴπερ ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, siquidem gustastis, experientia cognovistis, quod benignus Dominus. Huc pertinet phrasis Judaica γεύσασθαι θανάτου, quod significat a) *Sentire, experiri mortem* i. e. mori. Matth. 16, 28. Hebr. 2, 9. b) *Aeternæ mortis participem fieri*, qua phrasi Hebræi sæpe numero utuntur. Joann. 8, 52.

Γεωργέω, ῶ, f. ήσω, *Terram colo*, agriculturam exerceo, (a γεωργὸς.) Hebr. 6, 7.

Γεώργιον, ίε, *Agricolatio*, arvum, ager aratus, (ab eodem.) 1. Cor. 3, 9. Jerem. 51, 23.

Γεωργὸς, ὸ, ὁ, 1) *Agricola*, (ex γέα & ἔργον, opus, qui opus in terra facit.) 2. Tim. 2, 6. Jacob. 5, 7. 2) *Vinitor*. Matth. 21, 33. seqq. Marc. 12, 1. seqq. metaphorice Joann. 15, 1. καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν, & pater meus vinitor est. Achilles Tatius lib. 2. p. 69. ἵνα τὴν ἄμπελον γεωργῇ, ut vitem coleret.

Γῆ, ῆς, ἡ, 1) *Terra, tellus*: contractum, ex γέα sive γαῖα. Matth. 5, 5. αὐτοὶ κληρονομήσουσιν τὴν γῆν, illi hæreditate possidebunt terram. cap. 25, 35. ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, cœlum & terra transibunt. 2) *Regio*. Matth. 2, 20. 4, 15. 9, 26. Actor. 7, 3. δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, veni in regionem, quam tibi ostendam. 3) *Urbs*, tanquam pars pro toto. Matth. 2, 6. καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα. cap. 10, 15. 4) *Patria*. Actor. 7, 3. ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, egredere ex patria tua. 5) τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, sunt, quæ ad cultum Ecclesiæ V. T. pertinent. Ephes. 1, 10. Colos. 32, 5. Hebr. 12, 25. quemadmodum cœlestia dicuntur, quæ ad N. T. spectant. Adde ἐπίγειος.

Γῆρας, ατος, contr. γήρως, τὸ, *Senectus*, *senium*, (a γέρων, senex.) Luc. 1, 36. καὶ αὐτὴ συνείληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς, & illa concepit filium in senectute ipsius. γήρει pro γήρατι, τ, inter duas vocales per syncopen ejicitur, & deinde fit contractio.

Γηράσκω, f. άσω, *Senesco*, (a præcedente.) Joann. 21, 18. Hebr. 8, 13.

Γίνομαι vel γίγνομαι, f. γενήσομαι, p. m. γέγονα. 1) *Sum, fio*. Matth. 4, 3. 5, 45. 6, 16. 10, 16. cap. 18, 12. ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, si essent cuidam homini centum oves. Marc. 1, 4. Luc. 3, 2. ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην, factum est verbum Dei ad Joannem. Est forma loquendi hebraica, וַיְהִי דְּבַר יְהוָה sic, Joann. 10, 35. Joann. 13, 2. καὶ δείπνου γενομένου, non verte: cœna peracta, sed inter cœnandum, cum cœna ageretur. c. 16, 20. ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται, sed tristitia vestra in gaudium fiet, evadet. Hebraismus. Rom. 3, 4. 6, 31. μὴ γένοι-

γένοιτο, ne fiat, abſit: Formula diſputantium Paulo Apoſtolo maxime peculiaris, & tunc temporis uſitata, ut conſtat ex Arriano in Epictetum 1. 1. p. 36. l. 1. 5. fin. 1. 8. p. 60. &c. Rom. 6, 2. 15. 7, 7. 9, 14. 11, 1. 11. 1. Cor. 6, 15. Gal. 2, 7. 2) *Naſcor, gignor*, exiſto. Matth. 21, 19. Rom. 1, 3. Gal. 4, 4. ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, miſit Deus filium ſuum, natum ex muliere. 3) γίνομαι, adhibetur pro παραγίνομαι, *adſum*. Luc. 10, 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, qui adveniebat ad locum. cap. 24, 22. Joann. 6, 19. καὶ ἐγγὺς τῶν πλοίων γινόμενον, & prope navem advenientem. 4) *Fio, accido, evenio*, contingo. Matth. 1, 22. τῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, hoc vero totum factum eſt. cap. 8, 13. 18, 13. καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, & ſi contingat, ut inveniat illam. Marc. 5, 16. Luc. 8, 34. Ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον (ſc. πρᾶγμα,) quum vero viderent paſcentes rem factam. Actor. 4, 21. 5, 7. 12, 9. 13, 12. Act. 7, 40. ὁ Μωσῆς ἕτος - - οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ, explica: ad Moſen hunc quod attinet, neſcimus, quid acciderit ipſi. c. 12, 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, quid forſan Petro acciderit. Notetur etiam Hebraiſmus καὶ ἐγένετο, וַיְהִי, & factum eſt. Matth. 7, 28. 9, 10. 11, 1. 13, 53. 19, 1. &c. 5) *Orior*. Matth. 8, 24. σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, motus magnus oriebatur in mari. cap. 25, 6. 28, 2. Marc. 11, 1. 4, 37. Luc. 1, 65. 3, 22. 4, 36.

Γινώσκω, f. γνώσομαι, p. ἔγνωκα. 1) *Cognoſco, noſco, ſcio*, novi, intelligo. Matth. 9, 30. ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω, videte, ne quis cognoſcat, ſciat. Marc. 7, 24. οὐδένα ἤθελε γνῶναι, neminem volebat ſcire. Luc. 16, 4. ἔγνων, τί ποιήσω, ſcio, quid faciam. cap. 24, 35. καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τῦ ἄρτυ, & quomodo cognitus ſit ab ipſis in fractione panis. Actor. 8, 20. ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; num cognoſcis, intelligis, quæ legis? cap. 21, 37. ἑλληνιστὶ γινώσκεις; an græce intelligis? 2) Non nuda contemplatione, ſed *reipſa* & experimentis *cognoſco*. Vide Grotium ad Joann. 6, 69. Add. c. 7, 17. γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τῦ θεῦ ἐστιν, experimentis cognoſcet de doctrina, utrum ex Deo ſit. 8, 28. 32. 14, 9. 20. 17, 7. 8. Epheſ. 3, 19. γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τῦ Χριστῦ, & cognoſcere, multo ſcientia excellentiorem eſſe amorem Chriſti. 3) Recte, ac prout par eſt, me erga aliquem gero. Denotat enim γινώσκω, ex Hebraiſmo τῦ יָדַע, non ſolum cognitionem nudam theoreticam, ſed & ſimul practicam, affectuoſam, & quæ cum beneficentia eſt conjuncta, eaque notione tum de Deo, tum de hominibus adhibetur. De Deo Deuteron. 34, 10. Pſalm. 1, 6. 37, 18. De hominibus quando dicitur, cognitio Dei, quæ pietatem neceſſario habet pediſequam, innuitur, qua Deus ex operibus & beneficiis ſuis tam clare cognoſcitur, ut non poſſit homo non ferri in Deum amore ardentiſſimo, & quæ præcipit, facere cupidiſſime omnia, quæcunque ei diſplicent, omitter-

tere & angue pejus fugere. Hæc demum eſt vera & viva Dei cognitio Hoſeæ. 2, 22. In novo teſtamento occurrit Joann. 1, 10. καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, h. e. homines Meſſiam eo tempore non recte tractarunt, ſed contemſerunt ac ſpreverunt. cap. 10, 14. καὶ γινώσκω τὰ ἐμά, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν, recte gero me erga oves, h. e. amo illas, & illæ me redamant: eodem modo exponendus eſt verſus ſequens. cap. 16, 3. 17, 3. 1. Cor. 8, 3. εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ, ſi vero quis amat Deum, hic cognitus eſt ab ipſo: a Deo gratiam & veram ſcientiam accepit. Gal. 4, 9. νῦν δὲ, γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ, nunc autem poſtquam cognoviſtis Deum, imo potius cogniti eſtis a Deo: Deus vos prius amore tali affectuoſo complexus erat, filium vobis mittendo & revelando. 2. Tim. 2, 19. ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, verto: beneſecit Dominus iis, qui ſunt ipſius. Hebr. 8, 11. 13, 23. γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον, cognoſcite fratrem Timotheum, h. e. humaniter ipſum excipite &, prout par eſt, tractate. 1. Joann. 2, 3. καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν, ex hoc ipſo conſtat, quod erga Deum nos recte geramus, ſi præcepta ipſius obſervamus. & in ſeqq. cap. 4, 8. Sic & nos dicimus: *Er will die Wohlthat nicht erkennen*, h. e. neſcit æſtimare beneficium, ut ſe debito more gerat. Impios quoque Deus cognoſcit, h. e. prout par eſt, ſe erga illos gerit. 4) *Approbo.* Rom. 7, 15. ὃ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω, quod operor, non approbo. Adde Gatakerum de ſtilo N. T. c. 4. p. 33. 5) *De concubitu* adhibetur per ἐυφημίαν Matth. 1, 25. Luc. 1, 34. ἄνδρα οὐ γινώσκω. Sic Hebr. Geneſ. 4, 1. ידע את־חוה אשתו. Adde Pfochenii Diatrib. §. 36. Urſinum in Analectis part. 2. lib. 3. c. 6. Perizonium ad Ælianum 3, 12.

Γλεῦκος, ους, τὸ, *Vinum dulce*, (a γλυκύς.) Actor. 2, 13. γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσὶ, vino dulci pleni ſunt. Heſychius: γλεῦκος, τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς, πρὶν πατηθῇ, illud quod deſtillat ab uva, antequam calcetur. Manebat vero ſemper dulce, quia non patiebantur efferveſcere: cujus rei modum docet Florentinus in Geoponicis 6, 14. Jobi 32, 19. ὥσπερ οἶνος γλεύκους ζέων, ſicut uter vini (novi) fervens.

Γλυκὺς, εῖα, ὺ, Gen. έος, είας, έος, *Dulcis, jucundus*, Jacob. 3, 11. 12. Apoc. 10, 9. 10.

Γλῶσσα, Attice γλῶττα, ης, ῆ, 1) *Lingua.* Marc. 7, 33. 2) *Lingua, ſermo* unicuique genti peculiaris. Actor. 2, 11. Huc pertinet γλώσσαις λαλεῖν, quod idem eſt ac γλώσσαις διαφόροις λαλεῖν, linguis variis loqui. Occurrit hæc locutio Actor. 10, 46. 19, 6. Supplet Leo Imp. Tactic. 4, 49. ubi expreſſe γλώσσαις διαφόροις λαλεῖν. Confer Wowerum de Polymathia c. 9. n. 16. Vocem ἑτέρα ſupplet Achmet Oneirocr. c. 35. βασιλεὺς στρατείαν ἐξ ἑτέρων κτῶται γλωσσῶν, rex exercitum e variis linguis comparat, h. e.

h. e. hominibus alia lingua utentibus. Vocem καινὴ Marcus addit cap. 16, 17. Actor. 2, 4. adde & 1. Cor. 14, 2. ὁ λαλῶν γλώσσῃ (sc. διαφόρῳ,) qui loquitur lingua varia. 3) *Dicendi facultas.* 1. Cor. 13, 1. ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, si linguis hominum loquor & angelorum: h. e. si summam eloquentiam possiderem. 4) *Gens*, quæ aliqua lingua utitur. Per Metonymiam adjuncti Apoc. 5, 9. 7, 9. 10, 11. &c. 5) γλῶσσα denotat *flammam ignis.* Actor. 2, 3. καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, & apparuerunt illis divisæ linguæ tanquam ignis. Observandus est Hebraismus in voce γλῶσσα. Nam אֵשׁ לְשׁוֹן, lingua ignis. Jesaiæ 5, 24. notat ignem, ejusque extremitatem, quæ ad formam linguæ effigiata est. Apparuerunt igitur Apostolis flammæ igneæ ad linguarum formam effigiatæ. Linguæ alias tribuitur flamma, quia omnia potest lambere, Jes. 5, 24. item ob similitudinem figuræ. Vide Habichhorstium de igne cœlesti. p. 22. 23. Ob celeritatem vero motus h. l. dicuntur linguæ divisæ, ut apud Poëtas: serpens - - linguis micat ore trisulcis. Virgilius Georg. 3. 439. Manifestare autem voluit Spiritus Sanctus hoc symbolo promtitudinem Apostolorum in revelandis divinis mysteriis. Plura vide apud Ursinum Anal. 1. 6. 38. 6) *Gloria*, sive *anima.* Actor. 2, 26. καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, & exultavit lingua mea, hebr. כְּבוֹדִי, gloria mea: animam vero significat. Aben Esra ad Gen. 49, 6. Drusius Qq. Hebr. 2, 54. & 3, 44. hanc vocem reliqui interpretes, teste codice Vaticano in Hexaplis Origenis, reddunt δόξαν. Soli LXX. γλῶσσαν. David ait: exultat gloria mea, i. e. anima mea, qua ego Deum laudo ac celebro. Vox autem כָּבוֹד nonnunquam animam denotat, prout ex Exergasia Gen. 49, 6. palam fit.

Γλωσσόκομον, ου, τὸ, Græca vox, judaica quoque civitate iis temporibus donata, est proprie 1) *Theca* condendis lingulis tibiarum idonea, (ex γλῶσσα, lingua, seu lingula tibiæ, & κομέω, curo.) 2) Per synecdochen speciei pro altera specie, *arcula* seu loculus pecuniis & cæteris rebus necessariis custodiendis destinatus, marsupium. Joann. 12, 6. 13, 29. Hesychius: γλωσσόκομον, θήκη, σωρὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων; utuntur Interpretes Græci de arca fœderis, Exod. 25, 10. & alibi.

Γναφεὺς, έως, ὁ, *Fullo*, (a γνάπτω, carpendo vel vellicando polio.) Marc. 9, 3. Erat opificium apud veteres, quod vestes albas, cum sordidiores factæ erant, reparabat & album ipsis colorem reddebat. Vide Antiquitates Fulloniæ, Traject. ad Rhenum 1727. a me editas.

Γνήσιος, ία, ον, vel γνήσιος, ίᾱ, ὁ, ἡ, 1) *Legitime genitus*, minime spurius, (a γίνομαι, nascor.) 2) *Genuinus*, germanus, *sincerus.* 2. Cor. 8, 8. καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων,

μάζων, & veſtrum amorem ſincerum explorans. Philipp. 4, 3. 1. Tim. 1, 2. Τιμοθέῳ, γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει, Timotheo, genuino filio in fide. Tit. 1, 4.

Γνησίως, *Legitime, genuine,* ſincere, (ab eodem.) Phil. 2, 20.

Γνόφος, ου, ὁ, *Tenebræ, caligo,* (a νέφος, nebula.) Hebr. 12, 8.

Γνώμη, ης, ἡ, 1) *Sententia, mens,* (a γινώσκω, cognoſco.) 1. Cor. 1, 10. 2) *Voluntas.* Actor. 20, 3. Philem. v. 14. Apocal. 17, 13. 17. 3) *Conſilium.* 1. Cor. 7, 25. γνώμην δὲ δίδωμι, conſilium autem do.

Γνωρίζω, f. ίσω, 1) *Notum facio, indico,* (ab eodem.) Luc. 2, 15. Joann. 15, 15. 17, 26. Actor. 2, 28. ἐγνώρισάς μοι ὁδὰς ζωῆς, notas feciſti mihi vias vitæ: hebraice הודיעני. Rom. 9, 22. 23. 16, 26. 1. Cor. 15, 1. Gal. 1, 1. Epheſ. 1, 9. 3, 3. 5. 10. 6, 19. Coloſſ. 1, 27. 2. Petr. 1, 16. 2) *Agnoſco, cognoſco.* Philipp. 1, 22. καὶ τί αἱρήσομαι, ἃ γνωρίζω, & quid ſim electurus non ſcio.

Γνῶσις, εως, ἡ, 1) *Cognitio, notitia,* ſcientia, doctrina, ſapientia, (a γινώσκω.) 1. Cor. 8, 1. ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ſcientia inflat. v. 10. 11. 1. Cor. 12, 8. ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως (ſc. δίδοται,) alii vero ſermo cognitionis datur. Intelligitur donum doctrinas accuratius ad uſum plebis explicandi. vid. ſup. 1. 5. 2) γνῶσις denotat *cognitionem practicam* (de qua vide ſub γινώσκω.) h. e. affectum & amorem, quo aliis bene facimus. 2. Cor. 6, 6. ἐν γνώσει, in amore: nam ibi conjungitur cum aliis hujusmodi virtutibus. Sic 1. Petr. 3, 7. viri debent cohabitare uxoribus, κατὰ γνῶσιν, ſecundum amorem. Sic 2. Petr. 1, 5. 6. Huc etiam pertinet illud Rom. 11, 33. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, o quam magnæ ſunt divitiæ, tum ſapientiæ, tum inſignis amoris Dei!

Γνώστης, ου, ὁ, *Gnarus,* cognitor, (ab eodem.) Actor. 26, 3.

Γνωστὸς, ὴ, ὸν, *Notus, cognitus,* cognoſcibilis, (ab eodem.) Joann. 18, 15. 16. μαθητὴς - - γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, diſcipulus notus ſummo ſacerdoti. Actor. 1, 19. καὶ γνωστὸν ἐγένετο (ſc. πρᾶγμα,) & res nota fiebat cap. 9, 42. 19, 17. Plural. οἱ γνωστοὶ, noti. Luc. 2, 44. 23, 49. Neutrum τὸ γνωστὸν, cognoſcibile. Rom. 1, 19. Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, quia illud, quo Deus notus eſt vel cognoſci poteſt, apertum eſt in illis.

Γογγύζω, f. ύσω, *Murmuro, muſſo,* denotat indignationem ſecum ſentire, nec tamen eam licite proferre & aperire. Matth. 20, 11. λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, quum vero accepiſſent, murmurabant contra patrem familias. Luc. 5, 30. Joann. 6, 41. 43. 61. 7, 32. ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα, audiebant Phariſæi populum muſſantem de eo hæc. 1. Cor. 10, 10.

Γογγυσμὸς, οῦ, ὁ, *Murmuratio,* muſſitatio, (a γογγύζω.) Joann. 7, 12. Actor. 6, 1. Philipp. 2, 14. πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν, omnia facite ſine murmurationibus. 1 Petr. 4, 9.

Γογ-

Γογγυστής, ᾶ, ὁ, *Murmurator*, (ab eodem.) Judæ v. 16.

Γόης, ητος, ὁ, 1) proprie *Incantator*, præstigiator. 2) *Impostor quivis*. 2. Tim. 3, 13.

Γολγοθᾶ, *Golgotha*, nomen loci hebraicum indeclinabile, locus calvariæ. Hebr. גֻּלְגֹּלֶת, cranium, a radice גלל, volvere, quia calvaria sunt rotunda & facile volvuntur. Matth. 27, 33. Marc. 15, 22. Joann. 19, 17.

Γόμορρα, ας, ἡ, & plur. τὰ, *Gomorrha*, urbs nota, hebraice עֲמֹרָה, ubi notandum, quod Græci illud ע sæpe per γ scripserint. Rom. 9, 29. 2. Petr. 2, 6. Judæ v. 7. Marc. 6, 11.

Γόμος, ου, ὁ, 1) *Onus navis*. 2) *Merces*, (a γέμω, onustus sum, proprie de nave dicitur.) Actor. 21, 3. Apoc. 18, 11. 12.

Γονεύς, έος, ὁ, *Parens*, (a γίνομαι, gigno, procreo.) Matth. 10, 21. Ephes. 6, 1. τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν κυρίῳ, liberi obedite parentibus vestris in Domino. Coloss. 3, 20.

Γόνυ, νος, & γόνατος, τὸ, *Genu*. Luc. 5, 8. προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, accidit genibus Jesu. τιθέναι τὰ γόνατα, ponere genua. Marc. 15, 19. Luc. 22, 41. Actor. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5. κάμπτειν γόνυ. Rom. 11, 4. 14, 11. Phil. 2, 10. τὰ γόνατα, Ephes. 3, 14.

Γονυπετέω, ῶ, f. ήσω, *Ad genua accido*, ad genua advolvor, procido, (ex γόνυ & πίπτω, cado.) habet post se Dativum & Accus. Matth. 17, 14. γονυπετῶν αὐτῷ, ad genua procidens coram ipso: hic erat cultus religiosus gentium Orientalium, quem Cornelius Nepos voce προσκυνεῖν indigitat. Marc. 1, 40. καὶ γονυπετῶν αὐτόν, cap. 10, 17. etiam adhuc alio modo hoc verbum construitur. Matth. 27, 19. καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, & ad genua prociderunt coram ipso.

Γράμμα, τος, τὸ, 1) *Littera*. Luc. 23, 28. 2) *Chirographum*. Luc. 16, 6. 7. 3) *Verbum legis*. Rom. 2, 27. 29. 7, 6. 2. Cor. 6, 6. τὸ γράμμα ἀποκτείνει, lex occidit. Per litteram intelligitur sensus litteralis legis: quem si vel maxime secundum opus operatum & externo more in explicatione strictissima observamus, tamen nihil agimus & rei damnationis manemus. Occidere vero littera dicitur non per se, sed, quia illa legis divinæ observatio nobis conscientiæ cruciatus excitat & viam non ostendit, æternam perniciem effugiendi. 4) τὰ γράμματα, *epistola*. Actor. 28, 21. Gal. 6, 11. 5) *Scripta, libri*, Joann. 5, 47. inde 6) *Litteræ sacræ*, Scriptura sacra. Joann. 7, 15. 2. Tim. 3, 15. 7) *Litteræ*, doctrina, *eruditio, studia*. Act. 26, 24.

Γραμματεύς, έως, ὁ, *Scriba*, (a γράφω.) 1) Erat syndicus, secretarius, vel etiam præfectus urbi. Actor. 19, 35. Sic apud Arrianum 5. p. 363. Eumenes fuit γραμματεὺς Alexandri, confer Nepotem Eumene c. 1. 5. ibi Bœcleri indicem, Florum 1. 10. 5. Curtium 7, 3. 4. 8, 11. 5. Alardum Pathol. p. 582. Seldenum ad marm. Oxon. p. 110. 111. van Dalen Dissertat. 5. c. 3. p. 423.

2) Apud Hebræos γραμματεῖς, hebr. סוֹפְרִים, proprie erant, qui Codices legis divinæ describerent, quod quivis haud valebat: deinde legis periti. 1. Cor. 1, 20. πῦ γραμματεύς; ubi est legis peritus? Hi in N. T. sæpenumero cum summis sacerdotibus & Pharisæis conjunguntur. Matth. 5, 20.

Γραπτὸς, ἡ, ὸν, *Scriptus.* Rom. 2, 15. γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις, inscriptum cordibus.

Γραφὴ, ῆς, ἡ, in genere *Scriptura*: speciatim in N. T. 1) *Scriptura sacra κατ' ἐξοχὴν*, Joann. 2, 22. 1. Petr. 2, 6. 2. Petr. 1, 20. Sic in Plurali αἱ γραφαὶ, litteræ sacræ nominantur. Matth. 21, 42. 22, 29. 26, 54. 56. Joann. 5, 39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, scrutamini scripturas. Actor. 17, 2. 11. 18, 24. 28. 2) *Locus* seu *dictum scripturæ*, per Metonymiam continentis pro contento. Marc. 12, 10. Joann 19, 24. 28. 36. 37. 20, 9. Actor. 1, 16. 3) *Auctor Scripturæ sacræ.* Gal. 3, 8. 22.

Γράφω, f. ψω, 1) *Scribo.* Joann. 8, 6. ὁ δὲ Ἰησῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν, Jesus autem deorsum se incurvavit & digito scribebat in terram. Optima est sententia Lutheri, ab Hammondo quoque confirmata, qui dicit, Christum quasi aliud agentem id fecisse, ne aures ipsis præbere velle videretur. 2) *Depingo, describo.* Joann. 1, 45. Rom. 10, 5. Μωσῆς γράφει τὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐκ τῦ νόμυ sc. ὄσαν,) Moses describit justitiam, quæ est ex lege. Knatchbullus subaudit κατά. 3) γέγραπται sæpissime κατ' ἐξοχὴν denotat, *Scriptum est in sacris litteris.* Matth. 2, 5. &c.

Γραώδης, εος, ὁ, ἡ, *Anilis*, (a γραῦς, αὸς, ἡ, anus.) 1. Tim. 4, 7. γραώδεις μύθυς παραιτῦ, aniles fabulas recusa.

Γρηγορέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Vigilo.* Matth. 26, 38. μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμῦ, manete hic, & vigilate mecum. 2) Per Metaphoram *de cura* accuratissima *circa animam* & res spirituales accipitur. Matth. 24, 42. Marc. 13, 35. 37. Actor. 20, 31. 1. Cor. 16, 13. Coloss. 4, 2. 1. Thess. 5, 6. 1. Petr. 5, 8. Apoc. 3, 2. 3. 16, 15.

Γυμνάζω, f. άσω, 1) Proprie me *nudum exerceo* in palæstra, (a γυμνὸς, nudus.) 2) *Exerceo me* in rebus ad animam spectantibus. 1. Tim. 4, 7. γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν, exerce vero te ipsum ad pietatem. γεγυμνασμένος, exercitatus. Hebr. 5, 14. αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, sensus exercitati. 2. Petr. 2, 14. καρδία γεγυμνασμένη, cor exercitatum.

Γυμνασία, ἰας, ἡ, *Exercitatio.* (a γυμνάζω.) 1. Tim. 4, 8. σωματικὴ γυμνασία, corporalis exercitatio.

Γυμνητέυω, f. ύσω, 1) *Nudus sum*, (a γυμνὸς.) 2) *Vestitu leviore & tenuiore sum indutus.* 1. Cor. 4, 11.

Γυμνὸς, ἡ, ὸν, 1) *Nudus.* 2) Scriptoribus græcis & latinis sæpius non simpliciter nudum denotat, sed *veste interiore* tantum *indutum*, Marc. 14, 51. περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνῷ, supple σώματος vel ἐνδύματος, amictus sindone super nudo corpo-

corpore, vel quantum ad interiora. Joann. 21, 7. Heſiodus opp. & dier. 2, 9. & Virgilius: Nudus ara, ſere nudus &c. Deut. 28. 1. Sam. 19. Jeſ. 20, 3. Job. 24, 6. Plura dant Grotius ad locum Marci, Cuperus Obſ. 1, 7. Bormanſius dial. de poetis & Prophet. p. 117. ſeqq. 3) *Veſtitu leviore & tenui indutus.* Matth. 25, 36. ſeqq. Jacob. 2, 15. 4) *Omni ornatu deſtitutus.* 1. Cor. 15, 37. γυμνὸς κόκκος, nudum granum. Sic Clemens 1. epiſt. ad Corinthios p. 34. σπέρματα πέπτωκεν εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνά, ſemina ceciderunt in terram arida & nuda. 5) *Manifeſtus*, apertus. Hebr. 4, 13. 6) *Deſtitutus rebus quibusvis.* 7) *Exutus divitiis* hujus mundi Apoc. 17, 16. 8) *De anima ſanctitate deſtituta* uſurpatur. 2. Cor. 5, 3.* εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα, ſiquidem nos induti, non nudi reperiemur. Quæ verba & ſequentia de veſtitu animæ agunt, quæ locutio myſticis Judæorum ſcriptoribus eſt frequentatiſſima. Anima enim noſtra tum in hac vita pœnitentia & vitæ ſanctimonia, tum in altera ſplendore æternitatis inducenda eſt. Confer. Apoc. 3, 17 16, 15.

Γυμνότης, ητος, ἡ, *Nuditas*, (a præced.) Rom. 8, 35. 2. Cor. 11, 27. Apoc. 3, 18.

Γυναικάριον, ίου, τὸ, *Muliercula*, diminutiv. a γυνὴ, οικὸς, 2. Tim. 3, 6.

Γυναικεῖος, εία, εῖον, *Muliebris*, (ab eodem.) 1. Petr. 3, 7. σκεῦος γυναικεῖον, vas vel inſtrumentum muliebre, h. e. ipſa mulier. Hebræi uxorem dicunt כְּלִי, vas vel inſtrumentum mariti.

Γυνὴ, αικὸς, ἡ, 1) *Fœmina* quævis in genere tam conjux, quam virgo, nomen ſexus eſt non ſtatus. Matth. 5, 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα, omnis, qui adſpicit fœminam. 1. Cor. 7, 10. γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι (ſc. χρὴν ſ. δεῖν) uxorem a viro non ſeparari oportere. Gal. 4, 4. υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, filium ſuum natum ex muliere. Reſpicitur autem ad Protevangelium Gen. 3, 15. 2) *Deſponſata.* Matth. 1, 20. Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, Mariam uxorem tuam. Ex aliis ſcriptoribus talia profert Pfochenius in Diatrib. §. 39.

Γὼγ, *Gog*, nomen gentis Scythicæ, apud Ezechielem & Apoc. 20, 8.

Γωνία, ίας ἡ, 1) *Angulus.* 2) *Locus abditus.* Act. 26, 26. οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο, non enim in angulo (in obſcuro) factum eſt hoc. 3) *Lapis angularis.* Matth. 6, 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες. cap. 21, 42. ἔτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, hic factus eſt in caput anguli: hebr. רֹאשׁ פִּנָּה. 4) *Plag mundi.* Apoc. 7, 1. τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, quatuor plagas erræ: Sic cap. 20, 8.

Δ.

Δαυὶδ, ὁ, *David*, rex Iſraëlitarum & propheta. υἱὸς Δαυὶδ, eſt nomen Meſſiæ apud Judæos antiquiores frequentatiſſimum.

Matth. 1, 1. Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, filii Davidis i. e. Messiæ. Matth. 9, 17. Ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὲ Δαβίδ, miserere nostri, o Messia. cap. 15, 22. 20, 30. 21, 9. 15. 22, 42. κλεῖς Δαβίδ, Apoc. 3, 7. clavis Davidis, pro οἶκος Δαβίδ, est potentia in Ecclesiam Christianam, cujus rex est filius Davidis.

Δαιμονίζομαι, *A dæmone possidor*, vexor, torqueor, (a δαίμων, diabolus.) Matth. 4, 24. 8, 6. προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς, adtulerunt ipsi multos, qui a diabolo vexabantur. Hujusmodi hominum nullo tempore adeo multi fuerunt, quam Christi, & seculis tribus prioribus post ipsum natum. δαιμονιζόμενος, Marc. 5, 18. Luc. 8, 36. idem denotat. Græci suo modo similem vexandi significationem voci tribuunt. Philemon in Fragmentis incertis v. 11. ἄλλος κατ' ἄλλην δαιμονίζεται τύχην, alius alia fortuna jactatur.

Δαιμόνιον, ίου, τό, 1) *Dæmonium*, i. e spiritus impurus, *diabolus*, (ab eodem.) Matth. 7, 22. καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, & nomine tuo diabolos ejecimus. cap. 9, 33. 34. Joann. 7, 20. δαιμόνιον ἔχεις, dæmonium habes: quidam hæc reddunt insanus es, a malo spiritu & melancholia agitaris, quemadmodum de Saule legitur infra cap. 8, 48. 52. 10, 20. Grotius & Hamnondus ad cap. 7, 20. sed & vulgatissima significatio locum habere potest. 1. Cor. 20, 20. 21. 1. Tim. 4, 1. Jacob. 2, 19. 2) *Numen.* Actor. 17, 18. ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι peregrinorum numinum videtur annunciator esse. Apud gentiles δαιμόνιος, adj. denotat miser, & δαιμόνιον, genium, spiritum.

Δαιμονιώδης, εος, ὁ, ἡ, *Diabolicus*, (ab eodem.) Jacob. 3, 15. σοφία δαιμονιώδης, sapientia diabolica.

Δαίμων, ονος, ὁ, ἡ, 1) *Spiritus* in genere. 2) *Diabolus.* Matth. 8, 31. Luc. 8, 29. Apoc. 16, 14. 18, 2.

Δάκνω, f. δήξω, *Mordeo*, metaph. *convitiis proscindo*, *noceo.* Gal. 5, 15. εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε, si vero vos invicem mordetis. Exempla alia observat Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 197.

Δάκρυ, υος, τό, sive δάκρυον, ου, τό, *Lacrym.* Marc. 9, 24. Luc. 7, 38. ἔβρεξε πόδας τοῖς δάκρυσιν, rigabat pedes lacrymis. Act. 20, 19. 31. 2. Cor. 2, 4. 2. Tim. 1, 4. Hebr. 5, 7. Apocal. 7, 17. ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, absterget Deus omnem lacrymam ab oculis ipsorum. cap. 21, 4

Δακρύω, f. ύσω, *Lacrymor*, (a præcedente.) Joann. 11, 35.

Δακτύλιος, ίου, ὁ, *Annulus*, (a δάκτυλος.) Luc. 15, 22.

Δάκτυλος, ου, ὁ, 1) *Digitus.* Matth. 23, 4. τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά, digito vero suo nolunt movere illa. Proverbium de illis, qui ne nimium quidem agunt, & tamen res magnas ubique crepant. Vide Elsneri Observ. sacr. tom. 1. p. 103. Marc. 7, 33. Luc. 16, 24. Joann. 8, 6. 20, 25. 2 *Virtus*, *potentia.* Luc. 11, 20. εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, si vero in virtute Dei ejicio dæmonia. Locutio exstat Exod. 8, 15. Δαλ-

Δαλμανθά, ἡ, *Dalmanutha*, nomen urbis ad lacum Tiberiadis. Vox Syriaca indeclinabilis idem quod Zalmon & Zalmanutha. Marc. 8, 10. Vide Lightfooti Decadem Chorographicam Marco præfixam c. 5.

Δαλματία, ίας, ἡ, *Dalmatia*, regio ad mare Adriaticum sita. 2. Tim. 4, 10.

Δαμάζω, f. σω, *Domo*, (a δαμάω, domo, subigo.) Marc. 5, 4. Jacob. 3, 7. 8.

Δάμαλις, εως, ἡ, *Juvenca*, *vitula*, (a δαμάω, quod ad laborem dometur.) Hebr. 9, 13. σποδὸς δαμάλεως, cinis juvencæ.

Δάμαρις, ιδος, ἡ, *Damaris*, nomen mulieris Athenienſis. Actor. 17, 34.

Δαμασκηνὸς, ἡ, ὸν, *Damaſcenus*, a, um, (a Δαμασκὸς, ὲ,) 2. Cor. 11, 32.

Δαμασκὸς, ὲ, ἡ, *Damaſcus*, urbs Syriæ primaria. Act. 9, 2. ſeqq. 22, 5. ſeqq. 2. Cor. 11, 32. Gal. 1, 17.

Δανείζω, f. είσω, 1) *Mutuum do*, (a δάνειον.) Luc. 6, 34. 35. 2) δανείζομαι, *Mutuum accipio*. Matth. 5, 42. τὸν θέλοντα ἀπὸ σὲ δανείζεσθαι μὴ ἀποστραφῇς, volentem a te mutuum petere, ne averſeris. Græci alias dicunt δανείζεσθαι παρά τινος. Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 29.

Δάνειον, είε, τὸ, *Mutuum*, æs alienum, (a δάνος, εος, τὸ, donum, mutuum.) Matth. 18, 27. καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ, & mutuum remiſit ipſi.

Δανειστὴς, ὲ, ὁ, *Fœnerator creditor*, (a δανείζω.) Luc. 7, 41.

Δανιὴλ, ὁ, *Daniel*, nomen Prophetæ hebraicum indeclinabile. Judex Dei, a rad. דּוּן, judicare, & אֵל, Deus. Matth. 24, 15. Marc. 13, 14.

Δαπανάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Conſumo*, *impendo*, ſumtus facio. Marc. 5, 26. καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα (ſc. χρήματα) & quæ impenderat omnes, quæ apud ſe erant, opes. Act. 21, 24. δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ſumtus fac in eos. 2. Cor. 12, 15. 2) *Splendide vivendo bona abligurio*. Luc. 15, 14. Jacob. 4, 3.

Δαπάνη, ης, ἡ, *Sumtus*, *impendium*. Luc. 24, 28.

Δὲ, *Vero*, *autem*, Conjunctio adverſ. innumeris locis occurrit, & variæ quidem ſignificationes ipſi tribuuntur, ſed quæ re ipſa nullæ ſunt, niſi quod Latine propter variationem nonnunquam aliter verti poſſet.

Δέησις, εως, ἡ, *Precatio*, deprecatio, *preces*, (a δέομαι, rogo, & hoc deſcendit ἀπὸ τοῦ δέειν, quod eſt apud Heſychium χρείαν ἔχειν, & notat preces ejusmodi, quibus ea, quæ nobis deſunt, rogamus, & pro remiſſione peccatorum & avertendis malis ſuſcipiuntur. Hebraice תְּחִנָּה vel תַּחֲנוּנִים. Luc. 1, 13. διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σε, ecquod exaudita eſt precatio tua. Rom. 10, 1. καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν (ſc. γενομένη,) & precatio, quæ ad

Deum fit. 2. Tim. 1, 3. Jacob. 5, 16. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη, multum valet precatio justi efficax. 1. Petr. 3, 12. Conjunguntur sæpius προσευχὴ & δέησις. Actor. 1, 14. Ephes. 6, 18. Philipp. 4, 6. 1. Tim. 2, 1. 5, 5. & tunc conjungunt significationes, quemadmodum etiam sæpe unum pro altero ponitur, ut prolixe ostendit Lomeierus Dier. genial. Dec. 1. dissert. 9. quæ est ad locum Ephes. 5, 18. de variis precum generibus.

Δεῖ, f. δεήσει, *Oportet*, *convenit*, necesse est, (a δέω, opus habeo.) Matth. 16, 21. 17, 10. ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον, quod Eliam primum venire necesse sit. cap. 18, 33. οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου; nonne oportebat etiam te misertum esse conservi tui? cap. 23, 23. ταῦτα ἔδει (sc. ὑμᾶς) ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι, hæc oportebat vos facere, & illa non omittere. c. 26, 35. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, etsi oporteret me tecum mori.

Δεῖγμα, τος, τὸ, *Exemplum*, (a δείκνυμι, ostendo.) Judæ v. 7. Sodoma & Gomorra πρόκεινται δεῖγμα, jacent ante oculos, tanquam exemplum, quod quasi digito ostenditur. Idem in tertio Maccabæorum Deus dicitur Sodomitas παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις κατασῆσαι, exemplum futuris hominibus constituisse.

Δειγματίζω, f. σω, *In exemplum propono*, *palam traduco*, (a δεῖγμα.) Coloss. 2, 15. καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, & potestates palam traduxit in exemplum.

Δείκνυμι vel δεικνύω, f. δείξω, 1) *Ostendo*, (est pro δείκω.) Matth. 8, 4. σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, te ipsum ostende sacerdoti. Joann. 2, 18. τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν; quod signum (miraculum) ostendis (conspiciendum das) nobis? cap. 10, 32. 14, 8. λέγει αὐτῷ Φίλιππος κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, dicit ipsi Philippus: Domine, ostende nobis Patrem. Audiverat scil. Philippus, Deum se quondam Israëlitis sæpissime visibili specie videndum præbuisse, & tali modo Patrem videre cupit. cap. 20, 20. Hebr. 8, 5. κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει, secundum typum ostensum tibi in monte. Jacob. 2, 18. 3, 13. Apocal. 1, 1. 17, 1. 2) *Propono*, *indico*, manifesto. Matth. 4, 8. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, & proponit, describit, ipsi omnia regna mundi. cap. 16, 21. ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, a tunc incipit Jesus monstrare discipulis suis. 1. Cor. 12, 31. Sic Esther. 5, 11. Haman ὑπέδειξεν, verbis multis exaggeravit gloriam & divitias suas.

Δειλία, ας, ἡ, *Timiditas*, (a δειλός.) 2. Tim. 1, 7. οὐ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, non dedit nobis Deus spiritum timiditatis.

Δειλιάω, ῶ, f. άσω, *Formido*, ob ignaviam refugio, (a præced.) Joann. 14, 27. μηδὲ δειλιάτω, neque timeat cor vestrum.

Δειλὸς, ἡ, ὸν, 1) *Timidus*, *formidolosus*, Matth. 8, 26. τί δειλοί ἐστε; quid timidi estis? 2) *Malus*, *ignavus*, Apoc. 21, 8. Vide Obs. sacras Jo. Alberti p. 498.

Δεῖνα,

Δεῖνα, ὁ, ἡ, τό, gen. δεῖνος, dat. δεῖνι, accuſ. δεῖνα, *quidam.* Matth. 26, 18. πρὸς τὸν δεῖνα, ad aliquem.

Δεινῶς, *Vehementer, graviter,* valde, (a δεινός, ἡ, όν,) Matth. 8, 6. Luc. 11, 53.

Δειπνέω, ῶ, f. ήσω, *Cœno,* (a δεῖπνον.) Luc. 17, 8. 22, 20 μετὰ τὸ δειπνῆσαι, poſt cœnaviſſe, quum cœnaviſſent. 1. Cor. 11, 25. metaph. Apoc. 3, 20.

Δεῖπνον, ου, τό, 1) *Cœna.* Joann. 13, 2. 21, 20. 2) *Convivium,* epulum. Matth. 23, 6. Marc. 6, 21. Luc. 14, 12. 3) *Cibus,* 1. Cor. 11, 21. 4) metaph. Apoc. 19, 9. δεῖπνον τῶ γάμε τῶ ἀρνίε, convivium nuptiale agni, h. e. beneficia Chriſtianis propria, qui quaſi menſæ Regis ſummi admoventur.

Δεισιδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, *Superſtitioſus,* qui deos eſſe metu adactus credit (ex δείδω, timeo, & δαίμων, dæmon, Deus.) Comp. δεισιδαιμονέστερος, ſuperſtitioſior. Actor. 17, 22.

Δεισιδαιμονία, ίας, ἡ, 1) *Metus deorum,* ſuperſtitio, (a præced.) 2) *Religio.* Actor. 25, 19.

Δέκα, οἱ, αἱ, τὰ, ἄκλιτον, *Decem.* Matth. 20, 24. καὶ ἀκέσαντες οἱ δέκα (ſc. μαθηταί,) & cum audirent decem diſcipuli. c. 25, 1. 28.

Δεκαδύω, *Duodecim,* (ἄκλιτον, ex δέκα & δύω.) Act. 19, 7. 24, 11.

Δέκα καὶ ὀκτὼ, *decem & octo.* Luc. 13, 4. 11. 16.

Δεκαπέντε, *Quindecim,* (ex δέκα & πέντε, quinque.) Joann. 11, 18. Actor. 27, 28. Gal. 1, 18.

Δεκάπολις, εως, ἡ, *Decapolis,* regio quædam Paleſtinæ, decem habens civitates, (ex δέκα & πόλις civitas.) Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. 7, 31. Illæ civitates fuerunt hæ: Scythopolis, olim Bethſan, Gadara, Hippo, Pella, Caphar, Zemach, Beth Gubrin, Caphar Carnaim, Cæſarea Philippi & Orbo. Docet hoc & multis probat Lightfoot in Decad. Chorographica Marco præmiſſa c. 7.

Δεκατέσσαρες, ων, οἱ, αἱ, *Quatuordecim,* (ex δέκα & τέσσαρες, quatuor.) Matth. 1, 17. 2. Cor. 12, 2. Gal. 2, 1.

Δέκατος, άτη, ον, *Decimus,* (a δέκα.) Joann. 1, 40. Apoc. 21, 20. cap. 11, 13. καὶ τὸ δέκατον (ſc. μέρος) τῆς πόλεως ἔπεσε, & decima pars urbis cecidit, hinc

Δεκάτη, ης, ἡ, ſupple μοῖρα, *Decima,* pars decima. Hebr. 7, 2. ᾧ καὶ δεκάτην (ſc. μοῖραν) ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, cui etiam decimam (ſc. partem) ab omnibus diviſit Abraham. v. 9. ὁ δεκάτας λαμβάνων, qui decimas accipit.

Δεκατόω, ῶ, f. ώσω, *Decimam ſumo, decimo.* (a δέκατος.) Hebr. 7, 6. δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ, decimavit Abrahamum, v. 9. δεδεκάτωται, decimatus eſt, decima ab ipſo accepta eſt.

Δεκτός, ἡ, όν, *Acceptus, gratus,* (a δέχομαι, accipio, excipio.) Luc. 4, 19. κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίε δεκτὸν, prædicare annum Domini acceptum. v. 24. οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῆ πατρίδι αὐτῦ, nullus Propheta acceptus eſt in patria ſua. Actor. 10, 35. 2. Cor. 6, 2. καιρῶ δεκτῶ ἐπήκεσά σε, tempore accepto exaudivi te. Phil. 4, 18. θυσίαν δεκτὴν, hoſtiam acceptam.

Δελεάζω, f. άσω, 1) *Inesco, esca capio*, (a δέλεαρ, ατος, τὸ, esca, qua animalia capiuntur. 2) metaph. *allicio* per peccata & voluptates. Jacob. 1, 14. 2. Petr. 2, 14. 18. Exempla alia habet Jo. Alberti in Observ. p. 467.

Δένδρον, ε, τὸ, 1) *Arbor*. Matth. 3, 10. 7, 17. 12, 33. 2) metaph. *homines*, qui fructus vel bonos, vel malos, vel etiam nullos ferunt. Judæ v. 12. δένδρα φθινοπωρινά, arbores, quarum fructus sunt corrupti.

Δεξιός, ά, όν, 1) *Dexter, a, um*. Matth. 5, 29. 30. 39. &c. δεξιὰ ἡ, (sc. χειρ,) dextra (manus.) Matth. 6, 3. 27, 29. Gal. 2, 9. δεξιὰς (χεῖρας) ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, dextras dederunt mihi & Barnabæ communicationis. Societatem ineuntes datis dextris illud olim firmasse notissimum est, testimoniis Auctorum, quæ congessit Dougtæus Anal. N. T. Excursu 82. adde 1. Maccab. 13, 45. 50. Apoc. 1, 20. ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μα (sc. χαρὸς,) in dextra mea manu. χαρὸς additur Matth. 5, 30. Actor. 3, 7. Apoc. 1, 16. 17. 13, 16. Per dextram partem intelliguntur, quæ meliora sunt, per sinistram quæ sequiora. Matth. 5, 3. Cum eleemosynam erogas, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σα, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σα, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra tua. Per sinistram intelliguntur cogitationes sequiores & humanæ, quæ eleemosynas melius collocari credunt, quam si in pauperes erogentur. Per dextram cogitationes meliores, quæ Deum & verbum ejus sequuntur. Sic Ecclesiastæ 10, 2. exstat, cor sapientis esse a dextris, cor insipientis a sinistris ejus: h. e. sapiens feliciter, insipiens infeliciter ratiocinatur. Huc pertinet quoque, quod pii ad dextram, impii ad sinistram Christi collocabuntur. Τὰ δεξιὰ, ῶν (sc. μέρη coll. Joann. 21, 6.) partes dextræ. Matth. 27, 38. Luc. 1, 11. Actor. 2, 25. ὅτι ἐκ δεξιῶν μα ἐστὶν, quia a dextris meis est. A dextris stabant Patroni sive Advocati. Goodwin. Mose & Aaron 5. 3. 7. inde dextra pro auxilio. Ramiresius Pentec. c. 39. usitatum scilicet erat in judiciis, ut reus in medio constitueretur, ad cujus dextram primo stabat accusator, hoc vero finiente Advocatus. Sic Actor. 7, 55. εἶδεν Ἰησᾶν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τᾶ Θεᾶ, vidit Jesum stantem a dextris Dei, more advocatorum. Heumannus ad Quintilianum de caussis corr. eloqu. cap. 6. pag. 139. 2. Cor. 6, 7. 2) τὰ δεξιὰ sunt *honoris signa & indicia*. Quicunque enim nobiscum a latere dextro incedit, illi honorem exhibemus primumque locum concedimus. Matth. 20, 21. εἷς ἐκ δεξιῶν σα, unus a dextris tuis (partibus.) Hinc ἡ δεξιὰ (sc. χειρ,) sive τὰ δεξιὰ (μέρη) τᾶ Θεᾶ, sunt honor, gloria, majestas & potentia Dei. Matth. 22, 44. 26, 64. Marc. 12, 36. 14, 62. 16, 5. Actor. 2, 33. 34. 5, 31. Rom. 8, 34. Ephes. 1, 20. Colos. 3, 1. Hebr. 1, 3. 8, 1. 10, 12. 12, 2. 1. Petr. 3, 22. Quando itaque Christus ad dextram Dei exaltatus esse ac ibi sedere dicitur, hac phrasi biblica indigitatur, Christum θεάνθρωπον cum Deo Patre regnare,

re, atque gloriam divinam, majeſtatem & potentiam cum natura humana communicatam fuiſſe. Simile quid habes apud Callimachum hymno in Apoll. v. 29. ἐπεὶ Διὶ δεξιὸς ἦδα, quoniam Jovi dextro ſedes. Vide quæ ibi notant Spanhemius & Anna Daceria.

Δεξιολάβος, ᾱ, ὁ, *Satelles*, ſtipator, (a δεξιὰ & λαμβάνω, ſumo.) Actor. 23, 23.

Δέομαι, f. δεήσομαι, *Oro, rogo*, habet poſt ſe Genit. ſubintellecto ſubſtantivo cognato δέησις. Ex gr. δέομαί σε, oro te, plene dicitur: δέομαι δέησιν σε. Matth. 9, 38. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, rogate igitur Dominum meſſis. δεήθητε habet ſignificationem activam, prout quædam alia verba uſurpari ſolent. Luc. 5, 12. 8, 38. ἐδέετο αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ, rogabat ipſum vir c. 21, 36. ἐν πάντι καιρῷ δεόμενοι, omni tempore (occaſione) orantes. Actor. 4, 31. 8, 22. 10, 2.

Δέον, οντος, τὸ, 1) *Decens*, æquum (a δεῖ, oportet.) Actor. 19, 36. 1. Tim. 5, 13. λαλῆσαι τὰ μὴ δέοντα, loqui, quæ non oportebat loqui. 2) *Neceſſarium* 1. Petr. 1, 6. εἰ δέον ἐστὶ, ſi neceſſarium eſt.

Δέρβη, ης, ἡ, *Derbe*, nomen urbis Lycaoniæ. Actor. 14, 6. 20. 16, 1. inde Δερβαῖος, *Derbæus*, Actor. 20, 4.

Δέρμα, τος, τὸ, *Pellis*, cutis, (a δέρω.) Hebr. 11, 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν, in pellibus caprinis.

Δερμάτινος, ίνη, ον, *Coriaceus*, (a δέρμα.) Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. ζώνη δερματίνη, cingulum coriaceum.

Δέρω, f. δερῶ. 1) *Excorio*, pellem detraho (a δέρας, ατος, τὸ pellis, corium.) 2) *Virgis & fuſtibus cædo*, verbero. Matth. 21, 35. Marc. 13, 9. δαρήσεσθε, cædemini. Luc. 12, 47. δαρήσεται πολλὰς (ſc. πληγὰς,) cædetur multis plagis. v. 48. Quæ ellipſis Græcis pariter & Hebræis communis eſt: adde 2. Cor. 11, 24. ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα (ſc. πληγὰς) παρὰ μίαν ἔλαβον, a Judæis quinquies quadraginta plagas præter unam accepi. Luc. 22, 63. Joann. 18, 23. Actor. 5, 40. 16, 37. 22, 19. 3) εἰς ἀέρα δέρειν. 1. Cor. 9, 26. aërem verberare, eſt athletarum, qui ictus fruſtraneos nonnunquam faciebant.

Δεσμεύω, f. εύσω, *Ligo, vincio*, (δεσμός.) Matth. 23, 4. δεσμεύουσι φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, colligant (ut imponant) onera gravia & difficilia portatu. Metaph. ab animalibus, quibus onera imponuntur & illigantur. Actor. 22, 4. δεσμεύων καὶ παραδιδὰς, vinciens & tradens. Mœris Atticiſta: δῆσιν, Ἀττικῶς, δεσμεύσιν, ἑλληνικῶς.

Δεσμέω, ῶ, f. ήσω, *Idem*, & ab eodem. Luc. 8, 29. καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι, & vinciebatur catenis.

Δεσμὴ, ῆς, ἡ, *Faſciculus*, (a δέω ligo.) Matth. 13, 30. δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμὰς, ligate illa in faſciculos.

Δέσμος, ᾱ, ὁ, ἡ, *Vinctus*, (ab eodem.) Matth. 27, 15. Epheſ. 3, 1. 2. Tim.

2. Tim. 1, 8. Philem. v. 1, 9. Hebr. 13, 3. μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, recordamini vinctorum.

Δεσμὸς, ῦ, ὁ, 1) *Vinculum*, ligamen, (ab eodem.) plur. δεσμοὶ καὶ δεσμὰ. Luc. 8, 29. διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ, disrumpens vincula. Actor. 16, 26. 20, 23. 22, 30. 33. 29. Philipp. 1, 7. seqq. Coloss. 4, 18. 2) ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης, *vinculum linguae*, Marc. 7, 35. denotat illum morbum, qui officium linguae impediebat. 3) Diaboli δεσμοῖς ἀϊδίοις, vinculis æternis sub tenebris asservantur. Judæ v. 6. h. e. tanquam captivi detinentur: descriptio damnationis.

Δεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, *Commentariensis*, *vinctorum custos*, (a δεσμὸς & φύλαξ, custos.) Actor. 16, 23. 27. 36.

Δεσμωτήριον, ἰκ, τὸ, *Carcer*, (a δεσμός.) Matth. 11, 2. Actor. 5, 21. 16, 26.

Δεσμώτης, ε, ὁ, *Vinctus*, *captivus*, (ab eodem.) Act. 27, 1. 42.

Δεσπότης, ε, ὁ, 1) *Dominus*: tribuitur Deo Luc. 2, 29. Actor. 4, 24. δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, Domine, tu Deus qui fecit cœlum & terram. 2. Petr. 2, 1. Judæ v. 4. Apoc. 6, 10. 2) *Herus*. 1. Tim. 6, 1. 2. Tim. 2, 21. Tit. 2, 9. 1. Petr. 2, 18.

Δεῦρο, adv. *Huc*, in hunc locum. Omittitur vero semper ἔλθὲ, ἴθι vel χώρει, & deinde significat: veni, adesdum. Matth. 19, 21. καὶ δεῦρο (sc. ἔλθὲ,) ἀκολούθει μοι, & huc veni, sequere me. Actor. 7, 3. 34. Apoc. 17, 1. 21, 9. De tempore etiam adhibetur Rom. 1, 13. καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο (sc. χρόνε,) & impeditus fui usque huc.

Δεῦτε, adv. *Huc*, *agite*, venite, (a δεῦρο.) Matth. 4, 19. δεῦτε ὀπίσω με, venite post me, i. e. este discipuli mei. cap. 11. 28. δεῦτε πρός με πάντες, venite ad me omnes. cap. 21, 38. 22, 4. 25, 34. 28, 6.

Δευτεραῖος, αία, ον, 1) *Secundarius*, (a δεύτερος.) 2) *Qui secunda die aliquid agit*. Actor. 28, 13. δευτεραῖοι ἤλθομεν, altera die venimus. Multa hic egregie observat Joann. Alberti-Observ. Philol. p. 292.

Δευτερόπρωτος, ε, ὁ, ἡ, *Secundo primus* (ex δεύτερος & πρῶτος, primus.) Luc. 6, 1. ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, accidebat autem Sabbato secundo primo. Quale vero illud fuerit, difficile est pronunciare. Probabilis est sententia Lightfooti ad Matth. 12, 1. & Luc. 6, 1. Sabbatum innui πρῶτον, primum post δεύτερον secundum diem Paschatos, quo manipulus frumenti ex mandato divino fuit oblatus: nam de alio anni tempore cogitare non licet. Vide alias Goodwini Mosen & Aaronem. 3, 5. §. 5. 6. ibique annot. Hottingeri, Possinum in Spicil. Evang. c. 64. Bertramum in Lucubrationibus Francktalensibus c. 19. & differt. Jac. Rhenferdii.

Δεύτε-

Δεύτερος, έρα, ον, *Secundus*, *alter*, posterior. Matth. 21, 30. 22, 26. 39. Apoc. 2, 11. 20, 14. ἕτός ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος, hæc est mors secunda. Hebræis est מִיתָה משׁוּנָה, mors iterata: & chaldaice מִיתָה תִּנְיָנָא, mors æterna, cap. 21. 8. δεύτερον, adverbialiter: secundo. Joann. 3, 4. 21, 16. 1. Cor. 12, 28. 2. Cor. 13, 2. Judæ v. 5. Apoc. 19, 3. ἐκ δευτέρȣ, secunda vice. Matth. 26, 24. πάλιν ἐκ δευτέρȣ ἀπελθὼν προσηύξατο, rursus secunda vice abiit & precatus est. Marc. 14, 72. Joann. 9, 24. Actor. 10, 15. 11, 9. Hebr. 9, 28. ἐν τῷ δευτέρῳ, idem. Actor. 7, 13.

Δέχομαι, f. δέξομαι. 1) *Capio*, *accipio*. Luc. 2, 28. καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτȣ̃, & ille accepit illum (infantem) in ulnas suas. cap. 16, 6. 7. δέξαι σȣ τὸ γράμμα, cape tuum libellum. cap. 22, 17. δεξάμενος ποτήριον, cum sumsisset poculum. Actor. 22, 5. 28, 21. 2) *Excipio*, *suscipio*. Matth. 10, 14. 40. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται, καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με, qui recipit vos, me excipit, & qui me excipit, suscipit eum, qui misit me. v. 41. 11, 14. 18, 5. Luc. 8, 13. Joann. 4, 45. Actor. 8, 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τȣ̃ Θεȣ̃, quod susceperit Samaria verbum Dei. δέδεκται, notat active cap. 11, 1. 17, 11. 21, 17. Gal. 4, 14. 1. Thess. 1, 6. 2, 13. Hebr. 11, 31. 3) *Percipio*, *admitto*. ψυχικὸς ἄνθρωπος ȣ̓ δέχεται τὰ τȣ̃ πνεύματος τȣ̃ Θεȣ̃, animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei.

Δέω, f. δέσω & δήσω, 1) *Ligo*, *vincio*. Matth. 12, 29. ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, nisi primum ligaverit fortem. c. 21, 2. ὄνον δεδεμένην, asinam ligatam. Joann. 11, 44. δεδεμένος τȣ̀ς πόδας, pro κατὰ τȣ̀ς πόδας, vinctus pedibus. 2) *In vincula conjicio*. Marc. 15, 7. Βαραββᾶς μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, Barabbas cum factiosis in vincula conjectus. Coloss. 4, 3. δι᾽ ἃ καὶ δέδεμαι, propter quod etiam in vincula conjectus sum. 3) *Interdico*, vel *illicitum pronuncio*, hebr. אָסַר, Matth. 16, 19. ὃ ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν ȣ̓ρανοῖς, quodcunque ligaveritis (illicitum pronunciaveritis) in terra, ligatum erit in cœlis. Hebræis אָסוּר, proprie ligatum est, sæpissime denotat, prohibitum est. Vide quæ Lightfootus notavit ad locum Matthæi. 4) *Morbo detineo*. Luc. 13, 16. ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς, quam ligavit Satanas. 5) Obligo. Rom. 7, 2. 1. Cor. 7, 39. γυνὴ δέδεται ἀνδρὶ, uxor obligata est marito. v. 27. δέδεσαι γυναικὶ; num obligatus est uxori? 6) *Impedio*. 2. Tim. 2, 8. ὁ λόγος τȣ̃ Θεȣ̃ ȣ̓ δέδεται, verbum Dei non ligatum est, & impeditum tanquam captivus.

Δὴ, 1) *Sane*, *profecto*. 2. Cor. 12, 1. καυχᾶσθαι δὴ ȣ̓ συμφέροι μοι, gloriari sane non conducit mihi. 2) *Videlicet*, *scilicet*. Matth. 13, 23. ὃς δὴ καρποφορεῖ, qui videlicet fructum fert. 3) *Age*, *quæso*. Luc. 2, 15. διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεέμ, age digrediamur usque ad Bethlehem. Actor. 15, 36. ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς ἡμῶν, quum reversi simus, quæso visitemus

mus fratres noſtros i. e. Chriſtianos. 4) Proinde, igitur. 1. Cor. 6, 20. ἠγοράσθητε τιμῆς· δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, empti eſtis pretio: glorificate igitur Deum in corpore veſtro. 5) Abundat. Actor. 13, 2. ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον, ſeparate mihi & Barnabam & Saulum. δήποτε aliquando tandem, unquam. Joann. 5, 4.

Δῆλος, η, ον, *Manifeſtus*, *notus*, certus, perſpicuus. Matth. 26, 73. ἡ λαλιά σε δῆλόν σε ποιεῖ, loquela tua manifeſtum te facit. δῆλον (ſc. ἐστι) manifeſtum eſt, patet, liquet. 1. Cor. 15, 27. Gal. 3, 11. 1. Tim. 6, 7.

Δηλόω, ῶ, f. ώσω, *Manifeſto*, *declaro*, indico, patefacio, (a δῆλος.) 1. Cor. 1, 11. ἐδηλώθη μοι περὶ ὑμῶν, manifeſtatum eſt mihi de vobis. cap. 3, 13. ἡ ἡμέρα δηλώσει, dies manifeſtabit. Coloſſ. 1, 8. Hebr. 9, 8. 11, 27. 1. Petr. 1, 11. ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, ſcrutantes, in quod aut quale tempus manifeſtaret Spiritus Chriſti, qui in ipſis erat. 2. Petr. 1, 14.

Δημᾶς, ᾶ, ὁ, *Demas*, nomen viri, coadjutoris Paulli. Coloſſ. 4, 14. Philem. v. 24. qui poſtea ad Judæos reverſus eſt. 2. Tim. 4, 10. Poſſet derivari a δῆμος populus, quaſi popularis, ſeu plebejus: ſed ego credo hebraicum eſſe, quia nomen דימי, Dimi, in Talmude ſæpius occurrit.

Δημηγορέω, ῶ, f. ήσω, *Concionor*, orationem ad populum habeo, (ex δῆμος & ἀγορέω, concionem in foro ad populum habeo.) Actor. 12, 21.

Δημήτριος, ίου, ὁ, *Demetrius*, nomen viri, δημήτριος, ὁ, ἡ, Cerealis, (quod eſt a Δημήτηρ, ερος, τρος, ἡ, Ceres, ex δῆ pro γῆ, terra, & μήτηρ, mater.) fuit faber argentarius Epheſi. Actor. 19, 24. 38. Alius Demetrii eſt mentio 3. Joann. v. 12.

Δημιουργὸς, ῦ, ὁ, ἡ, *Quilibet opifex*, auctor, architectus, *opifex publicus*, (ex δήμιος, ία, ον, publicus, & ἔργον opus.) Hebr. 11, 10. urbs cujus τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεὸς, artifex & auctor eſt Deus. Alia loca exhibet Elsnerus Obſ. ſacr. Tom. 1. p. 365.

Δῆμος, ου, ὁ, *Populus*, *plebs*, vulgus. Actor. 12, 22. 17, 5. 19, 30. 33.

Δημοσίᾳ, *Publice*, plene, ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ, in loco publico, (a δημόσιος.) Actor. 16, 37. δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, cum ceciderint nos publice cap. 18, 24. 20, 20.

Δημόσιος, ία, ον, *Publicus* (a δῆμος.) Actor. 5, 18.

Δηνάριον, ίου, τὸ, Vox latina, *denarius*, numiſma Romanum decem aſſibus conſtans, ſic ut argenteus conſtaret groſſis Misnenſibus quinque aut ultra: nam pretium numiſmatis, ut ſolet, ſæpe variavit. Matth. 18, 28. 20, 2. ſeqq. 22, 19.

Δήποτε, adv. *Aliquando*, *tandem*, unquam (ex δὴ & ποτὲ aliquando.) Joann. 5, 4. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι, quocunque unquam detinebatur morbo.

Δήπου, adv. *Utique*, *certe*, profecto, (ex δὴ & που particula encli-

enclitica.) Hebr. 2, 16. ἐ γαὲρ δήπε ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, non enim certe angelos assumit.

Διὰ, præpositio regens I. GENITIVVM, PER, sed varia significatione: denotat autem

1) Caussam efficientem. Joann. 1, 3. πάντα δι' αὐτῦ ἐγένετο, omnia per ipsum, per manum ipsius, ab ipso facta sunt. Rom. 1, 5. δι' ᾧ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, per quem, h. e. a quo (Christo) ego (Paullus) accepi gratiam Apostolatus. 1. Cor. 1, 8. δι' ᾧ ἐκλήθητε, a quo vocati estis.

2) Caussam ministerialem. Matth. 1, 22. τὸ ῥηθὲν διὰ τῦ προφήτε, quod dictum est per Prophetam. 1. Cor. 3, 5. δι' ὧν ἐπιστεύσατε, per quorum ministerium credidistis. Hebr. 2, 2. ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, sermo, qui (a Deo) per angelos, vel ministerio Angelorum est prolatus.

3) Caussam instrumentalem. Luc. 1, 70. Sicut locutus est διὰ σόματος τῶν ἁγίων ἀυτῦ προφητῶν, per os sanctorum Prophetarum suorum. 2. Joann. v. 12. nolo scribere διὰ χάρτε καὶ μέλανος, per chartam & atramentum.

4) Caussam impulsivam. Matth. 27, 18. διὰ φθόνε παρέδοκαν αὐτὸν, impellente invidia tradiderunt ipsum. cap. 13, 18. διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, movente ipsum incredulitate illorum.

5) Medium, per quod aliquid efficitur. Joann. 17, 20. Qui crediturі sunt, διὰ τῦ λόγε αὐτῶν, per verbum ab ipsis prædicatum. 1. Cor. 15, 2. δι' ἧ (ἐναγγελίε) καὶ σώζεσθε, per quod (Evangelium) etiam salvamini.

6) Subjectum. Act. 3, 16. ἡ πίστις ἡ δι' αὐτῦ, fides, quæ est in eum.

7) Caussam formalem. Luc. 8, 4. εἶπε διὰ παραβολῆς, dixit per parabolam. Marc. 16. διὰ τῶν ἐπακολουθόντων σημείων, per signa, quæ subsequebantur. Actor. 18, 9. Κύριος εἶπε δι' ὁράματος, Dominus dixit per visionem.

8) Caussam meritoriam. Actor. 10, 36. ἐναγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησῦ Χριστῦ, annuncians pacem per Jesum Christum, h. e. eam pacem, quam Christus promeruit. Rom. 5, 17. δι' ἑνὸς Ἰησῦ Χριστῦ, per unum, Jesum Christum regnabant justi in vita æterna.

9) Locum. Matth. 2, 12. δι' ἄλλης ὁδῦ ἀνεχώρησαν, per aliam viam secesserunt. Marc. 10, 1. διὰ τῦ (sc. μέρες) πέραν τῦ Ἰορδάνε, per regionem trans Jordanem. Luc. 17, 11. διὰ μέσε Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας, per mediam Samariam & Galilæam. Huc pertinet suo modo illud. 1. Cor. 3, 16. σωθήσεται, ὅτως δὲ, ὡς διὰ πυρὸς, servabitur, sed ita, tanquam per ignem. Nam qui ex medio incendio eripitur, ille magnum periculum subiit. Exempla ex aliis auctoribus adferunt. Jos. Scaliger ad h. l. Dougtæus Anal. S. Novi Test. Excursu 132. Sensus est: Talis Doctor animam suam quidem eripere potest, sed se tamen sine caussa magno periculo exponit.

10) Tempus, & nonnunquam denotat IN vel INTRA. Matth.

Matth. 18, 10. διὰ παντὸς, sc. χρόνε, per omne tempus, semper. c. 26, 61. διὰ τριῶν ἡμερῶν, intra tres dies. Luc. 5, 5. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐκοπιάσαμεν, per totam noctem laboravimus.

11) IN, CVM, quando statum indicat. 1. Tim. 2, 15. γυνὴ σωθήσεται διὰ τεκνογονίας, mulier salvabitur in & cum procreatione & educatione liberorum, vel educatione liberorum occupata. Ita Casauboniana p. 188.

12) Nonnunquam POST. Gal. 2, 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν, post quatuordecim annos. Actor. 24, 17. δι' ἐτῶν πλειόνων, post annos plures Marc. 2, 1. δι' ἡμερῶν, sc. διελθόσῶν τινων, interjectis aliquot diebus. Hæc ellipsis suppletur 2. Maccab. 1, 20. διελθόντων ἐτῶν ἱκανῶν, cum anni multi præteriissent. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 1. p. 132.

II. ACCVSATIVVM, & denotat

13) PER. Joann. 6, 57. κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ. Et ego vivo per Patrem, & comedens me vivet per me. Apoc. 12, 11. διὰ τὸ αἷμα τὸ ἀρνίε, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν. Vicerunt per sanguinem agni, & per verbum testimonii illorum.

14) PROPTER. Matth. 12, 17. διὰ τοῦτο, propter hoc, propterea. c. 10, 22. διὰ τὸ ὄνομά με, propter nomen meum. c. 13, 21. persecutio διὰ τὸν λόγον, propter verbum. Adscisit etiam Infinitivum cum articulo. Matth. 12, 27. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, propterea quod non haberet profunditatem terræ. Luc. 2, 4. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν, propterea quod esset ille ex familia & domo Davidis. Joann. 2, 24. διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντες, propterea quod ipse omnes cognosceret. Huc pertinent illa satis frequentia, διὰ τί; cur? διὰ τοῦτο, propterea.

Διαβαίνω, f. βήσομαι, *Permeo*, *transeo*, trajicio, (ex διὰ & βαίνω, eo.) Luc. 16, 26. διαβῆναι (inf. aor. 2.) ἐντεῦθεν, inde transire ad nos. Actor. 16, 9. Hebr. 11, 29. διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, transgressi sunt mare rubrum.

Διαβάλλω, f. βαλῶ, p. βέβληκα. 1) *Trajicio*, *transfero*, (ex διὰ & βάλλω, jacio.) 2) *Defero*, *criminor*. Luc. 16, 1. ὅτος διεβλήθη αὐτῷ, hic delatus est ipsi, tanquam dispergens opes ejus.

Διαβεβαιόομαι, ῶμαι, *Adfirmo*, *adsevero*, (ex διὰ, quod hoc loco intendit significationem, & βεβαιόω, firmo.) 1. Tim. 1, 7. Tit. 3, 8. βέλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, volo te confirmari.

Διαβλέπω, f. ψω, *Dispicio*, *perspicio*, visu penetro, (ex διὰ & βλέπω, video.) Matth. 7, 5. καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν, (pro τοῦ ἐκβαλεῖν ἕνεκα,) & tunc dispicies, ut ejicias. Luc. 6, 42.

Διάβολος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Calumniator*, *impostor*, (a διαβάλλω.) 1. Tim. 3, 11. Apostolus vult mulieres esse μὴ διαβόλες, non calumniatrices. Idem Tit. 2, 3. a presbyteris requirit. 2. Tim. 3, 3. Hesychius: διεβάλοντο, ἐξηπάτησαν. διεβλήθη, ἐξηπατήθη. διαβολὴ, λοιδορία. 2) *Diabolus*, Satan, κατ' ἐξοχὴν, sic vocatur.

tur. Calumniatur enim Deum apud homines, & homines apud Deum. Matth. 4,1. seqq. 13,39. 25,41. Hebr. 2,14. Jacob. 4,7. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, resistite diabolo. 1. Petr. 5,8. 1. Joann. 3,8. Apoc. 2,10. 12,9. 20,2. 3) *Homo malus* diabolo deditus. Joann. 6,70. καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν, & ex vobis unus diabolus est. Sic Haman Esther 7,4. 8,1. dicitur διάβολος, hebr. צַר & צוֹרֵר, angustians Judæos. Adde Borremansii Var. Lect. c. 8. Alias διαβολή, oppositio, etiam bono Angelo tribuitur. Num. 22,32.

Διαγγέλλω, f. ελῶ, *Annuncio, divulgo*, (ex διὰ & ἀγγέλλω, nuncio.) Luc. 9,60. Actor. 21,26. Rom. 9,17. ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ut annuncietur, divulgetur nomen meum in omni terra.

Διαγίνομαι, f. γενήσομαι. 1) *Intersum* (ex διὰ & γίνομαι, sum.) 2) *Absolvor, finior.* Marc. 16,1. καὶ διαγενομένης τῆς Σαββάτου, & exacto Sabbato. Actor. 25,13. ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, diebus autem quibusdam præterlapsis. Alia exempla habet Elsnerus Observ. sacr. tom. 1. p. 168.

Διαγινώσκω, f. γνώσομαι, *Pernosco, plane cognosco*, (ex διὰ & γινώσκω, cognosco.) Actor. 23,15. 24,22.

Διαγνωρίζω, f. σω, *Notifico, divulgo*, (ex διὰ & γνωρίζω, nosco, notum facio.) Luc. 2,17.

Διάγνωσις, εως, ἡ, *Cognitio, discretio*, (a διαγινώσκω.) Act. 25,21. εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, usque ad cognitionem (causæ pervestigationem) Cæsaris.

Διαγογγύζω, f. ύσω, *Obmurmuro*, valde murmuro, (ex διὰ & γογγύζω, murmuro.) Luc. 15,2. 19,7.

Διαγρηγορέω, ῶ, f. ήσω, *Evigilo*, (ex διὰ & γρηγορέω, vigilo.) Luc. 9,32.

Διάγω, f. ξω. 1) *Traduco, trajicio*, transmitto, (ex διὰ & ἄγω.) 2) *Vitam dego, traduco.* Sed βίος subauditur. Plene 1. Tim. 2,2. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, ut quietam & tranquillam vitam degamus. Elliptice occurrit Tit. 3,3. ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες (sc. βίον,) in malitia & invidia vitam degentes.

Διαδέχομαι, *Recipio*, (a διὰ & δέχομαι, capio.) Actor. 7,45.

Διάδημα, ατος, τὸ, *Diadema*, ornamentum capitis, corona, (a διαδέω, cingo, redimio, item, corono, ex διὰ & δέω ligo, vincio.) Apoc. 12,3. 13,1. 19,12.

Διαδίδωμι, f. δώσω, 1) *Trado* per manus, (ex διὰ & δίδωμι, do.) Joann. 6,11. καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, & postquam gratias egit, tradidit discipulis. Apoc. 17,13. 2) *Distribuo.* Luc. 11,22. 18,22. καὶ διαδὸς πτωχοῖς, & distribue pauperibus. Actor. 4,35.

Διάδοχος, ε, ὁ, ἡ, *Successor*, (a διαδέχομαι.) Actor. 24,27. ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ accepit successorem Felix.

Διαζωννύω, ζώσω, *Cingo.* (a διὰ & ζωννύω, cingo) Joann. 13,4. διεζώσατο (aor. 1.) ἑαυτόν, cingit semetipsum. v. 5. ᾧ ἦν διεζωσμένος,

σμένος, quo erat cinctus, idque ex more servorum. Phædrus: ex alticinctis unus atriensibus; ubi vide Interpretes. Adde Ramiresii Pentecontarchum c. 13. Dilherrum Disp. tom. 2. p. 73.

Διαθήκη, ης, ἡ, *Dispositio, fœdus, testamentum*, (a διατίθημι, dispono.) 2. Cor. 3, 14. ἐν τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης, in lectione veteris fœderis. Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης, sanguis novi testamenti. Gentiles sunt ξένοι (ἀπὸ) τῶν διαθηκῶν, peregrini (remoti) a fœderibus. Ephes. 2, 12.

Διαίρεσις, εως, ἡ, *Divisio, distributio*, distinctio, differentiarum constitutio, (a διαιρέω, divido, distinguo.) 1. Cor. 12, 4. 5. 6.

Διαιρέω, ῶ, f. ήσω, *Divido, distribuo*, (ex διὰ & αἱρέω, capio.) Luc. 15, 12. διεῖλεν (aor. 2.) αὐτοῖς τὸν βίον, divisit ipsis facultates. 1. Cor. 12, 11. πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται, Spiritus distribuens propria unicuique, sicuti vult.

Διακαθαρίζω, f. ίσω, *Perpurgo, purifico*, mundo, (ex διὰ & καθαρίζω, purgo.) Matth. 3, 12. διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, purificabit aream suam. Luc. 3, 17.

Διακατελέγχομαι, *Magis ac magis redarguo*, cum evictione demonstro, (ex διὰ, κατὰ, & ἐλέγχω, arguo, redarguo, convinco.) Actor. 18, 28. διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, publice coarguit.

Διακονέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Famulor, ministro*, (ex διὰ & κονέω, ministro, famulor,) Matth. 4, 11. καὶ διηκόνουν αὐτῷ, & ministrabant ipsi. cap. 8, 15. 20, 28. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, filius hominis non venit, ut ministraretur ipsi, sed ut ministraret. cap. 27, 55. Marc. 1, 31. 15, 41. Luc. 10, 40. 12, 37. 17, 8. 22, 26. 27. 2) *Sum Diaconus mensæ*, quorum munus erat, ut rerum, quæ ad mensam & victum quotidianum Christianorum pertinebant, curam agerent. Actor. 6, 2. Rom. 15, 25. διακονῶν τοῖς ἁγίοις, ministrans Christianis. Hebr. 6, 10. 3) *Eleemosynas colligo & distribuo*, 2. Cor. 8, 19. 20. 4) *Sum minister verbi*. 2. Cor. 3, 3. ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, estis epistola Christi ministerio nostro conscripta. Id autem apud Judæos moris fuisse, ut discipuli cum charta inscripta comparentur, docet locus in Pirke Aboth. c. 4, 20. Philem. v. 13. 1. Petr. 1, 12. 1. Tim. 3, 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, qui Diaconatu verbi bene functi sunt: id enim patet ex v. 9.

Διακονία, ίας, ἡ, 1) *Ministerium*, (a διακονέω.) Luc. 10, 40. ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν, Martha vero distrahebatur circa multum ministerium. Hebr. 1, 4. 2) *Diaconatus in ecclesia*, ministerium verbi divini Actor. 1, 17. καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, & sortitus est sortem ministerii hujus. cap. 6, 4. 20, 24. 21, 19. Rom. 11, 13. 15, 31. 2. Cor. 3, 7. διακονία τοῦ θανάτου, ministerium mortis, v. 9. κατακρίσεως condemnationis, est ministerium legis, quæ iram & mortem annunciat. διακονία δικαιοσύνης, ministerium justitiæ est evangelii, quæ justitiam per fidem in Christum docet. cap. 4, 1. 5, 18.

5, 18. 6, 3. 11, 8. Ephes. 4, 12. 1. Tim. 1, 12. 2. Tim. 4, 5. 11. 3) *Ministerium mensæ* sive necessitatis quotidianæ, cura eleemosynarum in pauperes erogandarum. Actor. 6, 1. 11, 29. 12, 25. Rom. 12, 7. εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ. Monet Apostolus, etiam in tali munere adesse peculiaria charismata, scilicet prudentiæ, comitatis, patientiæ, &c. quæ in eo, qui eleemosynas colligit & distribuit, requiruntur. 1. Cor. 16, 15. 2. Cor. 8, 4, 9, 1. 12, 13. Coloss. 4, 17.

Διάκονος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Minister, famulus*, (a διακονέω.) Matth. 20, 26. 22, 13. 23, 11. ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσται ὑμῶν διάκονος, qui vero major (maximus) vestrum, erit vester minister. Joann. 2, 5. 9. 12, 26. Rom. 13, 4. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν (sc. ἡ ἐξουσία,) Dei enim minister est (magistratus.) 2. Cor. 11, 15. Gal. 2, 17. 2) *Diaconus ecclesiæ*, διάκονος τοῦ λόγου, minister verbi divini. 1. Cor. 3, 5. 2. Cor. 3, 6. 6, 4. 11, 23. Ephes. 3, 7. 6, 21. Coloss. 1, 7. 23. 24. 4, 7. 1. Thess. 3, 2. 1. Tim. 3, 8. 12. 3) διάκονος τραπέζης, *minister mensæ*, qui eleemosynas distribuebant pauperibus, bonorum ecclesiasticorum administrator. Officium vero Diaconatus transit ad Christianos ex Ecclesia Judaica, in qua Synagogis singulis erant tres פַּרְנָסִים, Lightfoot ad Matth. 4, 20. p. 249. Rom. 16, 1. ὄντα διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν κεγχρεαῖς, quæ est ecclesiæ in Cenchriis diaconissa.

Διακόσιοι, ίαι, ια, *Ducenti*, (ex διὰ & ἑκατόν, centum.) Marc. 6, 37. διακοσίων δηναρίων ἄρτους, ducentorum denariorum panes. Joann. 21, 8. Actor. 23, 23. 27, 37. Apoc. 11, 3. 12, 6.

Διακούω, f. ούσω, 1) *Audio*, ut discipulus præceptorem. 2) *Audio*, (ex διὰ & ἀκούω, audio.) Actor. 23, 35. διακούσομαί σου (pro ἐκ, sive παρά σου,) audiam te.

Διακρίνω, f. ῶ, 1) *Discerno*, discrimino, secerno, (ex διὰ & κρίνω, secerno.) Actor. 15, 9. κοὐδὲν (pro κατ' οὐδὲν) διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, & in nulla re discrevit (discrimen fecit) inter nos & illos. 1. Cor. 11, 29. μὴ διακρίνων σῶμα τοῦ κυρίου, non discernens corpus Domini. 2) *Dijudico*. Matth. 16, 3. 1. Cor. 6, 5. 11, 31. εἰ δὲ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἐκρινόμεθα, si vero nos ipsos dijudicaremus, non judicaremur. cap. 14, 29. 3) διακρίνομαι, *discepto, judicio contendo*. Actor. 11, 2. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν, contenderunt cum ipso. Jud. v. 9. 22. 4) *Dispicio, hæsito*, judicium suspendo, dubito. Matth. 21, 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε, si habeatis fidem, & non dubitetis. Marc. 11, 23. Actor. 10, 20. μηδὲν διακρινόμενος, non hæsitans, dubitans. Rom. 4, 20. 14, 23. Jacob. 1, 6. 2, 4.

Διάκρισις, εως, ἡ, *Discretio*, discriminatio, dijudicatio, (a διακρίνω.) Rom. 14, 1. μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, non in dijudicatione cogitationum. εἰς ponitur pro ἐν. Sensus: ita, ut de cogitationibus & intentione aliorum non temere judicium feratis.

Hebr. 3, 14. διακρίσεις πνευμάτων, discretiones spirituum, i. e. donorum spiritualium.

Διακωλύω, f. ύσω, *Impedio, prohibeo*, veto (ex διὰ & κωλύω, veto.) Matth. 3, 14.

Διαλαλέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Colloquor*, (ex διὰ & λαλέω, loquor.) Luc. 6, 11. διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, colloquebantur secum invicem. 2) *Divulgo*. Luc. 1, 65. διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, divulgabantur omnes res hæ.

Διαλέγομαι, 1) *Loquor*, sermocinor. Hebr. 12, 5. ἥτις ὑμῖν, ὡς υἱοῖς, διαλέγεται, quæ vobis, tanquam filiis, loquitur. 2) *Disputo*, differo. Actor. 17, 2. 17. 18, 4. 19. 19, 8. 9. 20, 7. 9. 24, 12. 25.

Διαλείπω, f. ψω, 1) *Intermitto*, interjicio, (ex διὰ & λείπω, linquo.) 2) Cum Participio, intermitto, *cesso, desino*, Luc. 7, 45. ἀ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας, non omisit osculari pedes meos.

Διάλεκτος, ε, ἡ, sc. γλῶσσα, 1) *Modus loquendi* peculiaris, idioma linguæ, Dialectus, (a διαλέγω.) 2) *Lingua*, Actor. 1, 19. 2, 6. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, sua lingua. c. 21, 40. τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ, lingua hebraica.

Διαλλάσσω vel διαλλάττω, f. ξω, 1) *Muto, permuto*. (ex διὰ & ἀλλάσσω, muto.) 2) *Reconcilio*. Quando enim aliquis reconciliatur, tum ex inimico mutatur in amicum. Matth. 5, 24. πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, primum reconciliare fratri tuo.

Διαλογίζομαι, f. ίσομαι, *Ratiocinor*, animo verso, cogito, (ex διὰ & λογίζομαι, ratiocinor, quod est a λόγος ratio.) Matth. 16, 7. διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, ratiocinabantur apud semet ipsos. c. 21, 25. Marc. 2, 6. 8. 8, 16. 17. 9, 33. Luc. 1, 29. 3, 15. 12, 17. 20, 14. Joann. 11, 50.

Διαλογισμὸς, ὁ, 1) *Cogitatio* hominis secum ratiocinantis, (a διαλογίζομαι.) Matth. 15, 19. διαλογισμοὶ πονηροὶ, ratiocinationes malæ. Luc. 2, 35. 5, 22. 6, 8. 9, 46. 24, 38. Rom. 1, 21. 14, 1. 1. Cor. 3, 20. διαλογισμὸς τῶν σοφῶν, ratiocinationes sapientum. Jacob. 2, 4. 2) *Dubitatio*. Philipp. 2, 14. χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν, sine murmurationibus & dubitationibus. 1. Tim. 2, 8.

Δυαλύω, f. ύσω, 1) *Dissolvo*, (ex διὰ & λύω, solvo.) 2) *Tollo, abrogo*. Actor. 5, 36. καὶ πάντες, ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, & omnes, qui obediebant ipsi, dissoluti, dispersi sunt. Plura habet Elsnerus Observ. sacr. tom. 1. p. 387.

Διαμαρτύρομαι, 1) *Testificor, obtestor*, (ex διὰ & μαρτύρομαι, testor.) Luc. 16, 28. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ut illis obtestetur. 2) *Prædico*. Prædicatio enim Evangelii est testimonium eorum, quæ Apostoli apud Jesum, magistrum suum, viderant. Actor. 2, 40. 8, 25. 10, 42. 18, 5. διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, prædicans Judæis Christum Jesum. c. 20, 21. 24. 28, 23. 1. Thess. 4, 6. Adde etiam μαρτυρέω.

Διαμά-

Διαμάχομαι, f. ήσομαι, έσομαι, & ξομαι, *Depugno*, *acriter pugno*, repugno, (ex διὰ & μάχομαι, pugno.) Actor. 23, 9.

Διαμένω, f. ενῶ, p. μεμένηκα, *Permaneo*, *perduro*, (ex διὰ & μένω, maneo.) Luc. 1, 22. καὶ διέμενε κωφὸς & permanebat mutus. cap. 22, 28. Gal. 2, 5. Hebr. 1, 11. σὺ δὲ διαμένεις, tu autem permanes. 2. Petr. 3, 4.

Διαμερίζω, f. ίσω, 1) *Partior*, *distribuo*, (ex διὰ & μερίζω, partior.) Marc. 15, 24. διεμέριζον τὰ ἱμάτια αὐτῦ, partiebantur vestimenta ejus. Luc. 22, 17. Actor. 2, 45. διεμέριζον αὐτὰ πᾶσιν, distribuebant illa omnibus. Med. διαμερίζομαι, idem. Matth. 27, 35. Passiv. διαμερίζομαι. 2) *Dividor*. Actor. 2, 3. διαμεριζόμεναι γλῶσσαι, linguæ divisæ Vide in γλῶσσα. 3) *Dividor*, *dissideo*. Luc. 11, 17. πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα, omne regnum contra se ipsum divisum. Luc. 12, 52. 53.

Διαμερισμὸς, ῦ, ὁ, 1) *Partitio*, *distributio*, (a διαμερίζω.) 2) *Dissidium*. Luc. 22, 51.

Δῶρον, ε, τὸ, 1) *Donum, munus*. Matth. 2, 11. Luc. 21, 1. 4. Epheſ. 2, 8. Apoc. 11, 10. 2) Pro *ſacrificio* ponitur. Matth. 5, 23. 8, 4. 15, 5. 23, 18. Marc. 7, 11. Hebr. 5, 1. 8, 3. 4. 9, 9. 11, 4. Ipſam vocem קׇרְבָּן retinuerunt Judaici ſcriptores, ut ſacrificium indigitarent. 3) *Oblatio*, quæ Deo fit. Luc. 21, 4. ἔβαλον εἰς τὸ δῶρα τῆ Θεῆ, miſerunt in donaria Dei, qui locus alias dicitur γαζοφυλάκιον.

E.

Ἔα, *ah, hem*: interjectio querentis. Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. ab hebr. הֵאָח, quod idem denotat.

Ἐὰν, Conjunct. *Si*. Matth. 4, 9. ἐὰν προσκυνήσῆς μοι, ſi adoraveris me. c. 5, 13. ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῆ, ſi ſal infatuatus fuerit &c. 2) Geminatum cum τε notat SIVE, Rom. 14, 8. ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, ſive enim vivamus, ſive moriamur. 3) QVAMVIS. 1. Cor. 4, 15. ἐὰν γὰρ μυρίᾶς παιδαγωγὲς ἔχητε, quamvis enim decies millenos pædagogos habeatis. 4) QVANDO. 1. Joann. 3, 2. ἐὰν φανερωθῆ, quando manifeſtatur. Joann. 6, 60. ἐὰν ἓν θεωρεῖτε, quando igitur videritis. 5) POSTQVAM, Joann. 12, 32. ἐὰν ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς, poſtquam

exaltatus fuero a terra. c. 14, 3. 16, 7. ἐὰν πορευθῶ, poſtquam abiero. 6) Redundat, ſive eſt particula potentialis, pro ἄν, Matth. 7, 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς, quem rogaverit filius: c. 8, 19. ὅπε ἐὰν ἀπέρχῃ, quocunque abieris &c. 7) Deficit, Lucæ 11, 5. καὶ πορευσεται πρὸς αὐτὸν, & venerit ad ipſum.

Ἐὰν μή, 1) *Niſi.* Joann. 3, 2. ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτᾶ, niſi Deus fuerit cum illo. 2) *Si non*, Matth. 6, 15. ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε, ſi vero non remiſeritis.

Ἑαυτᾶ, ῆς, ᾷ, *Sui ipſius*, (ex ἕο pro ἕ, ſui, & αὐτὸς, ipſe,) plerumque perſonam tertiam indigitat, ſed & reliquas, præcipue in numero plurali, prout contextus facile docet. Matth. 3, 9. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ne dicatis in vobismet ipſis. c. 23, 31. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, adeoque teſtimonium perhibetis vobis ipſis. Actor. 23, 14. ἀνεθεματισάμεθα ἑαυτὰς, devovimus nos ipſos. Rom. 13, 9. diliges proximum tuum ὡς ἑαυτὸν, tanquam te ipſum. 1. Cor. 6, 19. οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν, non eſtis veſtri ipſorum, h. e. non habetis potentiam & libertatem in vosmet ipſos. c. 11, 31. εἰ ἑαυτὰς διεκρίνομεν, ſi nosmet ipſos dijudicaremus. Epheſ. 4, 32. χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, condonantes vobis invicem: Hebr. 10, 25. μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, non relinquentes congregationem noſtram. Peculiare eſt hoc, Act. 12, 11. Petrus γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, cum ad ſe ipſum rediiſſet: qui ante obſtupuerat. Utitur hac phraſi Xenophon, teſte Raphelio, & Euſtathius de Iſmeniæ & Iſmenes amoribus libr. 3. p. 66. Joann. 20, 10. ἀπῆλθον πάλιν πρὸς ἑαυτὰς οἱ μαθηταὶ, abierunt rurſus ad ſemet ipſos diſcipuli, h. e. domum ſuam. Sic Act. 16, 40. 28, 90. Heliodorus Aethiop. lib. 1. p. 18. Berglerus ad Alciphronem 1. epiſt. 4. p. 20. 21. 1. Theſſ. 5, 13. εἰρηνεύτε ἐν ἑαυτοῖς, habete pacem inter vos invicem. Judæ v. 20, ἐποικοδομᾶντες ἑαυτὰς, ædificantes vos invicem. Heſychius: ἑαυτὰς, ἀλλήλας. Adde Jo. Alberti Obſerv. Philol. p. 389.

Ἐάω, ῶ, f. άσω, 1) *Sino, permitto.* Luc. 4, 41. οὐκ ἄα αὐτὰ λαλεῖν, non permittebat ipſos loqui. 1. Cor. 10, 13. οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι, non ſinet vos tentari. 2) *Dimitto*, miſſum facio. Act. 5, 38. καὶ ἐάσατε αὐτὰς, & dimittite ipſos. 3) *Demitto.* Act. 27, 40. ἄων ἀγκύρας εἰς τὴν θάλασσαν, demittebant anchoras in mare.

Ἑβδομήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, *Septuaginta*, (ab ἕβδομος.) Luc. 10, 1.

Ἑβδομηκοντάκις, adv. *Septuageſies.* Matth. 18, 22.

Ἕβδομος, η, ον, *Septimus*, (ab ἑπτα, ſeptem.) Hebr. 4, 4. εἴρηκέ πε περὶ τῆς ἑβδόμης (ſc. ἡμέρας,) dixit alicubi de die ſeptimo.

Ἕβερ, vel Ἔβερ, ὁ, *Heber* vel *Eber*, nomen viri hebr. ἄκλιτον, a quo Hebræi nomen duxerunt. Luc. 3, 35. Derivatur ab עָבַר, tranſiit, עֵבֶר, tranſitus, unde עִבְרִי, Hebræus: quia primi patres tranſierunt ab una regione ad aliam.

Ἑβραϊκὸς, ἡ, ὸν, *Hebraicus*, Luc. 23, 38.

Ἑβραῖος

Ἑβραῖος, αία, αῖον, *Hebræus*, (ab Ἕβερ.) Actor. 6, 1. Phil. 3, 5. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, qui genus ex nulla alia, quam Hebraica, profapia deducit. Vide Druſii Obſerv. 4, 20. Maji Obſ. ſacras lib. 2. p. 116.

Ἑβραΐς, ίδος, ἡ, *Hebræa*. Actor. 21, 40. τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ, Hebræo ſermone. c. 26, 14. 22, 2.

Ἑβραϊστί, adv. *Hebraice*, (ab eodem) Joann. 5, 2. 19, 13. 17, 20. Apoc. 9, 11. 16, 16.

Ἐγγίζω, f. ίσω, *Appropinquo*, immineo, inſto, accedo, (ab ἐγγύς, prope.) Habet poſt ſe Dativum, vel cum εἰς & ἐπὶ conſtruitur. Matth. 3, 2. 15, 8. ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, appropinquat mihi populus hic ore ſuo. cap. 21, 1. καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, & cum appropinquaviſſent ad Hieroſolymam. cap. 26, 45. 46. Luc. 7, 10. 9, 11. 12, 33. &c. Phil. 2, 30. μέχρι θανάτου ἤγγισε, morti proximus fuit.

Ἐγγράφω, f. ψω, *Inſcribo*, intra ſcribo, (ex ἐν & γράφω, ſcribo.) 2. Cor. 3, 2. 3.

Ἔγγυος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Præs, vas*, vadis, *ſponſor*, (ab ἐγγύη, ſponſio, fidejuſſio.) Hebr. 7, 22. Jeſus fuit κρείττονος διαθήκης ἔγγυος, melioris fœderis ſponſor, quam Aaroniticum & legale fuit.

Ἐγγύς, adv. *prope*. Matth. 24, 32. γινώσκετε, ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος, cognoſcitis, quod prope eſt æſtas. Semper fere cum Genitivo poſitum invenies. Joann. 6, 19. ἐγγὺς τοῦ πλοίου, prope ad navem. v. 23. 11, 18. 54. 19, 20. Actor. 9, 38. Rom. 10, 8. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, prope tibi verbum eſt. Hebr. 6, 8. 8, 13. cum Dativo ſemel occurrit, Actor. 27, 8. hinc Comparativus ἐγγύτερος, έρα, ον, propior, ἐγγύτερον, propius, adverbialiter. Rom. 13, 11.

Ἐγείρω, f. ερῶ, 1) *Excito*, expergefacio. Matth. 8, 25. ἤγειραν αὐτόν, excitarunt ipſum. Actor. 12, 7. Paſſivum ἐγείρομαι, excitor, expergefio, ſurgo. Matth. 2, 13. ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ βρέφος, poſtquam expergefactus es, ſume infantem. cap. 8, 26. Marc. 4, 27. metaph. Epheſ. 5, 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων, ſurge, qui dormis. Eſt imperat. aor. 1. medii, & habet ſignificationem reciprocam, excita te ipſum, excitare. Rom. 13, 11. 2) *Erigo*, ſurgere facio. Matth. 12, 11. οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; nonne ſumet illam (ovem) & eriget? Act. 3, 7. Et ſumens illum dextra manu, ἤγειρε, erexit. 3) *Ex morbo erigo*, excito. Marc. 1, 31. ἤγειρεν αὐτήν, excitavit illam. c. 9, 27. Jacob. 5, 15. Sic etiam in paſſivo, ex morbo excitor, ſurgo. Matth. 8, 15. καὶ ἠγέρθη, καὶ διηκόνει αὐτοῖς, & ſurgebat, & miniſtrabat ipſis. c. 9, 6. 7. & in medio c. 9, 5. ἔγειραι καὶ περιπάτει, ſurge & ambula. 4) *Ex mortuis excito*. Matth. 10, 8. νεκροὺς ἐγείρετε, mortuos excitate. Joann. 5, 21. 12, 1. Act. 3, 15. ἐγείρομαι, ex mortuis excitor, ſurgo. Matth. 9, 25. ἠγέρθη τὸ κοράσιον, excitata eſt puella. cap. 11, 5. νεκροὶ ἐγείρονται, mortui excitantur. 5) *Excito, oriri vel ſurgere facio*. Matth. 3, 9. Deus poteſt ex lapidibus ἐγεῖραι τέκνα

τῷ Ἀβραὰμ, excitare filios Abrahamo Luc. 1, 69. καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας, & excitavit cornu salutis. Actor. 13, 22. 6) *Exstruo*, ædifico. Joann. 2, 19. ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν, tribus diebus excitabo illud templum, corporis scil. sui. 7) ἐγείρομαι, *surgo* de loco. Matth. 9, 19. καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησᾶς, & postquam excitatus esset, surrexisset Jesus. cap. 17, 7. ἐγέρθητε καὶ μὴ φοβεῖσθε, surgite, & ne metuite. Marc. 3, 3. Joann. 11, 29. 8) *Orior*. Matth. 11, 11. οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, non ortus est, surrexit ex natis mulierum. cap. 24. ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, falsi prophetæ surgent. 9) *Excitor, insurgo contra aliquem*. Matth. 24, 7. ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, insurget gens contra gentem.

Ἔγερσις, εως, ἡ, *Resurrectio*, (ab ἐγείρω.) Matth. 27, 53.

Ἐγκάθετος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Insidiator*, (ex ἐν & καθίημι, mitto.) Luc. 20, 20. Sic Jobi 19, 12. ἐκύκλωσάν με ἐγκάθετοι, circumdederunt me insidiatores. c. 31, 9. ἐγκάθετος ἐπὶ θύραις γυναικὸς ἑτέρας, qui fores peregrinæ fœminæ obsidet. Thucydides init. lib. 3. ἐγκαθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν, insidiantes spoliarunt terram. Symmachus & LXX. Psalm. 10, 8. ἐγκάθηται ἐνεδρεύων vel ἔνεδρα, sedet insidians.

Ἐγκαίνια, ίων, τὰ, *Encænia*, festus dies novi operis memoriæ dicatus (ex ἐν & καινὸς, novus.) Joann. 10, 22. significat festum in memoriam renovationis sive repurgationis templi per Maccabæos mense Decembri. Hebr. dicitur חֲנֻכָּה. Alia quoque Encænia celebrabant Judæi, scil. templi a Zorobabele reædificati & ab Herode reparati. Reland. Antiq. hebr. 4, 9. 6. Leydekkerus de rep. Hebr. 9, 8.

Ἐγκαινίζω, f. σω, *Dedico*, (ex iisdem.) Hebr. 9, 18. ἡ πρώτη σκηνὴ ἐγκεκαίνισται, prius tabernaculum initiatum, dedicatum est. 2) *Instauro, renovo*. Hebr. 10, 2. Christo ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν, instauravit, novum fecit introitum.

Ἐγκαλέω, ῶ, f. ήσω, *Accuso*, in jus voco, (ex ἐν & καλέω, voco.) Actor. 19, 38. 40. 23, 28. 29. 26, 2. 7. Rom. 8, 3. τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; quis accusabit (ita ut stet) contra electos Dei? Proverb. 19, 5. ὁ ἐγκαλῶν ἀδίκως οὐ διαφεύξεται, qui accusat injuste, non effugiet.

Ἐγκαταλείπω, f. ψω, 1) *Derelinquo*, desero in discrimine, destituo. Matth. 27, 46. Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Deus mi, Deus mi, cur me dereliquisti? 2. Tim. 4, 10. 16. Hebr. 10, 25. 13, 5. οὐδ' οὐ μήσε ἐγκαταλίπω, neque unquam te deseram. 2. Cor. 4, 9. διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι, persecutione premimur, sed non deserimur. Apud Græcos καταλείπεσθαι, illi gladiatores dicuntur, qui nusquam, ne a tergo quidem, ab hoste tuti sunt. Tales vero licet postea vincerent, non coronabantur, propterea, quod non satis cauti atque in arte pugnandi exercitati invenirentur. Vid. Hammondum, qui aliquot exem-

exempla adducit. Paullus ergo dicit: Quamvis me hostes nonnunquam in fugam conjiciant, nunquam tamen a Deo sic destituor, ut cupidini ipsorum totus tradar, sed semper aliquod effugium atque elabendi rima mihi relinquitur. 2) *Relinquo.* Act. 2, 27. 3) *Reservo*, reliquum facio. Rom. 9, 29.

Ἐγκατοικέω, ῶ, f. ήσω, *Inhabito*, incola sum, (ex ἐν & κατοικέω, habito.) 2. Petr. 2, 8.

Ἐγκεντρίζω, f. σω. 1) *Stimulo*, pungo, (ex ἐν & κέντρον, stimulus, aculeus.) Cum vero κέντρον etiam punctum in circulo medium significet, inde est, ut ἐγκεντρίζω sit 2) *Insero.* Notum in materia insitionis vocabulum, cujus rei rationem describit Florentinus in Geoponicis 4, 12. 13. Rom. 11, 17. 19. 23. 24. ubi adhibetur metaphorice de gentilibus, qui in Ecclesiam Christianam tanquam surculus oleastri s. oleæ silvestris in meliorem & generosiorem insiti sunt. Alio sensu hæc vox adhibetur Sapient. 16, 11. pro exstimulare.

Ἔγκλημα, τος, τὸ, *Crimen*, cujus aliquis accusatur, (ab ἐγκαλέω.) Act. 23, 29. 25, 16.

Ἐγκομβόομαι, ῶμαι, f. ώσομαι, *Induor, ornor*, (ex ἐν & κομβόω, orno.) 1. Petr. 5, 5. τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, humilitate vos ornate. Est medium, quod habet significationem reciprocam. Hesychius: ἐγκομβωθεὶς, δεθεὶς. κοσμώσασθαι, στολίζεσθαι. Innuitur igitur ornamentum, quale mulierculæ sibi alligant, aut tanquam stola se circumdant. Theodotion Jes. 3, 20. עֲדָיוֹת, vertit, ἐγκομβώματα, adeoque ad ornamenta muliebria refert.

Ἐγκοπὴ, ῆς, ἡ, 1) *Incisio*, incisura, (ab ἐγκόπλω.) 2) *Impedimentum.* 1. Cor. 9, 12.

Ἐγκόπλω, f. ψω, 1) *Incido*, (ex ἐν & κόπλω, scindo.) 2) metaph. *impedio*, interpello. Actor. 24, 4. Rom. 5, 2. 1. Thess. 2, 18. 1. Petr. 3, 7.

Ἐγκράτεια, ας, ἡ, 1) *Continentia*, temperantia, (ab ἐγκρατής.) Act. 24, 25. 2. Petr. 1, 6. 2) *Moderatio* ab ira. Gal. 5, 13.

Ἐγκρατεύομαι, f. εύσομαι, *Contineo me*, sum continens (ab eodem.) 1. Cor. 7, 9. 9, 25. πᾶς ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα (pro κατὰ πάντα) ἐγκρατεύεται, omnis, qui certat, in omnibus continens est. Cursores ad agilitatem conservandam multa abstinentia a Venere & variis cibis opus habebant, iisque non nisi exquisitissimis & modice utebantur. Interpp. Aeliani Var. H. 10, 2. & 11, 3. Joubertus de ludis gymnicis. c. 5. addatur locus elegans Epict. c. 35.

Ἐγκρατὴς, έος, ὁ, ἡ, 1) *Qui in potestate habet aliquid*, (ex ἐν & κράτος, robur.) 2) *Qui potestatem habet sui ipsius* & suorum adfectuum. Tit. 1, 8.

Ἐγκρίνω, f. νῶ, *Adjungo* (ex ἐν & κρίνω, judico.) 2. Cor. 10, 12.

Ἐγκρύπλω, f. ψω, *Condo, tego*, occulo, (ex ἐν & κρύπλω, occulto.) Matth. 13, 33. Luc. 13, 21.

Ἔγκυος,

Ἔγκυος, ε, ἡ, Fœtum habens, *prægnans, gravida*, (ex ἐν & κύω, ſum prægnans.) Luc. 2, 5. ἧσῃ ἐγκύῳ, quæ erat gravida.

Ἐγχρίω, f. ἰσω, *Inungo, illino*, (ex ἐν & χρίω, ungo.) Apoc. 3, 18.

Ἐγώ, ἐμοῦ, & μοῦ, pron. *Ego.* 1) Additur propter Emphaſin Matth. 3, 11. 14. 5, 22. ſeqq. Marc. 12, 16. ἐγὼ ὁ θεὸς Ἀβραάμ (ſc. εἰμὶ,) quod deficit more hebraico. Joann. 1, 23. ἐγὼ φωνὴ βοῶντος (ſc. εἰμὶ,) ego ſum vox clamantis. Act. 7, 32. 2. Cor. 11, 23. In epiſtolis Pauli pronomen ἐγὼ aliquando notat ipſum Apoſtolum, aliquando alium quemcunque Chriſtianum, interdum Judæum & omnem hominem. Rom. 7, 8. 9. 11. 13. 17. 18. 23. 24. 1. Cor. 10, 30. Gal. 2, 19. 20. & κἀγώ. Rom. 3, 7. Plurale ἡμεῖς, nos notat ipſum Paulum. Rom. 3, 8. 2. Cor. 1, 4. 10. ſeq. illos, qui cum ipſo ſcripſerunt, reliquos Apoſtolos aut Evangelii miniſtros. 1. Cor. 1, 23. 4, 1. 8. 9, 10. &c. aut in genere omnes homines. Rom. 3, 5. Aliquando per hanc particulam Paulus ſe conjungit cum Judæis converſis. Gal. 2, 4. aliquando cum gentibus fidelibus. Epheſ. 1, 4. 5. ſeqq. & aliis, prout ſenſus vel latiorem, vel ſtrictiorem acceptionem admittit. Inſuper Pluralis pronominis hujus more haud incognito ponitur pro ſingulari. Matth. 3, 15. 3. Joann. v. 9. 12. Alia exempla exhibet Glaſſius in Philologia S. lib. 3. Tract. 3. can. 51. 2) Ἐγὼ eſt vox annuentis Matth. 21, 30. ἐγὼ, κύριε, Ego Domine, faciam vel ibo. Græcos ſimiliter loqui docet Elsnerus in Obſerv. ſacris tom. 1. p. 96.

Ἐδαφίζω, f. ἰσω, *Solo æquo*, ſolo allido, proſterno, (ab ἔδαφος.) Luc. 19, 44. ἐδαφιοῦσί (fut. 1. atticum) σε. Solo æquabunt te. Ezech. 31, 12. Nahum. 3, 10.

Ἔδαφος, εος, τὸ, *Solum, fundus*, (ab ἕζομαι, ſedeo.) Act. 22, 7.

Ἑδραῖος, αία, αῖον, 1) *Sedentarius*, (ab ἕδρα, ſella, ſedes.) 2) *Stabilis, firmus*, conſtans, immobilis (animo.) 1. Cor. 7, 37. 15, 58. Coloſſ. 1, 23.

Ἑδραίωμα, ατος, τὸ, *Stabilimentum*, firmamentum, fundamentum, (ab ἑδραιόω, ſtabilio, firmo.) 1. Tim. 3, 15*. ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας eſt doctrina fidei fundamentalis, quales Apoſtolus verſu ſequente indicat: non autem Eccleſia.

Ἐζεκίας, ε, ὁ, *Ezechias, Hiskias*, nomen Regis Judaici. Matth. 1, 9. Hebr. חִזְקִיָּהוּ & יְחִזְקִיָּהוּ, a חָזַק, robur meum & יָהּ, Dominus.

Ἐθελοθρησκεία, ας, ἡ, Religio ex cerebro & arbitrio noſtro conficta, numinis cultus voluntarius, (ex ἐθέλω & θρησκεία, cultus Dei ſuperſtitioſis cerimoniis conſtans.) Coloſſ. 2, 23.

Ἐθέλω, f. ήσω, *Volo.* vid. θέλω.

Ἐθίζω, f. σω, *Adſuefacio*, inſtituo, (ab ἔθος, εος, mos.) ἐθίζομαι, adſuefio, ſoleo, in conſuetudinem abeo. Luc. 2, 27. κατὰ τὸ εἰθισμένον (ſc. ἔθος) τοῦ νόμου, ſecundum ſolitum morem legis.

Ἐθνάρχης, ε, ὁ, *Gentis præfectus*, (ex ἔθνος & ἄρχων, princeps.) 2. Cor. 11, 32.

Ἐθνικὸς, ἡ, ὸν, 1) *Gentilis*, genti alicui peculiaris ac proprius,

prius, (ab ἔθνος.) 2) a fide Chriſtiana alienus, gentilis, *ethnicus*. Matth. 6, 7. 18, 17.

Ἐθνικῶς, *More gentium*, gentiliter, (a præced.) Gal. 2, 14. ἐθνικῶς ζῇς, more gentium vivis, non ut Judæi.

Ἔθνος, εος, τὸ, 1) *Gens, natio*. Matth. 21, 43. 24, 7. Luc. 7, 5. 23, 2. Joann. 11, 48. ſeqq. 18, 35. &c. 2) τὰ ἔθνη, *Gentiles*, gentes a vera fide alienæ; omnes enim nationes aliæ præter Judæos idololatriam ſectabantur. Matth. 4, 15. 6, 32. 10, 5. 18. 12, 18. 21. 20, 19. 25. 28, 19. &c. Syntheſis Generis, quæ huic vocabulo familiaris eſſe ſolet, eſt notatu digna. Matth. 25, 32. 28, 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτὲς, diſcipulos facite omnes gentes, baptizantes eas, qualem vide Act. 15, 17. 21, 25. 26, 17. Rom. 2, 14. τὰ ἔθνη ἔτοι. Apoc. 2, 27. 19, 15. Sic Deut. 28, 50. ἔθνος ἀναιδὲς προσώπῳ, ὅσις ἐ θαυμάσει πρόσωπον, gens impudens facie, quæ non reſpiciet perſonam. Jerem. 46, 28. Joel. 3, 2. 2. Reg. 17, 41. ἔθνη φοβέμενοι τὸν κύριον, gentes timentes Dominum. Callimachus hymno in lavacrum Palladis. v. 87. Arrianus 1. p. 80. ἐνταῦθα καὶ Ἀθηναίων πρεσβεία παρ' Ἀλέξανδρον ἀφίκετο, δεόμενοι. Alia vide ſub αὐτός. 3) *Genus*. Act. 17, 26. πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, totum genus humanum.

Ἔθος, εος, τὸ, Ritus, *mos, conſuetudo*. Luc. 1, 9. 2, 42. 22, 39.

Ἔθω, perf. M. εἴωθα, *Conſueſco*, facio aliquid ex conſuetudine. Matth. 27, 15. εἰώθη ὁ ἡγεμὼν, ſolebat præſes. Marc. 10, 1. Luc. 4, 16. κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ (ſc. ἔθος) ſecundum morem ipſi conſuetum. Act. 17, 2.

Εἰ, conj. condit. 1) SI. Matth. 4, 3. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, ſi filius es Dei &c.

2) AN, VTRVM. Matth. 12, 10. εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; an licet Sabbatho ſanare? Act. 1, 6. εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; an hoc tempore reſtituis regnum Iſraëli? Etiam quando non interrogat. Lucæ 6, 7. παρετήρουν αὐτὸν, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει, obſervabant ipſum an Sabbatho ſanaret, vel ſanaturus eſſet.

3) ECCE. Luc. 12, 49. καὶ τί θέλω; εἰ ἤδη ἀνήφθη. Et quid opto? Ecce jam accenſus eſt. Sic ſolent Interpretes Græci. Ezechiel 4, 14. הנה, εἰ ἡ ψυχή μου ἐ μεμίανται, ecce anima mea non polluta eſt. Gen. 4, 14. הן, εἰ ἐκβάλλεις με, Ecce, ejicis me. Jobi 15, 15. εἰ κατὰ τῶν ἁγίων ἐ πιστεύει, Ecce ſanctis non credit.

3) NON, QVOD NON. Hebr. 4, 3. ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, juravi in ira mea, quod non ingreſſuri ſint in requiem meam, vel latine magis, fore, ut non ingrediantur, Hebraica eſt hæc ſignificatio particulæ אם, ſi. Deut. 1, 35. ὁ κύριος ὤμοσεν, εἰ ὄψεταί τις τῶν ἀνδρῶν τούτων τὴν γῆν ἀγαθὴν, Dominus juravit, non fore, ut quis horum virorum

rum terram hanc bonam visurus sit. 2. Reg. 3, 14. ζῇ κύριος, εἰ ἐπέβλεψα πρός σε. Ita vivit Dominus, non respicerem te.

4) QVAMVIS, LICET. 1. Cor. 9, 2. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι: Quamvis apud alios non sim Apostolus, tamen apud vos sum. 2. Cor. 13, 4. καὶ γὰρ, εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ, quamvis enim cruci affixus est propter infirmitatem, nunc tamen vivit propter potentiam Dei.

5) QVANDOQVIDEM. Joann. 13, 32. εἰ ὁ θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, quandoquidem Deus glorificatus est in illo. Actor. 4, 9. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα, quandoquidem nos hodie dijudicamur; sequitur apodosis v. 10. γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, notum sit omnibus vobis. c. 18, 15. εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ τοῦ λόγου, - ὄψεσθε αὐτοί, quandoquidem vero quæstio est de lege, - - vos ipsi videatis.

6) QVOD. Marc. 15, 44. ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκε, miratus est, quod jam mortuus esset. Actor. 26, 8. τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; quid? an incredibile hoc a vobis judicatur, quod Deus mortuos excitet? ibid. v. 23. εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος &c. quod passibilis sit Christus, quod primus &c. 1. Tim. 5, 10. μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν &c. quæ (vidua) bonum testimonium consecuta est, quod liberos aluerit, quod hospites receperit &c.

7) VT. Actor. 8, 22. δεήθητι τοῦ θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου, roga Deum, ut remittatur tibi prava cogitatio (dolus) cordis tui. *An forte*, vel *si forte* nollem ego explicare. Nam si preces legitime fiunt, remissio peccatorum certissima sequitur.

Εἰγε, 1) *Siquidem.* 2. Cor. 5, 3. Gal. 3, 4. Ephes. 3, 2. 4, 21. 2) *Si modo, siquid.* Coloss. 1, 23.

Εἰ δὲ μὴ, vel εἰ δὲ μήγε, *Sin minus, alioquin.* Matth. 6, 1. 9, 17. &c.

Εἰ καὶ, *Etsi, etiamsi.* Matth. 26, 23. Luc. 11, 8. 18, 4. &c.

Εἰ μὴ, 1) *Nisi.* Matth. 24, 22. Joann. 9, 33. 15, 22. 24. 18, 30. 19, 11. Actor. 26, 32. Rom. 9, 29. 2) *Sed*, sed tantum, præter. Matth. 11, 27. 12, 4. Marc. 6, 8. 8, 14. Luc. 4, 26. 6, 4. Joann. 17, 12. Rom. 13, 8. 14, 14. 1. Cor. 2, 2. 7, 17. 10, 13. 12, 3. Gal. 1, 7. 18. Apoc. 9, 4. 21. 27.

Εἰ μή τι, *Nisi.* Luc. 9, 13. 1. Cor. 7, 5. 2. Cor. 13, 5.

Εἰπερ, *Siquidem, quandoquidem*, quoniam. Rom. 8, 9. 17. 1. Cor. 8, 5. 15, 15. 2. Thess. 1, 6. 1. Petr. 2, 3.

Εἴπως, *Si quo modo.* Est bene sperantis. Act. 17, 12. Rom. 1, 10. 11, 14. Philipp. 3, 11.

Εἴτε, Conj. sive. 1. Cor. 3, 22. &c.

Εἶδος, εος, τὸ, 1) *Species*, forma, facies, (ab εἴδω, video.) Luc. 3, 22. σωματικῷ εἴδει, corporea specie. cap. 9, 29. Joann. 5, 37. 2) *Aspectus.* 2. Cor. 5, 7. διὰ πίστεως, οὐ διὰ εἴδους, per fidem, non per

per aſpectum. 3) *Species, apparentia.* 1. Theſſ. 5, 22. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε, ab omni ſpecie mali abſtinete.

Εἰδω, vel εἰδέω, f. ήσω, aor. 2. εἶδον, præt. m. οἶδα. 1) *Video.* Matth. 2, 2. 9. 10. 3, 7. 16. 4, 18. 21. 5, 1. 16. &c. Marc. 9, 38. Actor. 7, 34. ἰδὼν εἶδον, τὴν κάκωσιν τῆς λαοῦ μου, videndo vidi vexationem populi mei. Hebraiſmus, quo tamen & profani ſcriptores utuntur, prout docent Raphelius in annot. Xenophonteis ad h. l. Pfochenius Diatrib. §. 52. Horat. Vitringa Animadv. ad. Vorſtium. c. 7. Gatakerus de novi inſtrum. ſtylo. c. 9. 2) Cognoſco, intelligo. Matth. 9, 4. 13, 14. καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε, & videntes videbitis & non cognoſcetis. Marc. 4, 12. Luc. 9, 47. Joann. 6, 61. Act. 15, 6. Rom. 11, 22. 1. Joann. 3, 1. 3) *Viſo, convenio.* Luc. 8, 20. Act. 16, 40. Rom. 1, 11. 1. Cor. 16, 7. Philipp. 1, 27. 1. Theſſ. 3, 6. 1. Tim. 1, 4. 3. Joann. v. 14. 4) Experior, experientia rem aliquam percipio, ſentio. Sic Luc. 2, 26. ἰδεῖν θάνατον, videre mortem. Hebr. 11, 5. Similis loquendi formula exſtat Joann. 8, 51. θεωρεῖν θάνατον. Apoc. 18, 7. etiam occurrit: καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω, & luctum non videbo. In ſenſu bono e contrario invenitur Joann. 3, 3. ἰδεῖν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. cap. 8, 56. & 1. Petr. 3, 10. ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθάς. 5) *Scio.* In hac & ſequenti ſignificatione plerumque tempus perf. (οἶδα) in modis omnibus adhibitum inveniri animadverti. Matth. 6, 8. 32. οἶδε ὁ πατὴρ ὑμῶν, ſcit Pater veſter. c. 22, 29. μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, non ſcientes ſcripturas. c. 27, 18. ἤδει γὰρ, ſciebat enim. Marc. 5, 33. εἰδυῖα ὃ γέγονεν, quæ ſciebat, quid factum ſit. Luc. 20, 7. καὶ ἀπεκρίθησαν· μὴ εἰδέναι πόθεν. Et reſponderunt, ſe neſcire, unde. 6) *Novi, cognoſco.* Matth. 25, 12. οὐκ οἶδα ὑμᾶς, non novi vos. 26, 72. 74. οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Marc. 1, 24. 34. Joann. 1, 26. 31. 33. 4, 32. 6, 42. 7, 27. 28. 29. 8, 19. 55. 10, 4, 5. 15, 21. Actor. 3, 16. 7, 18. 16, 3. 1. Cor. 16, 15. 2. Cor. 5, 16. 1. Theſſ. 4, 5. τὰ ἔθνη μὴ εἰδότα τὸν Θεὸν, gentes non cognoſcentes Deum. 2. Theſſ. 1, 8. Tit. 1, 16. Hebr. 8, 11. 10, 30. Sic. 1. Sam. 2, 12. filii Eli erant οὐκ εἰδότες τὸν κύριον, non cognoſcentes Dominum h. e. illum neque recte colebant, neque reverebantur. 7) *Gero me erga aliquem humaniter*, ut par eſt. 1. Theſſ. 5, 12. εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, ut bene excipiatis, vel in honore habeatis, qui laborant apud vos.

Εἰδωλεῖον, ου, τὸ, *Idoleum*, delubrum, in quo idola adſervantur (ab εἴδωλον.) 1. Cor. 8, 10.

Εἰδωλολατρεία, ας, ἡ, 1) *Idololatria, cultus idoli*, (ab εἰδωλολάτρης.) Gal. 5, 20. Coloſſ. 3, 5. 1. Petr. 4, 3. 2) Idem eſt, quod εἰδωλόθυτον. 1. Cor. 10, 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. Paullus, quem h. l. de idolothytis loqui manifeſtum eſt, vetat Corinthios intereſſe religioſis Ethnicorum epulis.

Εἰδωλολάτρης, ου, ὁ, 1) *Idololatra, cultor idoli*, (ex εἴδωλον & λάτρις, ſervus.) 1. Cor. 5, 10. 11. 6, 9. Eph. 5, 5. Apoc. 21, 8. 22, 15.

2) Qui

2) Qui convivia ethnicorum sacra, quæ sunt idololatrica, frequentat, qui ea, quæ diis immolata sunt, comedit. 1. Cor. 10, 7.

Εἰδωλον, ε, τὸ, *Idolum*, simulacrum, (ab εἶδος, species.) Actor. 7, 41. 15, 20. Rom. 2, 12. 1. Cor. 8, 4. 7. 10, 19. 12, 2. 2. Cor. 6, 16. 1. Thess. 1, 9. Apoc. 9, 20.

Εἰκῆ, 1) *Temere*, inconsiderate, sine consilio. Matth. 5, 22. 2) *Frustra*, sine causa, sine effectu. Rom. 13, 14. 1. Cor. 15, 2. Gal. 3, 4. 4, 11. Adde Observ. Philolog. Jo. Alberti. p. 37. 38.

Εἴκοσι, *Viginti*, adj. indecl. Luc. 14, 31. Joann. 6, 19. εἴκοσι πέντε, quinque & viginti. Actor. 1, 15. ἑκατὸν εἴκοσιν, centum & viginti. 1. Cor. 10, 8. Apoc. 4, 4. εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι.

Εἴκω, f. ξω, *Cedo*, non repugno, non resisto. Gal. 2, 5.

Εἴκω, f. ξω, p. ἔοικα, *Similis sum*. Jacob. 1, 6. 23.

Εἰκὼν, όνος, ἡ, 1) *Imago*, effigies, forma expressa, (ab ἔικω, similis sum.) Matth. 22, 20. τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Cujus est effigies hæc & inscriptio? Rom. 1, 23. Apoc. 14, 9. εἴ τις τὸ θηρίον προσκυνεῖ, καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, si quis bestiam adoraverit, & imaginem ipsius. Nam illo tempore Romani imagunculas Imperatorum non solum in fronte & sinu gestare, sed etiam adorare cogebantur. vid. Ursinum Anal. Vol. 1. lib. 1. c. 56. 2) metaphorice *Similitudinem* denotat: Rom. 8, 29. προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ante constituit conformes imagini filii sui. 1. Cor. 11, 7. 15, 49. 2. Cor. 3, 18. 4, 4. Colos. 1, 15. 3, 10. Hebr. 10, 1. 6. ἐκὰν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem. Metaphora desumta a pictoribus.

Εἰλικρίνεια, ἐιας, ἡ, *Sinceritas*, puritas, (ab εἰλικρινὴς.) 1. Cor. 5, 8. 2. Cor. 1, 12. 2, 17.

Εἰλικρινὴς, ες, ὁ καὶ ἡ, 1) *Distinctus* (ex εἶλη, splendor solis, & κρίνομαι, secerno, proprie qui ad splendorem solis judicari potest.) 2) *Sincerus*, *purus*. Philipp. 1, 10. 2. Petr. 3. 1.

Εἰλίσσω, f. ξω, *Circumvolvo*, verso, (ab εἰλέω, conglobo, concludo, circumago, volvo, involvo.) Apoc. 6, 14. ὡς βιβλίον εἰλισσόμενον, tanquam libellus, qui convolvitur.

Εἰμὶ, f. ἔσομαι, 1) *Sum*. Marc. 13, 6. λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι (sc. ὁ Χριστός.) Sic Luc. 21, 8. Joann. 8, 24. 28. 13, 19. Actor. 13, 25. & Matth. 24, 26. ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστι (sc. ὁ Χριστός.) Additur Joann. 1, 20. Huc etiam collocandum esse puto locutionem illam Ellipticam: Ἐγώ εἰμι Παύλε, Ἀπολλῶ, Κηφᾶ, Χριστῦ, pro ἐγώ εἰμι ἐκ μέρους τοῦ Παύλε &c. Ego sum a partibus Paulli. 1. Cor. 1, 12. 3, 4. 2. Cor. 10, 7. ἦν, imperfectum indicativi pro eodem conjunctivi occurrit Matth. 26, 24. καλὸν ἦν αὐτῷ, melius esset ipsi. 2. Petr. 2, 21. Ἔσαι. 3. futuri vicem præsentis conjunctivi sustinet Marc. 14, 2. μήποτε θόρυβος ἔσαι τοῦ λαοῦ, ne forte tumultus fiat populi. Colos. 2, 8. Hebr. 3, 12. 2. Joann. v. 3. Apoc. 22, 14.

ὦσι,

ἴσθι, Imperat. 1. Tim. 4, 15. ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις (subaudi πράγμασιν) ἴσθι, hæc meditare, in iis esto occupatus. Ἔστω, sit, esto, posito. 2. Cor. 12, 16. Notatu dignissimum est Nomen illud Dei, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, qui est, qui erat, & qui futurus est. Quod respondet essentiali Dei nomini τετραγράμματῳ יהוה, omnia tria tempora in se mirifice continenti. Apoc. 1, 4. 8. 4, 8. 11, 17. 16, 5. Cæterum verbum hoc Participiis additum facit Conjugationem Periphrasticam. Luc. 11, 14. καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, et erat ejiciens (i. e. ejiciebat) dæmonium. ibid. v. 1. ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον cum ipse esset orans, i. e. cum ipse oraret. Et sic locis innumeris. 2) In tertia persona cum Dativo, ut apud Latinos, significationem *habendi* obtinet. Matth. 19, 27. Marc. 11, 24. Luc. 1, 7. καὶ ἦν αὐτοῖς τέκνον, et non habebant filium. 3) *Adsum*, Marc. 8, 1. 1. Joann. 4, 23. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, sed venit hora, imo et jam adest. c. 5, 25. 12, 31. 4) *Fio*, Matth. 24, 3. Πότε ταῦτα ἔσται; quando hæc fient? Marc. 11, 23. 24. 13, 4. 14, 2. Luc. 1, 66. 12, 55. 22, 49. Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον (sc. πρᾶγμα,) cum vero illi, qui circa ipsum erant, viderent hanc rem futuram. Joann. 7, 12. 9, 16. καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς, et schisma fiebat, (oriebatur) inter illos. 2. Tim. 3, 9. 5) ἐκ εἶναι, dicuntur mortui. Matth. 2, 18. ὅτι, οὐκ εἰσὶ, quia non sunt h. e. mortui sunt. Siracid. 17, 28. Ἀπὸ νεκροῦ, ὡς μηδὲ ὄντος, a mortuo, utpote qui non est. Æschines Socraticus Dial. 3. c. 14. οἱ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν. Adde Pfochenii Diatriben. §. 37. Joann. Christoph. Wolfii annot. ad Libanii Epist. 26. p. 64. Joann. Alberti Obs. Phil. p. 11. 6) εἶναι ἐν τινι, denotat in aliqua re versari, totum in ea esse et laborare. 1. Tim. 4, 15. ἐν τούτοις (sc. πράγμασιν) ἴσθι, in his totus esto. Sic Græci loquuntur. Achilles Tatius lib. 5. p. 309. τότε μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦμεν, tunc igitur his rebus eramus occupati. Adde lib. 7. p. 427. Libanius epist. 72. earum, quas Joann. Christoph. Wolfius edidit; ἐν τοσούτοις ἐσμὲν, his jam occupati sumus. Adde epistol. 49. & 73. Sic et Hebræi, qui dicunt, הוי בה, fuit in illa re, Exempla dabit Buxtorfius in Catalectis c. 252. 7) εἶναι ἐν Χριστῷ, est Christianum esse, et quidem talem, qui non nomine solum gaudet, sed et qui Christo insertus est, tanquam palmes in vite. Joann. 15, 4. ita, ut in ipso maneat. Rom. 16, 11. τοὺς ὄντας ἐν κυρίῳ, qui in Domino sunt. Sed illud εἶναι, et participium ὤν elliptice fere desunt. 2. Cor. 5, 17. εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις ἐστὶν, si quis in Christo est, nova creatura est. Rom. 8, 1. Nulla condemnatio est τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, sc. οὖσι, qui Christiani sunt. 1. Cor. 9, 1. Annon vos opus meum estis, ἐν Κυρίῳ, sc. ὄντες; dum Christiani estis? Ephes. 4, 1. ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ, vinctus tanquam Christianus. 2. Cor. 12, 3. οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ, sc. ὄντα, novi hominem Christianum. 8) εἶναί τινα, denotat

magnum esse, vel certe sibi videri. Actor. 6, 36. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, dicens, se esse aliquem, sc. μέγαν. Gal. 6, 3. εἴ τις δοκεῖ εἶναί τι, μηδὲν ὤν, si quis sibi videtur aliquid esse, cum nihil sit, is semet ipsum decipit. Adde Elsnerum Obs. Sacr. tom. I. p. 386.

Εἶμι, eo, *vado* (ab ἔω, mitto) Joann. 7, 36. ὅπου εἶ μι ἐγὼ, quorsum ego eo. Adde Joann. Alberti Observ. Phil. p. [illegible] 507.

Ἕνεκεν, vid. ἕνεκα.

Εἶπα, εἶπον, vid. ἔπω.

Εἴπερ, εἴπως. vid. post εἰ.

Εἰρηνεύω, f. εύσω, et εἰρηνεύομαι, *in pace vivo*, (ab εἰρήνη.) Marc. 9, 50. Rom. 12, 18. 2. Cor. 13, 11. 1. Thess. 5, 13.

Εἰρήνη, 1) *Pax*, quies, securitas. Matth. 10, 34. Luc. 14, 32. Actor. 7, 26. 9, 31. 12, 20. Apoc. 6, 4. 2) *Omnis felicitatis status.* Marc. 5, 34. Luc. 7, 50. 8, 48. 19, 42. Act. 24, 2. Jacob. 2, 16. nam Hebræi pacis nomine שָׁלוֹם, omne bonorum genus indigitant. Ex hoc significatu sequitur. 3) *Salutatio* Judæorum consueta. Joann. 20, 19. 21. 26. Εἰρήνη ὑμῖν, pax vobis, i. e. Salvete, conf. Matth. 10, 13. καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ᾽ αὐτὴν, et si sit domus digna, veniat pax vestra super illam. Pax scil. illa, quam primo adventu salutationis loco ex more Hebræorum adprecati erant. Hinc illa explicari possunt Joann. 14, 27. Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, ἐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν. Sensus est: Homines hujus mundi vos salutant, et pacem apprecantur, sed non possunt eam dare. Ego vero sic non ago, sed tanquam princeps pacis, illam apud patrem meum, per sanguinem meum reconciliatum, tam internam, quam externam vobis largior atque relinquo. Sic in omnibus fere epistolis salutationis loco adhibetur. Rom. 1, 7. 1. Cor. 1, 3. 4) Securitas atque requies animæ, quæ ex justificatione oritur. Rom. 5, 1. Δικαιωθέντες ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, justificati ex fide pacem habemus apud Deum. cap. 8, 6. 10. 15. 14, 17. Ephes. 2, 14. 15. 17. 6, 15. 3, 15. Joann. 16, 33.

Εἰρηνικὸς, ἡ, ὸν, *Pacificus, pacatus*, tranquillus, pacis studiosus, (ab εἰρήνη.) Hebr. 12, 11. Jacob. 3, 17.

Εἰρηνοποιέω, ῶ, f. ήσω, *Pacem facio, pacifico*, (ab εἰρήνη & ποιέω, facio.) Coloss. 1, 20. Proverb. 10, 10. ὁ ἐλέγχων μετὰ παῤῥησίας εἰρηνοποιεῖ, qui publice reprehendit, is pacem facit.

Εἰρηνοποιὸς, ὸς, ὁ, ἡ, *Pacificus*, qui est ingenio pacis amante, *pacificator*, pacis conciliator, (a præced.) Matth. 5, 9. ὅι εἰρηνοποιοὶ, ubi intelliguntur discipuli, qui evangelium pacis prædicant. Ephes. 6, 15. et Christo, qui est pax nostra, Eph. 2, 14. nos conciliant, neque tantopere inter se digladiantur, aut lites movent, quemadmodum Pharisæi, de rebus etiam levissimis.

Εἶπω, vide infra ἐρέω.

Εἰς,

Εἰς, præpositio regens accus. varias habet significationes. Primaria est

1) IN, quum ad locum denotat. Matth. 2, 11. ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, quum venissent in domum: v. 13. φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, fuge in Ægyptum.

2) IN cum ablativo, quando significat in loco, et sic sæpe alternat cum ἐν. Matth. 2, 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν, λεγομένην Ναζαρέθ, habitavit in civitate, quæ dicitur Nazareth. Marc. 1, 9. ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην, baptizatus est in Jordane: v. 39. κηρύσσων εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, prædicans in tota Galilæa. Ellipsis. Actor. 2, 27. ὃ καταλείψεις τὴν ψυχήν μκ εἰς ᾅδκ, sc. οἶκον vel μονήν, non relinques animam meam in inferno.

3) IN, AD, quando caussa finalis indigitatur. Marc. 1, 4. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, in remissionem peccatorum: c. 2, 17. καλέσαι ἁμαρτωλὸς εἰς μετάνοιαν, vocare peccatores ad pœnitentiam. Luc. 2, 34. εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, in signum, cui contradicitur.

4) IN, cum de religione, cui quis initiatur, sermo est. 1. Cor. 10, 2. εἰς Μωσῆν ἐβαπτίσθησαν, in Mosen baptizati sunt, h. e. in eam religionem, quam Moses jussu divino revelavit. Sic Christiani baptizantur εἰς τὸ ὄνομα τκ Πατρὸς, καὶ τκ Υἱκ, καὶ τκ ἁγίκ Πνεύματος, in nomen Patris, Filii, et Spiritus Sancti: h. e. initiantur illi religioni, in qua Sanctissima Trinitas recte agnoscitur et colitur. Matth. 28, 19. Porro Rom. 6, 1. ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν, εἰς τὸν θάνατον αὐτκ ἐβαπτίσθημεν, quotcunque baptizati sumus in eam religionem, in qua Christus recte creditur, simul initiamur quoque, ut morti ejus similes existamus. Contra Ephesii Actor. 19, 3. tantum baptizati erant εἰς τὸ Ἰωάννκ βάπτισμα, in baptismum Joannis, initiabantur ita, ut crederent Messiam proxime venturum, qui baptismus in se bonus et legitimus erat: nam qui Joannem sequebantur et aures illi præbebant, (hoc enim denotat vox ἀκάσαντες v. 5.) revera ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τκ Κυρίκ Ἰησκ, baptizati sunt in nomen Domini Jesu. Locutio est hebraica: nam Judæi dicunt, Samaritanos quondam circumcisos fuisse לְשֵׁם הַר גְּרִיזִים, in nomen montis Gerisim, h. e. ut eam religionem profiterentur, quæ in monte Gerisim usitata erat. Avoda sara fol. 27, 1.

5) IN nomen, alio significatu. Matth. 10, 41. * ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτκ, qui recipit Prophetam in nomen Prophetæ, h. e. ea intentione, ut Prophetæ gratum quid faciat. Posset enim Prophetam recipere ex lege humanitatis, ut alium quendam hominem.

6) AD, locale, et finale. Luc. 11, 49. ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας, mittam ad ipsos Prophetas. Joann. 11, 38. ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον, venit ad sepulcrum. Rom. 2, 4. τὸ Χρηστὸν τκ θεκ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, benignitas Dei ad pœnitentiam te perducit. 1. Cor. 14, 36. ἢ εἰς ὑμᾶς μόνκς κατήντησε τὸ εὐαγγέλιον; aut an ad

vos solos pervenit Evangelium? Huc pertinet et illud, quando εἰς notat *ad domum* alicujus. Actor. 16, 40. εἰσῆλθον εἰς Λυδίαν, ingressi sunt in domum Lydiæ.

Alia hujusmodi loca collegerunt Acta Erudit. 1710. p. 101. Majus Obs. sacr. lib. 2. p. 3. 154. Berglerus ad Alciphronem 1, 4. p. 20. 21. Joann. Alberti Obs. Philol. p. 254.

7) APVD, IVXTA. Joann. 21, 4. ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν, stetit Jesus juxta littus. Rom. 15, 16. εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν εἰς τὰ ἔθνη, ut sim minister apud gentes. Gal. 4, 11. εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς, frustra laboravi apud vos. Actor. 2, 22. Ἰησοῦν ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς, ostensum, demonstratum apud vos.

8) CONTRA, ADVERSVS. Matth. 18, 15. ἐὰν ἁμαρτήσει εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, si peccaverit contra te frater tuus. Luc. 7, 30. τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, consilium Dei irritum fecerunt contra se ipsos. c. 12, 10. πᾶς, ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, quicunque dixerit verbum contra Filium Dei, illi remittetur: τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται, ei vero, qui contra Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur.

9) CORAM. Actor. 22, 30. ἔστησεν εἰς αὐτούς, stitit Paulum coram ipsis. 2. Cor. 8, 24. εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν, coram ipsis ostendite, et coram facie ecclesiarum.

10) DE. Matth. 6, 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον, sc. ἡμέραν, ne igitur curetis de die crastino. Actor. 2, 25. Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν, David enim dicit de ipso. c. 25, 20. ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, dubitans vero ego de hac circa hanc rem quæstione. Rom. 4, 20. Ephes. 5, 32. Hebr. 7, 14. Plura Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 371.

11) ERGA. Matth. 26, 10. ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ, opus bonum operata est erga me. Rom. 5, 8. συνίστησι τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεός, Deus commendat amorem suum erga nos. c. 12, 10. εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, erga vos invicem amore flagrantes. 2. Cor. 2, 4. ἀγάπην ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς, amorem habeo, maxime erga vos.

12) INTER. Marc. 4, 7. ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας, cecidit inter spinas. c. 8, 19. τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, quinque panes fregi (distribui) inter quinquies mille. Luc. 21, 24. αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη, captivi ducentur inter omnes gentes.

13) IVXTA, vide APVD.

14) PER, locale. Matth. 26, 71. ἐξελθόντα αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, egredientem ipsum per portam. c. 9, 26. ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην, exivit fama ejus per omnem illam terram. Marc. 5, 14.

15) PER, in formula jurandi. Matth. 5, 35. μὴ ὀμόσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, non oportere vos jurare per Hierosolymam.

16) POST.

16) POST. Matth. 12, 41. Ninevitæ μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, pœnitentiam egerunt post prædicationem Jonæ.

17) PRO, in usum alicujus. 1. Cor. 16, 1. λογία ἡ εἰς τὰς ἁγίας, collectio pro Christianis, eleemosyna, quæ in usum Christianorum colligitur. Sic 2. Cor. 8, 4. 9, 1. Aliter Matth. 27, 10. ἔδωκαν ἀργύρια εἰς τὸν ἀγρὸν, dederunt pecunias pro agro.

18) PROPTER. Marc. 1, 38. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα, propter hoc enim, h. e. hujus rei caussa exivi. Sic Luc. 4, 43. Joann. 18, 37. Porro εἰς τί, propter quid, i. e. cur. Matth. 14, 31. εἰς τί ἐδίστασας; cur dubitasti?

19) SVB. Rom. 11, 32. συνέκλεισεν ὁ θεὸς τὰς πάντας εἰς ἀπείθειαν, concluſit Deus omnes sub incredulitatem. Vide Gal. 3, 22. ubi verbum συγκλείω constructur cum ὑπό.

20) VSQVE AD. Matth. 10, 22. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, qui vero perseveraverit usque ad finem. Luc. 12, 19. ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ, κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ, habes bona multa, quæ reposita sunt in annos multos. Joann. 13, 1. εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτὰς, usque ad finem dilexit illos. Actor. 4, 3. ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον, posuerunt in custodiam usque ad diem crastinum.

21) VT, ITA VT, & tunc regit Accusativum cum Infinitivo. Actor. 3, 19. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ut deleantur peccata vestra. Rom. 1, 20. εἰς τὸ εἶναι αὐτὰς ἀναπολογήτους, ita ut sint inexcusabiles. 1. Cor. 8, 10. εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, ita ut idolis sacrificata comedant. Ephes. 1, 18. εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, ut vos sciatis.

22) ABVNDAT, & circumscribit *Nominativum*. Luc. 13, 19. ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, factus est in arborem magnam, i. e. arbor magna. Matth. 21, 42. ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, factus est in caput anguli, factus est lapis angularis. Est hebraismus: הָיְתָה לְרֹאשׁ פִּנָּה Joann. 16, 20. ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται, tristitia vestra gaudium fiet. Actor. 5, 36. ἐγένοντο εἰς ἐδὲν, facti sunt nihil, redacti sunt in nihilum. Rom. 2, 26. ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; annon præputium ejus circumcisio reputabitur? 1. Corinth. 4, 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι, mihi vero minimum est. Hebr. 1, 5. ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν, Ego vero ipsi pater, & ipse erit mihi filius.

23) DEFICIT. 2. Petr. 2, 8. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, pro ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν, quotidie.

Εἷς, μία, ἕν, 1) *Unus*, gen. ἑνὸς, μιᾶς, ἑνὸς, &c. Matth. 8, 19. προσελθὼν εἷς γραμματεὺς, accessit unus Scriba. Actor. 23, 17. ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, unum ex centurionibus. 2) *Aliquis, quidam*. Matth. 16, 14. ἕνα τῶν προφητῶν, aliquem Prophetarum. Marc. 9, 17. εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, aliquis ex populo. Luc. 15, 15. καὶ ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης, & adhærebat alicui civium illius regionis. Additur etiam τὶς, aliquis. Marc. 14, 47. εἷς τις τῶν παρεστηκότων, aliquis adstantium. 3) *Primus*.

Apoc. 9, 12. ἡ ϗαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, væ primum abiit. Matth. 28, 1. εἰς μίαν (ſc. ἡμέραν) τῶν σαββάτων, in primum diem hebdomadis. Pſalm. 24, 1. Sic Ezech. 32, 1. μιᾷ τοῦ μηνὸς, primo die menſis. 4) *Solus, unicus.* Matth. 19, 17. εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς, niſi ſolus Deus. 5) *Idem, einerley.* 1. Cor. 11, 5. ἓν γὰρ ϗαὶ τὸ αὐτό ἐστι τῇ ἐξυρημένῃ, idem enim eſt, ac ſi raſa eſſet. c. 12, 11. τὸ ἓν ϗαὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, idem ille Spiritus. 6) *Unitus, conjunctus.* Matth. 19, 5. ϗαὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρϗα μίαν, & erunt duo in carnem unam, i. e. unitam vel conjunctam: duæ perſonæ reputantur tanquam una. Actor. 4, 32. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευόντων ἦν ἡ ϗαρδία ϗαὶ ἡ ψυχὴ μία, multitudinis autem credentium erat cor et anima una. Coloſſ. 3, 15. εἰς ἣν ϗαὶ ἐϗλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι, ad quam (pacem Dei) etiam vocati eſtis in corpore uno, i. e. unito; intelligitur autem hic unio myſtica membrorum Eccleſiæ. Hinc ἓν εἶναι denotat conſentire, eadem mente eſſe. Joann. 17, 22. ἵνα ὦσιν ἓν, ϗαθὼς ϗαὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμεν, ut (Chriſtiani) ſint unum, (eadem mente & voluntate,) quemadmodum etiam nos (Chriſtus & Pater) unum (eadem mente circa ſalutem hominum) ſumus. 1. Cor. 3, 8. ὁ δὲ φυτεύων ϗαὶ ὁ ποτίζων ἓν εἰσι, qui vero plantat & qui rigat, unum ſunt, (h. e. eandem intentionem habent.) Gal. 3, 20. ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐϗ ἔστι, mediator non eſt unius, h. e. ſi quibus ſecum invicem convenit, illi mediatore opus non habent. θεὸς δὲ εἷς ἐστιν, Deus ſemper ſibi conſtat, & nunquam a ſe ipſo diverſus eſt. 7) *Alter, alius.* Matth. 20, 21. εἷς ἐϗ δεξιῶν σου ϗαὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου, unus a dextra, alter a ſiniſtra tua: c. 24, 40. ὁ εἷς παραλαμβάνεται, ϗαὶ ὁ εἷς ἀφίεται, unus recipitur, alter relinquitur. Marc. 15, 27. ἕνα ἐξ δεξιῶν, ϗαὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων, unum a dextra, alterum a ſiniſtra. 8) *Unusquisque.* Apoc. 4, 8. τὰ τέσσαρα ζῶα, ἓν ϗαθ' ἑαυτὸ, quatuor animalia, unumquodque pro ſe. Dicunt etiam εἷς ἕϗαστος & ἓν ἕϗαστον. Luc. 7, 40. Actor. 2, 3. ἐϗάθισεν ἐφ' ἕνα ἕϗαστον αὐτῶν, ſedit (Spiritus S.) ſuper unoquoque illorum. 9) Singularia ſunt εἷς ϗαθ' εἷς, unus poſt alium, i. e. ſinguli. Marc. 14, 19. Joann. 8, 9. Vide ſub lit. K. in ϗαθεῖς. ϗαθ' ἓν Joann. 21, 25. & ϗαθ' ἓν ἕϗαστον Actor. 21, 19. idem denotant. ἕως ἑνὸς, usque ad unum, i. e. omnes, Rom. 3, 12. οὐδὲ εἷς, ne unus quidem, i. e. nullus. Actor. 4, 32. Rom. 3, 10. οὐδὲ ἕν. Joann. 1, 3.

Εἰσάγω, *Introduco, induco,* (ex εἰς & ἄγω, duco.) Luc. 2, 27. 14, 21. 22, 54. Joann. 18, 16. Actor. 7, 45. 9, 8. 21, 28. 29. 37. Hebr. 1, 6. ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοϗον εἰς τὴν οἰϗουμένην, quando vero rurſus introduxit primogenitum in orbem. Phraſis eſt hebraica בָּא בָּעוֹלָם, venit in mundum, i. e. natus eſt: in Hiphil הֵבִיא בָּעוֹלָם eſt facere, ut quis naſcatur. Et ſic verba hæc ſenſum ſatis commodum habebunt. Eo vero tempore, quo Deus Pater filium ſuum Meſſiam ex virgine natum in hunc mundum

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1848897162/phys_0192
DFG

dum produxit, eumque inter homines quasi introduxit, hæc verba Psalmistæ de eo impleta sunt: Adorent ipsum angeli Dei.

Εἰσακούω, ούσω, 1) *Exaudio*, auribus percipio, præbeo alicui aures, (ex εἰς & ἀκούω, audio.) Matth. 6, 7. Luc. 1, 13. Actor. 10, 31. 1. Cor. 14, 21. 2) ἐισακούειν, observante Grotio. LXX. Senes adhibent pro σώζειν, servare, et sic sensus Hebr. 5, 7. circa quem quidam se torquent, erit facillimus: Christus a metu mortis, quam secundum humanam naturam exhorrescebat, liberatus est. Consequens ponitur pro antecedente. Loca exstant Psalm. 22, 21. 55, 16. ubi in Hebræo est, יוֹשִׁיעֵנִי, servabit me, LXX. ponunt, ἐισήκουσέ με, exaudivit me.

Εἰσδέχομαι, f. ξομαι, *Admitto, recipio*, (ex εἰς & δέχομαι, capio.) 2. Cor. 6, 17.

Εἰσειμι, Intro *ingredior*, (ex εἰς & εἶμι, eo.) Actor. 3, 3. 21, 18. 26. Hebr. 9, 6.

Εἰσέρχομαι, f. εἰσελεύσομαι, Aor. 2. ἐσῆλθον, *Ingredior, introeo, intro*, (ex εἰς & ἔρχομαι, venio.) idque tum localiter. Matth. 5, 20. 6, 6. 7, 13. 21. &c. ἐισέρχεσθαι, καὶ ἐξέρχεσθαι: tum quoque metaphorice. Matth. 26, 41. ἵνα μὴ ἐισέλθητε εἰς πειρασμὸν, ne ingrediamini in tentationem. Hebr. 4, 1. ἐισελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν ingredi in requiem.

Εἰσκαλέω, ῶ, f. έσω, *Intro voco, invito*, (ex εἰς & καλέω, voco.) Actor. 10, 23.

Εἴσοδος, όδε, ἡ, 1) *Ingressus, introitus*, adventus (ex εἰς & ὁδὸς, via.) Actor. 13, 24. 1. Thess. 1, 9. 2, 1. 2) Via, quæ in locum aliquem fert, Hebr. 10, 19. ἔισοδος τῶν ἁγίων, ingressus ad sancta, metaphorice h. e. accessus ad Deum ipsum. 2. Petr. 11. ἔισοδος in regnum æternum, h. e. æternam beatitudinem.

Εἰσπηδάω, ῶ, f. ήσω, Introsalio, in locum aliquem salio, (ex εἰς & πηδάω, salio.) Actor. 14, 14. 16, 29.

Εἰσπορεύομαι, f. ευσομαι, *Ingredior*, (ex εἰς & πορεύομαι, vado.) Marc. 1, 21. 4, 19. 5, 40. 6, 56. 7, 15. 18. 19. 11, 2. &c. Actor. 9, 28. καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος, & cum illis ingrediebatur & egrediebatur, h. e. cum illis versabatur. Hebræi dicunt: הָיָה יוֹצֵא וּבָא, fuit egrediens & veniens.

Εἰστρέχω, aor. 2. ἔδραμον, *Intro curro*, (ex εἰς & τρέχω, curro.) Actor. 12, 14. ἐισδραμοῦσα (part. aor. 2.) postquam intro cucurrerat.

Εἰσφέρω, f. ἐισοίσω, aor. 1. ἐισήνεγκα, *Infero, ingero*, (ex εἰς & φέρω, fero.) Matth. 6, 13. Luc. 5, 18. 19. Actor. 17, 20. 1. Tim. 6, 7. Hebr. 13, 11.

Εἶτα, adv. 1) *Postea, deinde*, tum. Marc. 4, 17. 28. 1. Cor. 12, 28. 15, 5. 7, 24. 2) Interrogativum, *itane vero?* Hebr. 12, 9. εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐίχομεν παιδευτὰς καὶ ἐντρεπόμεθα; itane vero carnis nostræ patres habuimus castigatores & reveriti sumus? Plura Joann. Alberti Observ. Philol. p. 440.

Εἶτε,

Ἔιτε, vide εἰ.

Ἔιωθα, vide ἔθω.

Ἐκ sequente consonante, ἐξ sequente vocali vel diphthongo, Præpositio regens Genitivum: notat

1) E, EX, quando caussam efficientem indigitat. Matth. 21, 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννε ἐξ ἀρανε ἢ ἐξ ἀνθρώπων ἦν; baptisma Joannis an ex cœlo, an vero ex hominibus fuit? Joann. 1, 13. οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ θεε ἐγεννήθησαν, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Rom. 5, 16. τὸ μὲν κρίμα ἐξ ἑνὸς, condemnatio provenit ab uno homine. 1. Cor. 8, 6. ἐξ ε̃ (θεε̃) τὰ πάντα, ex quo (Deo) omnia. Dignæ sunt, quæ hoc loco annotentur, phrases quædam Joanni propriæ, ut sunt, ἐκ τε̃ θεε̃ εἶναι, Joann. 7, 17. 8, 47. 1. Epist. 3, 10. 4, 4. 6. 5, 19. 3. Epist. v. 11. Ad quæ illustranda merito adhibemus phrasin oppositam εἶναι ἐκ τε̃ διαβόλε, Joann. 8, 44. 1. Epist. 3, 8. ἐκ τε̃ πονηρε̃, Matth. 1, 37. ἐκ τε̃ κόσμε. Joann. 15, 19. 17, 14. 1. Epist. 2, 16. 4, 5. Nec abludit phrasis, natum esse ex Deo, 1. Epist. 2, 29. 3, 9. 4, 7. 5, 1. 18. item quod Deus dicitur piis dedisse ἐκ τε̃ πνεύματος αὐτε̃, de Spiritu suo, 1. Epist. 4, 13. Cumque his locis de vita hominum morali & actionibus sermo sit, Deus dicitur caussa efficiens earum actionum. *Ex Deo* igitur esse significat a Deo regi, sive Dei instinctum sequi.

2) EX, in significatione liberandi. Rom. 7, 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τε̃ σώματος τε̃ θανάτε τούτε; quis me liberabit a corpore mortis hujus? 2. Cor. 1, 10.

3) EX, locum denotans. Matth. 8, 18. ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, ex sepulcris egressi. Joann. 6, 23. ἄλλα ἦν πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος, aliæ aderant naviculæ ex Tiberiade. Act. 19, 16. ἐκ τε̃ οἴκε ἐκείνε, ex illa domo.

4) EX, materiam. Matth. 3, 9. δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῳ̃, Ἀβραάμ, potest Deus ex his lapidibus excitare filios Abrahamo. Rom. 9, 21. Figulus potestatem habet ἐκ τε̃ αὐτε̃ φυράματος, ex eadem massa facere vasa ad honorem & ignominiam.

5) EX, cum partem, objectum aut adjunctum denotat. Matth. 12, 33. ἐκ τε̃ καρπε̃ τὸ δένδρον γινώσκεται, e fructu arbor cognoscitur. Actor. 15, 14. λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν, λαὸν, ut sumeret ex gentibus populum. Rom. 13, 11. Tempus est ἐξ ὕπνε ἐγερθῆναι, ut e somno excitemur.

6) EX, cum partitionem denotat. Matth. 23, 24. καὶ ἐξ αὐτῶν (τινας) ἀποκτενεῖτε, & ex illis (aliquos) interficietis: hebr: מֵהֶם. Luc. 22, 58. καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ, etiam tu ex illis es. Actor. 21, 8. τε̃ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, qui erat (unus) ex septem illis. Matth. 25, 8. δότε ἡμῖν (τι) ἐκ τε̃ ἐλαίε ὑμῶν, date nobis aliquid de oleo vestro.

7) EX,

7) EX, subjecti et personæ. Matth. 21, 16. ἐκ στόματος νηπίων, ex ore infantium. 1. Tim. 1, 5. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, dilectio ex puro corde.

8) EX, cum totum denotat. Matth. 25, 2. πέντε ἐξ αὐτῶν ἦσαν φρόνιμοι, quinque e numero illarum erant prudentes. Marc. 9, 17. εἷς ἐκ τῆς ὄχλου, unus e turba. Actor. 26, 7. ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, sumens te ex populo & gentibus.

9) A, AB, Causæ efficientis. Matth. 1, 18. inventa est gravida ἐκ πνεύματος ἁγίου, a Spiritu Sancto: c. 15, 5. ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, quo a me utilitatem capere queas. Joann. 10, 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου, multa bona opera ostendi vobis a patre meo.

10) A, Loci. Matth. 12, 42. venit ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, a finibus terræ. 2. Cor. 6, 17. ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, egredimini ex medio illorum.

11) A, Temporis. Matth. 19, 12. ἐκ κοιλίας μητρὸς, ab utero matris. Rom. 1, 4. ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, ab eo tempore, quo ex mortuis resurrexit. Luc. 8, 27. ἐκ χρόνων ἱκανῶν, a multis temporibus.

12) AD. Matth. 20, 21. ἐκ δεξιῶν, ad dextram, ἐξ εὐωνύμων, ad sinistram.

13) IN. 2. Cor. 2, 4. ἐκ πολλῆς θλίψεως ἔγραψα ὑμῖν, in multa afflictione (constitutus) scripsi vobis. Matth. 21, 19. μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται, nunquam in te fructus sit. Luc. 11, 13. πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ, Pater in cœlo.

14) PER. Luc. 16, 9. Facite vobis amicos ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, per divitias, quæ plerumque injuste solent acquiri. Joann. 3, 5. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, nisi quis generatus fuerit per aquam & Spiritum. Paullus ipse hæc explicat Tit. 3, 5. διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, per lavacrum regenerationis. Rom. 1, 17. δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, justus per fidem vivet. Gal. 2, 16. 5, 5. Addo verba ex Commentario Hieronymi ad Ephes. 1, 1. Nonnulli nihil referre existimant, utrum *per* voluntatem Dei, an *ex* Dei dixerit voluntate, quia his præpositionibus Apostolus indifferentur utatur, & id ipsum significare *per* voluntatem Dei, quam si dixisset, *ex* voluntate Dei.

15) PRO. Matth. 20, 2. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, cum convenisset cum operariis pro denario per diem.

16) PROPTER. Apoc. 8, 13. Væ illis, qui habitant terram ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος, propter reliquas voces tubæ: c. 16, 10. ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, corrodebant linguas suas propter dolorem. v. 11. καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν θεὸν ἐκ τῶν πόνων καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, & blasphemarunt Deum propter dolores & ulcera sua. Adde Elsnerum Obs. sacr. tom. 1. p. 64. Joann. Alberti Obs. Philol. p. 91. 92.

17) SECVNDVM. Joann. 7, 34. ἐ γὰρ ἐκ μέτρε ὁ θεὸς δίδωσι τὸ πνεῦμα, non enim secundum mensuram Deus dat Spiritum.

18) VERSVS, vide AD.

19) CIRCVMSCRIBIT a) Adjectiva: Joann. 6, 31. ἐκ τᾶ ἀρανᾶ, & Luc. 11, 13. ὁ ἐξ ἀρανᾶ, cœlestis. Joann. 3, 31. ὁ ὢν ἐκ τᾶς γᾶς, terrenus, 1. Joann. 4, 5. ἐκ τᾶ κόσμε λαλῆσιν, mundana loquuntur. Actor. 10, 45. & alibi, οἱ ἐκ περιτομᾶς, circumcisi. Rom. 3, 26. Gal. 3, 7. οἱ ἐκ πίστεως, fideles, qui fide justificari cupiunt. Rom. 4, 14. 16. οἱ ἐκ νόμε, qui ex lege justitiam quærunt. Rom. 2, 8. οἱ ἐξ ἐριθείας, contentiosi. Tit. 2, 8. ὁ ἐξ ἐναντίας (sc. μερίδος ὤν,) adversarius, qui a contraria parte stat. b) Adverbia: Matth. 26, 42. Hebr. 9, 28. ἐκ δευτέρᾳ, secundo, iterum. Matth. 26, 44. ἐκ τρίτᾳ, tertium. Marc. 6, 51. 14, 31. ἐκ περισσᾶ, multum, abundanter. Joann. 3, 24. ἐκ μέτρᾳ, parce. Actor. 21, 32. ἐξ αὐτᾶς (sc. ὥρας,) statim. 1. Cor. 13, 9. 10. ἐκ μέρᾳς, aliquantum. 2. Cor. 8, 13. ἐξ ἰσότητος, æqualiter. Ephes. 6, 6. ἐκ ψυχᾶς, sincere. Hebr. 7, 12. ἐξ ἀνάγκης, necessario.

20) ABVNDAT. Matth. 23, 25. γέμεσιν ἐξ ἁρπαγᾶς, plena sunt rapina. 2. Cor. 8, 7. τᾷ ἐξ ἡμῶν ἀγάπᾳ, amore nostro. Apoc. 15, 2. τὲς νικῶντας ἐκ τᾶ θηρίε, vincentes bestiam.

21) DEFICIT. Joann. 6, 45. διδακτοὶ τᾶ θεᾶ, docti ex Deo. Actor. 1, 4. ἣν ἠκάσατέ με, quam audistis a me.

Ἕκαστος, άστη, αστον, *Unusquisque, singuli.* Matth. 16, 27. 25, 15. Dicitur etiam pleonastice, εἷς ἕκαστος. Luc. 4, 40. 16, 5. Act. 2, 3. 6. 17, 27. 20, 31. 21, 19. 26. 1. Cor. 12, 18. Col. 4, 6. 1. Thess. 2, 11. 2. Thess. 1, 3. Apoc. 21, 21. 22, 2. Est nomen collectionis, ideoque verbum plurale in quibusvis personis admittit. Matth. 26, 22. Act. 2, 6. 8. 11, 29. Phil. 2, 4. Hebr. 8, 11. Apoc. 5, 8. 20, 13.

Ἑκάστοτε, *Semper, ubivis,* (ab ἕκαστος.) 2. Petr. 1, 15.

Ἑκατὸν, οἱ, αἱ, τὰ, adj. indeclin. *Centum.* Matth. 13, 8. 33. 18, 12. 28. Marc. 6, 40. Luc. 15, 4. 16, 6. 7. Joann. 19, 39.

Ἑκατονταέτης, ες, ὁ, *Centenarius, centum annos natus* (ex ἑκατὸν, & ἔτος, annus.) Rom. 4, 19.

Ἑκατονταπλασίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *Centuplus,* (ab ἑκατόν.) Matth. 19, 29. ἑκατονταπλασίονα (sc. μέρη) λήψεται, centuplum accipiet.

Ἑκατοντάρχης, ες, ὁ, *Centurio,* centum militum præfectus, (ex ἑκατὸν & ἄρχων, princeps.) Actor. 10, 1. 24, 23. 27, 1. 31.

Ἑκατόνταρχος, ε, ὁ, idem, & ex iisdem. Matth. 8, 5. 27, 54. Actor. 21, 32. 22, 25. &c.

Ἐκβάλλω, f. αλῶ, aor. 2. ἔβαλον. 1) *Ejicio, expello,* (ex ἐκ & βάλλω, jacio:) violentam ejectionem denotat. Matth. 21, 12. ἐξέβαλε τὲς πωλᾶντας, ejecit vendentes e templo. Luc. 11, 14. καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, & erat ejiciens dæmonium. 2) *Extraho.* Matth. 7, 4. ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος, sine, ut extraham festucam. 3) *Profero.* Matth. 12, 35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ, bonus homo profert bona: c. 13, 52. ὅστις ἐκβάλλει ἐκ

τᾶ

τῦ θησαυροῦ καινὰ καὶ παλαιά, qui profert ex thesauro suo nova & antiqua. Matth. 12, 35. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, usque dum proferat litem in victoriam, h. e. donec publice declaret, litem pro se & suis esse decisam. Vide Elsnerum tom. 1. p. 63. & Obs. Philol. Joann. Alberti. p. 90. 4) *Emitto.* Matth. 9, 38. ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας, ut emittat operarios. 5) *Impello.* Marc. 1, 12, τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον, Spiritus (Sanctus) impellit ipsum, ut abiret in desertum. 6) Dimitto, jubeo vel etiam cogo abire. Matth. 9, 25. ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, cum vero dimissus esset populus. Luc. 8, 54. ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, emittens omnes foras. Gal. 4, 30. ἔκβαλε τὴν παιδίσκην, dimitte ancillam. 7) Rejicio, sperno. Luc. 6, 22. καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, & abjiciant, spernant nomen vestrum, tanquam malum. Germ. dicimus *austhun*, h. e. ex consortio aliorum removere. Exempla dedit Joann. Alberti Observ. Phil. p. 192.

Ἔκβασις, εως, ἡ, *Egressus, eventus, exitus,* (ab ἐκβαίνω, egredior, evenio, accido.) 1. Cor. 10, 13. Ebr. 13, 7.

Ἔκβολὴ, ῆς, ἡ, *Ejectio, jactus,* (ab ἐκβάλλω) Actor. 27, 18. ἐκβολὴν ἐποιοῦντο, jactum fecerunt, mercium scil. quas in mare projiciebant, cum tempestas nimia esset. Sic Jonæ 1, 5.

Ἐκγαμίζω, f. ίσω, *Nuptui colloco, nuptum do,* (ex ἐκ & γαμίζω, quod idem denotat.) Matth. 22, 30. 24, 38. 1. Cor. 7, 38.

Ἐκγαμίσκω, idem, (ex ἐκ & γαμίσκω, nuptum do.) ἐκγαμίσκομαι, nuptui collocor, elocor. Luc. 20, 34. 35.

Ἔκγονα, όνων, τὰ, *Nepotes,* (ex ἐκ & γονὴ, proles.) 1. Tim. 5, 4.

Ἐκδαπανάω, ῶ, f. ήσω, *Expendo,* insumo, *impendo,* sumtus facio, consumo (ex ἐκ & δαπάνη, sumtus.) 2. Cor. 12, 15. ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, expendar pro animabus vestris.

Ἐκδέχομαι, f. ξομαι, (ab ἐκ & δέχομαι) *Exspecto.* 1. Cor. 11, 33. ἀλλήλους ἐκδέχεσθε, vos invicem exspectate. Joann. 5, 3. Act. 17, 16. 1. Cor. 16, 11. Hebr. 10, 13. 11, 10. Jac. 5, 7. 1. Petr. 3, 20.

Ἔκδηλος, ος, ὁ καὶ ἡ, *evidens,* (ex ἐκ & δῆλος, manifestus.) 2. Tim. 3, 9.

Ἐκδημέω, ῶ, f. ήσω, 1) e gente vel populo meo peregre absum, *Peregrinor,* (ex ἐκ & δῆμος, populus.) 2) *Peregre absum.* 2. Cor. 5, 6. ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου, peregre sumus a Domino, i. e. non præsentes apud Dominum in gloria scil. vitæ æternæ. ibid. v. 8. ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, abire a corpore, i. e. mori, &, si animam spectes, potius cum Christo esse. Socrates apud Platonem in Apologia p. 31. edit. Wechel. εἰ δὲ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος, si vero mors quasi peregrinatio est.

Ἐκδίδωμι, f. δώσω, 1) *Dedo, edo,* (ex ἐκ & δίδωμι, do.) 2) *Eloco.* Matth. 21, 33. ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, elocavit illam (vineam) vinitoribus.

Ἐκδιηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, *Enarro, explico* (ex ἐκ & διηγέομαι, narro) Act. 13, 41. 15, 3.

Ἐκδικέω,

Ἐκδικέω, f. ήσω, *Vindico*, (ex ἐκ & δίκη, lis, causſa,) ad verbum, aliquem ex lite eripere. Habet autem duplicem ſignificationem, 1) *Defendendi*. Luc. 18, 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τᾶ ἀντιδίκε με, defende me ab adverſario meo. ἐκδικεῖν ἐκδίκησιν habetur 1. Maccab. 2, 67. Zachar. 5, 3. 2) *Offendendi, & vindictam* ab aliquo *ſumendi*. Rom. 12, 19. μὴ ἑαυτὰς ἐκδικοῦντες, non vosmet ipſos vindicantes. Apoc. 6, 10. 19, 2. ἐκδικεῖν αἷμα, vindicate ſanguinem innocenter effuſum. 2. Cor. 10, 6. ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν, vindicare omnem inobedientiam, eſt illam reprehendere. 1. Sam. 14, 24. ἐκδικήσω τὸν ἐχθρόν με, ultionem ſumam de hoſte meo.

Ἔκδικησις, εως, ἡ, *Vindicta*, *ultio*, (ab ἐκδικέω) Luc. 21, 22. 2. Cor. 7, 11. 2. Theſſ. 1, 8. 1. Petr. 2, 14. Notetur Hebraiſmus. Ἐμοὶ ἐκδίκησις, mihi vindicta, pro: mea eſt vindicta. Rom. 12, 19. Hebr. 10, 30. Et ποιεῖν ἐκδίκησιν eſt idem ac ἐκδικεῖν, vindicare. Luc. 18, 7. 8. Act. 7, 24. Heſychius: ἐκδίκησις, ἀνταπόδοσις,

Ἔκδικος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Ultor*, *vindex*, *defenſor*. (ex ἐκ & δίκη, jus, ultio.) Rom. 13, 4. 1. Theſſ. 4, 6.

Ἐκδιώκω, f. ξω, *Expello*, *perſequor*, (ex ἐκ & διώκω, proſequor.) Luc. 11, 49. 1. Theſſ. 2, 15.

Ἔκδοτος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Traditus*. Actor. 2, 23. ἔκδοτον λαβόντες, divino conſilio Chriſtum traditum acceperunt Judæi, alias nihil contra ipſum tentare potuiſſent. Symmachus Jeſa. 46, 1. ἐγένετο τὰ εἴδωλα αὐτῶν ζώοις ἔκδοτα, facta ſunt idola eorum beſtiis tradita. Hiſtoria Beli v. 22. καὶ ἔδωκε τὸν Βὴλ ἔκδοτον τῷ Δανιὴλ, & tradidit Belum Danieli, ut pro voluntate ipſum tractare poſſet.

Ἔκδοχή, ῆς, ἡ, *Exſpectatio*, (ab ἐκδέχομαι.) Hebr. 10, 27.

Ἐκδύω, f. ύσω, 1) *Exuo* (ex ἐκ & δύω, induo,) regit more verborum veſtiendi geminum Accuſativum. Matth. 27, 28. 31. 2) *Spolio*. Luc. 10, 30. 3) Metaph. 2. Cor. 5, 4. ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, quandoquidem non volumus nos exuere, veſtibus ſcil. animæ, quæ in ſanctitate & innocentia vitæ præcipue conſiſtant, imo tota imagine divina, quæ poſt mortem in animabus noſtris reſtauratur.

Ἐκεῖ, 1) *Ibi*, *illic*, adv. Matth. 2, 13. 15. 5, 24. Apoc. 12, 14. ὅπε τρέφεται ἐκεῖ, ubi nutritur. Hebraice אַשֶּׁרשָׁם. Deficit Matth. 26, 13. Marc. 14, 9. Luc. 5, 16. 17. Act. 14, 3. 2) *Illuc*, *eo*. Matth. 2, 22. 17, 20. 24, 28. Luc. 17, 37. 21, 2. Joann. 11, 8. 18, 3. Rom. 15, 24. Jacob. 2, 3. quod deficit. Actor. 25, 4. 1. Cor. 10, 27. Ex profanis exempla habent Pfochenius. Diatr. §. 128. Elſnerus tom. 1. obſ. ſacr. p. 8.

Ἐκεῖθεν, 1) *Inde*, *illinc*, *hinc*, adv. (ab ἐκεῖ.) Matth. 4, 21. 5, 26. 9, 9. 27. 2) *Ibi*, *illic*. Actor. 20, 13.

Ἐκεῖνος, ένη, ῖνο, *Ille*, *a*, *ud*, *iſte*. ἐκείνη ἡ ἡμέρα, dies extremi judicii. Hebræi vocant יוֹם הַהוּא, illum diem. Matth. 7, 22. *. πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, multi dicent mihi illo

illo die, h. e. die noviſſimo ſive judicii. Luc. 10, 12. 2. Theſſ. 1, 20. 2. Tim. 1, 12. 18. 4, 8. Sic ὁ αἰὼν ἐκεῖνος, eſt vita æterna. Luc. 20, 35. Per contemtum Chriſtus dicitur a Judæis hodieque אותו האיש, ille vir, ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Matth. 26, 24. 27, 63.

Ἐκεῖσε, adv. *Illic* (ab ἐκεῖ.) Actor. 21, 3. 12, 5.

Ἐκζητέω, f. ήσω, 1) *Exquiro, requiro*, ſtudioſe quæro (ex ἐκ & ζητέω, quæro.) Rom. 3, 11. ὁ ἐκζητῶν τὸν θεὸν, ſtudioſe quærens Deum. Actor. 15, 17. ὅπως ἐκζητήσωσι τὸν κύριον, ut requirant Dominum. conf. Hebr. 11, 6. 12, 17. 1. Petr. 1, 10. Cohel. 1, 13. 2) *Vindico.* Luc. 11, 50. 51. ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα, ut vindicetur ſanguis. Sic Ezech. 3, 18. 20. αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σε ἐκζητήσω. Sanguinem (reatum) ejus de manu tua requiram.

Ἐκθαμβέω, ῶ. f. ἐκθαμβέομαι, ᾔμαι, *Obſtupeſco, expaveſco*, ſum attonitus, animo & corpore perhorreſco, ſicut in ſubita conſternatione aut febrium acceſſu fieri ſolet, (ab ἔκθαμβος.) Marc. 9, 15. 14, 33. 16, 5. 6.

Ἔκθαμβος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Expavefactus, attonitus*, ſtupore perculſus, (ex ἐκ & θάμβος, ſtupor, affectus admiratione & timore mixtus.) Actor. 3, 11.

Ἔκθετος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Expoſitus*, (ab ἐκ & τίθημι.) Actor. 7, 19. τοῦ ποιεῖν (ſc. ἕνεκα) ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, ut facerent expoſita, h. e. ut exponerent infantes illorum. Mos ſcil. erat gentilibus antiquis, infantes recens natos exponere, qualium exemplorum plenæ ſunt hiſtoriæ & comœdiæ.

Ἐκκαθαίρω, f. ἀρῶ, *Expurgo* (ex ἐκ & καθαίρω, purgo,) denotat ſummo ſtudio purgare, usque dum omnia expurgata ſint. 1. Cor. 5, 7. ἐκκαθάρατε (imper. aor. 1.) τὴν παλαιὰν ζύμην, expurgate vetus fermentum. 2. Tim. 2, 21. ἐάν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν, ſi quis ſemet ipſum expurget. Adde Maji Obſ. ſacr. lib. 3. p. 162.

Ἐκκαίω, f. αύσω, *Exuro*, (ex ἐκ & καίω, uro.) ἐκκαίομαι, *exardeſco*, Rom. 1, 27. ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν, in cupiditate ſua exarſerunt erga ſe invicem. Metaphorice quibusdam affectibus, quales ſunt amor & ira, ignis & incendium tribuitur, propter illorum violentiam.

Ἐκκακέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Piger fio, ſegneſco, defatigor*, (ex ἐκ & κακὸς, malus.) Luc. 18, 1. καὶ μὴ ἐκκακεῖν, ſc. δεῖν, & non oportere nos in precibus defatigari. Gal. 6, 9. μὴ ἐκκακῶμεν, ne defatigemur. Epheſ. 3, 13. 2. Theſſ. 3, 13. 2) *Malis ſuccumbo, animum deſpondeo.* 2. Cor. 4, 1. 16. οὐκ ἐκκακοῦμεν, non moleſte ferimus.

Ἐκκεντάω, vel ἐκκεντέω, ῶ, f. ήσω, *Pungo, transfigo*, transverbero, (ex ἐκ & κεντέω, pungo.) Joann. 19, 37. Apoc. 1, 7.

Ἐκκλάω, f. άσω, *Defringo*, (ex ἐκ & κλάω, frango.) Rom. 11, 17. 19. 20. τινὲς τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, quidam ex ramis defracti ſunt.

Ἐκκλείω, f. είσω, *Excludo* (ex ἐκ & κλείω, claudo.) Rom. 3, 27. καύχησις ἐξεκλείσθη, gloriatio excluſa, h. e. irrita facta eſt. Gal. 4,

Gal. 4, 17. ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, excludere vos volunt, a me, scil. mea conversatione & doctrina.

Ἐκκλησία, ίας, ἡ, 1) *Concio, cœtus*, convocatus, etiam politicus, (ab ἐκκαλέω, evoco.) Actor. 19, 32. 39. 40. 2) *Cœtus electorum*, qui a Deo ex variis gentibus sunt quasi evocati, qui veram ecclesiam invisibilem constituunt. Matth. 16, 18. 1. Cor. 10, 32. 11, 22. 15, 9. Gal. 1, 13. Ephes. 1, 22. 3, 10. 21. 5, 23. 24. 25. 27. 29. 32. Phil. 3, 6. Coloss. 1, 18. 24. 1. Tim. 3, 15. Hebr. 12, 23. 3) *Totus populus* olim Judæorum & nunc Christianorum, qui verbum Dei audiunt, eique quocunque modo credunt. Act. 7, 38. 1. Cor. 6, 4. 12, 28. 4) *Ecclesia*, quæ loco cuique est propria, vel cœtus fidelium in una aliqua civitate. Matth. 18, 17. Actor. 8, 1. 9, 31. 11, 22. 26. 13, 1. 14, 23. 27. 15, 3. 41. 16, 5. 18. 22. 20, 17. Rom. 16, 1. 4. 5. 23. 1. Cor. 1, 2. 4, 17. 7, 17. 10, 32. 11, 16. 14, 23. 16, 1. 19. 2. Cor. 1, 1. 8, 1. 18. 19. 23. 24. 11, 8. 28. 12, 13. Gal. 1, 2. 22. Phil. 4, 15. (vel etiam fideles in una aliqua domo, Coloss. 4, 15. Philem. v. 2.) Coloss. 4, 16. 1. Thess. 1, 1. 14. 2. Thess. 1, 1. Jacob. 5, 14. 3. Joann. 9, 6. Apoc. 1, 4. seqq. 3, 1. seqq. 22, 16. 5) *Soli auditores*. Actor. 15, 4. 22. 6) *Locus concionis*, in quo cœtus sacer congregatur. 1. Cor. 11, 18. 14, 19. 28. 33. 34. 35. Hebr. 2, 12. 3. Joann. v. 6. ἐνώπιον ἐκκλησίας h. e. ad congregatos ibi Christianos.

Ἐκκλίνω, f. νῶ, *Deflecto, declino, devito*, (ex ἐκ & κλίνω, flecto.) Rom. 3, 12. πάντες ἐξέκλιναν, omnes declinaverunt, sc. a Deo & rebus bonis. c. 16, 17. 1. Petr. 3, 11. ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, declinet a malis.

Ἐκκολυμβάω, ῶ, f. ήσω, *Enato*, (ex ἐκ & κολυμβάω, nato.) Act. 27, 42.

Ἐκκομίζω, ίσω, *Exporto, effero*, (ex ἐκ & κομίζω porto.) Luc. 7, 12. ἐξεκομίζετο τεθνηκώς, efferebatur mortuus. Extra urbem soliti sunt olim mortuos sepelire. Exempla ex profanis habet Elsnerus tom. 1. p. 211.

Ἐκκόπτω, f. ψω, 1) *Excido, exscindo*, (ex ἐκ & κόπτω, scindo,) in sensu proprio. Matth. 3, 10. δένδρον ἐκκόπτεται, arbor exscinditur. c. 7, 19. membra corporis humani exscinduntur. c. 5, 30. 18, 8. Rom. 11, 22. 24. 2) Metaph. *impedio*, 2. Cor. 11, 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμήν, ut impediam & irritum faciam impetum. 3) *Exscindi ex ecclesia*, & per consequens gratia divina. Rom. 11, 22. ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ, siquidem etiam tu abscinderis a corpore ecclesiæ. Contrarium ibid. v. 24. tu ex olea sylvestri ἐξεκόπης, excisus es, h. e. e gentilismo ereptus, & ad Christianismum perductus es.

Ἐκκρέμαμαι, *Dependeo, pendeo ab aliquo*, (ex ἐκ & κρέμαμαι, pendeo) Luc. 19, 48. λαὸς ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων, omnis populus pendebat ab ipso, illum audiens. Genitivus non tam regitur a verbo ἐξεκρέματο, sed potius respicit participium ἀκούων.

ἀκέων. Latini & Græci alias dicunt: pendere ab ore alicujus, i. e. libenter eum audire, de qua phrasi conf. Joann. Alberti Obſ. Phil. p. 198.

ἘΚλαλέω, ῶ, f. ήσω, *Effutio, evulgo,* (ex ἐκ & λαλέω, loquor.) Actor. 23, 22.

ἘΚλάμπω, f. ψω, *Eluceo, effulgeo,* valde ſplendeo, (ex ἐκ & λάμπω, fulgeo.) Matth. 13, 43.

ἘΚλανθάνομαι, f. ἐκλήσομαι, *Obliviſcor,* (ex ἐκ & λανθάνω, lateo.) Hebr. 12, 5. ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, obliti eſtis conſolationis.

ἘΚλέγομαι, f. ξομαι, *Eligo, deligo,* (ex ἐκ & λέγω, lego, i. e. colligo.) Marc. 13, 20. Luc. 10, 42. 17, 7. Joann. 6, 20. 13, 18. 15, 16. 19. Act. 15, 17. 1. Cor. 1, 27. 28. Epheſ. 1, 4. Jacob. 2, 5.

ἘΚλείπω, f. ψω, 1) *Derelinquo, deſero,* (ex ἐκ & λείπω, linquo.) 2) *Deficio, deſum.* Luc. 22, 32. Hebr. 1, 12. 3) Elliptice, ut ſubaudiatur βίος, denotat *mori.* Luc. 16, 9. ὅταν ἐκλίπητε (aor. 2. paſſ.) ſcil. ἀπὸ τῆς ζωῆς, quando deficiamini ſcil. a vita. Judic. 8, 5. δότε ἄρτους τῷ λαῷ, ὅτι ἐκλείπασι, date panes populo, quia deficiunt. Pſalm. 107, 5. ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπε, anima ipſorum in ipſis defecit. Sic ex Platone adfertur κληρονόμος ἐκλιπόντων, hæres mortuorum, teſte Stephano. Alia habet Elſnerus Obſ. ſacr. tom. 1.

ἘΚλεκτός, ή, όν, *Electus.* (ab ἐκλέγω.) Luc. 23, 35. ὁ χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτός, Chriſtus Dei electus. ἐκλεκτοὶ, electi, fideles illi, quos Deus ab æterno ad ſalutem elegit. Matth. 20, 26. 22, 14. 24, 22. Rom. 8, 33. Coloſſ. 3, 12. 2. Tim. 2, 10. Apoc. 17, 14.

ἘΚλογή, ῆς, ή, *Electio,* (ab ἐκλέγω, eligo.) Act. 9, 15. σκεῦος ἐκλογῆς (h. e. ἐκλεκτόν) μοί ἐστιν οὗτος, inſtrumentum electiſſimum mihi eſt hic. Rom. 9, 11. πρόθεσις κατ' ἐκλογήν. Hic 1) obſervetur hypallage pro ἐκλογὴ κατὰ πρόθεσιν. 2) ἐν διὰ δυοῖν, pro ἐκλογὴ προτεθημένη, electio præſtituta.

ἘΚλύω, f. ύσω, 1) *Diſſolvo,* (ex ἐκ & λύω, ſolvo. 2) *Deſtituo, enervo.* Matth. 15, 32. μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ, ne forte diſſolverentur in via, h. e. fame perirent, nam mors eſt animæ a corpore diſſolutio ſive ſeparatio. Marc. 8, 3. 2. Sam. 4, 1. καὶ ἐξελύθησαν αἱ χεῖρες αὐτῶν, & enervatæ ſunt manus eorum. Adde Joann. Alberti Obſerv. Philol. p. 77. 3) *Diſſipo, diſpergo.* Matth. 9, 36. 4) ἐκλύομαι, *Frangor,* animo deſtituor, *deficio.* Gal. 6, 9. Hebr. 12, 3. 5.

ἘΚμάσσω, vel ἐκμάττω, f. ξω, & ἐκμάττομαι, *Extergo, abſtergo,* (ex ἐκ & μάσσω, pinſo, abſtergo.) Luc. 7, 38. 44. Joann. 11, 2. 3. 13, 5.

ἘΚμυκτηρίζω, f. ίσω, *Irrideo,* ſannis excipio, (ex ἐκ & μυκτηρίζω, naſo ſuſpendo, ſubſanno.) Luc. 16, 14. 23, 35.

ἘΚνεύω, f. εύσω, 1) *Nutu jubeo,* (ex ἐκ & νεύω, innuo vel nuto.) 2) *Clam evado, elabor.* Joann. 5, 13. ὁ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, Jeſus elapſus

elapsus erat. Occurrit hac significatione Judic. 4, 18. 18, 26. & bis apud Euripidem, prout observat Pfochenius in Diatr. §. 87. Adde Elsnerum tom. 1. p. 306, 7.

Ἐκνήφω, f. ψω, *Sobrius fio, evigilo*, (ex ἐκ & νήφω, sobrius sum.) 1. Cor. 15, 34. ἐκνήψατε δικαίως, sobrii estote, sicut par est. Genes. 9, 24. ἐξέγνψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, ad se rediit Noachus a vino, vel post vinum. Idem de Nabale 1. Sam. 25, 37.

Ἑκάσιος, α, ον, ὁ, ἡ, *Spontaneus, voluntarius*, (ab ἑκών, qui sua sponte aliquid facit.) Philem. v. 14. κατὰ ἑκάσιον, sponte.

Ἑκασίως, adv. *Sponte, ultro*, voluntarie (ab ἑκάσιος) Hebr. 10, 26. 1. Petr. 5, 2.

Ἐκπαλαι, adv. *Iam olim*, (ex ἐκ & πάλαι, olim.) 2. Petr. 2, 3. 3, 5. Apud profanos etiam occurrere docet Joann. Alberti Obs. Philol. p. 467. 511.

Ἐκπειράζω, f. σω, *Tento, experior*, (ex ἐκ & πειράζω, tento.) Matth. 4, 7. Luc. 4, 12. 10, 25. 1. Cor. 10, 9.

Ἐκπέμπω, f. ψω, *Emitto* (ex ἐκ & πέμπω, mitto.) Actor. 13, 4. 17, 10.

Ἐκπετάννυμι, vel ἐκπετανύω, *Extendo, expando*, unde ἐξεπέτασα, extendi. Rom. 10, 21. (ex ἐκ & πετάννυμι vel πετανύω, quæ idem notant.)

Ἐκπίπτω, f. πτώσω, p. πέπτωκα. 1) *Excido, decido* (ex ἐκ & πίπτω, cado,) in sensu proprio Marc. 13, 25. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, & stellæ cœli decident. Actor. 12, 7. Jacob. 1, 11. 2. Petr. 3, 17. 2) *Metaph.* ex feliciori statu pervenire ad deteriorem. Gal. 5, 4. τῆς χάριτος ἐξεπέσατε, ex gratia excidistis. Apoc. 2, 5. πόθεν ἐκπέπτωκας, unde exciderit. Adde Joann. Alberti Obs. Philol. p. 482. 3) *Impellor.* Actor. 27, 17. ἵνα μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, ne in Syrtim impellerentur. c. 26, 29. 32. 4) *Desino, irritus sum.* Rom. 9, 6. οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, fieri non potest, ut verbum Dei irritum fiat, aut promissis excidat. 1. Cor. 13, 8.

Ἐκπλέω, f. εὐσω, *Enavigo*, (ex ἐκ & πλέω, navigo.) Actor. 15, 39. 18, 18. 20, 6.

Ἐκπληρόω, ῶ, f. ώσω, *Impleo, expleo*, (ex ἐκ & πληρόω, repleo.) Act. 13, 32. θεὸς ἐκπεπλήρωκεν ἐπαγγελίαν, Deus implevit (observavit) promissionem.

Ἐκπλήρωσις, εως, ἡ, *Complementum*, consummatio (ab ἐκπληρόω,) Act. 21, 26. ἐκπλήρωσις τῶν ἡμερῶν, finis dierum.

Ἐκπλήσσω, vel ἐκπλήττω, f. ξω, *Percello, perterrefacio*, stupefacio (ex ἐκ & πλήσσω, percutio.) ἐκπλήσσομαι, *obstupesco*, statu mentis quasi dejicior, *ich bin nicht bey mir selbst.* Matth. 7, 28. 13, 54. 19, 35. 22, 33. Marc. 7, 37. 10, 26. 11, 18. Luc. 2, 48. 4, 32. 9, 43. Act. 13, 12.

Ἐκπνέω, f. εὐσω, 1) *Efflo, exspiro*, (ex ἐκ & πνέω, spiro) 2) *Morior*, animam s. vitam efflo, ἐκπνέω, sc. (τὸν βίον, sive τὴν ψυχήν.) Marc. 15, 37. 39. Luc. 23, 46.

Ἐκπο-

Ἐκπορεύομαι, f. εύσομαι, 1) *Egredior, exeo*, prodeo, (ex ἐκ & πορεύομαι, eo.) Matth. 3, 5. 4, 4. 15, 11. 18. &c. 2) κατ' ἐξοχήν, de Spiritu S. Joann. 15, 26. παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ex eſſentia patris procedit.

Ἐκπορνεύω, f. εύσω, *Effuſe ſcortor*, (ex ἐκ & πορνεύω, ſcortor.) Jud. v. 7. Occurrit Hoſeæ 2, 5. Sirac. 46, 11. Geneſ. 38, 24. Exod. 34, 15. Levit. 17, 7. Numer. 25, 1.

Ἐκπτύω, f. ύσω, 1) *Exſpuo*, (ex ἐκ & πτύω, ſpuo.) 2) *Reſpuo, abhorreo*, contumelioſe rejicio. Gal. 4, 14.

Ἐκριζόω, ῶ, f. ώσω, *Eradico, exſtirpo*, radicitus evello. (ex ἐκ & ριζόω, radico.) Matth. 13, 29. 15, 13. Luc. 17, 6. Jud. v. 12.

Ἔκστασις, εως, ἡ, 1) *Dimotio* rei *e ſtatu*, in quo erat (ab ἐξίστημι, de ſtatu dejicio. 2) *Stupor & admiratio*. Marc. 5, 42. ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ, & obſtupuerunt ſtupore magno. Hebraiſmus. cap. 16, 8. Luc. 5, 26. Act. 3, 10. 3) *Ecſtaſis, raptus* ſive emotio & elevatio mentis ad Deum, *eine Entzückung*. Act. 10, 10. 11, 5. εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, vidi in ecſtaſi viſionem. c. 22, 17.

Ἐκστρέφω, f. ψω, *Averto, inverto, immuto*, (ex ἐκ & στρέφω, verto.) Tit. 3, 11. ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, talis homo perverſus eſt. Heſychius: ἐξέστρεψεν, μετέβαλεν, adde Joann. Alberti Obſ. Phil. p. 413.

Ἐκταράσσω, vel ἐκταράττω, f. ξω, *Perturbo*, (ex ἐκ & ταράσσω, commoveo.) Act. 16, 20.

Ἐκτείνω, f. ενῶ, 1) *Extendo, protendo*, (ex ἐκ & τείνω, tendo.) Matth. 8, 3. 26, 51. Luc. 22, 53. Joann. 21, 18. ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, extendes manus tuas, i. e. cruci affigeris: quoniam furca alligati manus extendere neceſſe habuerunt: Quod in Petro impletum eſſe teſtantur hiſtoriæ eccleſ. Scriptores. 2) Rem aliquam *valde deſidero*. Phil. 3, 14. τοῖς ἔμπροσθεν (μέρεσιν) ἐκτεινόμενος, ad ea, quæ ante me ſunt, me extendens, i. e. illorum appetens. Suidas: ὀρεγυομένοις, ἐκτεταμένοις, ἐπιθυμῶσιν.

Ἐκτελέω, ῶ, f. έσω, *Perficio, conſummo*, (ex ἐκ & τελέω, finio.) Luc. 14, 29. 30.

Ἐκτένεια, είας, ἡ, 1) *Extenſio* (ab ἐκτείνω.) 2) *Jugis & perpetua opera*. Act. 26, 7.

Ἐκτενέστερον, *Intentius, vehementius*, (eſt neutrum comparativi adverbialiter poſitum, ab ἐκτενής.) Luc. 22, 44. ἐκτενέστερον προσηύξατο, vehementius orabat.

Ἐκτενής, ές, ὁ καὶ ἡ, 1) *Extenſus*, (ab ἐκτείνω.) 2) *Intentus, ſedulus, diligens*, aſſiduus, quum quis ſe ipſum intendit. Act. 12, 5. προσευχὴ ἐκτενής, preces aſſiduæ. 1. Petr. 4, 8. ἀγάπην ἐκτενῆ, amorem ſummum.

Ἐκτενῶς, adv. *Vehementer*, totis viribus, impenſe (ab ἐκτενής,) 1. Petr. 1, 22.

Ἐκτίθημι, f. θήσω, 1) *Expono*, ut e navi, e vehiculo (ex ἐκ & τίθημι, pono.) 2) *Expono infantem*. Actor. 7, 21. 3) *Expono, explico*. Act. 11, 4. 18, 26. 28, 23.

Ἐκτινάσσω, f. ξω, *Excutio* (ex ἐκ & τινάσσω, quatio.) Matth. 10, 14. ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν, excutite pulverem pedum vestrorum. Ut ostenderent, se non lucri sui, sed animarum ipsorum, causa adfuisse, Marc. 6, 11. Actor. 13, 51. 18, 6. Sic Nehem. 5, 13. καὶ τὴν ἀναβολήν μου ἐξετίναξα, & excussi vestem meam, & dixi: οὕτως ἐκτινάξαι ὁ θεὸς πάντα ἄνδρα, sic excutiat Deus omnem virum, qui non observabit hoc verbum.

Ἕκτος, η, ον, *Sextus*, (ab ἕξ, sex.) Matth. 20, 5. 27, 45. Luc. 1, 26. 36. Joann. 4, 6. Act. 10, 9. περὶ ὥραν ἕκτην, circa prandium: hæc erat hora, qua apud Judæos תלמידי חכמים sive eruditi comederent. Basnagius Exc. adv. Baronium p. 346. s. Apoc. 6, 12. 9, 13. 14. 16, 12. 21, 20.

Ἐκτὸς, adv. 1) *Extra*, (ab ἐκ vel ἐξ, ex.) Matth. 23, 26, τὸ ἐκτὸς (sc. ὂν τὸ μέρος) αὐτῶν καθαρὸν, pars, quæ extra illa est, pura. 1. Cor. 6, 18. 2. Cor. 12, 2. 3. 2) *Extra, excepto, præter.* Act. 26, 22. οὐδὲν ἐκτὸς (sc. τούτων) λέγων, nihil præter hoc dicens. 1. Cor. 15, 27. 3) *Excepto, nisi.* 1. Cor. 14, 5. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, excepto, nisi interpretetur. c. 15, 2. 1. Tim. 5, 19. in quibus abundare prorsus videtur. Adde hic Pfochenii Diatriben. §. 94.

Ἐκτρέπω, f. ψω, 1) *Converto, deflecto* (ex ἐκ & τρέπω, flecto.) in sensu proprio Hebr. 12, 13. τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, claudum convertatur, restituatur. 2) *Deflecto*, metaph. 2. Tim. 4, 4. ἐπὶ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται, ad fabulas convertentur, ἐκτρέπομαι, deflecto iter, diverto iter. 3) *Averfor.* 1. Tim. 6, 20. ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, aversatus sermones vanos & profanos.

Ἐκτρέφω, f. ψω, *Enutrio*, (ex ἐκ & τρέφω, nutrio.) Eph. 5, 29. 6, 4.

Ἔκτρωμα, τος, τὸ, partus abortivus, (ab ἐκ & τιτρώσκω, vulnero.) 1. Cor. 15, 8. ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, tanquam abortivo; ita Paullus semet ipsum vocat, quia non, ut reliqui Apostoli, modo ordinario ad Apostolatum pervenit, per electionem & informationem ipsius Christi, sed subito & extra ordinem. Occurrit vox Num. 12, 12.

Ἐκφέρω, 1) *Effero, profero*, (ex ἐκ & φέρω, fero.) Luc. 15, 22. Act. 5, 15. 1. Tim. 6, 7. 2) *Profero.* Hebr. 6, 8. ἐκφέρουσα ἀκάνθας terra proferens spinas. 3) *Mortuum sepelio.* Actor. 5, 6. ἐξενέγκαντες ἔθαψαν, postquam extulerunt, sepelierunt. v. 9. ἐξοίσουσί (fut. anom.) σε, efferent te.

Ἐκφέυγω, f. ξω, *Effugio*, (ex ἐκ & φεύγω, fugio.) 1) in sensu proprio. Actor. 19, 16. ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου, effugere ex domo. 2. Cor. 11, 33. καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ, & effugi manus ejus. 2) Metaphorice. Luc. 21, 36. ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα, ut digni habeamini, qui effugiatis hæc omnia. Hebr. 2, 3. πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα; quomodo nos effugiemus? Rom. 2, 3. 1. Thess. 5, 3. 2. Maccab. 6, 26. τὰς τοῦ παντοκράτορος χεῖρας οὔτε ζῶν, οὔτε ἀποθανὼν ἐκφεύξομαι, manus omnipotentis neque vivens, neque mortuus effugere potero.

Ἐκφοβέω,

Ἐκφοβέω, ῶ, f. ήσω, *Terrefacio, terrorem injicio*, (ab ἔκφοβος.) 2. Cor. 10, 9.

Ἔκφοβος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Exterritus, conſternatus*, (ex ἐκ, quod intendit ſignificationem, & φόβος, timor.) Marc. 9, 6. Hebr. 12, 21.

Ἐκφύω, f. ύσω, *Gigno, produco*, (ex ἐκ & φύω, idem.) Matth. 24, 32. τὰ φύλλα ἐκφύῃ, folia progerminat.

Ἐκχέω, f. εύσω, 1) *Effundo*, (ex ἐκ & χέω, fundo.) Matth. 9, 17. Act. 2, 17. 18. 33. Apoc. 16, 1. ſeq. 2) Metaph. effundere Spiritum S. h. e. dona Spiritus S. ad homines demittere. Act. 2, 17. ἐκχεῶ ἀπὸ τ. πνεύματός μ., effundam de Spiritu meo. Tit. 3, 6. 3) ἐκχέαι αἷμα, *Effundere ſanguinem*, i. e. hominem occidere. Rom. 3, 15. Apoc. 16, 6. 4) *Ejicio*. Joann. 2, 15. ἐξέχεε τὸ κέρμα, disjecit pecuniam.

Ἐκχύω, vel ἐκχύνω, 1) *Effundo*, (ex ἐκ & χύω. fundo.) Luc. 5, 37. καὶ οἶνος ἐκχυθήσεται, & vinum effundetur, Actor. 1, 18. ἐξεχύθη τὰ σπλάγχνα αὐτ., effuſa ſunt viſcera ejus. 2) Metaph. Act. 10, 45. δωρεὰ τ. ἁγίε πνέυματος ἐκκέχυται, donum Sp. S. effuſum eſt. Rom. 5, 5. ἀγάπη τ. θεὸ ἐκκέχυται, amor Dei effuſus, i. e. largiter exhibitus eſt. 3) ἐκχύνειν αἷμα, *Effundere* ſanguinem, i. e. interficere. Matth. 23, 35. 4) *In errorem induci*. paſſ. Judæ v. 11. τῇ πλάνῃ τ. Βαλαὰμ μισθ. ἐξεχύθησαν, eodem errore, quo Bileam, mercede adductus, abducti ſunt. Sic Pſalm. 73, 2. παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μ., parum abeſt, quin declinarent greſſus mei. Heſychius: ἐξεχύθησαν, ἐφανίσθησαν, pro quo legendum ἠφανίσθησαν, effuſa ſunt, h. e. perierunt.

Ἐκχωρέω, ῶ, f. ήσω, *Excedo, diſcedo*, (ex ἐκ & χωρέω, proficiſcor.) Luc. 21, 21.

Ἐκψύχω, f. ξω, *Animam efflo, exſpiro*, (ex ἐκ & ψυχὴ, anima.) Act. 5, 5. 10. 12, 23.

Ἑκὼν, ὖσα, ὸν, *Voluntarius*, qui ſponte aliquid facit. Rom. 8, 20. 1. Cor. 9, 17.

Ἐλαία, ας, ἡ, *Olea*, τὸ ὄρος τ. ἐλαιῶν, mons olivarum. Matth. 21, 1. 24, 3. 26, 30.

Ἔλαιον, αίε, τὸ, *Oleum*, (ab ἐλαία.) Matth. 25, 3. Marc. 6, 13. Luc. 7, 46. 10, 34. 16, 6. Jacob. 5, 14. Apoc. 6, 6. 18, 13. metaphorice. Hebr. 1, 9. ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, oleum lætitiæ.

Ἐλαιών, ῶνος, ὁ, *Olivetum*. Act. 1, 12.

Ἐλαμίτης, ε, ὁ, *Elamita*, qui eſt ex gente Elam, quæ fuit regio Perſidis, a radice Hebraica עלם, latitavit, abſcondit. Actor. 2, 9.

Ἐλάσσων, vel ἐλάττων, ονος, ὁ καὶ ἡ, 1) *Minor ætate*, (eſt Comparativus ab ἐλαχὺς, parvus, exiguus) Rom. 9, 12. 1. Tim. 5, 9. 2) *Vilior, deterior*. Joann. 2, 10. Ebr. 7, 7.

Ἐλαττονέω, ῶ, f. ήσω, *Minus habeo*, (ab ἐλάττων,) 2. Cor. 8, 15.

Ἐλαττόω, ῶ, f. ώσω, *Diminuo, imminuo*, facio inferiorem aliquem, (ab eodem.) Joann. 3, 30. Hebr. 2, 7. 9.

Ἐλαύνω, f. ἐλάσω, p. ἐλήλακα, 1) *Agito, impello.* Marc. 6, 48. Jac. 3, 4. 2. Petr. 2, 17. 2) Met. Luc. 8, 29. ἠλαύνετο ὑπὸ τῦ δαιμονίε, agitabatur a diabolo. 3) De navigatione. Joann. 6, 19. ἐληλακότες (ſc. ναῦν) ὡς σταδίες εἰκοσιπέντε, quum navem ſtadiis XXV. impuliſſent, h. e. remigaſſent. Alia Exempla hujus Ellipſeos habet Elſnerus tom. 1. Obſ. ſacr. p. 310.

Ἐλαφρία, ίας, ἡ, *Levitas*, (ab ἐλαφρός.) 2. Cor. 1, 17.

Ἐλαφρὸς, ά, όν, *Levis*, non gravis, non moleſtus. Matth. 11, 30. φορτίον με ἐλαφρόν ἐςι, onus meum leve eſt. 2. Cor. 4, 17. τὸ ἐλαφρὸν (ſc. μέρος) τῆς θλίψεως ἡμῶν, levis pars afflictionis noſtræ.

Ἐλάχιςος, ίςη, ον, *Minimus*, pauciſſimus, *viliſſimus*, (Superl. ab ἐλαχύς.) Matth. 2, 6. 5, 19. Ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τύτων τῶν ἐλαχίςων, quicunque ſolverit unum præceptorum horum minimorum. Obſervandum, Judæos in uſu habuiſſe diſtinctionem inter præcepta levia & gravia. Opus externum, quod in oculos incurreret, ſummopere extollebant, & præceptum grande ſtatuebant: obedientiam vero cordis & virtutes morales pro præceptis levioribus & nullius momenti habebant. Exemplum habes Marc. 7, 9. ſeqq. Chriſtus igitur h. l. virtutes, de quibus a v. 3. ſeqq. egerat, vocat ἐλαχίςας, non ex mente ſua, ſed Phariſæorum & populi. De his autem dicit: Qui eas leges & virtutes in iis præceptas aboleverit, is nullo plane numero erit in regno Meſſiæ, quod eſt Eccleſia Chriſtiana, per conſequens etiam in vita æterna. Nam is ea negligit, quæ ſunt graviſſima, nempe amorem Dei & hominum. Vocabulum hoc porro occurrit cap. 25, 40. Luc. 12, 26. 16, 10. 19, 17. 1. Cor. 4, 3. 6, 2. 15, 9. Jacob. 3, 4. Ab hoc Superlativo deſcendit alius comparativus ἐλαχιςότερος. Epheſ. 3, 18.

Ἐλεάζαρ, ὁ, *Eleazar*. Nomen proprium hebraicum indeclinab. (ex אֵל, Deus, & עֵזֶר, auxilium.) Matth. 1, 15.

Ἔλεγξις, εως, ἡ, *Reprehenſio*, Redargutio, (ab ἐλέγχω.) 2. Petr. 2, 16.

Ἔλεγχος, ε, ὁ, 1) Argumentis *demonſtratio*, (ab ἐλέγχω,) Hebr. 11, 1. Fides eſt ἔλεγχος, h. e. certiſſima argumentatio & convictio etiam de rebus, quas oculis non cernimus. Sapientia eſt ἔλεγχος ἐννοιῶν ἡμῶν, certiſſima convictio de cogitationibus noſtris. Sapient. 2. 14. 2) *Redargutio, refutatio*, reprehenſio. 2. Tim. 3, 16.

Ἐλέγχω, f. ξω, 1) *Arguo, refuto*, redarguo, reprehendo. Matth. 18, 15. καὶ ἔλεγξον αὐτὸν, & redargue ipſum. Luc. 3, 19. Joann. 3, 20. 8, 9. 1. Cor. 14, 24. Epheſ. 5, 11. 13. 1. Tim. 5, 20. 2. Tim. 4, 2. Hebr. 12, 5. Jacob. 2, 9. Apoc. 3, 19. 2) *Convinco*, argumentis clariſſimis refuto. Joann. 16, 8. Spiritus S. ἐλέγξει τὸν κόσμον, convincet mundum. c. 8, 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει; quis ex vobis convincet me de peccato? Tit. 1, 9. Epiſcopi eſt,

est, ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, contradicere, convincere de falsitate scil. dogmatum suorum & veritate contrariorum. ib. c. 1, 13. 2, 15. 3) *Manifesto.* Joann. 3, 20. ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτᾶ, ne manifestentur opera illius; quod paulo post explicatur φανερωθῇ. Alia exempla habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 301.

Ἐλεεινός, ἡ, ὸν, *Miser, miserabilis,* (ab ἔλεος.) 1. Cor. 15, 19. Ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν, miserrimi omnium hominum sumus. Comparativus ponitur pro superlativo. Apoc. 3, 17.

Ἐλεέω, ῶ, f. ήσω, *Misereor* alicujus. Adscisit accusativum. Matth. 9, 27. ἐλέησον ἡμᾶς υἱὲ Δαβὶδ, miserere nostri fili David. c. 15, 22. 17, 15. 18, 33. 20, 30. 31. Rom. 9, 15. 16. 18. 11, 32. 12, 8. Phlipp. 2, 27. Jud. v. 22. ἐλεέομαι, *Misericordiam consequor.* Matth. 5, 7. Rom. 11, 30. 31. 1. Cor. 7, 25. 2. Cor. 4, 1. 1. Tim. 1, 13. 16. 1. Petr. 2, 10.

Ἐλεημοσύνη, ης, ἡ, 1) *Misericordia,* (ab ἐλεήμων.) 2) Stips erogata pauperibus, *Eleemosyna* (per Metonymiam caussæ impellentis) Matth. 6, 1. Luc. 11, 41. 12, 33. Actor. 3, 2. 10. 9, 36. 10, 2. 24, 17.

Ἐλεήμων, ονος, ὁ, ἡ, *Misericors,* (ab ἔλεος.) Matth. 5, 7. Hebr. 2, 17.

Ἔλεος, ϗ, ὁ vel εος, ϗς, τὸ, 1) *Misericordia* in sensu activo, *commiseratio.* Matth. 9, 13. 23, 23. Luc. 1, 50. 10, 37. Gal. 6, 16. Ephes. 2, 14. &c. 2) In sensu passivo, *misericordia,* quæ alteri exhibetur. Rom. 9, 23. 11, 31. 15, 9.

Ἐλευθερία, ας, ἡ, 1) *Libertas,* qualis est eorum, qui servi non sunt, (ab ἐλεύθερος.) Intelligitur autem in N. T. tantum metaphorice illa libertas, quam Christus nobis acquisivit, ut liberi simus a maledictione legis, dominio inferni, & ceremoniis tum humanis, tum leviticis. Rom. 8, 21. 1. Cor. 10, 29. 2. Cor. 3, 17. Gal. 2, 4. 5, 1. 13. 1. Petr. 2, 16. 2. Petr. 2, 19. 2) Doctrina novi testamenti. Jacob. 1, 25. 2, 12.

Ἐλεύθερος, έρα, ον, 1) *Liber,* non servus aut mancipium. 1. Cor. 12, 13. εἴτε δῶλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, sive servi, sive liberi. Gal. 3, 28. 4, 22. 2) *Liber,* immunis. Matth. 17, 26. ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ, igitur immunes sunt liberi, a pecuniis scil. præstandis. 3) *Liber,* solutus ab obligatione. Rom. 7, 3. γυνὴ ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τᾶ νόμα, mulier (mortuo marito) soluta est ab obligatione legis. Joann. 8, 33. 36. Si Filius vos liberos facit, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε, vere liberi eritis, ab obligatione scil. legis ceremonialis. Sic Jerusalem superna ἐλευθέρα ἐστὶν, libera est, Gal. 4, 26. Confer. 1. Petr. 2, 26. 4) Catachrestice adhibetur Rom. 6, 20 *. ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ, liberi eratis a justitia. Hebr. בטר, quod eodem sensu usurpatur. Sensus est: Vobis & justitiæ nihil amplius fuit commune.

Ἐλευθερόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Libero,* manu mitto, (ab ἐλεύθερος) 2) *Libero,* in libertatem Christianam vindico. Joann. 8, 32. 36.

Rom. 6, 18. ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Gal. 5, 1. Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, Christus nos liberos fecit.

Ἔλευσις, εως, ἡ, *Adventus*, (a verbo obsoleto ἐλεύθω, venio.) Actor. 7, 52.

Ἐλεφάντινος, ίνη, ον, *Eburnus*, (ab ἐλέφας, αντος, ὁ, elephas, elephantus.) Apoc. 18, 12.

Ἐλιακείμ, ὁ, *Eliakim*, nomen viri hebraicum indeclinabile (ab אֵל יָקִים, Deus eriget, ſtabiliet, a radice קוּם, ſurgere) Matth. 1, 13. Luc. 3, 30.

Ἐλιέζερ, ὁ, *Eliezer*, nomen proprium hebraicum indeclinabile, (ex אֵלִי, Deus meus, & עֵזֶר, auxilium.) Luc. 3, 29.

Ἐλιούδ, ὁ, *Eliud* nomen viri hebraicum. Matth. 1, 14. forte ab אֵלִי, Deus meus, & הוֹד, gloria.

Ἐλισάβετ, ἡ, *Eliſabet*, nomen uxoris Zachariæ & matris Joannis Baptiſtæ hebraicum, (ex אֵל, Deus & שָׂבַע, ſaturavit, vel נִשְׁבַּע juravit) Luc. 1, 5. ſeqq.

Ἐλισσαῖος, αίκ, ὁ, *Eliſæus*, nomen prophetæ hebraicum, (ex אֵל & יֵשַׁע, ſalus: a Deo ſalus) Luc. 4, 27.

Ἑλίσσω, vel ἑλίττω, f. ξω, *Volvo*, circum volvo, *complico*, (ab εἴλέω.) Hebr. 1, 12.

Ἑλκόω, ῶ, f. ώσω, *Ulcero*, *exulcero*, unde paſſ. ἑλκόομαι, ᾶμαι, exulceror, ἡλκωμένος, exulceratus, (ab ἕλκος.) Luc. 16, 20.

Ἕλκος, εος, ες, τὸ, *Ulcus*, Luc. 16, 21. Apoc. 16, 2. 11.

Ἕλκω, *Traho*, *attrabo* manu. Act. 21, 30. Jac. 2, 6.

Ἑλλὰς άδος, ἡ, *Hellas*, *Græcia*, (ab ἕλλην.) Act. 20, 2.

Ἕλλην, ηνος, ὁ, 1) *Græcus*, Act. 16, 1. 3. 1. Cor. 1, 22. 2) ἕλληνες, *Gentiles*. Hæc erat diſtinctio Judæis uſitata, qui omnes populos diſtinguebant in Judæos & gentiles. Ideo inter ἕλληνας gentiles comprehendebant, quia Græci tunc temporis maxime inter illos erant conſpicui, & plurimæ gentes lingua græca utebantur. Actor. 14, 1. 16, 1. 3. 17, 4. 18, 4. 17. 19, 10. 17. 20, 21. 28. Rom. 1, 14. 16. Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλληνι, ubi Syrus vertit: Et Judæo primum & gentili. cap. 2, 9. 10. 3, 9. 10, 12. 1. Cor. 1, 24. 10, 32. 12, 13. Gal. 2, 3. Τίνος ὁ σὺν ἐμοὶ, ἕλλην ὤν. Talis dicitur Titus, quia ex gentilismo non vero Judaiſmo ad Chriſtianam religionem converſus erat. cap. 3, 28. Coloſſ. 3, 11. Sic חָכְמַת יְוָנִית eſt ſapientia gentilis. Sic 2. Maccab. 4, 13. ἑλληνισμὸς & ἀλλοφυλισμὸς, tanquam Synonyma conjunguntur: & c. 6, 9. τὰ ἑλληνικὰ ſc. ἤθη, ſunt mores paganorum. 3) *Helleniſta*, Judæus græcus, cujus generis erant, qui linguam græcam in lectione Codicis Sacri adhibebant, & inter Græcos vivebant. conf. Actor. 6, 1. Hi græci ſive Helleniſtæ διασπορᾶς, nomine veniebant. Joann. 7, 35. 12, 20. 1. Petr. 1, 1. quia per Græciam, Aſiam minorem, Syriam & Ægyptum, ubi græca lingua tunc vernacula erat, diſperſi ſunt.

Ἑλληνικὸς,

Ἑλληνικὸς, ἡ, ὸν, *Græcus.* Luc. 23, 38. Apoc. 9, 11. καὶ ἐν τῇ ἑλληνικῇ (sc. γλώσσῃ) & in græca lingua.

Ἑλληνὶς, ίδος, ἡ, *Græca*, gentilis, pagana. Marc. 7, 26. Actor. 17, 12.

Ἑλληνιστὴς, οῦ, ὁ, 1) *Sectator* seu imitator *Græcorum*, æmulus & ſtudioſus Græcorum. 2) *Helleniſta*, ſ. Judæus Græcus. Actor. 6, 1. 9, 29. 11, 20. Judæi olim erant in duplici differentia. Hebræi, qui in Palæſtina habitarunt, & διασπορὰ, inter gentiles. Hi porro diſtinguebantur inter διασπορὰν Βαβυλῶνος & Ἑλήνων. Ultimi ab Hebræis dicebantur Ἑλληνισαὶ, qui græca quidem lingua, ſed non puriore, qualis erat Attica, utebantur. Hoc reſpectu recte dici poteſt Helleniſtica. Et Heſychii Lexicon magnam partem eſt Helleniſticum. Quamvis vero Græcitas N. T. non tam pure fluat, illud tamen divinitati ejus nihil derogat, quemadmodum pluribus oſtendi in Horis Hebraicis ad Actor. 6, 1.

Ἑλληνιστὶ, adv. 1) Ad imitationem Græcorum, ritu & more græcanico. 2) *Græce*, lingua græca. Joann. 19, 20. Act. 21, 37.

Ἐλλογέω, ῶ, f. ήσω, *Imputo, reputo* (ab ἔλλογος, ratione præditus.) Rom. 5, 13. Philem. v. 18.

Ἐλμωδὰμ, ὁ, Elmodam, nomen viri indecl. hebraicum (forte ex אֵל, Deus & מוֹדָע, moda, notum faciens, ſic ut illud μ, in fine adjectum, ſuperfluum ſit, ut in Νεφθαλείμ, Σιλωάμ. Luc. 3, 28.

Ἐλπίζω, f. ίσω, *Spero*, conſtruitur 1) cum præpoſitione ἐν. Matth. 12, 21. καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, & in nomen ejus gentes ſperabunt. 1. Cor. 15, 19. 2) Cum εἰς. Joann. 5, 45. εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε, in quem vos ſperaſtis. 2. Cor. 1, 10. 3) Cum ἐπὶ, & quidem tam regente Dativum, Rom. 15, 12. 1. Tim. 4, 10. 6, 17. quam regente Accuſat. 1. Tim. 5, 5. 1. Petr. 1, 13. 3, 5. 4) Habet poſt ſe ὅτι. Luc. 24, 21. Actor. 24, 26. 2. Cor. 1, 13. 13, 6. Philem. v. 22. aut ſequitur Infinitivus. Luc. 6, 34. 23, 8. Actor. 26, 7. Rom. 15, 24. 1. Cor. 16, 7. 2. Cor. 5, 11. Philip. 2, 19. 23. 1. Tim. 3, 14. 2. Joann. v. 12. 3. Joann. v. 14.

Ἐλπὶς, ίδος, ἡ, *Spes*, 1) In genere quæcunque. Actor. 16, 19. ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν ἐξῆλθεν, ſpes opificii ipſorum irrita fuit, excidit. 1. Cor. 9, 10. Agricola debet ἐπ' ἐλπίδι ἀροτριᾷν, cum ſpe arare. 2) *Fiducia* in Deum. Rom. 5, 5. ἡ ἐλπὶς δὲ καταισχύνει, ſpes non confunditur. Epheſ. 4, 4. ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως, in una ſpe vocationis. Gentiles vero deſcribuntur tanquam ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, ſpem (qualem Chriſtiani) non habentes. 1. Theſſ. 4, 13. 3) Spes de adventu Meſſiæ. Act. 26, 6. ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης, propter ſpem promiſſionis patribus factæ: v. 7. περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, propter quam ſpem accuſor. 4) ἐπ' ἐλπίδι notat confiden-

ter, secure, hebr. לָבֶטַח. Actor. 2, 26. ἡ σάρξ μκ κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, caro mea habitabit (versabitur) secure. Judic. 18, 7. 10. λαὸς καθήμενος ἐπ' ἐλπίδι, populus secure habitans. Hoseæ 2, 18. καὶ κατοικιῶσε ἐπ' ἐλπίδι, & habitare te faciam secure. Adde Joann. Alberti Obs. Philol. p. 309.

Ἐλύμας, α, ὁ, *Elymas*, nomen magi. Actor. 13, 8. ab עָלַם, absconditus, quasi absconditorum explorator & revelator.

Ἕλω, ἕλομαι, vide in ἀιρέομαι.

Ἐλωΐ, Est vox hebraica אֵלִי, *Deus mi*. Ps. 22, 2. Marc. 15, 34.

Ἐμαυτοῦ, *Mei ipsius*. Joann. 12, 49. ἐξ ἐμαυτοῦ ὐκ ἐλάλησα, a me ipso non locutus sum. Ἐμαυτῷ, mihi ipsi. 1. Cor. 4, 4. οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, nihil mihi ipsi conscius sum. ἐμαυτὸν, me ipsum. Luc. 7, 7. οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα, me ipsum ne quidem dignum judicavi.

Ἐμβαίνω, *Ingredior*, *intro*, inscendo, (ex ἐν & βαίνω, eo, vado.) de navibus tantum adhibetur. Matth. 8, 23. 9, 1. 13, 2. 14, 22. 32. 15, 39. Joann. 5, 4. 6, 17. 22. 24.

Ἐμβάλλω, *Immitto*, *injicio*, (ex ἐν & βάλλω, jacio.) Luc. 12, 5.

Ἐμβάπτω, f. ψω, *Intingo*, *immergo*, (ex ἐν & βάπτω, tingo.) Matth. 26, 23. Marc. 14, 20. Joann. 13, 26.

Ἐμβατεύω, f. εύσω, *Pedem infero*, item, *invado*, *ingero me*, ex ἐν & βατεύω, ineo, quod est a βαίνω.) Colos. 2, 18. ἃ μὴ ἑώρακεν, ἐμβατεύων, ea perspicere cupiens, quæ tamen oculis non lustravit. Ἐμβατεύειν, ait Sam. Petitus Var. Lect. c. 9. (in Bibliis Criticis,) est Juris consultorum vox, qua significatur in possessionem mittere ingrediendo: & ita Josue ἐνεβάτευσε τὴν σκηνὴν in terram sanctam. Melius mihi placet hæc notio, qua ἐμβατεύειν est ubique circumspicere & omnia curiosis oculis lustrare, quod historicis competit, & quod cum voce πολυπραγμονεῖν, in bono sensu accepta, conjungitur. 3. Maccab. 2, 30. τὸ μὲν ἐμβατεύειν, καὶ περὶ πάντων ποιεῖσθαι λόγον, καὶ πολυπραγμονεῖν, τῷ τῆς ἱστορίας ἀρχηγέτῃ καθήκει. Curiosum esse & omnium rerum rationem habere, historico convenit.

Ἐμβιβάζω, *Induco*, *impono*, (ex ἐν & βιβάζω, ineo.) Actor. 27, 6.

Ἐμβλέπω. f. ψω, *Intueor*, oculos figo (ex ἐν & βλέπω, video.) Regit 1) Dativum vi præpositionis ἐν. Marc. 10, 21. 27. 14, 67. Luc. 20, 17. 22, 61. Joann. 1, 36. 42. Subauditur hic Dativus. Matth. 19, 26. ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς (sc. αὐτοῖς,) adspexit vero Jesus illos. coll. Marc. 10, 27. 2) Semel cum Accusativo. Marc. 8, 25. 3) Sequente εἰς. Matth. 6, 26. Actor. 1, 11. 4) Absolute ponitur. Actor. 22, 11.

Ἐμβριμάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, *Fremo*, graviter & vultu irato *increpo*, *interminor*, (ab ἐμβρέμω, quod est ex ἐν & βρέμω, fremo.) Matth. 9, 30. Marc. 1, 43. 14, 5. Joann. 11, 33. 38.

Ἰησοῦς

Ἰησοῦς πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ. Hæc in ſenſu molliore vertenda ſunt: Commotus eſt Jeſus animo propter lacrymas adſtantium, *ſein Hertz ward ihm weich*, conf. v. 35. 36. Optime Heſychius: ἐμβριμῆσαι, ἐπιτιμῆσαι, κελεῦσαι, προσάξαι μετ' ἐξουσίας. Ἐμβριμώμενος, μετ' ἀπειλῆς ἐντελλόμενος. Hæ igitur ſignificationes, prout contextus requirit, apte conjungendæ ſunt. Adde, quæ notat Spanhemius ad Callimachi hymnum in Delum, v. 56. Elſnerus Obſ. Sacr. tom. 1. p. 132.

Ἐμέω, ῶ, f. ἐσω, *Vomo, evomo.* Apoc. 3, 16.

Ἐμμανουήλ, *Immanuel.* Nomen hebraicum, עִמָּנוּאֵל, Deus nobiscum. Matth. 1, 23.

Ἐμμαοὺς, ἡ, *Emmaus.* Nomen vici, quæ ab Hieroſolymis 60. ſtadiis aberat. Luc. 24, 13. Derivatio eſt incerta. Multa vero de illa congeſſit Lightfootus in Chronographicis Lucæ præmiſſis c. 4. Ἐμμαοὺμ, ſcribitur 1. Maccab. 3, 40. 57. 4, 3.

Ἐμμαίνομαι, Inſanio contra aliquem, (ex ἐν & μαίνομαι, furo:) regit Dativum vi præpoſitionis. Act. 26, 11. ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, inſaniens contra ipſos, ſcil. Chriſtianos.

Ἐμμένω, f. νῶ, *Permaneo, perſevero*, (ex ἐν & μένω, maneo:) adſciſcit Dativum, Actor. 14, 22. vel ſequitur ἐν. Gal. 3, 10. Hebr. 8, 9.

Ἐμμὼρ, ὁ, *Emmor*, nomen viri hebraicum, a חֲמוֹר, quod aſinum denotat. Actor. 7, 16.

Ἐμὸς, ἡ, ὸν, *Meus, a, um*, (ab ἐγὼ, Gen. ἐμοῦ, mei.) Matth. 18, 20. 20, 15. οὐκ ἐξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς (ſc. κτήμασιν;) annon licet mihi facere, quod volo, meis bonis? Plura exempla habet Joann. Alberti Obſ. Philol. p. 118. c. 25, 27. τὸ ἐμὸν (κτῆμα) σὺν τόκῳ ἔλαβον, quod meum eſt, cum uſura recepiſſem. cap. 20, 23. οὐκ ἔστιν ἐμὸν (ſc. μέρος) δοῦναι, non eſt meum dare.

Ἐμπαιγμὸς, οῦ, ὁ, *Illuſio, ludibrium*, (ab ἐμπαίζω. Hebr. 11, 36.

Ἐμπαίζω, f. ξω, vel σω, 1) *Illudo*, ludibrio habeo (ex ἐν & παίζω, ludo, quod eſt a παῖς, puer.) Matth. 20, 19. 27, 29. 31. 41. Luc. 24, 29. 18, 32. 22, 63. 23, 11. 2) *Decipio*, verbis illudo. Matth. 2, 16. ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, deceptus eſt a magis.

Ἐμπαίκτης, ου, ὁ, *Illuſor, irriſor*, deriſor, (ab ἐμπαίζω.) 2. Petr. 3, 3. Jud. v. 18. ubi tales intelliguntur, qui verbum Dei ludibrio habent, & religionis ſunt contemtores.

Ἐμπεριπατέω, ῶ, f. ήσω, Inambulo, *incedo*, (ex ἐν & περιπατέω, ambulo.) 2. Cor. 6, 16.

Ἐμπίμπλημι, vel ἐμπίπλημι, vel ἐμπιπλάω, f. ήσω, *Impleo*, expleo, (ex ἐν & πίμπλιμι, impleo.) Actor. 14, 17. ἐμπιπλῶν (ἐκ) τροφῆς implens cibo.

Ἐμπίπτω, f. πεσοῦμαι, 1) *Incido*, (ex ἐν & πίπτω, cado.) Matth. 12, 11. ἐὰν ἐμπέσῃ (conj. aor. 2.) εἰς βόθυνον, ſi inciderit in foveam.

am. Metaph. ἐμπίπτειν εἰς κρῖμα, incidere in judicium, h. e. ab aliis judicari. 1. Tim. 3, 6. εἰς πειρασμὸν, in tentationem. ibid. c. 6, 9.

Ἐμπλέκω, *Implico, irretio*, (ex ἐκ & πλέκω, plico.) 2. Tim. 2, 4. ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, implicatur negotiis hujus vitæ. 2. Petr. 2, 20. πάλιν ἐμπλακέντες (part. aor. 2. pass.) μιάσμασι, rursus impliciti pollutionibus.

Ἐμπλήθω, f. ήσω, *Impleo*, expleo, *saturo*, (ex ἐν & πλήθω, impleo.) Constructur cum genitivo subaudito ἐκ. Luc. 1, 53. ἐνέπλησεν (ἐκ) ἀγαθῶν, implevit bonis. Rom. 15, 24.

Ἐμπλοκὴ, ῆς, ἡ, *Implicatio, nodus*, (ab ἐμπλέκω.) 1. Petr. 3, 3.

Ἐμπνέω, f. πνεύσω, *Spiro*. Actor. 9, 1. ἐμπνέων ἀπειλῆς, spirans minas, h. e. ira percitus. Vide Elsnerum tom. 1. p. 398, 9.

Ἐμπορεύομαι, f. εύσομαι, 1) Mare trajiciens importo, ut mercator inveho (ab ἔμπορος.) 2) *Mercaturam facio*, negotior. Jacob. 4, 13. metaphorice 2. Petr. 2, 3. πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, fictis sermonibus vos, tanquam mercatores fraudulenti, (de honestis hic non est sermo,) decipient.

Ἐμπορία, ίας, ἡ, *Mercatura*, negotiatio, (ab eodem.) Matth. 22, 5.

Ἐμπόριον, ίε, τὸ, Locus ad mercaturam exercendam aptus, *emporium*, (ab eod.) Joann. 2, 16.

Ἔμπορος, ε, ὁ, 1) *Vector*, qui mare trajicit pro naulo, in aliena nave (ex ἐν & πόρος, transitus. 2) *Mercator*, Apoc. 18, 3. 11. 15. 23. 3) ὁ καὶ ἡ ἔμπορος, *Mercatorius*. Matth. 13, 45.

Ἐμπρήθω, f. ήσω, *Incendo*, (ex ἐν & πρήθω, incendo.) Matth. 22, 7.

Ἔμπροσθεν, adv. quod Genitivum adsciscit. 1) *Coram, in conspectu*. hebr. לִפְנֵי (ex ἐν & πρόσθεν, quod idem notat.) Matth. 5, 16. 24. 6, 1. 10, 32. 33. 17, 2. 18, 14. 23, 13. 25, 11. 10. Joann. 1, 15. 27. 3, 28. quod sine casu invenitur Luc. 19, 4. καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, & procurrit ante cap. 19, 28. Philip. 3, 13. τοῖς δὲ ἔμπροσθεν (sc. μέρεσιν) ἐπεκτεινόμενος, illis, quæ ante sunt, intendens. Apoc. 4, 6.

Ἐμπτύω, f. ύσω, *Inspuo, conspuo*, (ex ἐν & πτύω, spuo.) regit post se 1) εἰς. Matth. 26, 67. 27, 30. 2) Dativum Marc. 10, 34. 14, 65. 15, 19. absolute Luc. 18, 32. καὶ ἐμπτυσθήσεται & conspuetur.

Ἔμφανὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, 1) Qui repræsentatur oculis nostris, *Conspicuus* (ab ἐμφαίνω, repræsento.) Act. 10, 40. 2) *Manifestus, apertus*. Rom. 10, 20. ἐμφανὴς ἐγενόμην, conspicuus factus sum.

Ἐμφανίζω, f. σω, 1) *Repræsento*, ante oculos pono, *patefacio*, (ab eodem.) Joann. 14, 21. 22. 2) *Certiorem facio, indico*. Act. 23, 15. 22. Hebr. 11, 14. 3) In conspectum venio, *appareo*.

Actor.

Actor. 24, 1. 25, 2. 15. hinc ἐμφανίζομαι, conspicior. Matth. 27, 53. Hebr. 9, 24.

Ἔμφοβος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Timens, timore perculsus*, (ex ἐν & φόβος, timor, qui est in timore.) Luc. 24, 5. 37. Act. 10, 4. 22. 9, 24. 25. Apoc. 11, 13.

Ἐμφυσάω, *Afflo, inspiro*, (ex ἐν & φυσάω, flo.) Joann. 20, 22. ἐνεφύσησε καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον, afflavit & dicit illis: accipite Spiritum Sanctum. Quemadmodum in prima creatione Deus homini vitam inflasse legitur, Genes. 2, 7. ubi LXX. eodem vocabulo utuntur: sic hoc loco Christo placuit eodem Symbolo uti.

Ἔμφυτος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Ingenitus, insertus*, (ex ἐν & φύω, gigno, nascor.) Jacob. 1, 21. τὸν ἔμφυτον λόγον, verbum divinum, quod per prædicationem mentibus vestris inseritur.

Ἐν, Præpositio regens Dativum, varias habet significationes ordine recensendas. Primaria est

1) IN cum Ablativo: cum *Locum* denotat. Matth. 9, 35. διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς, docens in Synagogis. *Tempus*. Matth. 14, 1. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, illo tempore. *Qualitatem* & conditionem. Joann. 9, 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, in peccatis tu natus es totus. *Actum*. Matth. 13, 4. ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν, in seminando illum, h. e. cum seminaret.

2) IN cum Accusativo: nam εἰς & ἐν sæpius alternant. Matth. 10, 16. ἀποστέλλω ὑμᾶς ἐν μέσῳ λύκων, mitto vos in medium luporum. c. 14, 3. ἔθετο ἐν φυλακῇ, posuit in custodiam. 1. Cor. 15, 19. Si in hac vita tantum ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ, speravimus in Christum. 1. Thess. 4, 7. Non vocavit nos Deus ad immunditiam, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ, sed ad sanctificationem.

3) A, AB. Luc. 4, 1. ἦγετο ἐν τῷ πνεύματι, ductus est a Spiritu, (conf. Matth. 4, 1. Marc. 1, 12. Actor. 20, 19. quæ acciderunt mihi ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων, ab insidiis Judæorum. Luc. 2, 27. καὶ ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι, & venit a Spiritu S. sc. ductus vel agitatus.

4) AD. Marc. 5, 30. ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, conversus ad populum. 1. Tim. 3, 16. ἀνελήφθη ἐν δόξῃ, sublatus est ad gloriam. Rom. 8, 34. ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, qui etiam est ad dextram Dei. Add. 1. Cor. 7, 15. Eph. 2, 16. Alia loca habet Joann. Alberti Obs. Philol. p. 314.

5) APUD. Actor. 2, 29. τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ὑμῖν, sepulcrum ejus est apud vos. c. 12, 11. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, cum esset apud se ipsum. c. 25, 6. διατρίψας ἐν αὐτοῖς, versatus apud ipsos. Omittitur 2. Cor. 2, 1. ἔκρινα ἐμαυτῷ, statui apud me.

6) CUM. Marc. 1, 23. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, homo cum spiritu immundo. Luc. 14, 31. an possit hosti obviam ire ἐν δέκα χιλιάσιν, cum decem millibus. Joann. 3, 21. ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασμένα, cum Deo (auxilio Dei) hæc opera sunt peracta.

7) DE.

7) DE. Rom. 2, 17. καυχᾶσαι ἐν θεῷ, gloriaris de Deo. c. 11, 2. ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή, de Elia quid dicat scriptura. Phil. 1, 30. καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί, & nunc auditis de me.

8) ERGA. Marc. 9, 50. εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις, pacem habete erga vos invicem. Sic Joann. 13, 35. Rom. 15, 5. τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, ut idem sentiatis erga vos invicem. 2. Cor. 8, 7. περισσεύετε τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, abundatis vestro erga nos amore.

9) EX. 1. Tim. 1, 13. ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, ignorans feci ex incredulitate. Hebr. 13, 9. ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν, ex quibus nullam utilitatem ceperunt. Matth. 22, 37. Diliges Deum tuum ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, ex toto corde tuo. Joann. 13, 35. ἐν τούτῳ γνώσονται, ex hoc cognoscent. c. 16, 30. ἐν τούτῳ πιστεύομεν, ex hoc cognoscimus. Deest in hoc significatu Rom. 1, 20. τοῖς ποιήμασι νοούμενα, ex operibus animadversa.

10) INTER. Matth. 2, 6. non ex minima ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, inter principes Judæ. c. 11, 11. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, inter natos mulierum. Joann. 1, 14. ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, habitavit inter nos. Actor. 4, 34. ἐνδεὴς ὑπάρχων ἐν αὐτοῖς, pauper existens inter ipsos.

11) INTRA. Matth. 9, 3. ἔλεγον ἐν ἑαυτοῖς, dixerunt intra se invicem. c. 27, 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις, intra tres dies.

12) PER, denotans caussam principalem. Matth. 9, 34. ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, per principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Marc. 12, 36. εἶπεν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, dixit per Spiritum Sanctum. Actor. 4, 9. ἐν τίνι οὗτος σέσωται, per quem ille sanatus sit.

13) PER, cum instrumentum exprimit. Matth. 17, 21. εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ, nisi per preces & jejunium. Marc. 14, 1. ἐν δόλῳ, per dolum. Actor. 11, 14. ἐν οἷς (ῥήμασι) σωθήσῃ, per quæ verba salvaberis. 1. Cor. 14, 21. ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς ὑμᾶς, per linguas & labia peregrina loquar ad vos.

14) PER, de loco. Matth. 9, 31. διεφημίσαντο ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ, divulgarunt per totam illam terram. Luc. 7, 17.

15) PER, de modo & circumstantiis aliis. Matth. 13, 3. locutus est ἐν παραβολαῖς, per parabolas. Gal. 3, 12. ἐν χειρὶ μεσίτου, per manum (ministerium) mediatoris. Joann. 7, 10. δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς, glorificatus sum per hæc. Ephes. 4, 14. ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν τῇ πανουργίᾳ, per illusionem hominum, per fraudem.

16) POSTQUAM. Luc. 9, 36. ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνήν, postquam vox illa facta est. c. 19, 15. ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτόν, postquam rediisset ille. Actor. 3, 26. ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον, postquam unusquisque conversus est.

17) PRO. Rom. 11, 17. ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, insertus es pro illis, in locum illorum. 1. Thess. 5, 12. εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, ut cognoscatis (bene faciatis illis,) qui laborant pro vobis, in commodum vestrum.

18) PRO-

18) PROPTER. Matth. 6, 7. quod exaudiantur ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν, propter multiloquentiam eorum. c. 11, 6. ὅσις μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοὶ, qui non offensus fuerit propter me. Luc. 10, 20. ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, propter hoc ne gaudete. Actor. 7, 41. καὶ ἐυφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, & læti erant propter opera manuum ipsorum.

19) QVOD ADTINET AD. Matth. 23, 30. ἐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν, non participes fuissemus ipsis, quod adtinet ad sanguinem (effusum) prophetarum. Joann. 4, 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς, quod enim ad hoc adtinet, hac in parte, proverbium est verum. 1. Cor. 9, 18. εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ ἐυαγγελίῳ, ut non abutar potentia mea, quantum ad Evangelium spectat.

20) QVVM, & tunc habet Accusativum cum infinitivo. Luc. 5, 1. ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τὸν ὄχλον, cum immineret ipsi populus. Gal. 4, 18. ἐν τῷ παρεῖναί με, quum præsens essem. Matth. 13, 4. ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, quum seminaret ille.

21) SECVNDVM, IVXTA. Luc. 1, 8. ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ, secundum ordinem seriei ipsius. Ephes. 4, 17. Gentiles ambulant ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, secundum vanitatem mentis ipsorum. Colos. 2, 6. ἐν αὐτῷ (χριστῷ) περιπατεῖτε, secundum Christum (& vitam ipsius) ambulate. Hebr. 4, 11. ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας, ne quis secundum simile exemplum impietatis cadat.

22) SVB. Rom. 2, 12. ὅσοι ἐν νόμῳ (sc. ὄντες) ἥμαρτον, quotcunque sub lege existentes (legem revelatam habentes) peccarunt. c. 13, 9. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, sub hoc verbo velut in summam redigitur.

23) CIRCVMSCRIBIT. 1) Adjectiva. Luc. 4, 32. λόγος ἐν ἐξουσίᾳ, sermo potens. 1. Cor. 2, 7. σοφία ἐν μυστηρίῳ, sapientia mysterii plena. 1. Tim. 2, 7. διδάσκαλος ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, doctor fidus & verax. c. 3, 4. τέκνα ἐν ὑποταγῇ (sc. ὄντα) filios subjectos, obedientes. Tit. 3, 5. ἔργων ἐν δικαιοσύνῃ (sc. ὄντων) opera justa, 2. Petr. 2, 7. ἀναστροφὴ ἐν ἀσελγείᾳ, conversatio lascива. ibid. v. 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ (ἑκάστῃ) τρυφὴν, voluptatem quotidianam. 2) Adverbia. Matth. 22, 16. ἐν ἀληθείᾳ, vere. Marc. 14, 1. ἐν δόλῳ, fraudulenter. Joann. 7, 10. ἐν κρυπτῷ, clam. Apoc. 1, 1. ἐν τάχει, cito. Actor. 17, 31. ἐν δικαιοσύνῃ, juste. Rom. 1, 18. ἐν ἀδικίᾳ, injuste. Colos. 4, 5. ἐν σοφίᾳ, sapienter. 2. Cor. 5, 12. ἐν προσώπῳ, externe. Ephes. 3, 3. ἐν ὀλίγῳ, breviter. Phil. 4, 19. ἐν δόξῃ, glorioſe. Act. 26, 7. ἐν ἐκτενείᾳ, assidue. Apoc. 18, 2. ἐν ἰσχύει, fortiter.

24) ABVNDAT. Marc. 1, 15. πιστεύετε ἐν τῷ ἐυαγγελίῳ, credite Evangelio. Rom. 1, 24. παρέδωκεν αὐτὰς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum. Matth. 10, 32. ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, quicunque confitebitur me. Actor. 15, 7. ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο, nos elegit. Hebraismus:

בָּחַרְתִּי בּוֹ, elegi illum. Jesa. 44, 1. 2. Gal. 6, 6. κοινωνείτω ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, communicet omnia bona. Præcipue vero quando circumscribit Ablativum. Matth. 3, 11. βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, baptizabit vos Spiritu Sancto & igne. c. 5, 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; quanam re salietur? c. 7. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, qua mensura metitis. &c.

25) DEFICIT. Matth. 7, 22. ἐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; annon in nomine tuo vaticinati sumus? Actor. 1, 19. ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, sic ut ager propria ipsorum lingua vocetur Akeldama. Rom. 13, 13. μὴ κώμοις καὶ μέθαις, non in comessationibus & ebrietatibus. &c. Sic in illis, παῤῥησία, publice, πυγμῇ, accurate, ἰδίᾳ, seorsim, &c. quæ singula vide suis locis.

Ἐναγκαλίζομαι, f. ίσομαι, *In ulnas recipio, amplector*, (ex ἐν & ἀγκάλη, ulna.) Marc. 9, 36. 10, 16.

Ἐνάλιος, α, ὁ καὶ ἡ, vel ἐνάλιος, ία, ον, *Marinus*, (ex ἐν & ἅλς, ἁλὸς, mare.) Jacob. 3, 7. φύσις ἐναλίων (sc. ζώων,) natura marinorum animalium.

Ἔναντι, adv. *Coram, ante*, (ex ἐν & ἀντὶ, contra, adversus, *gegen über*,) Luc. 1, 8. ἔναντι τοῦ θεοῦ, coram Deo.

Ἐναντίον, adv. *Ex adverso, coram, in conspectu*, (ab ἐναντίος.) Marc. 2, 12. Luc. 20, 26. 24, 19. Actor. 7, 10. 8, 32. est hebr. לִפְנֵי, coram facie.

Ἐναντίος, ία, ίον, Qui est in conspectu, 1) *Adversus, oppositus* (ex ἐν & ἀντίος, adversus.) Matth. 14, 24. ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος, erat enim adversus ventus. Marc. 6, 48. Actor. 27, 4. hinc ἐξ ἐναντίας (sc. χώρας,) e regione, ex adverso. Marc. 15, 39. & Tit. 2, 8. ὁ ἐξ ἐναντίας, adversarius. 2) *Contrarius*. Actor. 26, 9. 28, 17. 1. Thess. 2, 15.

Ἐνάρχομαι, f. ξομαι, *Incipio*, auspicor. (ex ἐν & ἄρχομαι, incipio.) Gal. 3, 3. Philipp. 1, 6.

Ἐνδεὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, *Indigus, inops*, (ex ἐν & δέομαι, indigeo.) Actor. 4, 34.

Ἔνδειγμα, τος, τὸ, *Documentum*, manifestum indicium, (ab ἐνδείκνυμι.) 2. Thess. 1, 5.

Ἐνδείκνυμι, & ἐνδεικνυμαι, *Ostendo, indico*, exhibeo me, specimen præbeo (ab ἐν & δείκνυμι, ostendo.) Rom. 2, 15. 9, 17. ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, ut ostendam in te potentiam meam. Voluit Deus Pharaonem tanquam exemplum potentiæ suæ esse. 2. Cor. 8, 24. Ephes. 2, 7. 1. Tim. 1, 16. ἐνδείξηται πᾶσαν μακροθυμίαν, ostenderet omnem longanimitatem. 2. Tim. 4, 14. πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο, multa mihi mala exhibuit. Tit. 2, 10. 3, 2. Hebr. 6, 10. 11.

Ἔνδειξις, εως, ἡ, *Demonstratio, indicium*, (ab ἐνδείκνυμι.) Rom. 3, 25. 26. 2. Cor. 8, 24. Philip. 1, 28.

Ἔνδεκα,

Ἑνδεκα, *Undecim*, indecl. (ex ἕν, unum, & δέκα, decem.) Matth. 28, 16. οἱ ἕνδεκα (sc. μαθηταί,) undecim discipuli Christi. Marc. 16, 14. Luc. 24, 9. 33. Actor. 1, 26. 2, 14.

Ἑνδέκατος, άτη, ον, *Undecimus*, (a præced.) Matth. 20, 6. 9. Apoc. 21, 20.

Ἐνδέχομαι, *Admitto, recipio* (ex ἐν & δέχομαι, capio.) Hinc ἐνδέχεται, imperf. *convenit, fieri potest*, usu venit, contingit. Subintelligitur vero χρῆμα, ut sit, χρῆμα ἐνδέχεται, res vel usus admittit, capit. Luc. 13, 33. ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ, quia usu non venit, Prophetam perire extra Jerusalem. Exempla habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 242. quibus adde plura ex Diogenis Laërtii vita Platonis sub finem p. 177.

Ἐνδημέω, ῶ, f. ήσω, in populo meo sum, (ex ἐν & δῆμος populus:) *domi sum præsens.* 2. Cor. 5, 6. 8. 9. ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, versantes adhuc in corpore: Cui opponitur ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον, domi (in patria cœlesti) versari apud Dominum.

Ἐνδιδύσκω, *Induo*, (ab ἐνδύω, quod idem notat.) ἐνδιδύσκομαι, induor. Luc. 8, 27. 16, 19. καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν, & induebatur purpura. Verbum medium habet significationem τὲ Hithpaël Hebræorum reciprocam: *Er kleidete sich selbst mit Purpur.*

Ἔνδικος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Justus*, (ex ἐν & δίκη, jus.) Rom. 3, 8. κρίμα ἔνδικον, judicium (damnatio) justum. Hebr. 2, 2. ἔνδικος μισθαποδοσία, justa retributio mercedis.

Ἐνδόμησις, εως, ἡ, *Pila*, moles erecta ad mœnia facienda (ab ἐνδομέω, quod est ex ἐν & δομέω, sive δέμω, struo, exstruo.) Apoc. 21, 18.

Ἐνδοξάζω, f. σω, *Glorifico*, (ex ἐν & δοξάζω, glorifico.) ἐνδοξάζομαι, glorificor. 2. Thess. 1, 10. 12.

Ἔνδοξος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Gloriosus*, nobilis, *magnificus, splendidus*, (ex ἐν & δόξα, gloria, opinio.) Luc. 7, 25. 1. Cor. 4, 10. Ephes. 5, 27. τὰ ἔνδοξα, res gloriosæ. Luc. 13, 17.

Ἔνδυμα, τος, τὸ, *Indumentum, vestimentum*, (ab ἐνδύω, induo.) Matth. 3, 4. 6, 25. 28. 7, 15. 22, 11. 28, 3.

Ἐνδυναμόω, ῶ, f. ώσω, *Validum reddo*, intus corroboro, confirmo (ex ἐν & δυναμόω, roboro.) Philipp. 4, 13. πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ, omnia valeo in Christo, intus me corroborante. 1. Tim. 1, 12. 2. Tim. 4, 17. Passivum ἐνδυναμόομαι, ῶμαι, intus corroboror, confirmor. Actor. 9, 22. Rom. 4, 20. Ephes. 6, 10. 2. Tim. 4, 17. Hebr. 11, 34.

Ἐνδύνω, f. ύσω, *Penetro, irrepo*, (ex ἐν & δύνω, subeo) 2. Tim. 3, 6.

Ἔνδυσις, εως, ἡ, *Vestitus*, amictus (ab ἐνδύω) 1. Petr. 3, 3.

Ἐνδύω, f. ύσω. 1) *Induo*, (ex ἐν & δύω, induo, subeo.) Matth. 6, 25. μὴ μεριμνᾶτε, τί ἐνδύσησθε, ne curate, qua re induami-

duamini: c. 22, 11. ἐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμε, non indutum veſtitu nuptiali. Metaphorice adhibetur varie. 2) Myſtici Judæorum Doctores *veſtitum animæ* tribuunt, quippe quæ in hac vita verſans, pœnitentia, fide & vitæ ſanctimonia eſt exornanda, Epheſ. 4, 24. Col. 3, 10. ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, induite vobis novum hominem, nim. juſtitiam & ſanctitatem. Col. 3, 12. ἐνδύσασθε σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα &c. induite vos viſceribus miſericordiæ, bonitate, humilitate, lenitate, longanimitate. 3) Speciatim notatu dignum eſt, quod *Chriſtum induere* dicitur, idque tum theoretice. Gal. 3, 27. ὅσοι ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε, quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: tum etiam practice. Rom. 13, 14. ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, induite vos Domino Jeſu Chriſto. Phraſis nota eſt exuere hominem, h. e. humanitatem deponere. Quintilianus Declam. 12. Sic Brutus exuit patrem, ut conſulem ageret; cum ſcil. filios ſuos interfici juberet. Valerius Max. libr. 1. quæ exempla debentur Cupero Obſ. 1, 8. Induere igitur Chriſtum eſt profiteri non ſolum doctrinam & mentem Chriſti, ſed etiam vita utramque exprimere. Illuſtrationis cauſſa hoc adfero, quod ὑποδύεσθαι Τήλεφον, dicit Maximus Tyrius diſſ. 37. princ. h. e. perſonam ejus in ſcena agere. Ceres, Bacchus & alii dii induti ſunt a gentilibus in ſacris ipſorum arcanis, quod pluribus oſtendit Vrſinus Anal. Sacr. Vol. 1. lib. 1. c. 18. Induit ſe, inquit Barthius ad Claudianum p. 534. qui adſciſcit formam aliam. 4) *Indui* denotat *inſtrui donis* tum miniſtrantibus, tum ſanctificantibus. Luc. 24, 49. ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, usque dum induamini virtute excelſa, i. e. Spiritu Sancto ejusque donis. Epheſ. 6, 14. ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, induentes vobis thoracem juſtitiæ. 5) *Mutari poſt hanc vitam.* 1. Cor. 15, 53. 54. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, oportet enim corruptibile hoc (corpus) induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Nimirum corpora reſurgentium accipiunt aliquas qualitates ſpirituum, & fiunt corpora glorificata.

Ἐνέγκω, vid. Φέρω.

Ἐνέδρα, ας, ἡ, *Inſidiæ*, (ex ἐν & ἕδρα, ſedes, ſeſſio.) Act. 25, 3.

Ἐνεδρεύω, f. εύσω, *Inſidior*, (ab ἐνέδρα.) Luc. 11, 54. Act. 23, 21.

Ἐνέδρον, ε, τὸ, *Inſidiæ*, (ab eodem.) Act. 23, 16.

Ἐνειλέω, ῶ, f. ήσω, *Implico*, *involvo*, (ex ἐν & εἰλέω, volvo,) conſtruitur vi præpoſitionis cum Dativo. Marc. 15, 46.

Ἔνειμι, *Inſum*, (ex ἐν & εἰμὶ, ſum.) Participium ἐνὼν, ἐνοῦσα, ἐνὸν. Luc. 11, 41. πλὴν τὰ ἐνόντα (plene κατὰ τὰ ἐνόντα χρήματα) δότε ἐλεημοσύνην: Veruntamen pro viribus date eleemoſynam.

Ἕνεκα, ἕνεκεν, Poëtice εἵνεκεν, præpoſ. quæ Genitivum poſtulat: *cauſſa*, *propter*. Matth. 5, 10. 11. 10, 18. 39. 16, 25. 19, 5. 25.

Præpo-

Præponitur cum Articulo Infinitivis. 2. Cor. 7, 12. Plerumque tamen omittitur & subintelligitur. Matth. 2, 13. τὸ ἀπολέσαι (pro ἕνεκα τοῦ ἀπολέσαι) occidendi causſa, ſive, ut occideret. c. 11, 1.

Ἐνέργεια, ίας, ἡ, *Actio, operatio, efficacia*, (ab ἐνεργής.) Epheſ. 1, 19. 3, 7. Coloſſ. 2, 12.) πίστις τῆς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ, fides in potentem virtutem Dei. 2. Theſſ. 2, 11. ἐνέργεια πλάνης (per ἐν διὰ δυοῖν) pro πλάνη ἐνεργὴς, fraus, deceptio admodum efficax.

Ἐνεργέω, ῶ, f. ήσω, *Intus efficio, intus ago, efficaciter operor*, (ex ἐν & ἔργον, opus.) Matth. 14, 2. Peccatum & diabolus in hominibus dicitur operari. Rom. 7, 5. Epheſ. 2, 2. 2. Theſſ. 2, 7. ἐνεργεῖται efficaciter & cum vi operatur: etiam Deus in fidelibus operatur. 1. Cor. 12, 6. 11. 2. Cor. 1, 6. 4, 12. Gal. 2, 8. 3, 5. Epheſ. 1, 11. 20. 3, 20. Phil. 2, 13. Coloſſ. 1, 29. 1. Theſſ. 2, 13. Sic interna operatio ut præſtanti medicinæ, fidei ſalvificæ adſcribitur. Gal. 5, 6. πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, fides per charitatem interne operans ſive efficax: & Jacob. 5, 16. δέησις δικαίου ἐνεργουμένη, precatio juſti efficax.

Ἐνεργὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, *Efficax*, quaſi intus operans, (ex ἐν & ἔργον, opus.) 1. Cor. 16, 9. Philem. v. 6. Hebr. 4, 12.

Ἐνεστῶτα, vide ἐνίστημι.

Ἐνευλογέω, ῶ, f. ήσω, *Benedico per aliquem* (ex ἐν & εὐλογέω, idem.) Actor. 3, 25. Gal. 3, 8. ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη, benedicentur per te omnes gentes. Benedicere per aliquem eſt, nomine alicujus invocato fauſta quævis alteri apprecari. Quum vero major ſit ille, qui benedicit, quam cui benedicitur. Sequitur, unum ex poſteris Abrahami, quod & Apoſtolus v. 16. præcipue urget, fore perſonam divinam.

Ἐνέχω, *Inſto, urgeo, inſidior*, (ex ἐν & ἔχω, habeo.) Marc. 6, 19. ἐνεῖχεν αὐτῷ, inſidiabatur illi. Luc. 11, 53. Paſſ. ἐνέχομαι, obnoxius ſum, urgeor, implicor, vinctus teneor. Gal. 5, 1. μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε, ne rurſus jugo ſervitutis implicemini. Spiritus S. verbo hoc Pſeudo-Apoſtolorum machinationes tricis comparat, quibuscum avicularum pedes irretiuntur, difficulter expediuntur.

Ἐνθάδε, adv. 1) *Hic, iſtic*, (ab ἔνθα, hic, ibi, illic.) Luc. 24, 41. Actor. 10, 18. 16, 28. 17, 6. 25, 24. 2) *Huc*, Joh. 4, 15. 16. Actor. 25, 17.

Ἐνθυμέομαι, ήμαι, f. ήσομαι, *Cogito, mente agito*, in animo concipio, expendo, conſidero, reputo, (ex ἐν & θυμὸς, animus.) Matth. 1, 20. 9, 4. Act. 10, 19.

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, 1) *Cogitatio*, conſideratio (ab ἐνθυμέω) Matth. 9, 4. 12, 25. Hebr. 4, 12. 2) *Excogitatio*, commentatio. Actor. 17, 29.

Ἔνι, pro ἔνεστι, verbum imperſ. *Ineſt, licet*, in N. T. pro ἐστι, eſt, (ab ἔνειμι, inſum.) Gal. 3, 28. Col. 3, 11. Jacob. 1, 17.

Ἐνιαυτὸς, ὁ, *Annus* (ex ἐν & αὐτὸς ipse, quasi in seipsum currens.) Joann. 11, 49. 51. 18, 13. Actor. 11, 26. 18, 11. Gal. 4, 10.

Ἐνίστημι, 1) Statuo inter, *Interpono* (ex ἐν & ἵστημι, sisto.) 2) *Insto, immineo.* 2. Thess. 2, 2. ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα, tanquam si instaret dies Christi. 2. Tim. 3, 1. ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ, instabunt tempora difficilia. 3) ἐνεστηκὼς, sive ἐνεστὼς, ῶσα, ὸς, *Præsens.* Rom. 8, 38. 1. Cor. 3, 22. 7, 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, propter imminentem afflictionem: quæ phrasis habetur etiam 3. Maccab. 1, 16. βοηθεῖν τῇ ἐνεστώσῃ ἀνάγκῃ, ut auxilium Deus ferat in periculo imminente. Gal. 1, 4. αἰὼν ἐνεστὼς, de quo vid. sup. in αἰών. Hebr. 9, 9.

Ἐνισχύω, f. ύσω, *Corroboro,* validum reddo, (ex ἐν & ἰσχύω, robustus sum.) Luc. 22, 43. venit Angelus, ἐνισχύων αὐτὸν, confortans eum. Actor. 9, 19. λαβὼν τροφὴν, ἐνίσχυσεν, sc. ἑαυτὸν, cum cibum sumsisset, corroboravit se. Defectus conjugationis Hithpaël apud Græcos per ellipsin supplendus est.

Ἔννατος, άτη, ον, *Nonus, a, um,* (ab ἐννέα.) Matth. 20, 5. 27, 45. 46. Actor. 3, 1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, sub horam precationis nonam. Vid. omnino Drusium ad h. l. Samuel Petitum Var. Lect. cap. 15. Conf. Actor. 10, 3. 30.

Ἐννέα, est ἄκλυτον, *Novem.* Luc. 17, 17.

Ἐνενήκοντα, *Nonaginta* (ab ἐννέα.) ἐννενήκοντα ἐννέα, nonaginta novem. Matth. 18, 12. 13. Luc. 15, 4. 7.

Ἐννεύω, f. εύσω, *Nuo, nutu significo,* (ex ἐν & νεύω, nuo.) Luc. 1, 62.

Ἔννεος, ὴ, ὸν, *Mutus, attonitus.* Actor. 9, 7. εἱστήκεισαν ἐννεοὶ, steterant muti: Syrus reddidit: obstupefacti. Hesychius: ἐννεοὶ, ἄφωνοι. ἐνεὸν, κωφόν. ἐνεὸς, κωφὸς, μωρὸς, ὃς ἅτε ἀκέα, ἅτε λαλᾶ. Jesa. 56, 10. κύνες ἐνεοὶ, canes muti. Symmachus Hos. 9, 7. מְשֻׁגָּע vertit ἐνεὸς, LXX. παρεξεστηκώς. Adde Proverb. 17, 28. Inde verbum ἀνενεόω. Daniel. 4, 19. Δανιὴλ ἀπηνεώθη, Daniel in stuporem conjectus est.

Ἔννοια, ας, ἡ, *Cogitatio,* mentis conceptus, *sensus*; (ab ἐννοέω, mente concipio, cogito, ex ἐν & νᾶς, νοὸς, mens.) Hebr. 4, 12. Verbum Dei, Christus, est κριτικὸς ἐννοιῶν καρδίας, cogitationum cordis. Sic sapientia ἐγένετο ἡμῖν εἰς ἔλεγχον ἐννοιῶν ἡμῶν, certissime nobis aperit cogitationes nostras. Sapient. 2, 14.

Ἔννομος, ος, ὁ καὶ ἡ, 1) *Legitimus, legibus consentaneus* (ex ἐν & νόμος, lex.) Actor. 19, 39. ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ, in conventu legitimo. 2) *Subjectus legi, legi obnoxius.* 1. Cor. 9, 21.

Ἔννυχον & ἐννύχιον, adv. *Noctu, multa nocte,* (ab ἔννυχος, nocturnus, ex ἐν & νύξ, nox.) Marc. 1, 35.

Ἐνοικέω, ῶ, f. ήσω, *Incolo, inhabito,* (ex ἐν & οἰκέω, habito.) Metaphorice tantum occurrit de Deo. Rom. 8, 11. 2. Cor. 6, 16.

de

de verbo divino. Coloss. 3, 16. de virtutibus christianis. 2. Tim. 1, 14.

Ἐνόντα, vide ἔνειμι.

Ἑνότης, τητος, ἡ, *Unitas*, (ab εἷς, ἑνὸς, unus.) Ephes. 4, 3. 13.

Ἐνοχλέω, ῶ, f. ήσω, *Turbo*, *molestus sum*, (ex ἐν & ὄχλος, turba, populus.) Hebr. 12, 15. Ælianus V. H. 3, 19. ἐνοχλῶν αὐτὸν, molestiam ipsi facessens.

Ἔνοχος, ε, ὁ καὶ ἡ, 1) *Qui tenetur* quasi *vinctus* & obstrictus, (ab ἐνέχομαι, teneor vinctus, ex ἐν & ἔχω, habeo.) Hebr. 2, 15. ἔνοχος δουλείας, servituti subjectus. 2) *Obnoxius*, obstrictus, *reus*. Matth. 5, 21. 22. 26, 66. Marc. 3, 29. 1. Cor. 11, 27. Jacob. 2, 10.

Ἔνταλμα, τος, τὸ, præceptum, mandatum, (ab ἐντέλλομαι, mando.) Matth. 15, 9. Coloss. 2, 22.

Ἐνταφιάζω, f. άσω, *Funero*, corpus ad funus sive sepulturam compono, & ornamentis sepulchralibus orno, quæ Græcis alias ἐντάφια vocantur. Atque ita hoc verbum a θάπτω, eo differt, ut hoc præparationem ad sepulchrum exprimat, illud vero ipsam sepulturam significet, (ex ἐν & θάπτω, sepelio.) Matth. 26, 12. Joann. 19, 40.

Ἐνταφιασμὸς, ε, ὁ, *Funeratio*, præparatio ad sepulturam, (ab ἐνταφιάζω,) Marc. 14, 8. Joann. 12, 7.

Ἐντέλλω & ἐντέλλομαι, f. ειλα, *Mando*, *præcipio*, *jubeo*. Matth. 4, 6. 15, 4. 17, 9. 19, 7. 28, 20. Actor. 1, 2. 13, 47. ἐντέταλται ἡμῖν ὁ κύριος, præcepit nobis Dominus. Præt. pass. ponitur pro activo. Hebr. 9, 20. 11, 22.

Ἐντεῦθεν, adv. *Hinc*, *ex eo*, *exinde*, (ab ἔνθα.) Matth. 17, 20. Luc. 4, 9. 13, 31. 16, 26. ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, hinc atque illinc, ex utraque parte. Joann. 19, 18. Apoc. 22, 2.

Ἔντευξις, εως, ἡ, Preces, interpositio precum pro aliquo, *Intercessio*, (ab ἐντυγχάνω.) 1. Tim. 2, 1. 4, 5.

Ἔντιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui in honore & pretio habetur, *Pretiosus*, *honoratus*, (ex ἐν & τιμὴ, honor.) Luc. 7, 2. Philip. 2, 29. 1. Petr. 2, 4. 6. Comparat. ἐντιμότερος. Luc. 14, 8.

Ἐντολὴ, ῆς, ἡ, *Præceptum* quodlibet, *mandatum*, (ab ἐντέλλομαι.) usurpatur de mandatis divinis & humanis. Matth. 5, 19. τῶν ἐντολῶν τέτων τῶν ἐλαχίστων, præceptorum horum minimorum. Vide in ἐλάχιστος. cap. 15, 3. 6. 19, 17. 22, 36. 38. 40. Joann. 13, 34. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, præceptum novum do vobis. Amor aliorum hominum proprie non est mandatum novum, a Christo tamen commode ita dicitur, quia illud præceptum a spuria expositione antiquorum Rabbinorum vindicaverat, & quasi innovaverat. Alia talis modi exempla vid. Matth. 5, 21. 27. 31. 33. 38. 43.

Ἐντόνως, vide ἐντόνως.

Ἐντόπιος, α, ὁ ἡ ἡ, qui est in loco, *Inquilinus*, ejus loci *incola*, (ex ἐν & τόπος, locus.) Actor. 21, 12.

Ἐντὸς, adv. *Intus*, *intra* (ab ἐν.) Matth. 23, 26. τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου, (pro τὸ ἐντὸς ὂν μέρος τοῦ ποτηρίου,) internam partem poculi. Luc. 17, 21. ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, intra vos est.

Ἐντρέπω, f. ψω, 1) *Pudore adficio*, *pudefacio*, facio ut præ pudore aliquis faciem avertat. (ex ἐν & τρέπω, verto.) 1. Cor. 4, 14. οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς, non pudefaciens vos, sive redarguens. 2) Hinc ἐντρέπομαι, *pudefio*, pudore suffundor, verecundor, revereor. Matth. 21, 37. ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου, reverebuntur filium meum. Luc. 18, 2. 4. 2. Thess. 3, 14. ἵνα ἐντραπῇ, ut pudefiat. Tit. 2, 8. Hebr. 12, 9. 2. Paralip. 12, 7. Videns Dominus, ὅτι ἐνετράπησαν, quod ex reverentia humiliati fuerint. Job. 32, 21. οὐδὲ μὴ ἐντραπῶ, sed neque hominem reverebor.

Ἐντρέφω, f. ψω, *Innutrio*, (ex ἐν & τρέφω, nutrio.) 1. Tim. 4, 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις, innutritus verbis fidei.

Ἔντρομος, α, ὁ ἡ ἡ, *Tremefactus*, (ex ἐν & τρόμος, terror.) Act. 7, 32. 16, 29. Hebr. 12, 21. ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Sic 1. Maccab. 13, 2. λαὸς ἔντρομος καὶ ἔμφοβος.

Ἐντροπὴ, ῆς, ἡ, *Pudor*, pudefactio, (ab ἐντρέπω.) 1. Cor. 6, 5. 15, 34. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω, ad pudorem vobis incutiendum dico. Jobi 20, 3. παιδείαν ἐντροπῆς μου ἀκήκοα, castigationem opprobrii mei audiam. Psalm. 69, 19. σὺ γὰρ γινώσκεις τὴν ἐντροπήν μου, tu enim nosti opprobrium meum.

Ἐντρυφάω, ῶ, f. ήσω, *Oblecto me*, acquiesco in aliqua re, (ex ἐν & τρυφάω, luxurioso & delicate vivo,) 2. Petr. 2, 13. ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, deliciantes in iis rebus, a quibus decipiuntur. Jesa. 57, 4. ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε; worauf thut ihr euch etwas zu gute? quanam re vos oblectatis.

Ἐντυγχάνω, f. ἐντεύξομαι. Actor. 2. ἐνέτυχον. 1) *Occurro alicui*. 2) *Intercedo* pro aliquo, (ex ἐν & τυγχάνω, sortior, adipiscor, sum.) Act. 25, 24. Rom. 8, 27. 34. 11, 2. Hebr. 7, 25.

Ἐντυλίσσω, vel ἐντυλίττω, f. ξω, *Involvo*, (ex ἐν & τυλίσσω, in modum culcitræ involvo, ab τύλη, ης, culcitra, sive a τύλος, α, ὁ, callus seu callum, h. e. cutis in aliqua corporis parte, quæ ex crebris laboribus obduruit.) Matth. 27, 59. Joann. 20, 7.

Ἐντυπόω, ῶ, f. ώσω, *Incido*, *insculpo*, *imprimo*, formam & effigiem exprimo, cudo, (ab ἔντυπος, ὁ ἡ ἡ, impressus, (ex ἐν & τύπος, forma, quod est a τύπτω, verbero.) 2. Cor. 3, 7.

Ἐνυβρίζω, f. σω, *Contumelia adficio*, injurius & contumeliosus sum in aliquem, (ex ἐν & ὕβρις, contumelia, injuria.) Hebr. 10, 29.

Ἐνυπνιάζω, & ἐνυπνιάζομαι, *Somnio*, (ab ἐνύπνιον.) Actor. 2, 17. Jud. v. 8.

Ἐνύπνιον, ίε, τὸ, *Insomnium*, (ex ἐν & ὕπνος, somnus.) Act. 2, 17.

Ἐνώπιον,

Ἐνώπιον, adv. 1) *In conſpectu, coram*, (ex ἐν & ὤψ, ὠπός, ὁ, aſpectus, vultus.) heb. לִפְנֵי. Luc. 1, 6. 5, 18. 8, 47. 12, 9. &c. 2) *Ante*, de tempore. Luc. 1, 17. (coll. Matth. 11, 10. Joann. 1, 15. 27. 3, 28. 3) *Apud* vel *coram*. Luc. 12, 6. 15, 10. 16, 15. Actor. 10, 31. 1. Petr. 3, 4. Apoc. 12, 10. 16, 19. 4) *Contra*. Luc. 15, 18. Apoc. 2, 4. 5) Explet Dativum. Luc. 4, 7. (coll. Matth. 4, 9.) cap. 24, 11. Actor. 6, 5. Ebr. 13, 21. 1. Joann. 3, 22. Apoc. 15, 4.

Ἐνώς, ὁ, *Enos*, nomen viri hebraicum, indecl. (ab אֱנוֹשׁ, homo) Luc. 3, 38.

Ἐνωτίζομαι, f. ίσομαι, *Auribus percipio*, (ab ἐνώτιον, inauris, ex ἐν & οὖς, ὠτός, auris.) Act. 2, 14.

Ἐνὼχ, ὁ, *Enochus*, nomen viri hebraicum, qui vitam divinam agens vivus in cœlum eſt translatus; ſignificat conſecratum, initiatum, dedicatum, a radice חנך, initiavit. Luc. 3, 37. Hebr. 11, 5. Judæ v. 14.

Ἐξ, Præpoſ. *e, ex* ſequente Vocali vel Diphthongo, quæ ἐκ ſcribitur ſequente Conſonante. Vide ἐκ.

Ἕξ, οἱ, αἱ, τὰ, *Sex*. Matth. 17, 1. &c.

Ἐξαγγέλλω, f. ελῶ, *Enuncio, prædico*, annuncio, (ex ἐξ & ἀγγέλλω, nuncio.) 1. Petr. 2, 9.

Ἐξαγοράζω, *Emo, redimo*, (ex ἐξ & ἀγοράζω, emo.) Gal. 3, 13. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασε, Chriſtus nos emit; quod verbum hic emphatice includit, nos deſtinato aliquo pretio eſſe liberatos ſcil. ſanguine Chriſti. Emi enim ſine dato pretio nequit c. 4, 5. Alio ſenſu Epheſ. 5, 16. Coloſſ. 4, 5. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ementes tempus, h. e. ſi tempus pretio emi poſſet, ſummum ipſi pretium conſtituite: accuratiſſimi temporis obſervatores eſtote. Verba etiam hunc ſenſum habent: Omnem occaſionem bonarum rerum captate, neque ullam earum e manibus dimittite. Sic Dan. 2, 8. καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε, id quod etiam in authentico ibidem habetur, h. e. rem in aliud & opportunius tempus differtis. Cæterum confer hic Urſinum Anal. Vol. 1. lib. 1. c. 46.

Ἐξάγω, *Educo* (ex ἐξ & ἄγω, duco.) Marc. 8, 23. 15, 20. Luc. 24, 50. Joann. 10, 3.

Ἐξαιρέω, ῶ, & ἐξαιρέομαι, ῶμαι, 1) *Eximo*, eruo, *educo*, auffero, extraho, (ex ἐξ & αἱρέω, capio.) Matth. 5, 29. ἔξελε ὀφθαλμὸν, erue oculum. Exempla ex aliis habet Elſnerus. tom 1. Obſ. ſacr. p. 27. 2) *Subito*, inopinato & fortiter *libero*. Actor. 7, 10. 34. 12, 11. 26, 17. Gal. 1, 4.

Ἐξαίρω, f. αρῶ, *Tollo e medio*, auffero, (ex ἐξ & ἄιρω, tollo.) 1. Cor. 5, 2. 13.

Ἐξαιτέομαι, ῶμαι, *Depoſco*, expoſco ad quæſtionem. (ex ἐξ & αἰτέω, peto.) Luc. 22, 31.

Ἐξαίφνης, adv. *Subito, repente*, quasi ex occulto adveniendo (ex ἐξ & ἀφνης, idem, quod est, ex α priv. & φαίνω, appareo, significat ergo tantam celeritatem, ut non appareat, unde aliquid exoriatur.) Marc. 13, 36. Luc. 2, 13. 9, 39. Act. 9, 3. 22, 6.

Ἐξακολουθέω, ῶ, f. ήσω, *Sequor*, (ex ἐξ & ἀκολουθέω, sequor.) 2. Petr. 1, 16. 2, 2. 15.

Ἑξακόσιοι, ίαι, ια, *Sexcenti*, (ab ἕξ, sex.) Apoc. 13, 18. 14, 20.

Ἐξαλείφω, f. ψω, 1) *Unguentum abstergo*, (ex ἐξ & ἀλείφω, ungo. 2) *Abstergo*. Apoc. 7, 17. 21, 4. ἐξαλείψει πᾶν δάκρυον, absterget omnem lacrymam. Ita Symmachus Jesa. 25, 8. 3) *Deleo*, *oblitero*, & quidem metaphorice Actor. 3, 19. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ut deleantur peccata vestra. Jes. 43, 25. 3. Maccab. 2, 17. legitur ἀπάλειψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. quod etiam habes Jesa. 44, 22. Metaphora sumta est ab iis, qui debitorum nomina consignant, ubi solverunt, litura inducta expungunt. Apoc. 3, 5. ἐξαλείψω τὸ ὄνομα, expungam nomen. 4) *Deleo*, prout hostes delentur. Col. 2, 14. ἐξαλείψας τὸ χειρόγραφον, delens chirographum. Ita Symmachus, Jesa. 28, 18. καὶ ἐξαλειφθήσεται ἡ συνθήκη ὑμῶν, & delebitur fœdus vestrum. Judic. 15, 16. ἐν σιαγόνι ὄνε ἐξαλείφων ἐξήλειφα αὐτούς, maxilla asini delendo delevi eos. Adde 2. Reg. 21, 13.

Ἐξανάστασις, εως, ἡ, *Resurrectio*, (ex ἐξ & ἀνάστασις, resurrectio.) Phil. 3, 11.

Ἐξανατέλλω, *Exorior*, (ex ἐξ & ἀνατέλλω, oriri facio.) Matth. 13, 5. εὐθέως ἐξανέτειλε, statim exortum est.

Ἐξανίστημι, 1) *Excito*, exsurgere facio, (ex ἐξ & ἀνίστημι, excito.) Marc. 12, 19. ἐξαναστήσῃ σπέρμα, excitet semen, h. e. filium generet, qui nomen mariti prioris teneat. 2) ἐξανίσταμαι, *Surgo*, *exsurgo*, unde ἐξανέστην. Act. 15, 5.

Ἐξαπατάω, ῶ, f. ήσω, *Decipio*, (ex ἐξ & ἀπατάω, fallo.) Rom. 7, 11. 16, 18. 1. Cor. 3, 18. 2. Cor. 11, 3. 2. Thess. 2, 3. vide supra in διαβάλλω.

Ἐξάπινα, adv. *Repente*, *ex improviso*, (ex ἐξ, α priv. & φαίνομαι, appareo.) Marc. 9, 8.

Ἐξαπορέω, ῶ, & ἐξαπορέομαι, οῦμαι, *Valde dubito*, *despero*, (ex ἐξ & ἀπορέομαι, οῦμαι, hæreo, dubito, quod est ex α priv. & πόρος, via, meatus, quando quis nescit, qua via evadere liceat.) 2. Cor. 1, 8. ὥστε ἐξαπορήμενοι, ἀλλ' ἀπ ἐξαπορήμενοι, dubitare quidem cœpi (tanquam athleta) de victoria, sed tamen ad summam desperationem non fui perductus.

Ἐξαποστέλλω, 1) *Ablego*, *emitto*, (ex ἐξ & ἀποστέλλω, idem.) Act. 7, 12. 9, 30. 11, 22. 12, 11. 17, 14. 22, 21. Gal. 4, 4. 6. 2) Dimitto. Luc. 1, 53. 20, 10. 11.

Ἐξαρτίζω, f. σω, 1) *Perago*, *absolvo*, (ex ἐξ & ἀρτίζω, absolvo,) Actor. 21, 5. ὅτε ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, quum contigisset, ut nos dies illos absolvissemus. 2) *Praparo*,

paro, perfecte instruo. hinc pass. ἐξηρτισμένος, perfecte instructus. 2. Tim. 3, 17.

Ἐξαστράπτω, f. ψω, *Emico, refulgeo,* (ex ἐξ & ἀστράπτω, fulguro.) Luc. 9, 29.

Ἐξαυτῆς, *Eodem momento, continuo,* (ex ἐξ & αὐτῆς, scil. ὥρας.) Marc. 6, 25. Actor. 10, 33. 11, 11. 21, 32. 23, 30. Philipp. 2, 23.

Ἐξεγείρω, f. ερῶ, 1) *Exsuscito, excito,* (ex ἐξ & ἐγείρω, suscito.) Rom. 9, 17. 2) A mortuis excito. 1. Cor. 6, 14.

Ἔξειμι, *Exeo, egredior,* hinc ἐξιέναι, exire, ἐξιὼν, exiens, (ex ἐξ & εἶμι, eo, vado, ibo.) Act. 13, 42. 17, 15. 20, 7. 27, 43.

Ἐξελέγχω, f. ξω, *Redarguo, refello,* convinco, (ex ἐξ & ἐλέγχω, arguo.) Judæ v. 15.

Ἐξέλκω, f. ξω, *Abstraho, extraho,* (ex ἐξ & ἕλκω, traho.) Jacob. 1, 14. metaph. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἡδονῆς ἐξελκόμενος, a propria voluptate abstractus.

Ἐξέλω, vide ἐξαιρέω.

Ἔξέραμα, τος, τὸ, *Vomitus,* (ab ἐξεράω, evacuo expromo, exinanio, ex ἐξ & ἔρα, terra.) 2. Petr. 2, 22.

Ἐξερευνάω, ῶ, f. ήσω, *Perveſtigo, perſcrutor,* diligenter & accurate inquiro, (ex ἐξ & ἐρευνάω, inquiro, indago.) 1. Pet. 1, 10.

Ἐξέρχομαι, 1) *Egredior, exeo, prodeo,* discedo, abeo, dimano, (ex ἐξ & ἔρχομαι, venio.) Construitur cum præpos. ἐκ vel ἐξ. Matth. 2, 6. 8, 28. 15, 18. 27, 53. Marc. 1, 25. &c. cum ἀπὸ, Matth. 12, 43. 13, 1. 15, 22. 17, 18. 28, 8. &c. cum παρὰ Luc. 2, 1. Joh. 16, 27. 28. 17, 8. & sine præpositione. Matth. 10, 14. Actor. 16, 39. 2) *Abeo, discedo,* Actor. 16, 9. Apocal. 3, 12. 3) *Prodeo.* Act. 28, 3. Hebr. 1, 5. Apoc. 9, 3.

Ἔξεστι, verbum imperf. *Licet, permissum est,* (ab ἐξ & εἰμὶ, sum.) Joann. 18, 31. ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα, nobis non licet interficere quenquam. 1. Cor. 6, 12. 10, 13. πάντα μοι ἔξεστι, omnia mihi permissa sunt. Hinc partic. ἐξὸν, scil. ἐστὶ, licet. Actor. 2, 29. ἐξὸν (sc. ἐστω) μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν, liceat aperte dicere. 2. Cor. 12, 4. ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ εἰπεῖν, quæ non permissum est homini dicere.

Ἐξετάζω, f. σω, *Diligenter examino, inquiro,* perscrutor, exploro, interrogo, (ex ἐξ & ἑτάζω, exploro, exquiro.) Matth. 2, 8. 10, 11. Joann. 21, 12.

Ἐξηγέομαι, ῆμαι, 1) *Dux sum, præsum,* (ex ἐξ & ἡγέομαι, duco.) 2) *Expono, explico, interpretor.* Luc. 24, 35. καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ (sc. γενόμενα,) & illi exponebant, quæ per viam facta erant. Joann. 1, 18. Actor. 10, 8. 15, 12. 14. 21, 19. Apud profanos præcipue de iis adhibetur, qui docent, qua ratione Dii colendi essent, prout probat Joann. Alberti Obs. Philol. p. 208.

Ἑξήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, *Sexaginta,* (ab ἐξ, sex.) Matth. 13, 8. 23.

Ἐξῆς, *Deinceps*, consequenter, ordine, serie perpetua. (Est proprie Genitivus, ab ἑξή, series, ordo, ab ἔχεσθαι, quod inter alia denotat, proxime sequi, cohærere.) Subintellige autem κατὰ, ut Luc. 7, 11. καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, pro ἐν τῇ καθ' ἑξῆς ἡμέρᾳ, fiebat die, quæ in serie sequebatur, die sequente c. 9, 37. Actor. 21, 1. 25, 17. 27, 18. κατὰ subintelligendum esse patet, ex compositio καθεξῆς.

Ἐξηχέω, ῶ, f. ήσω, *Personо*, (ex ἐξ & ἠχέω, sono,) ἐξηχέομαι, ήμαι, idem. 1. Thess. 1, 8. ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, a vobis personuit verbum Dei.

Ἕξις, εως, ἡ, *Habitus*, adfectio corporis vel animi difficulter mobilis a subjecto, eaque vel bona, vel mala (ab ἔχω, me habeo) Hebr. 5, 14.

Ἐξίστημι, f. ἐκστήσω, 1) De statu mentis dejicio, mente alieno, *Obstupefacio, percello*, (ex ἐξ & ἵστημι, sisto.) Luc. 14, 22. ἐξέστησαν ἡμᾶς γυναῖκες, obstupefecerunt nos mulieres. Actor. 8, 9. Simon Magus erat ἐξιστῶν τὸ ἔθνος, obstupefaciebat, percellebat (præstigiis suis) illam gentem. Sic 2. Paral. 15, 6. ὁ θεὸς ἐξέστησεν αὐτὰς ἐν πάσῃ θλίψει, Deus de statu mentis dejecit eos per varias angustias: hebr. הֻמָּם, turbavit eos. 2) Passive, de statu mentis dejicior, *Percellor, paveſco, admiror* cum ecstasi & mentis alienatione, insanus fere sum. Marc. 5, 42. ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ, obstupuerunt stupore magno. Actor. 10, 45. ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, obstupuerunt fideles ex circumcisione. Marc. 3, 21. ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη, sc. ὄχλος: dicebant enim, illum insanire. Populus enim sæpius ita se gerere solet. Sic autem potius, quam de Servatore, hæc explicanda esse, docent Philologi recentiores, David Clericus, Quæst. sacra 14. Kühnius Quæst. Philol. Pent. 5. quæst. 3. & alii. 2. Cor. 5, 13. εἴτε ἐξέστημεν, θεῷ, sc. ἐξέστημεν, sive insani simus, ecstasis illa (quam alii insaniam vocant) in honorem Dei contigit. Scilicet inimici Paulli calumniabantur illum, quod non satis sanus esset; quia nonnunquam in ecstasin raptus est, quales homines ab aliis, harum rerum non gnaris, male audiunt. Sed Paullus dicit, quando in ecstasin rapiatur, illud fieri ad gloriam Dei: quando vero sine illa existat, & cum hominibus loqui vel scribere possit, illud fieri ad utilitatem hominum. 3) In medio ἐξίσαμαι, *obstupeſco, admiror*. Matth. 12, 23. ἐξίσαντο πάντες οἱ ὄχλοι, obstupebant & mirabantur omnes populi.

Ἐξισχύω, f. ύσω, *Valeo, possum*, (ex ἐξ & ἰσχύω, possum, valeo.) Ephes. 3, 18.

Ἔξοδος, ου, ἡ, 1) *Via, qua* alicunde *exitur*, (ex ἐξ & ὁδὸς, via.) 2) *Exitus*, sive exeundi actio, egressio, *profectio* ex aliquo loco. Hebr. 11, 22. 2. Petr. 1, 15. 3) Mors, *exitus, finis vitæ*. Luc. 9, 31. Sic etiam profani, docente Elsnero tom. 1. p. 219. Passeratio Conjecturarum c. 2. Wolfio ad Libanium epist. 72. p. 230. 231.

Ἐξο-

Ἐξολοθρεύω, f. εύσω, *Disperdo*, funditus perdo, *extermino*, (ex ἐξ & ὄλεθρος, exitium.) Actor. 3, 23. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ, exterminabitur a populo. Quæ pœna hebræis dicitur כֶּרֶת, excisio ex populo Dei, & divina potius est, quam humana: qua scil. Deus impios & renitentes ex gratia sua prorsus excludit.

Ἐξομολογέω, ῶ, & ἐξομολογέομαι, οῦμαι, 1) *Confiteor*, (ex ἐξ & ὁμολογέω, fateor.) Matth. 3, 6. Actor. 19, 18. Philipp. 2, 11. Jacob. 5, 16. Apoc. 3, 5. 2) *Spondeo*. Luc. 22, 6. 3) *Laudo*, *celebro*, *gratias ago*. hebr. הוֹדִיעַ, Gratiarum actio enim est beneficiorum confessio: Matth. 11, 25. ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, gratias ago tibi, Pater. Rom. 14, 11. 15, 9. Apud profanos occurrere vulgo negant, sed, alia tamen notione, occurrere docet Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 10.

Ἐξὸν, vide in ἔξεστι.

Ἐξορκίζω, f. σω, *Adjuro*, (ex ἐξ & ὀρκίζω, idem.) Matth. 26, 63.

Ἐξορκιστὴς, οῦ, ὁ, *Exorcista*, *adjurator*, ab ἐξορκίζω. Actor. 19, 13. Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν. Erant inter Judæos incantatores, qui tradebant, se posse dæmonas expellere, sed vani erant. van Dalen de Divinationibus idol. V. T. c. 7. In ecclesia Christiana fuere primis temporibus quidam singulariter a Deo hoc munere instructi, ut dæmonas expellerent, postea vero factum est singularis gradus Clericorum, qui erant inferioris generis & dicebantur Exorcistæ. Eorum negotium erat, diabolum ex Catechumenis obsessis ante Baptismum expellere. Isidorus de divinis officiis 2, 13. Rabanus Maurus de Instit. Cleric. 1, 10. Elmenhorstius ad Minuc. Felicem p. 69. 10. Ouzelius ad eundem p. 159.

Ἐξορύσσω vel ἐξορύττω f. ξω, 1) *Perfodio*, (ex ἐξ & ὀρύσσω, fodio.) Marc. 2, 4. 2) *Effodio*. Gal. 4, 15.

Ἐξουδενόω, ῶ, f. ώσω, *Contemno*, *sperno*, pro nihilo habeo, nihili facio (ex ἐξ & οὐδενόω, in nihilum redigo.) Marc. 9, 12.

Ἐξουθενέω, ῶ, f. ήσω, *Nihili facio*, pro nihilo habeo, adspernor, *vilipendo*, (ex ἐξ, ὅτε & εἷς, nemo, nullus.) Luc. 18, 9. 23, 11. Actor. 4, 11. ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν, qui spretus est a vobis. Rom. 14, 3. 10. 1. Cor. 1, 28. τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ea quæ vili habita sunt, elegit Deus. c. 6, 4. 10, 11. 2. Cor. 10, 10. Gal. 4, 14. 1. Thess. 5, 20.

Ἐξουσία, ίας, ἡ, (ab ἔξεστι, licet.) 1) *Potestas*, *potentia*. Matth. 7, 28. * ὡς ἐξουσίαν ἔχων, tanquam potentiam habens. Hebræi dicunt צוּדְבָא מֵרַבָּנָן, potestas a Rabbinis nostris, i. e. Doctor summus est. cap. 8, 9. 9, 6. 8. 10, 1. 21, 23. 24. 27. 28, 18. 2) *Jurisdictio*. Luc. 23, 7. 3) *Magistratus*, sive is, qui potestatem habet. Abstractum accipiendum est pro concreto. Luc. 12, 11. Rom. 12, 11. Ephes. 1, 21. ubi ἐξουσία est צוּדְבָא, doctor eruditissimus, acutissimus. c. 3, 10. 6, 12. Coloss. 2, 10. 15. conser. ἀρχαὶ, supra. Sic angelorum quidam vocantur ἐξουσίαι. Coloss. 1, 16.

4) *Calyptra*, aut aliud ornamentum capitis muliebris. 1. Cor. 11, 10. ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους, debet mulier calyptram habere ſuper capite propter angelos. G. G. Zeltnerus diſſ. de munimento capitis fœminei contra angelos, Altd. 1715. Sic Pſalm 60, 9. מעוז לְרֹאשׁ, poteſtas capitis, eſt tegumentum. Dougtæus Anal. ſacris V. T. Excurſu 15.

Ἐξουσιάζω, f. σω, *Poteſtatem*, ſive copiam *habeo*, *dominor*, (ab ἐξουσία.) Luc. 22, 25. 1. Cor. 7, 4. ἐξουσιάζομαι, in poteſtatem redigor. 1. Cor. 6, 12. Occurrit etiam Nehem. 5, 15. 9, 37.

Ἐξοχή, ῆς, ἡ, *Eminentia*, *prominentia*, *excellentia*, præſtantia (ab ἐξέχω, emineo, ex ἐξ & ἔχω, quaſi præ aliis præcipuum habeo.) Actor. 25, 23. ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, viris, qui in excellentia civitatis erant.

Ἐξυπνίζω, f. σω, *Expergefacio*, e ſomno excito, (ab ἔξυπνος.) Jo. 11, 11.

Ἔξυπνος, ος, ὁ καὶ ἡ, qui e ſomno evigilavit, *expergefactus*, (ex ἐξ & ὕπνος, ſomnus.) Actor. 16, 27.

Ἔξω, adverb. (ab ἐξ.) 1) *Foras*. Matth. 5, 13. εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, niſi, ut ejiciatur foras. Luc. 8, 54. ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, ejiciens omnes foras. 2) *Extra*. Matth. 21, 17. ἐξῆλθον ἔξω τῆς πόλεως, exibant extra civitatem. Actor. 4, 15. ἔξω συνεδρίου ἀπελθόντες, poſtquam extra Synedrium abierant. 3) *Foris*. Matth. 12, 46. εἱστήκεισαν ἔξω, ſteterant foris. Apoc. 22, 15. ἔξω δὲ οἱ κύνες, foris autem ſunt canes. 4) ὁ ἔξω, *Externus*, qui foris eſt. Actor. 26, 11. εἰς τὰς ἔξω (ſc. ἄσας) πόλεις, in civitates exteras. ὁ ἔξω ἄνθρωπος, homo exterior. 2. Cor. 4, 16. eſt homo, quatenus naturaliter vivit. Vide ἄνθρωπος. Οἱ ἔξω ſc. ὄντες, ſunt gentiles ſive infideles, qui non ſunt membra veræ Eccleſiæ. 1. Cor. 5, 12. 13. Coloſſ. 4, 5. 1. Theſſ. 4, 12. Semel tamen Marc. 4, 11. indigitantur illi, qui ad interiorem Chriſti notitiam nondum erant admiſſi, quæ felicitas ſolis Apoſtolis tunc contigit.

Ἔξωθεν, adv. 1) *Extrinſecus*, *exterius*, (ab ἔξω.) Matth. 23, 27. 28. Marc. 7, 18. 2. Cor. 7, 5. Sic ὁ ἔξωθεν, ſc. ὢν exterior. Matth. 23, 25. τὸ ἔξωθεν, (ſubintellige, ὂν μέρος) τῦ ποτηρίυ, exteriorem partem poculi. Luc. 11, 40. 1. Tim. 3, 7. ἀπὸ τῶν ἔξωθεν (ſc. ὄντων,) ab exteris. 1. Petr. 3, 3. ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν (ſc. ὢν κόσμος, quarum ſit non ille externus ornatus. Apoc. 11, 2. τὴν ἐξωτὴν τὴν ἔξωθεν (ſc. οὖσαν,) aulam exteriorem, ſive quæ extrinſecus eſt. 2) *Extra*, *exterius*. Marc. 7, 15.

Ἐξωθέω, ῶ, f. ωθήσω vel ἐξώσω, f. ώσω, 1) *Expello*, *ejicio*, (ex ἐξ, & ὠθέω, impello.) Act. 27, 39. ἐξῶσαι τὸ πλοῖον, facere, ut navis in littus impingat. Adde Elsnerum Obſerv. ſacr. tom. 1. p. 487, 8. 2) Sedibus *expello*, *extermino*. Act. 27, 39.

Ἐξώτερος, έρα, ον, *Exterior*, Comparativus ab ἔξω. Matth. 8, 12. εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, in tenebras exteriores. Comparativus pro poſitivo. Per tenebras proprie intelligitur locus extra triclinium noctu calefactum & illuminatum: metaphorice autem infernus.

Ἑορ-

Ἑορτάζω, f. σω, *Festum celebro, ferior,* (ab ἑορτή.) 1. Cor. 5, 8. ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, igitur festum celebremus non in fermento veteri. ἑορτάζειν gentilibus quoque erat: recte se erga Deum gerere. Thucydides apud Grotium: ἑορτὴ ἀδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὰ δέοντα πράττειν. Hinc Gregorius Nyssenus epist. ad Eustathium princ. ἑορτὴν κατὰ θεὸν vocat fructum, quem percepit ex eo, quod viros sanctos & loca sancta adiisset. Vide ibi Casaubonum p. 53.

Ἑορτή, ῆς, ἡ, *Festum, dies festus, feriæ.* Matth. 26, 5. μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, non in festo (sc. τὸ πάσχα, sive τῶν ἀζύμων,) quia tunc infinita ex singulis in Judæa universa locis convenisset multitudo, & sic res facile in tumultum abire potuisset. cap. 27, 15. κατὰ τὴν ἑορτὴν (sc. ἑκάστην) unoquoque festo.

Ἐπαγγελία, ας, ἡ, 1) *Denunciatio* (ab ἐπαγγέλλω) 1. Joh. 1, 5. 2) *Promissio.* Luc. 24, 49. ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς, ego mitto promissionem patris mei super vos, i. e. Spiritum S. a patre promissum. Actor. 1, 4. 2, 33. Et cap. 26, 6. ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης, de spe promissionis ad patres factæ. Messias promissus intelligitur. Notentur Hebraismi. Rom. 9, 8. τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, filii promissionis: sunt ii, quibus promissio facta est, & qui se dignos ea gerunt. cap. 15, 8. τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, promissiones, quæ patribus factæ sunt. Gal. 3, 14. ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν, ut promissionem spiritus, i. e. spiritum promissum accipiamns. Ephes. 1, 13. Hebr. 11, 9. εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, in terram promissam.

Ἐπαγγέλλω, ελῶ, 1) *Edico, profiteor, defero,* denuncio, (ex ἐπὶ & ἀγγέλλω, nuncio.) ἐπαγγέλλομαι, significo, me velle, posco. 2) *Promitto, spondeo, polliceor.* Marc. 14, 11. Actor. 7, 5. Rom. 4, 21. ὃ ἐπήγγελται, quod promisit. Hic Passivum active significat. Sic Hebr. 12, 26. Tit. 1, 2. Hebr. 6, 13. 10, 23. 11, 11. Jacob. 1, 12. 2, 5. 2. Petr. 2, 19. 1. Joann. 2, 25. 3) *Profiteor.* 1. Tim. 2, 10. ἐπαγγέλλεσθαι θεοσέβειαν, pietatem & reverentiam in Deum profiteri. Sic c. 6, 21. Exempla ex profanis adduxit Hombergius in Parergis sacris ad locum priorem.

Ἐπάγγελμα, τος, τὸ, *Promissio,* promissum, (ab ἐπαγγέλλομαι.) 2. Petr. 1, 4. 3, 13.

Ἐπάγω, f. ξω, *Induco, adduco, accerso,* (ex ἐπὶ & ἄγω, duco.) Actor. 5, 28. ἐπαγαγεῖν τὸ αἷμα, est caussam mortis in aliquem conjicere. Adde Levit. 22, 16. & Elsnerum tom. 1. p. 383.

Ἐπαγωνίζομαι, f. σομαι, *Decerto ob aliquid,* (ex ἐπὶ & ἀγωνίζομαι, certo.) Constructur cum Dativo vi præpositionis. Judæ v. 3. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει, propter fidem certamen subire.

Ἐπαθροίζω, f. σω, *Congrego,* (ex ἐπὶ & ἀθροίζω, & hoc ab ἀθρόος, α, ὁ, confertus, in unum collectus.) Luc. 11, 29.

Ἔπαινετὸς, ἡ, ὁ, *Epænetus,* nomen viri proprium. Significat laudabilem, ab ἐπαινέω.) Rom. 16, 5.

Ἐπαι-

Ἐπαινέω, ῶ, f. ήσω, *Laudo*, (ab ἔπαινος.) Luc. 16, 8. Rom. 15, 11. 1. Cor. 11, 2. 17. 22.

Ἔπαινος, ου, ὁ, 1) *Laus*, *laudatio*, (ex ἐπὶ & αἶνος, laus.) Rom. 2, 29. 13, 3. Epheſ. 1, 6. 12. 14. Philipp. 1, 11. 1. Petr. 1, 7. 2, 14. 2) Res laudanda. Philipp. 4, 8. εἴ τις ἔπαινος, ſi quæ res laude digna.

Ἐπαίρω, f. αρῶ, *Attollo*, *erigo*, *elevo*, (ex ἐπὶ & αἴρω, tollo.) Matth. 17, 8. ἐπάραντες τὰς ὀφθαλμὰς, poſtquam ſuſtulerunt oculos. Luc. 6, 20. 16, 23. 18, 13. Joh. 4, 35. 6, 5. 17, 1. ἐπᾶραι τὴν φωνὴν, elevare vocem. Luc. 11, 27. Act. 2, 14. 14, 11. 22, 22. Etiam Luc. 21, 28. ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς, attollite capita. Vide verbum ἀνακύπτω. ἐπαίρειν χεῖρας ὁσίας. 1. Tim. 2, 8. manus ſanctas attollere, i. e. ſancte orare. ἐπαίρομαι, Med. me effero. 2. Cor. 10, 5. 11, 20. εἴ τις ἐπαίρεται, ſi quis ſe extollit.

Ἐπαισχύνομαι, *Me pudet*, erubeſco, (ex ἐπὶ & αἰσχύνομαι, idem.) Conſtruitur cum Accuſativo. Marc. 8, 38. Rom. 1, 16. 2. Tim. 1, 8. 12. 16. Semel cum ἐπὶ. Rom. 6, 21. ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε, de quibus nunc erubeſcitis. Sequente Infinitivo Hebr. 2, 11. 11, 16.

Ἐπαιτέω, ῶ, f. ήσω, *Mendico*, *ſtipem peto*, (ex ἐπὶ & αἰτέω, peto.) Luc. 16, 3.

Ἐπακολουθέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Sequor*, *ſubſequor*, (ex ἐπὶ & ἀκολουθέω, ſequor.) Marc. 16, 20. 1. Tim. 5, 24. 2) *Sequor*, *ſector*, *adſector*. 1. Tim. 5, 10. 1. Petr. 2, 21.

Ἐπακούω, f. ούσω, *Exaudio*, (ex ἐπὶ & ἀκούω, audio.) 2. Cor. 6, 2.

Ἐπακροάομαι, ῶμαι, *Audio*, (ex ἐπὶ & ἀκροάομαι, audio.) Actor. 16, 25. ἐπηκροῶντο (imperf. med. contractum) αὐτῶν οἱ δέσμιοι, audiebant ipſos captivi.

Ἐπὰν, conjunct. *Poſtquam*, *ſi*, (ex ἐπεὶ & ἄν.) Matth. 2, 8. Luc. 11, 22.

Ἐπάναγκες, τὸ, 1) *Neceſſe*, *neceſſarium*. 2) *Neceſſario*, (ex ἐπὶ & ἀνάγκη, neceſſitas.) Actor. 15, 28. πλὴν τῶν ἐπάναγκες (ſc. ὄντων) τούτων, præter hæc, quæ neceſſaria ſunt.

Ἐπανάγω, 1) *Retrorſum ago*, *redeo*. Matth. 21, 18. 2) Proveho, (ex ἐπὶ & ἀνάγω, tollo, ſubveho, reduco.) Luc. 5, 3. 4.

Ἐπαναμιμνήσκω, *In memoriam revoco*, *commonefacio*, (ex ἐπὶ & ἀναμιμνήσκω, recondor.) Rom. 15, 15.

Ἐπαναπαύω, f. σω, (ex ἐπὶ & ἀναπαύω, requieſco) ἀναπαύομαι, 1) *Requieſco* ſuper aliqua re. Luc. 10, 6. ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, requieſcet ſuper ipſo pax (ſalutatio) veſtra. 2) *Adquieſco*. Rom. 2, 17. ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, adquieſcis in lege, in eaque confidis, vel ſecurus es. Sic Michæ 3, 11. impii dicuntur ἐπαναπαύεσθαι ἐπὶ τὸν κύριον.

Ἐπανέρχομαι, *Redeo*, (ex ἐπὶ & ἀνέρχομαι, redeo.) Luc. 10, 35. 19, 15.

Ἐπανίστημι, *Excito*, *erigo*, (ex ἐπὶ & ἀνίστημι, idem.) Hinc ἐπανίσταμαι, *inſurgo*. Matth. 10, 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, inſurgent, rebellabunt filii contra parentes. Ἐπα-

Ἐπανόρθωσις, εως, ἡ, *Emendatio, correctio*, (ab ἐπανορθόω, corrigo, ex ἐπὶ & ὀρθόω, erigo.) 2. Tim. 3, 16.

Ἐπάνω, adv. regens Genitivum. 1) *Supra, super*, (ex ἐπὶ & ἄνω, supra.) Matth. 2, 9. ἐπάνω οὗ (scil. τόπου) ἦν τὸ παιδίον, super illo loco, in quo erat puerulus. c. 5, 14. 21, 7. Apoc. 6, 8. 20, 3. Sine casu. Luc. 11, 44. 2) *Supra quam, plus quam.* Marc. 14, 5. 1. Cor. 15, 6. 3) *Apud, prope.* Luc. 4, 39.

Ἐπαρκέω, ῶ, f. έσω, (ex ἐπὶ & ἀρκέω, sufficiens sum.) *Sufficienter* do vel *erogo.* 1. Tim. 5, 10. εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, si afflictis sufficienter erogavit; & v. 16. ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ, ut viduis, quæ vere tales sunt, sufficienter erogare possit.

Ἐπαρχία, ίας, ἡ, *Præfectura, provincia*, (ab ἔπαρχος, ὁ, ἡ, præses, præfectus, ex ἐπὶ & ἄρχων princeps.) Act. 23, 34. 25, 1.

Ἔπαυλις, εως, ἡ, 1) *Villa, casa, stabulum, ovile*, (ex ἐπὶ & ἄυλις, locus, ubi pernoctatur.) 2) *Domicilium.* Act. 1, 20.

Ἐπαύριον, adv. *Cras* (ex ἐπὶ & ἄυριον, cras.) hinc ἡ ἐπαύριον (subintellige ἅσα ἡμέρα,) dies crastinus sive posterus. Matth. 27, 62. Marc. 11, 12. Joann. 1, 29. 35. 43. &c.

Ἐπαυτοφώρῳ, *In flagranti delicto, in ipso facto.* Proprie duo vocabula sunt: ἐπ' αὐτοφώρῳ (sc. πράγματι.) Descendit vero ab ἐπὶ & αὐτόφωρον, ipsum furtum, αὐτόφωρος, manifestus, ex αὐτὸς, & φωράω, ῶ, in ipso furto deprehendo.) Joann. 8, 4. γυνὴ ἐπαυτοφώρῳ (integre πράγματι) μοιχευομένη, quæ ita mœchata fuit, ut in ipso actu deprehenderetur. Alia exempla habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 214. 507.

Ἐπαφρᾶς, ᾶ, ὁ, *Epaphras*, nomen viri decurtatum ab ἐπαφρόδιτος. Coloss. 1, 7. 4, 12. Philem. v. 23.

Ἐπαφρίζω, f. σω, *Despumo*, (ex ἐπὶ & ἀφρίζω, spumam excito, spumo.) Judæ v. 13. κύματα ἀπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, fluctus, propriam turpitudinem abjicientes.

Ἐπαφρόδιτος, τα, ὁ, *Epaphroditus*, nomen viri: significat venustum, (ex ἐπὶ & ἀφροδίτη, ης, ἡ, Venus, quod est ab ἀφρὸς, spuma.) Philipp. 2, 75.

Ἐπεγείρω, f. ερῶ, *Excito*, (ex ἐπὶ & ἐγείρω, idem.) Act. 13, 50. ἐπήγειραν διωγμὸν, excitarunt persecutionem.

Ἐπεὶ, 1) *Postquam*, (ex ἐπὶ & εἰ) Luc. 7, 1. Hebr. 4, 6. 2) *Quoniam, quandoquidem*, Matth. 18, 32. 27, 6. Marc. 15, 42. Luc. 1, 34. Joann. 13, 29. 19, 31. 1. Cor. 14, 12. 16. 2. Cor. 8, 18. 13, 3. 3) *Alias, alioquin.* Rom. 11, 6. 22. 1. Cor. 15, 29. Hebr. 9, 26. 20, 2. & ἐπεὶ ἄρα. 1. Cor. 5, 10. 7, 14. Exempla ex profanis dat Joann. Alberti Obs. Philol. p. 341.

Ἐπείπερ, *Siquidem* (ex ἐπὶ, εἰ & περ.) Rom. 3, 30.

Ἐπειδὴ, *Quoniam, postquam*, idem, quod ἐπεὶ, a quo etiam descendit. Matth. 21, 46. Luc. 11, 6. Actor. 13, 46. 14, 12. 15, 24. 1. Cor. 1, 21. 22.

Ἐπει-

Ἐπειδήπερ, Conjunct. *Poſtquam, quandoquidem,* (ex ἐπειδὴ & ſyllabica adjectione περ.) Luc. 1, 1.

Ἐπείδω, *Reſpicio, gratioſe adſpicio,* (ex ἐπὶ & εἶδω, video.) Actor. 4, 29. ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς, reſpice ad minas. Luc. 1, 25. ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μκ, gratioſe reſpexit, ut aufferret ignominiam meam.

Ἐπεισαγωγὴ, ῆς, ἡ, *Superinductio,* (ab ἐπεισάγω, ſuperinduco, aliunde inveho, adſciſco, ex ἐπὶ & εἰσάγω, induco.) Hebr. 7, 19.

Ἔπειτα, adverb. *Deinde, poſtea,* (ex ἐπὶ & εἶτα, poſtea.) Marc. 7, 5. Luc. 16, 7. Joann. 11, 7. 1. Cor. 12, 28. 15, 6. 7. 23, 46.

Ἐπέκεινα, *Ultra, trans.* Conſtruitur cum Genitivo, ſed cauſſa eſt, quia proprie ſunt duo vocabula, ἐπὶ & ἐκεῖνα, ſubintellige μέρη. Act. 7, 43. ἐπέκεινα τῆς Βαβυλῶνος, quaſi ἐπ' ἐκεῖνα μέρη τῆς Βαβυλῶνος, ad illas (ulteriores ſc.) partes Babylonis. Numer. 32, 19. ἀπὸ τὸ πέραν τὸ Ἰορδάνκ καὶ ἐπέκεινα, a tranſitu Jordanis & ultra. Jeſ. 18, 1. ἐπέκεινα ποταμῶν Αἰθιοπίας, ultra fluvios Aethiopiæ. Ezech. 39, 22. ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης καὶ ἐπέκεινα, ab hoc die & ultra. Michæ 4, 5. εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα.

Ἐπεκτείνω, idem quod ἐκτείνω, *Extendo,* ἐπεκτείνομαι, contendo, extendo me. Philipp. 3, 13. τοῖς ἔμπροσθεν (ſcil. ὢσιν) ἐπεκτεινόμενος, contendens ad ea, quæ ante me poſita ſunt (quæ ſperanda ſunt,) nimirum cœleſtia.

Ἐπενδύω, f. ύσω, *Superinduo,* (ex ἐπὶ & ἐνδύω, induo.) 2. Cor. 5, 2. 4. vide ſupra ἐνδύω.

Ἐπενδύτης, ου, ὁ, *Amiculum, induſium,* veſtis ſuperior, (ab ἐπενδύω.) Joann. 21, 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο induſium circumcinxit. Fuit veſtis ſuperior, quam Judæi ſuper tunicam ſ. interulam geſtarunt. Græci ſic vertunt Ephod & אפוד, pallium; adeoque eſt nomen generale. Vide Fullerum Miſcell. 2, 11. Salmaſium ad Tertullianum de pallio. c. 5. p. 410. Hammondum ad h. l.

Ἐπέρχομαι, f. ἐλεύσομαι. 1) *Supervenio,* (ex ἐπὶ & ἔρχομαι, venio.) Luc. 1, 35. Actor. 1, 8. 2) *Supervenio, invado.* Luc. 11, 22. 21, 26. 35. Actor. 8, 24. 13, 40. 14, 19. Jacob. 5, 1. 3) αἰῶνες ἐπερχόμενοι Epheſ. 2, 7. ſunt tempus Novi Teſtamenti, ſed pluralis ponitur pro ſingulari. Vide ſupra Αἰών.

Ἐπερωτάω, ῶ, f. ήσω. 1) *Peto, rogo,* (ex ἐπὶ & ἐρωτάω, rogo.) Matth. 16, 1. 2) *Interrogo,* nonnunquam captioſe. Matth. 12, 10. 17, 10. 22, 23. 35. 41. 46. 27, 11. &c. 3) *Quæro.* Rom. 10, 20.

Ἐπερώτημα, τος, τὸ, *Interrogatio, fœdus,* (ab ἐπερωτάω,) 1. Petr. 3, 21. ubi baptiſmus dicitur συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα, fœdus bonæ conſcientiæ: Intelligitur tale fœdus, quod per interrogationem mutuam pangitur, an ſcil. articulos fœderis obſervare velint. Antiqui enim Chriſtiani interrogabant baptizandos: Abrenuncias Diabolo? Credisne in Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum? Adde Wedderkampium de Baptiſteriis Vet. præf. & Buddeum Theol. moral. p. 315. Simplex ἐρώτημα,

ſic

sic occurrit Sirac. 33, 3. νόμος σοφῷ πιστὸς ὡς ἐρώτημα δικαίων, lex a sapiente fideliter observatur, tanquam fœdus justorum. Daniel. 4, 17. ἐπερώτημα est statutum, decretum, quod post interrogationem singulorum senatorum prodiit.

Ἐπέχω, f. ἐφέξω, vel ἐπιοχήσω, 1) *Adhibeo, applico*, (ex ἐπὶ & ἔχω, habeo.) 2) *Attendo*, sc. ἐπέχω τὸν νᾶν. 1. Tim. 4, 16. ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ (sc. τὸν νᾶν,) attende tibi ipsi & doctrinæ. Et Luc. 14, 7. ἐπέχων, subintellige τὸν νᾶν, sive τὰς ὀφθαλμὰς, attendens, sive intendens oculos. Actor. 3, 5. Exempla ex profanis habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 378. 3) *Obtineo, occupo.* Philipp. 2, 16. 4) Subsisto. Act. 19, 22.

Ἐπηρεάζω, f. άσω, 1) *Noceo, damno afficio.* 2) *Infesto.* 3) *Vexo.* Matth. 5, 44. Luc. 6, 28. 4) *Calumnior, conviciis proscindo.* 1. Petr. 3, 16. Apud profanos præcipue denotat deferre apud judicem, & in judicio criminari, prout pluribus docet Elsnerus tom. 1. p. 30. Hesychius; ἐπηρεάζει, βιάζει.

Ἐπὶ, Præpositio regens Genitivum, Dativum & Accusativum: & varios significatus admittit.

I. Cum GENITIVO constructa, denotat

1) A. Matth. 28, 14. ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, si auditur hoc a præfecto. Actor. 25, 9. κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ, judicari a me.

Ἐρωτάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Interrogo*, rogo. Matth. 16, 13. Marc. 4, 10. Luc. 9, 45. 19, 31. 22, 68. Joann. 1, 19. 21. 25. 9, 2. 15. 19. 21. 23. 16, 5. 19. 30. 18, 19. 2) *Propono argumentum* vel quæstionem. Matth. 21, 24. Luc. 20, 3. Joann. 8, 7. 3) *Rogo, oro*. Marc. 7, 26. Luc. 4, 38. 5, 3. 16, 23. καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν, & illo die me non rogabitis quicquam. Vulgo vertunt quidem, interrogabitis; commodius tamen reddas: rogabitis. Nam de hoc sermo est in sequentibus & eadem notio occurrit v. 26. Sensus autem est: Omnia tunc habebitis, ita ut opus non sit quicquam a me rogare.

Ἑσθής, ῆτος, *Vestis, vestimentum*, (ab ἕω, induo.) Luc. 23, 11. Actor. 1, 10. 10, 30. 12, 21. Jacob. 2, 2. 3.

Ἔσθησις, εως, ἡ, *Vestitus*, (ab inusit. ἐσθάω, pro ἕω, induo.) Luc. 24, 4.

Ἐσθίω, f. ίσω, *Edo, comedo*, (ab ἔσθω, idem.) Matth. 9, 11. 11, 18. μήτι ἐσθίων (sc. ἄρτον.) (coll. Luc. 7, 33.) ἄρτον ἐσθίειν, significat simpliciter edere. Matth. 15, 2. ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν, quando comedunt. 2) *Absumo*. Hebr. 10, 27. πῦρ ἐσθίει, ignis consumit inimicos Dei.

Ἐσλί, ὁ, nomen viri hebraicum indecl. Luc. 3, 25. forte hebr. אֶצְלִי, ab אֵצֶל, juxta me & יה, Deus.

Ἔσοπτρον, ε, τὸ, 1) *Speculum*, (ab ἐς pro εἰς, & ὄπτομαι, video.) Jac. 1, 23. κατανοεῖν ἐν ἐσόπτρῳ, contemplari in speculo. 2) *Lapis specularis* ex quo antiqui feneſtras habuerunt, pellucidas quidem, sed, si cum nostris vitreis conferantur, multo obscuriores. 1. Cor. 13, 12.* βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου, videmus nunc per specular. Locutio est Judaica, qua dicunt, Mosen vidisse בְּאִסְפַּקְלַרְיָא מְאִירָה, per specular lucidum, reliquos autem Prophetas per specular non lucidum. Hoc est, Moses habuit, ex mente Judæorum, revelationem divinam clariorem, reliqui vero obscuriorem. Sic igitur & nos in hoc mundo habemus revelationem, sufficientem equidem ad salutem, sed tamen longe obscuriorem illa, quam in vita futura habebimus. Adde Buxtorfii Lexicon majus col. 171. & Jo. Oldermanni diss. de specularibus Veterum. Helmst. 1719.

Ἑσπέρα, ας, ἡ, *Vespera*, (ab ἕσπερος, Vesper, hesperus, stella Veneris solem sequens,) Act. 4, 3. 28, 23. Luc. 24, 29. πρὸς ἑσπέραν ἐστί, vesperi sive circa vesperam est.

Ἑσπέρα,

Ἔσρωμ, ὁ, *Esrom*, nomen viri hebraicum indeclinabile. Hebr. חֶצְרוֹן, a חָצַר, atrium. q. d. atriensis. Matth. 1, 3. Luc. 3, 33.

Ἑστήκω, quod verbum non nulli perperam fingunt, in N. T. nullum est. Quæ vero huc trahuntur sunt plusquamperfectum ab ἵστημι, præt. ἕστηκα, unde εἱστήκειν. Matth. 12, 46. εἱστήκεισαν ἔξω, steterant foris.

Ἔσχατος, η, ον, 1) *Ultimus, postremus.* Matth. 5, 26. 20, 8. 1. Cor. 15, 45. ὁ ἔσχατος Ἀδάμ, ultimus Adam, i. e. Christus (evolve Ἀδάμ.) Apoc. 1, 11. ἐγὼ εἰμὶ τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ego sum A & O, primus & ultimus. cap. 2, 8. 22, 13. Joann. 7, 37. ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς, ultimo vero die magno festi. Primus & ultimus dies festorum solemnium erant celebriores, quia ex mandato divino populus conveniebat, & cum benedictione dimittebatur. Ponitur adverbialiter. Marc. 12, 6. 22. ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή, (pro ἔσχατον,) ultimum omnium mortua est etiam mulier. Neutrum ἔσχατον substantive sumitur. Act. 1, 8. καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς (sc. μέρους,) & usque ad ultimam terræ partem. Sic cap. 13, 47. 2. Petr. 3, 3. & in Plurali τὰ ἔσχατα. Matth. 12, 45. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων, & fiunt ultima hominis illius pejora, quam prima. Luc. 11, 26. 2. Petr. 2, 20. Apoc. 2, 19. Adverbialiter ἔσχατον, *ultimum.* 1. Cor. 15, 8. Notentur ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Sic enim LXX. אַחֲרִית־כֵּן, verterunt, quæ in scriptura V. T. habent duplicem significationem (1) notant dies posteriores s. sequentes. Genes. 49, 1. (2) *Dies Messiæ.* Hoseæ 3, 5. Jes. 2, 2. Michæ 4, 1. Sic Act. 2, 17. καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, & fiet in ultimis diebus, i. e. temporibus N. T. Hebr. 1, 2. qui 1. Petr. 1, 20. ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων exprimuntur; vel intelliguntur, ut Lightfootus statuit, dies ultimi Reipublicæ Judaicæ, quod eodem recidit. 2. Tim. 3, 1. Jac. 5, 3. 2. Petr. 3, 3. ἐπ' ἐσχάτου (sc. μέρους) τῶν ἡμερῶν, temporibus Reipublicæ Judaicæ ultimis, idem Judæ v. 18. ἐπ' ἐσχάτου χρόνου. (3) notant *dies* plane *ultimos mundi.* Inde ἡ ἐσχάτη ἡμέρα est dies novissimus. Joann. 6, 39. 40. 44. 54. 11, 24. 12, 48. & 1. Cor. 15, 52. ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, in ultimo diei novissimi tubæ clangore. 1. Petr. 1, 5. ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ, tempore finis mundi. 2) *Infimus, vilissimus.* Matth. 19, 30. 20, 16. Marc. 9, 35. εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, si quis vult primus esse, erit omnium infimus. Luc. 13, 30. Joann. 8, 9. 1. Cor. 4, 9. δοκῶ γάρ, ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν, puto enim, quod Deus nos Apostolos tanquam infimæ sortis homines & vilissimos ostendit. 3) *Periculosus, pessimus.* 1. Joann. 2, 18. παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστί, filioli, tempus periculosum est, quo Respublica Judaica inclinat. Sic *ultima, extrema pati,* notissimum est.

Ἐσχάτως, *Extreme, peſſime, periculoſiſſime*, (ab ἔσχατος.) Marc. 5, 23. τὸ θυγάτριόν μκ ἐσχάτως ἔχει (ſc. ἑαυτὸ,) filia mea extreme ſe habet. Plura habet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 145.

Ἔσω, adv. 1) *Intro.* Matth. 26, 58. Marc. 14, 54. 15, 16. 2) *Intus.* Joh. 20, 26. Actor. 5, 23. Et ὁ ἔσω (ſc. ὤν) *internus.* Sic ὁ ἔσω (ſc. ὢν) ἄνθρωπος, internus homo, eſt quatenus homo Spiritu Sancto regenitus eſt. Rom. 7, 22. Epheſ. 3, 16.

Ἔσωθεν, adv. 1) *Intrinſecus*, (ab ἔσω.) Matth. 7, 15. 23, 25. 27. 28. Luc. 11, 7. 39. τὸ δὲ ἔσωθεν (ſc. ὂν μέρος) ὑμῶν, pars veſtra vero interior. Apoc. 4, 8. 5, 1. ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος, homo interior, vide ἔσω. 2. Cor. 4, 16. 2) *Ab intra, von innen heraus.* Marc. 7, 21. 23.

Ἐσώτερος, έρα, ον, *Interior, intimus* comparativus ab ἔσω.) Actor. 16, 24. Hebr. 6, 19. εἰς τὸ ἐσώτερον τῆς καταπετάσματος, (ſubintellige μέρος,) in interiorem partem aulæi.

Ἑταῖρος, ε, ὁ, 1) *Sodalis.* Matth. 11, 16. 2) *Amicus*, nomen quo compellamus hominem non ſatis notum. Matth. 20, 3. 22, 12. 3) *Etiam* diſcipulos ſic compellabant magiſtri, Matth. 26, 50. Confer. Jo. Alberti Obſerv. Philol. p. 156. Elsnerus tom. 1. p. 121. Majus Obſ. ſacr. lib. 1. p. 16.

Ἑτερόγλωσσος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Qui alterius* & diverſæ *linguæ eſt*, (ex ἕτερος & γλῶσσα, lingua.) 1. Cor. 14, 21. ἐν ἑτερογλώσσοις (ἀνθρώποις) λαλήσω αὐτοῖς, per homines aliena lingua utentes loquar ad ipſos.

Ἑτεροδιδασκαλέω, ῶ, f. ήσω, *Diverſam doctrinam doceo*, (ex ἕτερος & διδάσκω, doceo.) 1. Tim. 1, 3.

Ἑτεροζυγέω, ήσω, *Aliud & diverſum jugum fero*, (ab ἕτερος & ζυγὸς, jugum.) In ſacris denotat כִּלְאַיִם. Levit. 19, 19. τὰ κτήνη σε ε κατοχεύσεις ἑτεροζύγῳ, non conjugabis animantia diverſi generis. Metaphorice deinde occurrit. 2. Cor. 6, 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις, nolite vos conjungere & aſſimilari infidelibus. Vide Bocharti Hierozoicon. tom. 1. lib. 2. c. 3. 22.

Ἕτερος, έρα, ον, 1) *Alter.* Matth. 6, 24. Luc. 5, 7. 7, 41. 2) *Secundus.* Luc. 14, 19. 16, 7. Actor. 20, 15. τῇ δὲ ἑτέρᾳ (ſc. ἡμέρᾳ,) ſecunda die. Sic cap. 27, 3. 3) *Tertius.* Luc. 14, 20. 19, 20. 4) *Alius, reliqui.* Matth. 8, 21. 11, 3. 12, 45. 15, 30. 16, 14. Marc. 16, 12. 5) *Diverſus.* Luc. 9, 29. Actor. 2, 4. Rom. 7, 23. 1. Cor. 15, 40. Gal. 1, 6. εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον. Inter primas enim Chriſtianorum ſectas erant etiam Hebræi & Nazareni, qui Chriſtum Meſſiam eſſe ſtatuebant, & tamen ceremonias Judæorum ſimul retinebant. Et hi ſingulare aliquod Evangelium habebant, a noſtris diverſiſſimum. Vide Fabricii codicem Apocryphum N. T. tom. 1. p. 355-370. tom. 3. p. 541. ſeqq.

Ἑτέρως, *Aliter, alio modo*, (ab ἕτερος.) Philipp. 3, 15.

Ἔτι, 1) *Amplius, præterea.* Matth. 5, 13. 18, 16. Marc. 5, 35. Luc.

Luc. 14, 22. 26. 18, 22. 2) *Adhuc*, *etiamnum*. Matth. 12, 46. 17, 5. 27, 63. 3) *Impoſterum*, poſthac. Luc. 16, 2. 4) *Quin*, *quinetiam*, inſuper. Actor. 2, 26. 21, 28. Hebr. 11, 36.

Ἑτοιμάζω, f. σω, *Paro*, *præparo*, expedio, facio, ut in promptu ſit, (ab ἕτοιμος) Matth. 3, 3. ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίε, præparate viam Domini. Luc. 9, 52. εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ (ſupple ξενίαν,) ingreſſi ſunt in vicum Samaritanorum, ut pararent ipſi (hoſpitium.) 1. Cor. 2, 9. 2. Tim. 2, 21.

Ἑτοιμασία, ἰας, ἡ, *Promtitudo*, *alacritas*, (ab eodem.) Eph. 6, 15.

Ἕτοιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Promtus*, *paratus*. Matth. 22, 4. 8. 24, 44. 25, 10. 2. Cor. 10, 16. εἰς τὰ ἕτοιμα (ſc. μέρη,) de iis regionibus, quæ jam ab aliis præparatæ erant, ἐν ἑτοίμῳ (ſc. θυμῷ) ἔχω, paratus ſum. 2. Cor. 10, 6.

Ἑτοίμως, adv. *Promte*, *expedite*, parate, ἑτοίμως ἔχειν (ſubaudi κατὰ θυμὸν,) præparatum eſſe. Actor. 21, 13. 2. Cor. 12, 14. 1. Petr. 4, 5.

Ἔτος, εος, ες, τὸ, *Annus*. Matth. 9, 20. Marc. 5, 42. ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα, erat enim puella annorum duodecim. Sic Luc. 2, 42. ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, cum eſſet annorum duodecim.

Εὖ, adv. 1) *Recte*. Matth. 25, 21. 23. Actor. 15, 29. 2) *Bene*. Marc. 14, 7. 3) bene, *Feliciter*. Epheſ. 6, 3.

Εὕα, ης, ἡ, Eva, nomen communis omnium noſtrum matris hebraicum, (a radice חָיָה, vixit, quia eſt mater omnium viventium.) 2. Cor. 11, 3. 1. Tim. 2, 13.

Εὐαγγελίζω & εὐαγγελίζομαι, 1) *Bonum nuncio*, *læta nuncio*. Luc. 1, 19. Apoc. 10, 7. Sic 2. Samuel. 4, 10. αὐτὸς ἦν ὡς εὐαγγελιζόμενος ἐνώπιόν με, ipſe erat, tanquam bonum nuncium allaturus coram me. c. 18, 19. εὐαγγελῶ τῷ βασιλεῖ, lætum nuncium adferam regi. 2) *Evangelium annuncio*, doctrinam Chriſti prædico. Luc. 4, 18. 43. 9, 6. 20, 1. Actor. 14, 7. 15. Rom. 1, 15. 15, 20. 1. Cor. 1, 17. 9, 16. Conſtruitur plerumque cum Dativo, attamen etiam cum Accuſativo perſonæ invenitur. Luc. 3, 18. εὐηγγελίζετο τὸ λαὸν evangelizabat populum, ſive efficiebat, ut populus evangelio erudiretur. Actor. 8, 40. 14, 15. 16, 10. Gal. 1, 9. 1. Petr. 1, 12. Apoc. 14, 6. (coll. 1. Petr. 1, 25.) Paſſivum εὐαγγελίζομαι, evangelizor, evangelium mihi prædicatur. Matth. 11, 5. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, pauperibus evangelium prædicatur. Luc. 16, 16. Hebr. 4, 2. 6. 1. Petr. 1, 25. 4, 6. In V. T. Pſalm. 96, 2. εὐαγγελίζεθε τὸ σωτήριον αὐτοῦ, annunciate & celebrate ſalutare ipſius.

Εὐαγγέλιον, ίε, τὸ, 1) *Lætum nuncium*, (ex εὖ & ἀγγελία, annunciatio.) 2) *Annunciatio doctrinæ de Chriſto*, ſive totus doctrinæ Chriſtianæ evangelicæ complexus. Matth. 4, 23. &c. 3) *Hiſtoria Chriſti*, prout ab Evangeliſtis deſcripta eſt: ut, τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, Evangelium ſecundum Matthæum.

Εὐαγγελιστὴς, οῦ, ὁ, 1) *Evangeliſta*, Evangeli præco, (ab

eodem.) temporibus Apostolorum, illi hoc nomine audiebant, qui separatim doctrinas Evangelii historicas docebant. Actor. 21, 8. Ephes. 4, 11. sed 2. Tim. 4, 5. in genere unumquemque verbi divini ministrum denotat. 2) Evangelii, sive historiæ evangelii scriptor, qui vitam Christi litteris mandavit.

Εὐαρεστέω, ῶ, f. ήσω, bene placeo, (ex εὖ & ἀρέσκω, placeo.) Hebr. 11, 5. 6. χωρὶς πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι, sine fide impossibile est Deo placere. Gen. 5, 22. Ἐνὼχ εὐηρέστησε τῷ Θεῷ, Enoch bene placuit Deo. cap. 17, 1. εὐαρέστει ἐνώπιόν μκ, sic ambula, ut bene placeas coram me. Pass. εὐαρεστέομαι, ῶμαι, mihi placet, *delector*. cap. 13, 16. τοιαύτοις θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεὸς, talibus sacrificiis delectatur Deus.

Εὐάρεστος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Acceptus*, valde gratus, bene placens, (ex εὖ & ἀρεστὸς, placitus.) Rom. 12, 1. 2. 14, 18. 2. Cor. 5, 9.

Εὐαρέστως, *Ad placitum*, grate, ita ut placeamus, (ab eodem.) Hebr. 12, 28.

Εὔβουλος, ου, ὁ, *Eubulus*, nomen viri græcum, (ex εὖ & βουλὴ, consilium,) consultus, prudens, qui bene consulit aliis. 2. Tim. 4, 21.

Εὐγενὴς, ὁ, ἡ, neutr. ὲς. 1) Claro vel *Nobili genere ortus*. (ex εὖ, bene, & γένος, genus.) Luc. 19, 12. 1. Cor. 1, 26, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, non multi nobiles. 2) εὐγενέστερος, qui animo generoso ac nobili est. Actor. 17, 11. ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, hi erant generosiores, quam illi, qui erant Thessalonicæ. Buxtorfius Catal. c. 162. Pirke Aboth c. 6. §. 2. Non est nobilis habendus, nisi qui in lege se exercet.

Εὐδία, ας, ἡ, q. d. 1) *Aëris bonitas*. 2) *Serenitas, sudum, cœlum serenum*, (ex εὖ & ζεὺς, διὸς, Jupiter, item aër, cœlum.) Matth. 16, 2.

Εὐδοκέω, ῶ, f. ήσω, *Beneplacitum habeo, acquiesco*, approbo, oblector, (ex εὖ & δοκέω, videor.) Construitur plerumque cum ἐν. Matth. 3, 17. ἐν ᾧ εὐδόκησα, in quo beneplacitum habui, pro quo cap. 12, 18. & 2. Petr. 1, 17. est εἰς, quod eodem recidit. Accusativum admittit. Hebr. 10, 6. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας (sc. θυσίας) οὐκ εὐδόκησας, holocausta & sacrificia pro peccatis noluisti, in iis non acquievisti. Tandem simpliciter Infinitivum post se habet. Luc. 12, 32. εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν, beneplacitum est patri (sive pater voluit) vestro, dare vobis regnum. 1. Cor. 1, 21. 2. Cor. 5, 8.

Εὐδοκία, ας, ἡ, 1) *Beneplacitum*, (ab εὐδοκέω.) Luc. 2, 14. 2) *Decretum*, beneplacitum, bona & *propensa voluntas Dei*, amor Dei gratuitus. Matth. 11, 26. Ephes. 1, 5. 9. Philipp. 2, 13. 3) *Affectus benevolus*, summum desiderium. Rom. 10, 1. Philipp. 1, 15. 2. Thess. 1, 11.

Εὐεργεσία, ας, ἡ, *Beneficentia, beneficium*, (ab εὐεργετέω.) Actor. 4, 9. 1. Tim. 6, 1.

Εὐερ-

Εὐεργετέω, ῶ, f. ήσω, *Benefacio*, (ab εὐεργέτης.) Act. 10, 38.

Εὐεργέτης, ου, ὁ, *Benefactor*, *beneficus*, (ex εὖ & ἔργον, opus.) Luc. 22, 25. καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες εὐεργέται καλῶνται, & qui poteſtatem exercent, Evergetæ vocantur. Hoc enim cognomen datum fuit regibus orientis, ut Ptolemæus Evergetes. Dilherrus Diſpp. tom. 1. p. 210. Poſſinus ſpicil. Evang. c. 13. Sellerus hiſt. Palmyrena. p. 381. edit. germ.

Εὔθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Proprie bene poſitus, (ex εὖ & τίθημι, pono.) *Appoſitus*, *aptus*, *idoneus*. Luc. 9, 62. οὐκ εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, non aptus eſt ad regnum cœlorum, h. e. ut fiat verus Chriſtianus. 14, 35. Hebr. 6, 7. Pſalm. 32, 6. ἐν καιρῷ εὐθέτῳ, tempore opportuno. Adde Elsnerum tom. 1. p. 222.

Εὐθέως, adv. *Statim*, confeſtim, (ab εὐθὺς.) Matth. 4, 20. 22. 8, 3. 13, 5. 14, 22. 27. 31. &c.

Εὐθυδρομέω, ῶ, f. ήσω, *Rectum curſum teneo*, recto curſu pergo, (ab εὐθὺς & δρόμος, curſus, a τρέχω, curro.) Act. 16, 11. 21, 1.

Εὐθυμέω, ῶ, f. ήσω, *Bono & læto ſum animo*, (ab εὔθυμος.) Actor. 27, 22. 25. Jacob. 5, 13.

Εὔθυμος, ου, ὁ, καὶ ἡ, *Qui bono & alacri eſt animo* (ex εὖ & θυμὸς, animus.) Actor. 27, 36. Comparativus in neutro εὐθυμότερον, adverbialiter, *alacrius* lætius. Actor. 24, 10.

Εὐθύνω, f. υνῶ, 1) *Complano*, (ab εὐθὺς.) Joh. 1, 23. εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου, parate viam Domino. Metaph. 2) *Guberno*, *dirigo*. Jacob. 3, 4. εὐθύνων ναῦν, gubernator navis.

Εὐθὺς, εῖα, ὺ, 1) *Rectus*, *planus*, Matth. 3, 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, rectas facite vias ejus. Inde nomen plateæ vel vici Damaſci, quæ dicebatur εὐθεῖα, quia non in obliquum, ſed rectum excurrebat. Actor. 9, 11. qualis etiam Athenis fuit. Pauſanias Attic. c. 49. 2) καρδία εὐθεῖα eſt mens non falſa. Actor. 8, 21. καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα, cor tuum non eſt rectum coram Domino. Sic Pſalm 73, 1. τοῖς εὐθέσι καρδίᾳ, hebr. יִשְׂרֵי לֵב, qui recti ſunt corde.

Εὐθὺς, adv. 1) *Recta*. 2) *Protinus*, *ſtatim*, confeſtim. Matth. 3, 16. 13, 20. 21.

Εὐθύτης, ητος, ἡ, *Rectitudo* (ab εὐθὺς.) Hebr. 1, 8. ῥάβδος εὐθύτητος, ſceptrum rectitudinis, i. e. rectum. Hebraiſmus.

Εὐκαιρέω, ῶ, f. ήσω, *Opportunitatem nanciſcor*, vacat mihi, (ab εὔκαιρος.) Marc. 6, 31. οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν, ne quidem tempus ad comedendum oportunum habebant. Act. 17, 21. 1. Cor. 16, 12.

Εὐκαιρία, ας, ἡ, *Oportunitas*, (ab eodem). Matth. 26, 16. Luc. 22, 6.

Εὔκαιρος, ου, ὁ καὶ ἡ, *Tempeſtivus*, *oportunus*, (ex εὖ & καιρὸς, tempus oportunum.) Marc. 6, 21. Hebr. 4, 16.

Εὐκαίρως, adv. *Oportune*, *tempeſtive*, (ab εὔκαιρος) Marc. 14, 11. 2. Tim. 4, 2.

Εὔκοπος, ε, ὁ ἡ ἦ, *Facilis*, qui facili labore fit (ex εὖ & κόπος, labor.) Compar. εὐκοπώτερος, facilior. Matth. 9, 5. 19, 24.

Εὐλάβεια, ας, ἡ, *Circumſpectio*, *reverentia*, *metus religioſus*, (ab εὐλαβέομαι.) Heſychius, εὐλάβεια, σεμνότης. Hebr. 5, 7. εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, liberatus eſt a metu. c. 12, 28. μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, cum pudore & metu.

Εὐλαβέομαι, οῦμαι, 1) Vereor, (ab εὐλαβής.) Actor. 23, 10. Hippocrati εὐλαβεῖσθαι eſt caute omnia obſervare, aphoriſ. 5, 29. 1. Sam. 18, 29. καὶ προσέθετο Σαὺλ εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ Δαβὶδ ἔτι, & Saul porro pergebat timere Davidem. Heſychius: εὐλαβεῖτο, ἐφοβεῖτο, ἐφυλάσσετο. 2) Caveo religioſe, ſum religioſus. Hebr. 11, 7.

Εὐλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, 1) Qui bene res capeſſit, ſeu caute aggreditur, (ex εὖ & λαμβάνω, accipio.) 2) *Circumſpectus*, *cautus*. Levit. 15, 31. καὶ εὐλαβεῖς ποιήσετε τὰς υἱὰς Ἰσραὴλ, & cautos facietis filios Iſrael, ratione ſcil. immunditiei. 3) Quia circumſpecti plerumque timent, inde notat: *Timidus*, in ſacris litteris vero κατ' ἐξοχήν: *Dei timens*, *religioſus*. Luc. 2, 25. Actor. 2, 5. ἄνδρες εὐλαβεῖς, viri timentes Deum: ita Syrus reddidit. Sunt vero hi ἄνδρες εὐλαβεῖς, Judæi & Proſelyti. Et in Actis ſemper indigitantur per vocem φοβούμενοι τὸν Θεὸν, Actor. 10, 2. 13, 16. 26. σεβόμενοι, cap. 13, 43. 50. 16, 14.

Εὐλογέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Benedico*, *bene precor* alicui, (ex εὖ & λέγω, dico.) Conſtruitur cum Accuſativo. Matth. 5, 44. εὐλογεῖτε τὰς καταρωμένας ὑμᾶς, bene dicite iis, qui male imprecantur vobis. Marc. 10, 16. Luc. 2, 34. Hebr. 6, 14. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, profecto benedicendo benedicam tibi. Hebraiſmus. Paſſ. εὐλογέομαι, οῦμαι, benedicor. Gal. 3, 8. εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. Hebr. יִתְבָּרְכוּ, benedicentur & benedicent ſibi ipſis in te omnes gentes. Benedicere per aliquem eſt nomine alicujus invocato fauſta quævis alteri apprecari. Participium, εὐλογημένος, *benedictus*, *laudatus*. Matth. 21, 9. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίε, benedictus ſit, qui venit in nomine Domini. cap. 23, 39. 25, 34. Marc. 11, 9. 10. Luc. 1, 28. 42. 13, 35. 19, 38. Joh. 12, 13. 2) *Precor*, *fundo preces* ad Deum, ut hebr. בָּרַךְ, & græcum εὐχαριστέω. Matth. 14, 19. ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, ſurſum reſpexit in cœlum, & precatus eſt. c. 26, 26. καὶ εὐλογήσας ἔκλασε, & poſtquam precatus eſt, fregit. Marc. 6, 41. 8, 7. 3) *Laudo*, *celebro*. Luc. 1, 64. εὐλογῶν τὸν Θεὸν, laudans Deum. cap. 2, 28. 24, 53. Jacob. 3, 9. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν, per illam laudamus Deum.

Εὐλογητὸς, ὴ, ὸν, *Benedictus*, *laudatus*, (ab εὐλογέω.) Adſcribitur Deo, & eſt nomen Dei apud Judæos, quo vocant eum בָּרוּךְ & הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ, Sanctum Benedictum. Luc. 1, 68. εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, benedictus eſt dominus Deus. Rom. 9, 5. 2. Cor. 1, 3. Epheſ. 1, 3. 1. Petr. 1, 3. Etiamſi vocabulum

Θεὸς

Θεὸς non sit adjectum, tamen nude positum est nomen Dei apud Judæos usitatum. Marc. 14, 61. σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ; num tu es Christus filius benedicti Dei? qui vocatur בָּרוּךְ הוּא הַקָּדוֹשׁ. Rom. 1, 25. ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, qui est benedictus Deus in secula, q. d. ille, cui soli laus & gloria debetur. 2. Cor. 11, 31. (Rom. 9, 5. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, qui est supra omnia Deus benedictus in secula. Hic observandum, solenne esse Judæis, in medio contextu, ubi de Deo agitur, δοξολογίαν addere.

Εὐλογία, ίας, ἡ, 1) *Sermo honestus.* Rom. 16, 18. 2) *Benedictio,* (ab εὐλογέω.) Gal. 3, 14. ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ut inter gentes benedictio Abrahami, (sc. qua Abraham benedictus fuit,) existat in Christo Jesu. Ephes. 1, 3. Hebr. 6, 7. 12, 17. Jacob. 3, 10. 1. Petr. 3, 9. 3) *Abundantia.* Rom. 15, 29. 2. Cor. 9, 6. ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει, seminans in beneficentia, abundantia, largiter etiam metet. Ephes. 1, 3. 4) *Beneficium,* munus, *eleemosyna.* 2. Cor. 9, 5. 5) *Laus,* prædicatio. Apoc. 5, 12. 13. τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία, agno sit laus. cap. 7, 12. 6) *Sacra cœna.* 1. Cor. 10, 16. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, poculum benedictionis, h. e. benedictum, cui benedicimus &c. Judæis dicitur כּוֹס שֶׁל בְּרָכָה, quo nomine veniebat tertius inter eos calices, quos nocte Paschali quilibet Judæus ebibere cogebatur. Hottingerus ad Goodwini Mos. & Aaron. 3. 2. 17. Reland. Antiqu. Hebr. 4, 3. 6. Christus vero ritus quosdam Judaicos in institutione S. Cœnæ retinere voluit, idque ex liberrimo beneplacito. Adde C. M. Pfaffium diss. de consecratione vet. Evcharistica, & Dan. Gottfr. Werneri Disput. de poculo benedictionis.

Εὐμετάδοτος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Facilis ad impertiendum,* (ex εὖ & μεταδίδωμι, impertior.) 1. Tim. 6, 18.

Εὐνείκη, ης, ἡ, *Eunice,* nomen matris Timothei, (ex εὖ & νίκη, victoria, vel a νεῖκος, εος, τὸ, contentio, jurgium.) 2. Tim. 1, 5.

Εὐνοέω, ῶ, f. ήσω, *Benevolus sum,* bene adfectus sum (ab εὔνοος, contr. εὔνους, bene adfectus, (ex εὖ & νοῦς, mens, animus.) Matth. 5, 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, esto bene animatus erga adversarium tuum. Adde Joann. Alberti Obs. Philol. p. 39. 40. Hesychius: εὔνοια, φιλία. εὐνοϊκῶς, φιλικῶς.

Εὔνοια, ας, ἡ, 1) *Benevolentia,* (ab εὖ, bene, & νοῦς, mens.) Ephes. 6, 7. μετ' εὐνοίας, cum bona voluntate servientes Domino. 2) Debitum conjugale. 1. Cor. 7, 3. τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν. Adde Lederlinum de Græcorum & Hebr. εὐφημίᾳ, §. 48. Majum Obs. sacr. lib. 1. p. 81.

Εὐνουχίζω, f. ίσω, 1) *Castro, eviro,* (ab εὐνοῦχος.) Matth. 19, 12. 2) *Continentiam servo,* ibid. καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς, & sunt Eunuchi, qui castrarunt seipsos: qui in abstinentia a voluptatibus & coërcitione earundem ad gloriam Dei versantur.

Εὐνοῦχος, ε, ὁ, 1) *Eunuchus, ſpado*, qui exſectus eſt. Matth. 19, 12. 2) *Continentiam ſervans.* ibid. 3) Eſt nomen dignitatis: *Gynæcei præfectus, ein Kammerherr*, Hebraice סָרִיס, (ab εὐνὴ cubile, & ἔχω, habeo, ſervo, curo.) Actor. 8, 27. ſeqq. Vide Dougtæum Annal. N. T. Excurſu 50. Urſinum Anal. ſacris Vol. 2. lib. 5. c. 14.

Εὐοδία, ας, ἡ *Evodia*, nomen mulieris, (ex εὖ & ὁδὸς, via, ſucceſſus, quæ proſpero ſucceſſu utitur.) Philipp. 4, 2.

Εὐοδόω, ῶ, f. ώσω, *Proſperum iter præbeo*, εὐοδόομαι, ᾶμαι, f. εὐοδωθήσομαι, proſperum iter mihi datur, proſpero rerum ſucceſſu utor, (ex εὖ & ὁδὸς, via.) Rom. 1, 10. 1. Cor. 16, 2. 3. Joann. 2. εὐοδᾶσθαι, felicem quemvis ſtatum hominis ſignificare ſolet. Eſt generale & rerum proſperitatem infert. Pſalm. 1, 3. πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. *Das geräth wohl.*

Εὐπειθὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, *Qui facile paret* ſeu obſequitur, *obſequioſus*, (ex εὖ & πείθω, perſuadeo, obſequor.) Jacob. 3, 17.

Εὐπερίστατος, ε, ὁ καὶ ἡ, 1) Ad circumcingendum proclivis (ex εὖ & περίστημι, circumſto. 2) *Circumſtans, tenaciter inhærens.* Hebr. 12, 1. τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Metaphora deducitur a corona populi conferti ſeu turba circumfuſa: unde περίστασις, circumſtans multitudo hominum. Heſychius: περίστασις, θλῖψις, ἀνάγκη, μέριμνα. 2. Maccab. 4, 16. ἔσχεν αὐτὰς πολλὴ περίστασις, habuit ipſos multa anguſtia. Ezech. 26, 8. περίστασις ὅπλων eſt, quando urbs aliqua a viris armatis corona cingitur. Eſt ergo εὐπερίστατος ἁμαρτία, peccatum, quod undique omnes vires, membra & totum hominem occupat. Hæc vox ſæpius occurrit apud Artemidorum, Jamblichum de vita Pythagoræ n. 145. περίστασθαι, pro, multa incommoda adferre, adhibent Artemidorus 5, 2. Arrianus de geſtis Alexandri lib. 3. p. 250. edit. Blanc. Libanius epiſt. 47. 52. ab Wolfio edit. Adde quæ Gatakerus adnotavit ad Antoninum 1, 1. 12. & 15. Heſychius: περίστασις, θλῖψις, ἀνάγκη, μέριμνα.

Εὐποιΐα, ίας, ἡ, *Beneficentia*, (ex εὖ & ποιέω, facio.) Hebr. 13, 16.

Εὐπορέω, ῶ, & εὐπορέομαι, ᾶμαι, abunde poſſum, eſt mihi facultas, ſuppetit mihi, (ab εὔπορος, expeditus, item copioſus, opulentus, locuples, (ex εὖ & πόρος, reditus.) Actor. 11, 29. καθὼς ηὐπορεῖτό τις, quantum alíquis opibus bene inſtructus erat. Exempla alia ſuppeditat Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 409.

Εὐπορία, ίας, ἡ, *Copia, facultas*, opes, divitiæ, (ab eodem.) Actor. 19, 25.

Εὐπρέπεια, ας, ἡ, *Decor eximius, pulchritudo*, decus, ſpecioſitas, (ab εὖ & πρέπω, decorus ſum, vel πρέπει, decet.) Jac. 1, 11.

Εὐπρόσδεκτος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Bene acceptus, acceptabilis*, (ex εὖ & προσδέχομαι, accipio.) Rom. 15, 16. 31. 2. Cor. 6, 2. 8, 12. 1. Petr. 2, 5.

Εὐπρόσεδρος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Apte adhæreſcens*, & *aſſiduus* in aliquo negotio, (ex εὖ & πρόσεδρος, aſſidue occupatus, ex πρὸς & ἕδρα,

ἕδρα, sedes.) 1.Cor. 7, 35. τὸ εὐπρόσεδρον, substantive, (sc. χρῆμα, res,) est, quando quis ita se gerit, ut Deo quasi proximus sedere libenter gestiat.

Εὐπροσωπέω, ῶ, f. ήσω, *Speciosam personam exhibere*, (ex εὖ & πρόσωπον, facies.) Gal. 6, 12. εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, more carnali multum sibi sumere.

Εὑρίσκω, f. ήσω, p. εὕρηκα, aor. 2. εὗρον, εὑρὼν, aor. 1. med. εὑράμην, Part. εὑράμενος, 1) *Invenio*, investigando & inquiquirendo. Matth. 2, 8. 11. 7, 7. 8. 14. 11, 29. &c. Rom. 7, 18. 2) *Consequor, nanciscor, accipio*; species pro altera specie. Luc. 9, 12. καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμὸν, & acquirant, nanciscantur commeatum. Hebr. 9, 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, postquam æternam liberationem acquisiverat. Plura in hanc rem habet Jo. Alberti Observ. Philol. p. 429. 3) Casu invenio. Matth. 18, 28. εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων, invenit unum ex conservis. Luc. 4, 17. εὗρε τὸν τόπον, ὃ ἦν γεγραμμένον, invenit locum, ubi scriptum erat. 4) *Deprehendo, comperio*. Matth. 1, 28. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, inventa est gravida. Rom. 7, 21. εὑρίσκω τὸν νόμον, deprehendo legem. Luc. 9, 36. εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος, deprehensus est Jesus solus.

Εὐροκλύδων, ωνος, ὁ, *Eurus*, qui fluctus excitat, (ex εὖρος, eurus, ventus ab oriente spirans, & κλύδων, fluctus.) Act. 27, 14.

Εὐρύχωρος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Amplus, spatiosus*, (ab εὐρὺς, latus, & χώρα, regio, locus.) Matth. 7, 13.

Εὐσέβεια, ας, ἡ, 1) *Pietas, vita sancta*, (ab εὐσεβὴς.) Actor. 3, 12. 1. Tim. 3, 2. 4, 7. 8. 6, 6. 2. Petr. 1, 3. 6. 7. 3, 11. 2) *Vera religio*, puritas doctrinæ. 1. Petr. 3, 16. τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. רָזָא דִּמְהֵימְנוּתָא, mysterium fidei sanctæ & nostræ religionis.

Εὐσεβέω, ῶ, 1) *Pie & religiose colo*, pius sum in Deum, (ab eodem.) Actor. 17, 23. 2) *Pius sum in homines*. 1. Tim. 5, 4. ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, propriam domum amore prosequi.

Εὐσεβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *Pius, religiosus*, qui Deum pie colit, (ex εὖ & σέβομαι, veneror, adoro, colo.) Actor. 10, 2. 7. 22, 12. 2. Petr. 2, 9.

Εὐσεβῶς, adv. *Pie, religiose*, (ab eodem.) 2. Tim. 3, 12. Tit. 2, 12.

Εὔσημος, ος, ὁ καὶ ἡ, Bene significans, *Perspicuus* (ex εὖ & σῆμα, signum, a σημαίνω, significo.) 1. Cor. 14, 9.

Εὔσπλαγχνος, ος, ὁ καὶ ἡ, *Misericors*, (ex εὖ & σπλάγχνα, viscera, item affectus maternus, commiseratio.) Ephes. 4, 32. 1. Petr. 3, 8.

Εὐσχημόνως, *Decore, decenter*, honeste, composite, (ab εὐσχήμων.) Rom. 13, 13. 1. Cor. 14, 40. 1. Thess. 4, 12.

Εὐσχημοσύνη, ης, ἡ, *Decor, speciositas*, modestia, (ab eodem.) 1. Cor. 12, 23.

Εὐσχή-

Εὐσχήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *Decens, honeſtus, honoratus*, bene compoſitus, ſpectabilis, modeſtiæ ſtudens & legibus obtemperans, (ex εὖ, bene, & σχῆμα, qui bonum ſchema, formam, habitum, geſtum exhibet.) Hoc verbum damnat Phrynichus: εὐσχήμων τοῦτο μὲν οἱ ἀμαθεῖς ἐπὶ τῆ πλουσίᾳ καὶ ἐν ἀξιώματι ὄντος τατ]ουσιν. οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῆ καλῆ καὶ συμμέτρᾳ. Adde Salmaſium de Helleniſtica p. 110. Marc. 15, 43. εὐσχήμων βουλευτής, honeſtus, honoratior ſenator. Act. 13, 50. 17, 12. 1. Cor. 12, 24. Neut. εὔσχημον,) ſubſtantive. 1. Cor. 7, 35. ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον, ſed ad honeſtatem. Proverb. 11, 25. ἀνὴρ θυμώδης ἄκ εὐσχήμων, vir iracundiæ deditus, non exhibet bonam figuram.

Εὐτόνως, *Acriter, vehementer*, magna contentione, (ab εὔτονος, validus, firmus, ex εὖ & τείνω, tendo.) Luc. 23, 10. Act. 18, 28. Heſychius: εὐτόνως, ἰσχυρῶς.

Εὐτραπελία, ίας, ἡ, 1) *Urbanitas*, facetiæ. 2) *Scurrilitas, dicacitas*, (ab εὐτράπελος, ε, ὁ καὶ ἡ, urbanus, facetus, ſcurra, qui verba ſua ſcite vertere poteſt, ex εὖ & τρέπω, verto.) Epheſ. 5, 4. Heſychius: εὐτραπελία, κακόρησις, μωρολογία, αἰσχρολογία.

Εὔτυχος, ε, ὁ, *Eutychus*, nomen proprium. Significat felicem, proſperum, fortunatum, (ex εὖ & τύχη, fortuna. Act. 20, 9.

Εὐφημία, ίας, ἡ, *Bona fama*, laus, (ab εὔφημος) 2. Cor. 6, 8.

Εὔφημος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Honorificus, boni nominis*, (ex εὖ & φήμη, fama.) Philipp. 4, 8. ὅσα εὔφημα, quæcunque res bonam famam habent.

Εὐφορέω, ῶ, f. ήσω, *Ferax ſum*, uberes fructus profero, (ab εὔφορος, facilis portatu, ex εὖ & φέρω, fero.) Luc. 12, 16.

Εὐφραίνω, f. ανῶ, 1) in activo: *Facio hilarem*, lætifico, *exhilaro*, oblecto, (ex εὖ & φρὴν, mens.) 2. Cor. 2, 2. τίς ἐστιν εὐφραίνων με; quis eſt, qui lætificat me? 2) Paſſivum, εὐφραίνομαι, *hilaris fio*, læto ſum animo. Luc. 12, 19. 15, 23. 24. 29. 32. 16, 19. Actor. 2, 26. 7, 41. καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, & lætabantur in operibus manuum ſuarum.

Εὐφράτης, ε, ὁ, *Euphrates*, nomen fluvii celeberrimi. Apoc. 9, 14. 16, 12.

Εὐφροσύνη, ης, ἡ, *Lætitia, hilaritas*, animi voluptas, (ab εὔφρων, cui mens ſe bene habet, hilaris, lætus ex εὖ & φρὴν, mens.) Actor. 2, 28. 14, 17.

Εὐχαριστέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Gratias ago*, (ex εὖ & χάρις, gratia.) Luc. 17, 16. 18. 2. Joann. 11, 41. &c. 2) *Precor, preces fundo*: Et eſt cum εὐλογεῖν idem ac בָּרַךְ. Matth. 15, 36. 26, 27. καὶ εὐχαριστήσας (ὁ Ἰησοῦς,) recitavit preces, quas Judæi vocant בִּרְכַּת הַמָּזוֹן, benedictionem cibi. Chriſtus vero peculiarem orandi modum habuit, ut eodem etiam a diſcipulis ſuis cognitus ſit. Luc. 20, 35. Græcis antiquis hæc vox in uſu non eſt, unde Thomas Magiſter & Phrynichus, Atticiſtæ, illum damnant.

Adhi-

Adhibet tamen Arrianus in Epictetum 1, 4. ἐκ εὐχαριστήσομεν τῷ θεῷ; annon gratias agemus Deo?

Εὐχαριστία, ας, ἡ, Grata beneficiorum commemoratio, *Gratiarum actio*, (ab εὐχαριστέω.) Actor. 24, 3. μετὰ πάσης εὐχαριστίας, cum omni gratiarum actione. 2. Cor. 4, 15. 7, 12.

Εὐχάριστος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Gratus*, beneficii memor, (ex εὖ & χάρις, gratia.) Coloss. 3, 15.

Εὐχὴ, ῆς, ἡ, 1) *Oratio, precatio*, (ab εὔχομαι.) Jacob. 5, 15. ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως, preces fidei, i. e. cum fide conjunctæ. 2) *Votum*. Actor. 18, 18. εἶχε γὰρ εὐχὴν, habebat enim votum, sc. Nasiræatus.

Εὔχομαι, f. ξομαι, 1) *Opto*. Actor. 27, 29. ἤυχοντο ἡμέραν γενέσθαι optabant, ut dies illucesceret, Rom. 9, 3. 2) *Precor*. 2. Cor. 13, 7. εὔχομαι πρὸς τὸν θεὸν, oro ad Deum. Jac. 5, 16. εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, orate pro vobis invicem.

Εὔχρηστος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Utilis*, commodus (ex εὖ & χράομαι, utor.) 2. Tim. 2, 21. 4, 11. Philem. v. 11.

Εὐψυχέω, ῶ, f. ήσω, Forti magnoque sum animo, *Confido, bono animo sum*, (ex εὖ & ψυχὴ, anima vel animus.) Philip. 2, 19.

Εὐωδία, ας, ἡ, *Odor, fragrantia, suavitas odoris*, (ex εὖ & ὄζω, oleo.) 2. Cor. 2, 15. Χριστῷ εὐωδία ἐσμέν. Vide vocabulum ὀσμή. Ephes. 5, 2. & Philipp. 4, 18. occurrit: εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Hebr. רֵיחַ נִחוֹחַ.

Εὐώνυμος, ε, ὁ καὶ ἡ, 1) Proprie *Fausti nominis*, clarus, (ex εὖ & ὄνομα, nomen.) 2) *Sinister*, quoniam læva olim felicia habebantur. Actor. 21, 3. Apoc. 10, 2. ἐξ εὐωνύμων (subaudi μερῶν,) a sinistris partibus. Matth. 20, 21. 23.

Ἐφάλλομαι, *Insilio, irruo*, (ex ἐπὶ & ἅλλομαι, salio.) Act. 19, 16.

Ἐφάπαξ, *Semel*, (ex ἐπὶ & ἅπαξ, idem.) Rom. 6, 10. 1. Cor. 15, 6. Hebr. 7, 27. 9, 12. 10, 10.

Ἐφεσῖνος, ίνη, ον, *Ephesinus*. Apoc. 2, 1.

Ἐφέσιος, ία, ον, *Ephesius*. Actor. 19, 28. 34. 35. 21, 29.

Ἔφεσος, ε, ἡ, *Ephesus*, Asiæ minoris metropolis. Act. 18, 19.

Ἐφευρετὴς, ε, ὁ, *Inventor*, (ex ἐπὶ & εὑρίσκω, invenio.) Rom. 1, 30.

Ἐφημερία, ας, ἡ, *Vices diurnæ*, (ab ἐφήμερος.) Luc. 1, 5. 8. erant alternationes sacerdotum & Levitarum in templo Hierosolymitano, quæ exponuntur Nehem. 12, 4. Adde Dilherrum Dispp. tom. 2. p. 183. Possinum spicil. Evang. c. 4. Scultetum Exerc. Evang. 1. 7.

Ἐφήμερος, ε, ὁ, καὶ ἡ, *Quotidianus*, (ex ἐπὶ & ἡμέρα, dies, ad diem pertinens.) Jac. 2, 15. τροφὴ ἐφήμερος, cibus quotidianus.

Ἐφικνέομαι, ξομαι, f. ίξομαι, *Attingo, pertingo, pervenio*, (ex ἐπὶ & ἱκνέομαι, venio.) 2. Cor. 10, 13. 14.

Ἐφίστημι, f. ἐπιστήσω, 1) *Sisto* juxta, *colloco* juxta, *admoveo, appono*, adhibeo, (ex ἐπὶ & ἵστημι, sto, sisto.) 2) *Adsto*,

ἐπί-

ἐπέστην. Luc. 4, 39. καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, & adſtitit juxta illam. c. 10, 40. Act. 22, 13. 20. 23, 11. 3) adſto, *Accedo, ſupervenio* ad aliquem ſubito. Luc. 2, 9. 39. ἄγγελος κυρίε ἐπέστη αὐτοῖς, angelus domini adſtitit illis. Luc. 20, 1. 21, 34. αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη, & repente ſuper vos ſuperveniat dies ille. c. 24, 4. Act. 4, 1. 6, 12. 10, 17. 12, 7. 17, 5. 23, 27. 28, 2. διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, propter pluviam, quæ ſupervenerat nos. 4) perf. ἐφέστηκα, adſtiti, adveni, adſum, immineo, inſto. 2. Tim. 4, 6. ὁ καιρός τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε, tempus meæ diſſolutionis advenit. Medium ἐφίσαμαι, idem. 1. Theſſ. 5, 3. τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, tunc repentina illis inſtat, imminet pernicies. 5) *Inſto, urgeo.* 2. Tim. 4, 2. ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως, urge tempeſtive & intempeſtive.

Ἐφραΐμ, ὁ, 1) Eſt nomen viri, filii ſecundi Joſephi. 2) *Nomen urbis.* Joh. 11, 54. rad. פָּרָה, fructificavit.

Ἐφφαθά, vocabulum Syriacum, אֶתְפַּתַּח, aperire, te ipſum aperi, a radice פָּתַח, aperuit. Marc. 7, 34.

Ἔχθρα, ας, ἡ, *Inimicitia*, (ab ἐχθρός.) Luc. 23, 12. Rom. 8, 7. Gal. 5, 20. Epheſ. 2, 14. 16. Jacob. 4, 4.

Ἐχθρὸς, ὰ, ὸν, 1) Inviſus, quem odimus, *Inimicus, hoſtis*, (ab ἔχθω, odi.) Matth. 13, 28. ἐχθρὸς ἄνθρωπος, homo inimicus: quod etiam occurrit apud Demoſthenem de Corona. Subſtantive plerumque accipitur. Matth. 5, 43. 10, 36. 22, 44. &c. 2) κατ' ἐξοχὴν *Diabolus.* Matth. 13, 25. 28. 39. Luc. 10, 19.

Ἔχιδνα, ης, ἡ, 1) *Vipera*, (ab ἔχις, ιος, vel εως, anguis, vipera.) Actor. 28, 3. 2) Significat *Diabolum.* Matth. 3, 7. 12, 34. 23, 33. γεννήματα ἐχιδνῶν, progenies viperarum, *ihr Teufelskinder.* Diabolus in ſerpente fuit, ac proinde nomen ſerpentis antiqui accepit, ex Apoc. 12, 9.

Ἔχω, f. ἕξω, vel σχήσω, p. ἔσχηκα, aor. 2. ἔσχον. 1) *Habeo*, poſſideo, *teneo*, obtineo. Matth. 3, 9. 5, 46. 8, 9. 2. Tim. 1, 13. 2, 17. Hebr. 2, 14. 1. Joann. 5, 15. ἔχομεν τὰ αἰτήματα, obtinemus petitiones. Apoc. 1, 16. 5, 8. 6, 2. 5. Phraſes: ἔχειν ἐν γαστρὶ (ſc. ἔμβρυον) in utero habere embryonem, h. e. gravidam eſſe. Matth. 1, 18. 23. 24, 19. 1. Theſſ. 5, 3. Apoc. 12, 2. ἔχειν κατά τινος, ſubintellige αἴτιον. Matth. 5, 23. Marc. 11, 25. Apoc. 2, 4. 2, 14. 20. Sic Joann. 14, 30. ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν (ſc. αἴτιον,) in me non habet ullam cauſſam, & Actor. 24, 19. εἴ τι ἔχουσιν πρὸς μὲ (ſc. αἴτιον) ſi quid cauſſæ haberent adverſus me: ἕτοιμως ἔχω (ſc. θυμὸν) paratus ſum. Act. 21, 13. 2. Cor. 12, 14. 1. Petr. 4, 5. Sic ἐν ἑτοίμῳ ἔχω (ſc. θυμῷ,) idem. 2. Cor. 10, 6. 2) *Me habeo, affectus ſum*: inde καλῶς, κακῶς, ἔχατως &c. ἔχειν, ſc. ἑαυτόν. Matth. 4, 24. πάντας τὲς κακῶς ἔχοντας, omnes, qui male ſe habebant. Marc. 5, 23. ἐσχάτως ἔχει, in extremo vitæ periculo verſatur. c. 16, 18. καλῶς ἕξουσιν, melius ſe habebunt. Joann. 4, 52. κομψότερον ἔσχε, melius ſe habebat. Actor. 7, 1. εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; num vero

hæc

hæc ita se habent? c. 24, 25. τὸ νῦν ἔχον πορεύε, pro κατὰ τὸ νῦν ἔχον πρᾶγμα, prout nunc res se habet, abi. 3) *Aestimo, reputo.* Matth. 14, 5. ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχεν, tanquam Prophetam ipsum reputavit. Luc. 14, 18. 19. Act. 20, 24. 4) *Possum, valeo.* Matth. 18, 25. μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, cum ille non posset reddere. Ellipsis forte adest, ἔχοντες ἔξιν vel ἐξουσίαν τοῦ ἀποδοῦναι. Luc. 7, 42. c. 12, 4. μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι, qui non possunt ulterius aliquid facere. Joann. 8, 6. ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ, ut possent accusare illum. 5) *Occupo, teneo.* Marc. 16, 8. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος, occupavit autem illos terror. 6) ἔχε χάριν, gratiam habere. 1. Tim. 1, 12. χάριν ἔχω τῷ Χριστῷ, gratiam habeo Christo. 2. Tim. 1, 3. τῷ θεῷ, Deo. Luc. 17, 9. 7) ἔχειν ἔτη vel χρόνον, tot annos natum esse, vel etiam consumere. Joann. 8, 57. πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, annos quinquaginta nondum natus es. c. 9, 21. 23. ἡλικίαν ἔχει, annos habet. c. 5, 5. τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχοντα, qui triginta & octo annos transegerat. cap. 11, 17. τέσσαρας ἤδη ἡμέρας ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ, qui quatuor jam dies transegerat in sepulcro. 8) *Disto*, idem quod ἀπέχω. Act. 1, 12. σαββάτου ἔχοντα ὁδόν, Sabbathi via distantem. 9) *Sustineo.* 2. Cor. 1, 9. ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, damnationem mortis sustinuimus. Phil. 1, 30. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, idem certamen sustinentes. Col. 2, 1. 10) ἔχομαι, *adhæreo* alicui, conjunctus sum. Deuter. 30, 20. hinc ἐχόμενος, *proxime sequens, vicinus.* Marc. 1, 38. εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, in vicos vicinos. τῇ ἐχομένῃ sc. ἡμέρᾳ, sequenti die. Luc. 13, 33. Act. 20, 15. 21, 26. Sic ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ, anno proximo. 1. Maccab. 4, 28. Numer. 22, 5. 11. ἐγκάθηταί ἐχόμενός μου, sedet juxta me. Judic. 4, 11. ἥτις ἐστὶν ἐχομένα (pro κατὰ τὰ ἐχόμενα μέρη.) Κεδὲς, quæ vicina est Kades. Alio sensu Hebr. 6, 9. ἐχόμενα σωτηρίας, quæ cum salute conjuncta sunt. Exempla ex profanis vide apud Elsnerum tom. 1. p. 131.

Ἕως, adv. 1) *Usque ad.* Cum Genitivo construitur atque est α) *Temporis.* Matth. 1, 17. ἕως Δαβὶδ, usque ad Davidem. cap. 2, 15. ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου, usque ad obitum Herodis, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, usque dum veniebat ipse Cæsaream. Hinc ἕως οὗ (sc. χρόνου,) quo usque, usque dum, donec. Matth. 13, 33. 14, 22. 17, 9. Sic ἕως ὅτου, idem. Matth. 5, 25. Luc. 13, 8. 22, 16. Joann. 9, 18. ἕως τούτου, huc usque. Luc. 22, 51. ἐᾶτε ἕως τούτου, finite huc usque. Cum particulis: ut ἕως τοῦ νῦν (sc. ὄντος χρόνου,) usque nunc. Matth. 24, 21. Marc. 13, 19. & ἕως ἄρτι, idem, (pro ἕως ἄρτι ὄντος τοῦ χρόνου.) Matth. 11, 12. Joann. 2, 10. ἕως πότε, quousque. Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. ἕως ἑπτάκις, usque ad septies. Matth. 18, 21. 22. β) *Loci.* Matth. 11, 23. ἕως τοῦ οὐρανοῦ, ἕως ᾅδου, usque ad cœlum, usque ad infernum. cap. 24, 27. 31. 26, 58. Cum Adverbiis: ut ἕως ὧδε, huc usque. Luc. 23, 5. ἕως κάτω, usque ad loca inferiora. Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. ἕως ἔξω, usque

ad

ad exteriora. Act. 21, 5. ἕως ἔξω τῆς πόλεως (pro ἕως τοῦ ἔξω ὄντος μέρους τῆς πόλεως,) usque ad exteriorem partem civitatis. γ) *Numeri.* Matth. 18, 21. ἕως ἑπτάκις, usque ad septies. cap. 22, 26. ἕως τῶν ἑπτά, usque ad septem. δ) *Qualitatis.* Matth. 26, 38. Tristis est anima mea ἕως θανάτου, usque ad mortem. Marc. 6, 23. ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας, usque ad dimidiam partem regni. 2) *Donec, usque dum, quamdiu.* Matth. 2, 9. ἕως ἐλθὼν ἔστη, donec veniens steterit. cap. 5, 18. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, usque dum transierit cœlum & terra. cap. 10, 11. ἕως ἂν ἐξέλθητε, usque dum exeatis. 3) Sæpe continuationem simul denotat, non solum terminum ad quem. 1. Cor. 15, 25. Christus regnabit, ἄχρις οὗ ἂν θῇ, usque dum posuerit inimicos suos scabellum pedum suorum: regnabit usque eo, & postea quoque. Matth. 1, 25. Josephus non cognovit Mariam, ἕως οὗ ἔτεκε, usque dum peperit primogenitum suum. Similia exempla habes Matth. 5, 18. 26. 12, 20. Adde ex hebraicis Concordantias Noldii.

Z.

Ζαβελών, ὁ, *Zabulon*, nomen filii Jacobi Patriarchæ hebraicum. Matth. 4, 13. 15. Apoc. 7, 8. a rad. זָבַל, habitavit, quia mater post partum dixerat, יִזְבְּלֵנִי אִישִׁי, cohabitabit mecum maritus meus. Gen. 30, 20.

Ζακχαῖος, αίου, ὁ, Zacchæus, nomen viri publicani Syriacum, זַכַּאי, Saccai: notat justum, a rad. זכה, justus, purus fuit. Luc. 19, 2. 5. 8.

Ζαρά, ὁ, nomen viri hebraicum indeclinabile, (notat ortum, a זָרַח, ortus est.) Matth. 1, 3.

Ζαρέχ, vide Σαρέχ.

Ζαχαρίας, ου, ὁ, Zacharias, nomen viri hebraicum a rad. זכר recordatus est. Duo hujus nominis in N. T. occurrunt, unus fuit sacerdos & pater Joannis Baptistæ. Luc. 1, 5. seqq. Cap. 3, 2. alter fuit filius Barachiæ, Matth. 23, 25. quibus vero temporibus ille vixerit, variæ eruditorum sunt sententiæ. Non incommodum est, intelligere illum, qui 2. Paral. 24, 22. memoratur, præcipue quum locus occisionis conveniat. Nomen vero patris, Jojadæ, prout in V. T. habetur, neminem offendat, quia notum est, & observavit quoque Grotius, multos Hebræorum quondam fuisse binomines. Christus autem horum tantummodo a Judæis occisorum meminit, qui in sacris litteris describuntur: nam post tempora Zachariæ alios quoque interfecerant.

Ζάω, ῶ, ζῇς, ζῇ, imperf. ἔζων, ἔζης, f. ζήσομαι, aor. 1. ἔζησα, Perfect. ἔζηκα, Part. ζῶν, ζῶντος, Inf. ζῆν, 1) *Vivo*, vigeo. Matth. 4, 4. ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος, filius Dei viventis. Deus quam sæpissime vivus appellatur, quia vitam in semet ipso habet, & auctor

auctor est omnis vitæ, ut ab inanimatis gentium idolis discernatur. cap. 26, 63. Joann. 6, 57. 69. 14, 15. &c. θυσία ζῶσα occurrit Rom. 12, 1. h. e. sana, vegeta, non ægra, infirma, mutila, qualia animalia Deus olim respuebat. Christianus se Deo non tum demum consecrabit, quando vires animæ ipsum deserunt, sed quando adhuc firmus est & vegetus. 1. Tim. 5, 6.* ζῶσα τέθνηκε, viva mortua est. Judæi hoc oxymoron in scriptis suis sæpius de illis adhibent, qui corpore vivunt, ratione vero animæ mortui sunt, h. e. impii. 2) *De vita spirituali & æterna* usurpatur Luc. 10, 28. Joann. 14, 19. Gal. 5, 25. Joann. 11, 26. ὁ ζῶν καὶ πιστεύων, i. e. ὁ ζῶντως πιστεύων, qui vivam fidem habet. 3) Participium ζῶν denotat, *optimus*. Joann. 4, 10. ὕδωρ ζῶν hebr. מַיִם חַיִּים, aquam optimam, præstantissimam. Sic Hebræi dicunt יַיִן חַי, vivum vinum, i. e. optimum. Joann. 6, 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ego sum panis optimus. 1. Petr. 2, 4. 5. λίθοι ζῶντες. 4) ζῆν τινι, est *arbitratu alicujus vivere*, prout docet Lamb. Bos in Exerc. Philol. p. 141. sed apud Paullum Rom. 14, 8. τῷ κυρίῳ ζῶμεν, non hoc solum denotat, quod ex arbitrio ejus vel vivere pergamus, vel moriamur: verum etiam, quod ad gloriam ipsius vita & mors nostra spectare debeat.

Ζεβεδαῖος, αίου, ὁ, *Zebedæus*, nomen viri hebraicum, זַבְדִּי, quod in scriptis Judæorum sæpius occurrit, & munificum denotat, a rad. זבר, donavit. Matth. 4, 21. Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου (sc. υἱὸν,) Jacobum Zebedæi filium. Joann. 21, 2. καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου (sc. υἱοί,) & filii Zebedæi.

Ζεστός, ἡ, όν, *Fervidus*, (a ζέω, ferveo.) Apoc. 3, 15. 16.

Ζεῦγος, εος, τὸ, *Jugum*, bigæ, *par*, (a ζευγνύω jungo.) Luc. 2, 24. ζεῦγος τρυγόνων, par turturum. 14, 19. ζεύγη βοῶν, juga boum.

Ζευκτηρία, ας, ἡ, *Vinculum*, (ab eodem.) Actor. 27, 40.

Ζεύς, διός, *Jupiter*. Act. 14, 12. 13.

Ζέω, f. έσω, *Ferveo*, bullio, excandesco: metaphorice Act. 18, 25. Rom. 12, 11. ζέοντες τῷ πνεύματι, ferventes spiritu, h. e. actiones Christianorum cum quadam animi promtitudine & alacritate susipientes.

Ζῆλος, ε, ὁ, 1) *Zelus*. 2. Cor. 11, 2. ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ, fervor animi mei erga vos est divinus, ne scil. ab aliis pervertamini. 2) *Æstus* seu impetus animi, contentio, vehemens indignatio de aliqua re indigna. Joann. 2, 17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με, fervor pro domo tua comedit me, h. e. ita me peruasit, ut fere morbum exinde contraham, quemadmodum alias solent, qui ira sunt incensi. Rom. 10, 2. ζῆλον θεοῦ ἔχουσι, habent aliquem fervorem pro gloria Dei. 2. Cor. 7, 7. 11. Coloss. 4, 13. 3) *Invidia, ira*, odium, livor. Actor. 5, 17. 13, 45. Rom. 13, 13. 1. Cor. 3, 3. 2. Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Jac. 3, 14. 16.

Ζηλόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Æmulor*, ambio, (a ζῆλος.) 1. Cor. 12, 31. ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα, sectamini charismata meliora.

Sic cap. 14, 1. 2. Cor. 11, 2. Gal. 4, 17. 18. Exempla ex profanis dat Elsnerus tom. 2. p. 118. & Jo. Alberti Obſ. ſacr. p. 350. 2) *Zelotypus ſum, invideo.* Actor. 7, 9. 17, 5. 1. Cor. 13, 14. 3) *Contendo* vehementer. Gal. 4, 18. Apoc. 3, 19.

Ζηλωτὴς, ᾶ, ὁ, 1) *Aemulus*, accenſus zelo, ſectator, imitator, (ab eodem.) Actor. 21, 20. 22, 3. 1. Cor. 14, 12. Gal. 1, 14. Tit. 2, 14. 2) Fuit cognomen Simonis Apoſtoli. Luc. 6, 15. Act. 1, 13.

Ζημία, ας, ἡ, *Damnum*, detrimentum, jactura, privatio. Actor. 27, 10. 21. Philipp. 3, 7. 8. ἡγᾶμαι ζημίαν, tanquam jacturam exiſtimo.

Ζημιόω, ῶ, f. ώσω, *Damnum patior*, jacturam facio. Paſſivum ζημιόομαι, ᾶμαι, idem. Matth. 16, 16. τὴν ψυχὴν αὐτᾶ ζημιωθῆ, ſi homo animæ jacturam faciat, i. e. ſi anima ejus vitæ æternæ particeps eſſe non poteſt. Alias apud Herodotum 7, 37. eſt τὴν ψυχὴν ζημιώσεαι, vita mulctabere. 1. Cor. 3, 15. ζημιωθήσεται, is damnum patietur.

Ζῆνας, ᾶ, ὁ, *Zenas*, nomen viri, (a ζεὺς, ζηνὸς, Jupiter.) Tit. 3, 13.

Ζητέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Quæro*, adſpiro ad aliquid, peto, cum ardore. Matth. 6, 33. ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τᾶ Θεᾶ, quærite primum regnum Dei. 7, 7. 8. 13, 45. 26, 16. 59. Joann. 7, 18. 8, 50. Rom. 2, 7. 1. Cor. 1, 22. 7, 27. 10, 24. 33. 13, 5. 2) *Requiro*, rei amiſſæ deſiderio teneor. Matth. 18, 12. Venit filius hominis ζητεῖν τὸ πλανώμενον, ad quærendum illud, quod in errorem deductum eſt. Luc. 2, 45. 48. 19, 10. Joann. 7, 34. 3) *Interrogo*, quæſtionem propono. Luc. 12, 29. Joann. 4, 27. 16, 19. 4) *Quæro, poſco.* Marc. 8, 11. ζητᾶντες παρ' αὐτᾶ σημεῖον, poſcentes ab ipſo ſignum. Luc. 11, 16. 12, 48. 1. Cor. 4, 2. 5) *Studeo, contendo*, conor. Matth. 12, 46. ζητᾶντες λαλεῖν αὐτῷ, ſtudentes loqui cum illo. 21, 46. Marc. 11, 18. 12, 12. 14, 1. 11. Luc. 5, 18. 6, 19. 9, 9. 11, 54. 13, 24. &c. 6) *Inſidior*, vitæ inſidias ſtruo, ζητεῖν ψυχήν τινος, hebraiſmus, בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ. Matth. 2, 13. 20. Rom. 11, 3.

Ζήτημα, τος, τὸ, *Quæſtio*, (a ζητέω.) Actor. 15, 2. 18, 15. 23, 29. 25, 19. 26, 3.

Ζήτησις, εος, ἡ, 1) *Ipſa quærendi actio*, inveſtigatio. 2) *Quæſtio, controverſia*, (a ζητέω.) Joann. 3, 20. Actor. 25, 20. 1. Tim. 1, 4. 6, 4. 2. Tim. 2, 23. Tit. 3, 9.

Ζιζάνια, ων, τὰ, *Zizania, lolium*, quod in frumento naſcitur. Matth. 13, 25. ſeqq.

Ζοροβάβελ, ὁ, *Zorobabel*, nomen viri hebraicum indeclinabile, זְרֻבָּבֶל, a rad. זרה, diſperſit, & בבל, Babylon, quaſi dicas, qui tempore diſperſionis vel captivitatis Babylonicæ natus eſt. Matth. 1, 12. Luc. 3, 27.

Ζόφος, ᾳ, ὁ, *Caligo, tenebræ.* 2. Petr. 2, 4. Jud. 1, 6. ὁ ζόφος τᾶ σκότᾳς, caligo tenebrarum: Hebraiſmus, i. e. caligo tenebroſiſſima. 2. Petr. 2, 17. Jud. v. 13.

Ζυγὸς

Ζυγὸς, ὁ, 1) *Jugum*, tantum metaphorice & figurate occurrit in N. T. 1. Tim. 6, 1. οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, ſervi, qui ſub jugo ſunt. 2) ζυγὸς denotat *Legem Judaicam*, quæ inſtar duræ ſervitutis homines ſub V. T. viventes premebat. Act. 15, 10. inde ζυγὸς δουλείας, jugum ſervitutis dicitur Gal. 5, 1. 3) Pro *officiis in regno Chriſti obſervandis* adhibetur Matth. 11, 29.* ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, ſumite jugum meum ſuper vos. Judæi ſubjectionem mandatis divinis præſtitam jugi nomine indigitant. 4) *Statera*, *trutina*. Apoc. 6, 5.

Ζύμη, ης, ἡ, 1) *Fermentum*. Matth. 13, 33. 1. Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. 2) *Falſa doctrina*. Matth. 16, 6. 11. 3) *Pravi mores*, *vita ſcelerata*. 1. Cor. 5, 8. παλαιὰ ζύμη, vetus fermentum.

Ζυμόω, ῶ, f. ώσω, *Fermento*, (a ζύμη.) 1. Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. ζυμόομαι, ῶμαι, fermentor. Matth. 13, 33.

Ζωγρέω, ῶ, f. ήσω, *Vivum capio*, a cæde captum ſervo, (ex ζωὴ & ἕγείρω, excito, vel ἀγρέω, capio.) Luc. 5, 10. 2. Tim. 2, 26. ἐζωγρημένοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, capti a Diabolo, εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, ut voluntatem ejus impleant. Quemadmodum in bello capti cogebantur eſſe mancipia, ſic & illi, qui a Diabolo capti ſunt.

Ζωὴ, ῆς, ἡ, 1) *Vita* & quidem *temporalis*. Luc. 1, 75. 12, 15. 16, 25. Act. 8, 33. 1. Petr. 3, 10. *Vita ſpiritualis*. Joann. 6, 53. Rom. 5, 18. 6, 4. 8, 2. 6, 10. 2. Cor. 2, 16. Epheſ. 4, 18. Coloſſ. 3, 3. 4. Jacob. 1, 12. 2. Petr. 1, 3. *Vita æterna* κατ' ἐξοχὴν, Matth. 7, 14. 18, 8. 9. 19, 17. Marc. 9, 43. 45. Joann. 3, 36. 5, 24. 29. 20, 31. Act. 11, 18. Philipp. 4, 3. Apoc. 2, 10. 3, 5. 17, 8. 20, 12. 15. 22, 19. Joann. 6, 35. 48. ἄρτος τῆς ζωῆς, panis vitæ, h. e. qui vitam in æternum præſtat. 2) *Quod vitam adfert*. Joann. 6, 63. 68. 8, 12. Act. 2, 28. 5, 20. ῥήματα τῆς ζωῆς, verba, quæ annuntiant viam perveniendi ad vitam æternam, verba de vita & reſurrectione Chriſti. Rom. 8, 10. τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ, Spiritus vero vita eſt, i. e. vivus ſive vitam adferens. Abſtractum pro Concreto. Philipp. 2, 16. 1. Joann. 1, 1. Apoc. 2, 7. 11, 11. 22, 1. 3) *Jus dandæ vitæ* ſ. potentia homines reſuſcitandi. Joann. 5, 26. ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. 4) *Chriſtus ipſe*. Joann. 11, 25. 14, 6. 1. Joann. 1, 1. 2.

Ζώνη, ης, ἡ, 1) *Zona*, baltheus, cingulum, a ζωννύω, cingo.) Matth. 3, 4. Actor. 21, 11. Apoc. 1, 13. 15, 6. 2) *Pera*, *crumena*. Matth. 10, 9.

Ζωννύω, vel ζώννυμι, f. ζώσω, *Cingo*, ligo, vincio. Joann. 21, 18. quemadmodum, obſervante Grotio, utitur Symmachus Pſ. 76, 10.

Ζωογονέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Animal* ſeu *vivum gigno*, (ex ζωὴ vel ζῶον, & γονὴ, fœtura. 2) *Vivum conſervo*. Luc. 17, 33. ζωογονέομαι, οῦμαι, ſoboleſco, vivus ſervor. Act. 7, 19. εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι, ad non ſoboleſcere, ut non vivi ſervarentur. LXX. Interpp. Exod. 1, 18. τί ὅτι ζωογονεῖτε τὰ ἄρσενα; quid adhuc vivos ſervatis maſculos? utitur & Theodotion Exod. 1, 19. & Eva, חַוָּה, Symmacho Gen. 3, 20. dicitur ζωογόνος, vivipara. Adde 1. Samuel. 27, 9. 11.

Ζῶον, ου, τὸ, *Animal*, (a ζάω, vivo.) Hebr. 13, 11. 2. Petr. 2, 12. Apoc. 4, 6. seqq.

Ζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, *Vivifico*, (ex ζῶον, vivum, & ποιέω, facio.) Joann. 5, 21. 6, 63. Rom. 4, 17. 8, 11. 1. Cor. 15, 22. 36. 45.

H.

Ἤ, 1) *Aut, vel*, Matth. 5, 17. 18. 12, 33. 19, 29. 2) *Quam*, post comparativum. Matth. 11, 22. 24. 18, 8. 9. 13. 19, 24. vel etiam post μᾶλλον. Actor. 5, 29. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, obedire decet Deo, non hominibus. Adde Joann. 3, 19. Actor. 4, 19. 1. Tim. 1, 4. 2. Tim. 3, 4. (coll. v. 5. & Tit. 1, 16.) Ebr. 11, 25. Illud μᾶλλον aliquando omittitur. Luc. 18, 14. κατέβη οὗτος (μᾶλλον) δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος, descendit hic (magis) justificatus in domum suam, quam ille. Respondet Hebræorum præfixo ב. Psalm. 118, 8. Sic 1. Cor. 7, 9. 1. Petr. 3, 17. 3) *An*, interrogative, 1. Cor. 9, 6. ἢ μόνος ἐγὼ, an solus ego? 11, 14. 14, 36. annon? 1. Cor. 9, 10. 4) *Nisi*. Joann. 13, 10. Actor. 24, 21. 5) *Abundat* in πρὶν ἢ priusquam. Matth. 1, 18. Luc. 2, 26. 22, 34. Actor. 2, 20. 7, 2. 25, 16. & deinde in εἰ μὴ ἢ sed. Luc. 12, 51. 1. Cor. 3, 5. 2. Cor. 1, 13.

Ἦ μήν, *Certe, profecto*, est particula jurantis. Hebr. 6, 14. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, sane benedicendo benedicam tibi. Vide Jo. Alberti Observ. sacras p. 426. apud Hebræos idem est, quod particulæ אִם־לֹא, & אִם־, Exod. 22, 8. 11. Jobi 13, 15. ἢ μὴν λαλήσω, certe loquar. Numer. 14, 23. 28. 35.

Ἤπερ, *Quam*, (ex ἤ & dictione enclitica περ.) Joh. 12, 43. ἠγάπησαν τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον, ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, amaverunt gloriam hominum magis, quam gloriam Dei, i. e. gloriam Dei non amaverunt. coll. cap. 5, 19. 20. vide etiam in ἤ.

Ἤτοι - ἤ, *Aut - aut*. Rom. 6, 16.

Ἡγεμονία, ας, ἡ, *Imperium*, (ab ἡγεμών.) Luc. 3, 1.

Ἡγεμονεύω, f. εύσω, *Dux sum*, præsum, rego, (ab eodem.) Luc. 2, 2. 3, 1.

Ἡγεμών, όνος, ὁ, *Dux, præses*, (ab ἡγέομαι.) Matth. 2, 6. 10, 18. 27, 2. seqq. Actor. 23, 24. 1. Petr. 2, 14.

Ἡγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, 1) *Duco, dux sum*, præeo, Part. ἡγούμενος. a] *Dux, præfectus*, princeps, qui primas partes tenet. Matth. 2, 6. Luc. 22, 26. Actor. 7, 10. 14, 12. b] *Doctor*. Actor. 15, 22. Hebr. 13, 7. 17. 24. 2) *Opinor, puto*, reor, arbitror, reputo, existimo. Actor. 26, 2. ἡγοῦμαι ἐμαυτὸν μακάριον, reputo meipsum beatum. Philip. 2, 3. 6. 25. 3, 7. 8. 1. Thess. 5, 13. 2. Thess. 3, 15. ἡγημαι existimavi, puto. Philipp. 3, 7.

Ἡδέως, adv. *Suaviter, libenter*, (ab ἡδύς, εῖα ύ, suavis, dulcis.) Marc. 6, 20. 12, 37. 2. Cor. 11, 19. ἥδιστα adv. suavissime, lubentissime, (ab ἥδιστος, quod est Superlativus ab ἡδύς.) 2. Corinth. 12, 9. 15.

Ἤδη, adv. *Jam*. Matth. 3, 10. 5, 28. 14, 15. 24. Ἡδη-

Ἥδισα, vide ἡδέως.

Ἡδονή, ῆς, ἡ, *Voluptas, libido, delectatio*, (ab ἡδύς.) In N. T. tantum in malam partem accipitur. Luc. 8, 14. Tit. 3, 3. Jacob. 4, 1. 3. 2. Petr. 2, 13.

Ἡδύσμον, ϗ, τὸ, *Mentha*, genus herbæ (ex ἡδὺς & ὀσμὴ odor.) Matth. 23, 23.

Ἦθος, εος, ϗς, τὸ, 1) *Indoles, ingenium.* 2) τὰ ἤθη, *Mores*, adfectus. 1. Cor. 15, 33.

Ἥκω, f. ξω, *Venio*, accedo. Matth. 8, 11. 23, 36. 24, 14. 50. Luc. 13, 35. ἕως ἂν ἥξει (sc. ὁ χρόνος,) donec venerit tempus.

Ἡλί, Vox hebraica, significat *Deus mi*, (est ab אֵל, Deus, & affixo י.) Matth. 27, 46.

Ἡλεί, ὁ, *Eli*, nomen viri hebraicum, (adscensus, ab עָלָה adscendit.) Luc. 3, 23.

Ἠλίας, ου, ὁ, *Elias*, nomen hebraicum, (ab אֵלִי, Deus meus, & יָהּ, Dominus. 1) Fuit propheta, qui vivus in cœlum translatus est. Matth. 17, 3. ἐν ἠλίᾳ de Elia. Jacob. 5, 17. 2) Joannes præcursor Christi hoc nomine innuitur, qui in spiritu & virtute Eliæ incessit. Matth. 11, 14. 16, 14. &c.

Ἡλικία, ας, ἡ, (ab ἥλικος.) 1) *Aetas.* Joann. 9, 21. 23. αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, ipse ætatem annos habet. 2) *Statura.* Matth. 6, 27. inde est μέτρον ἡλικίας. Ephes. 4, 13. quod metaphorice denotat progressus hominis in Christianismo, qui non debet esse puer aut infans, sed qui ad virilem staturam pertigit.

Ἡλίκος, ίκη, ον, *Quantus, quam magnus.* Col. 2, 1. Jacob. 3, 5.

Ἥλιος, ίου, ὁ, 1) *Sol.* Marc. 16, 2. ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, oriente sole. Ephes. 4, 26. ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῇ ὀργῇ ὑμῶν, sol occidat super ira vestra. 2) *Lux* vel *splendor solis.* Act. 13, 11. μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, non videns lucem solis, i. e. cœcus.

Ἧλος, ου, ὁ, *Clavus.* Joann. 20, 25.

Ἡμέρα, ας, ἡ, 1) *Dies.* Matth. 4, 2. 6, 34. 20, 2. ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, (pro καθ' ἡμέραν ἑκάστην,) ex denario quotidie. Marc. 2, 1. δι' ἡμερῶν (sc. τινῶν διαγενομένων s. διελθουσῶν,) post dies aliquos interjectos. 2. Cor. 4, 16. ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, singulis diebus, quotidie. 2. Petr. 2, 8. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, in diem a die, i. e. quotidie. v. 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, quotidianum luxum. καθ' ἡμέραν (sc. ἑκάστην,) quotidie. Matth. 26, 55. Marc. 14, 49. ἐκείνη ἡμέρα, dies illa, intelligitur dies novissimus. Matth. 7, 22. 22, 23. 24, 36. &c. qui dicitur ἐσχάτη ἡμέρα. Joann. 6, 44. 54. 11, 24. 12, 48. Et ἡμέρα κρίσεως, dies judicii. Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 12, 36. Marc. 6, 11. 2. Petr. 2, 9. 3, 7. 2) *Lux diei*, & opponitur nocti. Luc. 4, 42. γενομένης δὲ ἡμέρας, cum vero dies fieret. cap. 6, 13. 9, 12. 3) Metaph. *Tempus doctrinæ christianæ ortæ.* Rom. 13, 12. ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, clara doctrina evangelii advenit. 1. Thess. 5, 5. υἱοὶ ἡμέρας, sunt illi, qui doctrina hac perspicua vitam dignam gerunt. ibid. v. 8. 4) *Tempus,*

in genere ex hebraismo] Luc. 19, 42. καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σε ταύτῃ, etiam tempore tuo hoc. Actor. 8, 1, Rom. 11, 8. 2. Corinth. 6, 2. Ephes. 6, 13. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, tempore malo. 1. Petr. 2, 12. 2. Petr. 3, 18. εἰς ἡμέραν αἰῶνος, in tempus æternum. Adde Joann. 8, 56. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, Abraham pater vester lætatus est, ut videret diem meum. Probabile est ἡμέραν ex hebraismo hic etiam pro toto tempore adhiberi, ut adeo Christus hic indicet, Abrahamum vidisse quædam vestigia & rudimenta earum rerum, quæ temporibus Messiæ agi debebant. Id autem Abrahamo non simul & semel contigisse, ex sacris litteris novimus. Nam aliquoties filius Dei seipsum in adsumta quadam forma revelavit. Tale quid occurrit Luc. 17, 22. Inprimis Plur. ἡμέραι, hunc significatum obtinent. Matth. 2, 1. ἐν ἡμέραις Ἡρῴδε, temporibus Herodis. cap. 3, 1. 9, 15. & locis aliis pluribus. 5) *Tempus vitæ* s. ætatis. Luc. 1, 7. καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν, & ambo provecti erant in diebus suis (sc. ætatis) ibid. v. 18, 75. 2, 36. Hebr. 7, 3. 6) *Dies judicii*, & ipsum *judicium*. Malach. 3, 19. Psalm. 37, 13. 1. Cor. 4, 3. ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, a judicio hominis miseri. Inde ἡ ἡμέρα τε κυρίε Ἰησε Χριστε, est dies adventus Christi ad extremum judicium. 1. Cor. 1, 8. 5, 5. 2. Cor. 1, 14. Phil. 1, 6. 10. 2, 16. 1. Thess. 5, 2. 2. Thess. 2, 2. 2. Petr. 3, 10. 12. Idem μεγάλη ἡμέρα Judæ v. 6. Apoc. 6, 17. 16, 14. 7) *Tempus destructionis Hierosolymorum* & Reipublicæ Judaicæ sive excidii Judaici. Hebr. 10, 25. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν, & tanto magis, quanto appropinquantem videtis destructionem Hierosolymitanam. Sic Actor. 2. πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίε τὴν μεγάλην, priusquam veniat dies Domini magnus; intelligitur excidium Hierosolymitanum, quod etiam criterium est adventus Messiæ.

Ἡμέτερος, έρα, ον, *Noster*, (ab ἡμεῖς, nos.) Actor. 2, 11. 24, 6. 26, 5. Rom. 15, 4. 1. Cor. 15, 31. νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν. Pronomen possessivum vertendum est h. l. objective: Per gloriationem illam, qua de vobis ad Christum conversis gloriari possum. Οἱ ἡμέτεροι (sc. ἀδελφοὶ) nostri fratres, i. e. christiani. Tit. 3, 14.

Ἦ μὴν, Vide post ἦ.

Ἡμιθανὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, *Semimortuus*, (ex ἥμισυς & θνήσκω, morior.) Luc. 10, 30.

Ἥμισυς, εια, υ, *Dimidius*, semi, semis: neutrum ἥμισυ, εος, τὸ, (subint. τὸ μέρος.) dimidium, pars dimidia. Marc. 6, 23. Luc. 19, 8. Apoc. 11, 9. 11. 12, 14.

Ἡμιώριον, ε, τὸ, *Semihora*, (ex ἥμισυς & ὥρα, hora.) Apoc. 8, 1.

Ἡνίκα, adverb. temporis, *Quum, quando*. 2. Cor. 3, 15. 16.

Ἤπερ, Vide post ἦ.

Ἤπιος, ία, ον, *Placidus, clemens*, benignus, mitis, lenis. 1. Thess. 2, 7. 2. Tim. 2, 24.

Ἡρ,

Ηρ, *Er*, nomen viri indeclinabile hebraicum. Luc. 3, 28.

Ἥρεμος, ἐμη, ον, *Quietus*, otiosus, *mitis*, placidus. 1. Tim. 2, 2.

Ἡρῳδίων, ωνος, ὁ, *Herodion*, nomen viri, Apostolo Paulo cognati. Rom. 16, 11.

Ἡρῴδης, ε, ὁ, *Herodes*, nomen regulorum & tetrarcharum Judææ & Galilææ temporibus Christi & Apostolorum. Memorantur autem in N. T. tres. 1) Herodes Magnus, vulgo *Ascalonitam* vocant, qui tempore Christi nati vivebat. Matth. 2, 1. 2) Herodes, tetrarcha Galilææ, *Antipas* cognomine, tempore ministerii Christi, interfector Joannis Baptistæ. Marc. 6, 14. 3) Herodes *Agrippa*, cujus in Actis Apostolorum mentio fit c. 12. & 13. Genealogiam totam Herodum exacte perscrutatus est Christianus in Historia Idumæa, unde plura peti possunt.

Ἡρῳδιανοί, ῶν, οἱ, *Herodiani*, Herodis ministri, (ab Ἡρῴδης.) Matth. 22, 16. Marc. 3, 6. 12, 13. Probatissima sententia, illos ita vocari, qui partibus Herodis adhæserunt, & conatui ipsius suffragabantur, cum Hasmonæis pulsis regnum invaderet, oraculo quodam divino, ut ferebat, ad id facinus commotus. Plura habet Sam. Petitus Var. Lect. c. 18. Casaubonus ad Persium Sat. 1. p. 461. Dilherrus Dispp. tom. 1. p. 91. tom. 2. p. 315.

Ἡρῳδιάς, άδος, ἡ, *Herodias*, uxor quidem Philippi, fratris Herodis, sed concubina Herodis, tetrarchæ. Matth. 14, 3. Marc. 6, 17. 19. 22.

Ἡσαΐας, ίε, ὁ, 1) *Esaias*, nomen prophetæ hebraicum, (ex יֶשַׁע salus, & יהוה, dominus.) Matth. 3, 3. 4, 14. Joann. 1, 23. 2) *Liber Jesaiæ*. Actor. 8, 28. καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, & legebat librum prophetæ Esaiæ.

Ἡσαῦ, ὁ, *Esau*, nomen viri indeclinabile hebraicum. Rom. 9, 13. Hebr. 11, 20. 12, 16.

Ἡσυχάζω, f. σω, 1) *Quiesco*. 2) *Taceo*. Luc. 14, 4. Exempla alia habet Elsnerus tom. 1. p. 242. 3) *Acquiesco*. Actor. 21, 14. 4) *Tranquille vivo*. Luc. 23, 56. 1. Thess. 4, 11. (ab ἥσυχος, quietus, quiete fruens, sedatus, placidus.)

Ἡσυχία, ας, ἡ, 1) *Silentium* Actor. 22, 2. 2) *Tranquillitas*. 2. Thess. 3, 12. 1. Tim. 2, 11. 12. (ab eodem.)

Ἡσύχιος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Quietus*, quiete fruens, tranquillus, sedatus, placidus, (ab eodem.) 1. Tim. 2, 22. 1. Petr. 3, 4.

Ἤτοι, Vide post ἤ.

Ἡττάομαι, ῶμαι, *Inferior discedo*, superor, vincor, succumbo (ab ἧττων vel ἥσσων, minor, inferior.) 2. Corinth. 12, 13. 2. Petr. 2, 19. 20.

Ἥττημα, ατος, τὸ, *Diminutio*, *defectus*, (ab eodem.) Rom. 11, 12. 1. Cor. 6, 7. ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, defectus est inter vos.

Ἧττων, vel ἥσσων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *Minor*, *inferior*. neutr. ἧττον adverbialiter. 1) *Minus*. 2. Cor. 12, 15. ἧττον ἀγαπῶμαι, minus diligor. 2) *Damnum*. 1. Cor. 11, 17. εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε, in pejus convenitis.

Ἠχέω, ῶ, f. ήσω, *Sono*, reſono, tinnio, (ab ἦχος.) Luc. 21, 25. 1. Cor. 3, 1.

Ἦχος, ου, ὁ, 1) *Sonus*, *ſonitus*. Actor. 2, 2. Hebr. 12, 19. 2) *Fama*, *rumor*. Luc. 4, 37. ἦχος περὶ αὐτοῦ, fama de ipſo.

Θ.

Θαδδαῖος, αίου, ὁ, *Thaddæus*: fuit cognomen Lebbæi Apoſtoli Syrochaldaicum. Matth. 10, 3. a chaldaico תַּד, quod eſt hebr. שַׁד, mamma, uber: adeoque Thaddæus & Lebbæus fere unum idemque denotat, talem ſcil. qui ex amore, pectori adplicatur. Adde Druſii Animadverſa 1, 48.

Θάλασσα, ης, ἡ, *Mare*, Actor. 4, 24. καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, & terram, & mare. Et ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, mare rubrum Actor. 7, 36. Hebr. 11, 29. quod vide in ἐρυθρός. 2) *Lacum* vel *ſtagnum* denotat, Matth. 4, 18. θάλασσα τῆς Γαλιλαίας, eſt lacus Genezaret, qui & θάλασσα τῆς Τιβεριάδος dicitur, ab urbe proxima. Joann. 6, 1. nam Hebræis omnis collectio aquarum dicitur mare. Gen. 1, 10. 2) Metaphorice Apoc. 4, 6. θάλασσα ὑαλίνη, mare vitreum, cap. 15, 2.

Θάλπω, f. ψω, *Foveo*, *calefacio*, Epheſ. 5, 29. 1. Theſſ. 2, 7. ὡς ἂν ἡ τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, ſicut nutrix filios ſuos fovet.

Θάμαρ, ἡ, *Thamar*, nomen mulieris hebraicum, (a תָּמָר, palma.) Matth. 1, 3.

Θαμβέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Obſtupefacio*, ſtupore percello, (a θάμβος.) 2) *Obſtupeo*, quaſi ſum attonitus, Actor. 9, 6. θαμβέομαι, ῆμαι, paveſco. Marc. 1, 27. 10, 24. 32.

Θάμβος, εος, τὸ, *Stupor*, attonita admiratio, pavor. Luc. 4, 36. 5, 9. Actor. 3, 10.

Θανάσιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, & Θανάσιμος, ίμη, ον, *Lethalis*, mortifer, exitialis, (a θάνατος, mors.) Marc. 16, 18. κἂν θανασιμόν τι (ſcil. πόμα) πίωσιν, & ſi mortiferum quid (poculum) biberint.

Θανατηφόρος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Lethifer*, *mortifer*, (ex θάνατος & φέρω, fero, adfero.) Jacob. 3, 8.

Θάνατος, ε, ὁ, 1) *Mors*, (a θνήσκω morior) temporalis, ſpiritualis, & æterna. Matth. 4, 16. 15, 4. θανάτῳ τελευτάτω, morte morietur. Hebraice מוֹת יָמוּת, 1. Joann. 5, 16. ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον. Eſt peccatum in Spiritum S. Manifeſtum enim eſt, deſcribi ab Joanne peccatum irremiſſibile. Ob id ipſum enim pro tali peccatore orari vetat, quia non ſit ſpes veniæ: quale peccatum non poteſt non ſequi mors æterna. Species autem peccati in Spiritum S. de quo Joannes hic loquitur, hæc erat, cum ψευδοδιδάσκαλοι negarent, Chriſtum in carnem veniſſe, ſive verum Meſſiam atque æternum Dei filium eſſe Jeſum, & doctrinam Apoſtolorum de Chriſto miraculis confirmatam divinam eſſe non crederent. Apoc. 20, 6. ὁ θάνατος δεύτερος vide vocabulum δεύτ. item γεύσασθαι ἰδεῖν, θεωρεῖν θάνατον, ſentire mortem, vide

vide suis locis. 2) *Supplicium.* Matth. 10, 21. 20, 18. 26, 66. 3) *Pestis.* Apoc. 6, 8. 18, 8. 4) *Periculum* mortem comminans. 2. Cor. 1, 10. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, qui ex tanto mortis periculo liberavit nos. 11, 13. ἐν θανάτοις πολλάκις (sc. ἦν) eram, in variis mortis periculis præsentissimis.

Θανατόω, ῶ, f. ώσω, *Occido*, morte adficio, morti adjudico. Matth. 10, 21. 26, 59. 27, 1. Rom. 8, 36. 2. Cor. 6, 9. 1. Petr. 3, 18. metaphorice: mortifico. Rom. 7, 4. ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ, mortificati estis legi, h. e. lex in vos, utpote mortuos, nihil amplius valet. Mortui autem legi sunt, qui vivunt sub gratia Evangelii. c. 8, 13. εἰ δὲ πράξας τὰ σώματος θανατῆτε, si vero actiones carnis mortificatis, h. e. omnia illa, quæ a carne perversa procedunt, aboletis, sic, ut spiritus potius, quam caro, in vobis vivat.

Θάπτω, f. ψω, aor. 2. pass. ἐτάφην, *Sepelio*, humo. Matth. 8, 21. 14, 12. Luc. 16, 22. Act. 2, 29. 5, 6. 9. 1. Cor. 15, 4.

Θάρα, ὁ, *Thara*, nomen proprium indeclinabile hebraicum, fuit filius Nachoris & pater Abrahami. Luc. 3, 34. hebr. תֶּרַח, forte a Syriaco תרח, exspectavit.

Θαῤῥέω, ῶ, f. ήσω, *confido*, bono sum animo, (a θάῤῥος, εος, τὸ, audacia, confidentia. 2. Cor. 5, 6. 8. 16. 10, 1. Hebr. 13, 6.

Θαρσέω, ῶ, f. ήσω, *Confido*, bono animo sum, (a θάρσος.) Matth. 9, 2. 22. 14, 27. Joann. 16, 33. Act. 23, 11.

Θάρσος, εος, τὸ, *Fiducia*. Act. 28, 15. ἔλαβε θάρσος, audaciam sumsit.

Θαῦμα, τος, τὸ, *Admiratio*. Apoc. 17, 6. καὶ ἐθαύμασα θαῦμα μέγα, & admiratus sum admirationem magnam. Hebraismus. i. e. vehementer admiratus sum.

Θαυμάζω, f. σω, p. τεθαύμακα, *Miror, admiror*. Matth. 8, 10. 27. 9, 8. 33. θαυμάζειν cum accusativo. Luc. 7, 9. ἐθαύμασεν αὐτόν, miratus est ipsum. Joann. 5, 28. Act. 7, 31. cum ἐπὶ: Marc. 12, 17. ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ, mirati sunt de eo. Luc. 2, 33. 4, 22. 9, 43. 20, 26. Act. 3, 12. & διὰ. Marc. 6, 6. ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, mirabatur propter incredulitatem eorum. Passivum θαυμαδῆναι, admirabilem reddi. 2. Thess. 1, 10. 2) θαυμάζειν πρόσωπον, phrasis est hebræo-græca, שָׂאָה פָּנִים, a rad. נָשָׂא, & denotat *Respicere personam*, respectum personarum, e. g. magnitudinis, cognationis &c. habere. Judæ v. 16. θαυμάζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν, respicientes personam, utilitatis caussa. Sic LXX. Gen. 19, 21. ἰδὲ ἐθαύμασα τὸ πρόσωπόν σε ἐπὶ τούτῳ, ecce in hac re personam tuam respexi. Deut. 10, 17. ὅστις δὲ θαυμάζει πρόσωπον, qui non respicit personam. Plura 2. Paral. 19, 7. Job. 13, 10. Prov. 18, 5. Jesa. 9, 15.

Θαυμάσιος, ία, ον, *Admirabilis*, admiratione dignus, mirus, mirandus, (ab eodem.) Matth. 21, 15.

Θαυμαστός, ὴ, ὸν, *Admirabilis*, admirandus, (ab eodem.) Matth. 21, 42. παρὰ Κυρίε ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλ-

μοῖς ἡμῶν, a Domino factum est hoc, & mirum est in oculis nostris. Hic loco Neutrius Fœmininum ponitur more Hebræorum, quippe qui genere Neutro carent. Joann. 9, 30. 2. Cor. 11, 14. 1. Petr. 2, 9. Apoc. 15, 1. 3.

Θεὰ, ᾶς, ἡ, *Dea*, (a Θεὸς). Actor. 19, 27. 35. 37.

Θεάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, *Specto*, *contemplor*, video cum singulari adfectu. Joann. 1, 14. ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτῦ, contemplati sumus gloriam s. Schechinam ejus. Matth. 11, 7. τί ἐξήλθετε θεάσασθαι; quidnam visuri exiistis? Luc. 5, 27. 23, 55. Perf. Passivi τεθέαμαι, spectavi. Joann. 1, 32. 1. Joann. 4, 12. 14. Aor. 1. ἐθεάθην, spectatus fui. Marc. 16, 11. Infin. θεαθῆναι, spectari, conspici. Matth. 6, 1.

Θεατρίζω, f. σω, 1) In theatro versor, comœdiam ago, 2) *Traduco*, in theatro omnibus deridendum propino. Pass. Θεατρίζομαι in theatrum producor, spectaculum fio, (a θέατρον.) Hebr. 10, 33. θλίψεσι θεατριζόμενοι, qui per adflictiones omnibus fuerunt spectaculo. Plura dant Casaubonus ad Sueton. Aug. c. 45. Dougtæus Anal. S. N. T. Excursu 73.

Θέατρον, ε, τὸ, 1) *Theatrum*, locus, in quo comœdiæ tragœdiæque spectantur, (a θεάομαι,) utebantur vero theatris in Græcia loco curiarum. Raphelius. Actor. 19, 29. 31. 2) Metaph. *Spectaculum*. 1. Cor. 4, 9. ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, quia spectaculum facti sumus mundo.

Θεῖον, ίε, τὸ, *Sulphur*. Luc. 17, 29. Apoc. 9, 17. 18. 14, 10. 19, 20. 20, 10. 21, 8.

Θεῖος, ία, ον, *Divinus*, ad Deum pertinens, (a θεὸς.) 2. Petr. 1, 3. 4. hinc τὸ Θεῖον, ε, subst antive, divinitas, numen divinum. Actor. 17, 29.

Θειότης, τητος, ἡ, *Divinitas*, divina majestas, (a θεῖος.) Rom. 1, 20.

Θειώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, *Sulphureus*, (a θεῖον, sulphur.) Apoc. 9, 17.

Θέλημα, τος, τὸ, 1) *Voluntas*, beneplacitum, (a θέλω.) Matth. 6, 10. 7, 21. 12, 49. 18, 14. ἐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τῦ πατρός μυ, non est beneplacitum coram patre meo. 21, 31. 26, 42. &c. τὰ θελήματα beneplacita. Actor. 13, 22. 2) Libido. Luc. 23, 25. παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν, tradidit libidini illorum. Joann. 1, 13. θέλημα σαρκὸς & ἀνδρὸς denotat libidinem naturalem ad generandum. Ephes. 2, 3. 2. Tim. 2, 26. 1. Petr. 4, 3.

Θέλησις, εως, ἡ, Voluntas (ab eodem.) Hebr. 2, 4.

Θέλω, & ἐθέλω, f. θελήσω, 1) *Volo*. Matth. 1, 19. 5, 40. 42. 7, 12. Deficit interdum ἵνα post verbum θέλω. Matth. 20, 32. τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; (pro ἵνα ποιήσω) quid vultis, ut faciam vobis? cap. 26, 17. 27, 17. Marc. 10, 51. 14, 12. 15, 9. 12. Luc. 9, 54. 18, 41. additur vero Matth. 7, 12, Marc. 9, 30. 10, 35. Luc. 6, 31. Joann. 17, 24. 2) *Opto*. Matth. 15, 28. Marc. 10, 35. θέλομεν verte: vellemus, mallemus: sic 1. Cor. 7, 7. 14, 5. θέλω vellem, mallem. Adde Luc. 12, 49. 20, 46. 23, 8. 2. Cor. 11, 12. θέλων ζωὴν,

ζωὴν, optans, concupiscens vitam. Psalm. 34, 12. 3) *Delector.* Matth. 9, 13. ἔλεον θέλω, misericordia delector. cap. 27, 43. ἠθέλησέ με, beneplacitum habuit in me. Psalm. 18, 19. Marc. 12, 38. Colos. 2, 18. Hebr. 10, 5. 8. inde θέλημα denotat beneplacitum. Psalm. 1, 3. Michæ 7, 18. θεὸς θελητὴς ἐλέους ἐστὶν, Deus delectatur misericordia. 4) *Possum.* Matth. 2, 18. 5) Cum alio verbo in Infinitivo posito significat: *Libenter illud facio.* Joann 6, 21. ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, cupide eum receperunt in navem: uti recte interpretatur Glassius libr. 3. tract. 3. can. 36. p. 860. seq. Sic & Joann. 7, 17. ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, si quis libenter facit ejus voluntatem. Et 1. Petr. 3, 10. ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, qui cupide amat felicitatem. 6) Circumscribit verbum, cum quo construitur. Actor. 2, 21. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; quidnam hoc fiet?

Θεμέλιος, ε, ὁ, & Θεμέλιον, ίε, τὸ, 1) *Fundamentum*, (a θέμα & τίθημι.) Luc. 6, 48. 14, 29. Actor. 16, 26. 2) Metaphorice pro *ratione informandi* in fide Evangelica, ubi primo articuli primarii & fundamentales sunt docendi. Rom. 15, 20. 1. Tim. 6, 19. Hebr. 6, 1. 11, 10. 3) *Doctrinæ primariæ* & fundamentales *Christianismi*, sive Christus ipse. 1. Cor. 3, 10. θεμέλιον τέθεικα, doctrinas fundamentales proposui. v. 11. 12. Ephes. 2, 20. 2. Tim. 2, 19. * Hebræum enim עיקר non tantum fundamentum denotat, sed & articulum fidei fundamentalem.

Θεμελιόω, ῶ, f. ώσω, *Fundo, fundamentum jacio*, (ab eodem.) Matth. 7, 25. τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, fundata enim erat super petram. Hebr. 1, 10. τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, terram fundasti, h. e. firmam constituisti. Metaphorice de firmitate in fide & religione Christiana. Ephes. 3, 17. Colos. 1, 23. 1. Petr. 5, 10.

Θεοδίδακτος, ε, ὁ ἡ, *A Deo doctus*, (ex Θεὸς, & διδάσκω, doceo.) 1. Thess. 4, 9.

Θεόλογος, ε, ὁ, *Theologus*, qui res divinas tractat. Ita Joannes vocatur in titulo Apocalypseos, non, quod alii viri θεόπνευστοι non idem egerint, sed, quod de divinitate Messiæ stabilienda maxime omnium sollicitus fuerit.

Θεομαχέω, ῶ, f. ήσω, *Cum Deo pugno, Deo repugno*, (a θεομάχος.) Actor. 23, 9. μὴ θεομαχῶμεν, ne conscientiæ cujusquam imperemus. Sic 2. Maccab. 7, 19. θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας, dum conscientiis imperare audes.

Θεομάχος, ε, ὁ, Qui contra Deum pugnat. Actor. 5, 39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε, ne forte contra Deum pugnantes reperiamini. Symmachus Jobi 26, 5. & Prov. 9, 18. רפאים, gigantas vertit θεομάχους. Adhibent verbum Callimachus hymno in Apollinem v. 25. ubi vide Spanhemium, & Menander in Eunucho v. 3. ubi confer Clericum.

Θεό-

Θεόπνευστος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Divinitus inspiratus*, (ex θεὸς & πνέω, spiro.) 2. Tim. 3, 16.

Θεὸς, ε, ὁ, 1) *Deus.* Marc. 15, 34. ὁ Θεός μα, ὁ Θεός μα, Deus mi, Deus mi. Nominativus ponitur more Attico loco Vocativi. Sic Luc. 18, 11. 13. Joann. 20, 28. Hebr. 10, 7. 9. Actor. 4, 24. σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, Tu es Deus, qui fecit cœlum. Genit. Θεᾶ Marc. 11, 22. ἔχετε πίστιν Θεᾶ, habete fidem Dei, i. e. in Deum. Luc. 3, 38. τᾶ Ἀδὰμ, τᾶ Θεᾶ (scil. υἱᾶ,) Adami, filii Dei, scil. ratione creationis: cap. 9, 20. τὸν Χριστὸν τᾶ Θεᾶ (sc. υἱὸν,) Christum Dei filium. 1. Cor. 3, 23. Dat. τῷ Θεῷ. Rom. 6, 10. ζῇ τῷ Θεῷ, vivit ad gloriam Dei. 2. Cor. 5, 13. 9, 11. 12. 10, 4. Gal. 2, 19. Ephes. 2, 16. Apoc. 1, 6. 5, 9. 10. 14, 4. Θεόν τινος εἶναι notat: in fœdere cum ipso versari. Matth. 22, 32. Actor. 13, 17. 2. Cor. 6, 16. Hebr. 11, 16. Apoc. 21, 3. Psalm. 33, 12. 2) Cum alio nomine positum *magnum* quid per Hebraismum denotat. Vox Dei addita rem auget. Genes. 6, 2. 10, 9. Ps. 36, 7. 78, 11. κέδροι τᾶ Θεᾶ, cedri Dei, h. e. maximæ, altissimæ. Jonæ 3, 3. Rom. 1, 16. δύναμις Θεᾶ ἐστιν, potentia magna est. 1. Cor. 1, 18. & Rom. 10, 2. Sic quoque Actor. 7, 20. καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, & erat venustus Deo, i. e. quam pulcherrimus. Jonæ 3, 3. Ninive erat urbs μεγάλη τῷ Θεῷ, magna valde. Adde 2. Cor. 10, 4. Euripides Orest. v. 1172. ῥώμην Θεᾶ τιν' ἔσχεν, robur quoddam Dei, i. e. maximum habuit. Drusius Obs. 4, 12. 3) *Angeli*, *magistratus*, magnates, & judices sub nomine θεῶν veniunt. Exod. 22, 27. Psalm. 97, 8. (coll. Hebr. 1, 6.) Joann. 10, 34. 35. 1. Cor. 8, 5. 4) Catachrestice sumitur 2. Cor. 4, 4. ὁ Θεὸς τᾶ αἰῶνος τάτα, Deus hujus seculi. Diabolus non tantum princeps mundi dicitur Joann. 12, 31. sed etiam Deus. Judæi in Jalkut Rubeni fol. 10. 4. Deum primum esse Deum verum, Deum secundum esse Sammaëlem, sive Diabolum. Et Philipp. 3, 19. quod impiis ὁ θεὸς ἡ κοιλία sit. θεοὶ sunt idola. Actor. 7, 40. 14, 11. οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς, dii adsimilati hominibus descenderunt ad nos. Fuit hæc persuasio gentium. Gal. 4, 8.

Θεοσέβεια, ας, ἡ, *Dei cultus*, *religio*, (a θεοσεβὴς.) 1. Tim. 2, 10.

Θεοσεβὴς, ές, ὁ, καὶ ἡ, *Dei cultor* vel cultrix, *religiosus*, (ex θεὸς & σέβω, colo.) Joann. 9, 31.

Θεοστυγὴς, ές, ὁ, καὶ ἡ, *Dei osor*, Deum exosus, (ex θεὸς & στυγέω, odio prosequor.) Rom. 1, 30.

Θεότης, τητος, ἡ, *Deitas*, (a θεός.) Coloss. 2, 9.

Θεόφιλος, ιλα, ὁ, *Theophilus*, (ex θεὸς & φιλέω, amo.) Est ille, ad quem Lucas Evangelium suum & Acta Apostolorum misit. Luc. 1, 3. κράτιστε Θεόφιλε, optime Theophile. Volunt quidam hunc Theophilum virum in eximia dignitate fuisse constitutum, idque probant ex Epitheto κράτιστος, quod Paul-

Paullus Apoſtolus Feſto Procuratori Syriæ adtribuit. Actor. 26, 25. Si ille fuit vera aliqua perſona, nos, iſte qui fuerit, latet. Adſerit tamen Buxtorfius in Catalectis c. 140. nomen Θεοφίλα non proprium eſſe, ſed appellativum, & ab Evangeliſta omnibus in genere Chriſtianis adtribui, quemadmodum Patres Græci, in adlocutionibus ſuis adhibuerunt vocem φιλόχριστοι.

Θεραπεία, ας, ἡ, 1) *Famulitium, miniſterium*, famuli, miniſtri, ſervi, (a θεραπεύω.) Matth. 24, 45. ὃν κατέστησεν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, quem præpoſuit Dominus famulitio ſuo, i. e. famulis: abſtractum pro concreto. 2) *Sanatio, medela.* Luc. 9, 11. Apoc. 22, 2.

Θεραπεύω, f. εύσω, 1) *Famulor, ſervio*, colo, (a θεράπων.) Actor. 17, 25. 2) *Sano, medeor.* Matth. 4, 23. 24. 8, 7. 16. 9, 35.

Θεράπων, οντος, ὁ, *Miniſter, famulus*, ſervus. Hebr. 3, 5.

Θερίζω, f. σω, 1) *Meto*, (a θέρος, æſtas, meſſis.) Matth. 6, 26. Jacob. 5, 4. 2) Metaphorice, *Fructus laborum* ſuorum *accipere.* 1. Cor. 9, 11. τὰ σαρκικὰ θερίσομεν, carnalia, (h. e. ea, quæ ad hujus vitæ ſuſtentationem pertinent,) metemus. Gal. 6, 8. θερίσει φθοράν, metet corruptionem, h. e. fructum corruptibilem habebit: ζωὴν αἰώνιον, vitam æternam.

Θερισμός, οῦ, ὁ, 1) *Meſſis*, (a θερίζω.) Marc. 4, 29. 2) Metaphorice Matth. 9, 37. 38. * δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ, petite igitur a Domino meſſis, ut emittat operarios in meſſem ſuam. Solemne fuit Judæis, ut viros doctos ſiue diſcipulos ſapientum meſſores, & opus ipſorum meſſem vocarent.

Θεριστής, οῦ, ὁ, *Meſſor*, (ab eodem.) Matth. 13, 30. 39.

Θερμαίνω, f. ανῶ, *Calefacio*, Θερμαίνομαι calefio, me calefacio, (a θέρμη.) Marc. 14, 54. 67. Joann. 18, 18. 25. Jac. 2, 16.

Θέρμη, ης, ἡ, *Calor, æſtus*, (a θέρω, calefacio.) Act. 28, 3.

Θέρος, εος, τὸ, *Æſtas.* Matth. 24, 32.

Θεσσαλονικεύς, εως, ὁ, *Theſſalonicenſis*, Actor. 20, 4. 27, 2. 1. Theſſ. 1, 1.

Θεσσαλονίκη, ης, ἡ, *Theſſalonica*, urbs Macedoniæ. Actor. 17, 1. 11. 13. Philipp. 4, 16. 2. Tim. 4, 10.

Θευδᾶς, ᾶ, ὁ, *Theudas, æ.* Actor. 5, 36. nomen falſi Meſſiæ hebraicum. Joſephus Antiq. 20. 2. narrat, eum præſtigiatorem fuiſſe, ſe jactaſſe prophetam, & aſſumta multitudine ad Jordanem iviſſe, quem ſe verbo ſciſſurum promiſerat. Procurator autem Judææ, quem Joſephus Cuſpium Fadum vocat, immiſſis equitibus multos interemit, multos quoque cepit, ipſe vero Theudas captus & capite truncatus eſt. Judæis illorum temporum familiare erat nomen תּוֹדָה, Thoda, a rad. ידה, confeſſus eſt.

Θεωρέω, ῶ, f. ήσω, p. τεθεώρηκα. 1) *Specto, contemplor*, inſpicio, (a θεωρὸς ſpectator, contemplator.) Matth. 27, 55. 28, 1.

Actor.

Actor. 9, 7. μηδένα θεωροῦντες, neminem videntes. Saulus tamen ipse aliquid vidit, nempe Jesum in gloria sua, v. 17. 27. 1 Cor. 15, 8. ὤφθη κἀμοί, visus est etiam a me. 2) *Perpendo*, accurate *investigo*, video cum attentione. Luc. 23, 48. Joann. 2, 23. 7, 3. Act. 17, 16. Hebr. 7, 4. 3) Ipsa experientia teste aliquid *cognosco*, *experior*, sentio. Psalm. 34, 9. Tobiæ 4, 4. Joann. 8, 51. θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, mortem non gustabit in æternum, i. e. æternæ mortis particeps non erit. Sic Actor. 13, 36. ἰδεῖν διαφθοράν videre, i. e. experiri corruptionem.

Θεωρία, ας, ἡ, *Contemplatio*, *meditatio*, spectaculum, (a θεωρέω.) Luc. 23, 48.

Θηλάζω, f. σω. 1) *Lacto*, (a θηλή, *Papilla*, *mamilla*, mamma.) Marc. 13, 17. Luc. 21, 23. 23, 29. 2) *Lacteo*, fugo lac. Matth. 21, 16.

Θήλεια, ας, ἡ, *Fœmina*, *fœmella*, cujusvis generis animantium, (a θῆλυς.) Rom. 1, 26. 27.

Θῆλυ, τὸ, *Fœmella*, (est neutrum a θῆλυς, εως, ὁ καὶ ἡ, vel υς, εια, υ, fœmineus,) & subauditur τὸ γένος, genus. Matth. 19, 4. Gal. 3, 28. ἄρσεν καὶ θῆλυ.

Θήρα, ας, ἡ, *Tendicula*, *venatio*, *insidiæ*, (a θήρ, θηρὸς, ὁ, fera, bellua.) Rom. 11, 9. Fiat mensa ipsorum εἰς θήραν, in capturam, h. e. cibus ipsis sit noxius.

Θηρεύω, f. εύσω, feras *Venor*, aucupor, *capio*, (ab eodem.) 2) metaph. *insidiose observo*. Luc. 11, 54. θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, captare aliquid ex ore ejus.

Θηριομαχέω, ῶ, *Cum bestiis pugno*, (ex θηρίον & μάχομαι, pugno.) 1. Cor. 15, 32. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ. Ex verbis κατὰ ἄνθρωπον, quæ adduntur, recte concludimus, non intelligi θηριομαχίαν proprie sic dictam, (quam alias in Christianos decretam esse constat:) sed metaphoricam, qua Apostolo res fuit cum hominibus feris, qui ipsi vitæ periculum intentabant. Sententiam nostram porro probamus 1) ex silentio Pauli 2. Corinth. 11, 23. seqq. 2) a silentio Lucæ in Actis Apost. 3) a modis similibus loquendi apud alios usitatis, quos adnotat Sarazanius ad Damasum Carm. 1, 29. 4) Ex testimonio Tertulliani & Chrysostomi. Cæterum de bestiariis agunt Lipsius Saturn. 2, 14. s. Hammondus ad h. l. & Frid. Casp. Hagen diss. de θηριομαχίᾳ Pauli, Witteb. 1703.

Θηρίον, ἰε, τὸ, 1) *Bestia*, bellua, fera, (a θήρ.) Marc. 1, 13. Act. 10, 12. 11, 6. 2) *Homo belluinus*. Tit. 1, 12. Cretes sunt κακὰ θηρία, malæ bestiæ. 3) *Antichristus*, Apoc. 11, 7. 13, 1. seqq. 4) In specie *Serpens* venenatus. Act. 28, 4, 5. Hinc θηριακὰ, ῶν, τὰ, scil. φάρμακα medicamenta, quibus venatores animalium morsus depellunt, & θηριακὴ, ῆς, ἡ, scil. ἀντίδοτος, theriaca, antidotus adversus venenum.

Θησαυρίζω, *Thesaurum colligo*, (a θησαυρὸς.) Usurpatur 1) Pro-

1) Proprie. Matth. 6, 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ γῆς, ne colligite vobis thesauros in terra. 2. Cor. 12, 14. οὐκ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, non debent filii parentibus thesauros colligere. 2) Metaphorice *tum*, in bonam partem de eleemosynis colligendis. 1. Cor. 16, 1. de thesauris cœlestibus. Matth. 6, 20. *tum* in malam. Rom. 2, 5. θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν, colligis tibi ignem. Jacob. 5, 3. πῦρ ἐθησαυρίσατε, ignem collegistis, qui vestra omnia consumet.

Θησαυρὸς, ὁ, 1) *Thesaurus*, acervus rerum repositarum in posterum, (ex τίθημι, pono, & αὔριον, cras, item tempus futurum.) Matth. 2, 11. 6, 19. 20. Hebr. 11, 26. 2) *Copia frumenti, vini & olei*, quæ apud orientales in agro in cavernis subterraneis adservabatur. Matth. 13, 44. * θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, thesauro absconditio in agro, ut bonus paterfamilias ex thesauro suo profert nova & antiqua. ibid. v. 52. Jerem. 41, 8. Hinc explicanda est metaphora. 2. Cor. 4, 7. 3) *Copia rerum bonarum vel malarum*: involvit enim rei alicujus magnitudinem. Matth. 12, 35. 13, 52. Coloss. 2, 3.

Θίγω, vel alias Θιγγάνω, f. θίξω, *Tango*, *attingo*, contrecto. Coloss. 2, 21. Adsciscit more verborum sensuum Genitivum. Hebr. 11, 28. 12, 20.

Θλίβω, f. ψω, 1) *Premo*. Marc. 3, 9. 2) *Comprimo, constringo*, hinc Matth. 7, 14. τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, via arcta, stricta & angusta. 3) *Adfligo*. 2. Cor. 1, 6. 4, 8. ἐν παντὶ (sc. καιρῷ vel τόπῳ) θλιβόμενοι omni tempore vel in omni loco adfligimur. cap. 7, 5. 1. Thess. 3, 4. 2. Thess. 1, 6. 7. 1. Tim. 5, 10. Hebr. 11, 37. Apostolus respicit ad mores pugilum, qui tunc temporis apud Corinthios notissimi erant. Vide Hammondum & Clericum ad h. l. θλίβεσθαι tunc est, quando aliquis ab altero duriter comprimitur. *Wenn er ſcharf gehalten und gequetſchet wird.*

Θλῖψις, εως, ἡ, 1) *Compressio*, (a θλίβω.) 2) *Adflictio, angustia*, anxietas. Matth. 13, 21. 24, 9. 21. 29. &c. 1. Cor. 7, 28. θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι, multas adversitates externas conjugati, præcipue tempore persecutionis, sustinere coguntur. θλῖψις καὶ στενοχωρία, conjunguntur Rom. 2, 9. & aliquoties apud Artemidorum. Vide Observ. Lamb. Bos, c. 21.

Θνήσκω, *Morior*, f. θανοῦμαι, p. τέθνηκα. Matth. 2, 20. Marc. 15, 44. Luc. 7, 12. 8, 49. Infinitivus perf. τεθνάναι poëtice, Actor. 14, 19.

Θνητὸς, ἡ, ὸν, *Mortalis*, (a θνήσκω.) Rom. 6, 12. 8, 11. 1. Cor. 15, 53. 54. 2. Cor. 5, 4. τὸ θνητὸν (sc. μέρος,) pars hominis mortalis.

Θορυβέω, ῶ, f. ήσω, *Perturbo*, (a θόρυβος.) Matth. 9, 23. Act. 17, 5. θορυβέομαι, tumultuor, me ipsum perturbo. Marc. 5, 39. Actor. 20, 10.

Θόρυβος, ε, ὁ, *Tumultus, turba*, Matth. 26, 5. 27, 24. Marc. 5, 38. Act. 20, 1. 21, 34. 24, 18.

Θρανύω-

Θραύω, σω, *Frango*: metaph. Luc. 4, 18. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, ad emittendum fractos in libertatem, quæ phrasis etiam occurrit Jesa. 58, 6. 2. Paral. 6, 24. καὶ ἐὰν θραυσθῇ ὁ λαός σε, & si confractus fuerit populus tuus coram hoste. Jes. 2, 10. 19. 21. θραῦσαι τὴν γῆν, percutere terram, h. e. affligere & perdere. Ezech. 21, 7. θραυσθήσεται πᾶσα καρδία, affligetur omnis caro.

Θρέμμα, τος, τὸ, *Pecus* quod alitur, (a τρέφω alo) Joann. 4, 12. sunt, qui & homines intelligant.

Θρηνέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Lamentor, lugeo*, (a θρῆνος) Luc. 23, 27. Joann. 16, 20. 2) Odas, sive cantationes lugubres cano. Matth. 11, 17. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, Luc. 7, 32.

Θρῆνος, ε, ὁ, *Threnus, planctus*, lamentatio. Matth. 2, 18.

Θρησκεία, ας, ἡ, *Religio, reverentia, cultus*, (a θρησκεύω, colo, veneror.) Act. 26, 5. Jacob. 1, 26. 27. Colos. 2, 18. θρησκεία τῶν ἀγγέλων, notat talem cultum, reverentiam & modestiam, quali angeli ornati & instructi esse solent.

Θρῆσκος, ε, ὁ, *Religiosus*, Jacob. 1, 26.

Θριαμβεύω, f. εύσω. 1) *Triumpho* de aliquo, (a θρίαμβος, triumphus.) Colos. 2, 15. 2) *Triumphare facio*, victoriam largior. 2. Corinth. 2, 14.

Θρίξ, τριχὸς, ἡ, *Capillus, pilus*. Matth. 10, 30. αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς, capilli capitis. c. 3, 4. ἀπὸ τριχῶν καμήλε, ex pilis cameli. Joann. 11, 2. καὶ ἐμμάξασα τὰς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς, & quæ absterserat pedes ejus capillis suis. Simile quid narrat Petronius c. 27. Trimalchio aquam popposcit ad manus, digitosque paullulum adspersos in capite pueri tersit. Inde palam est, antiquos manus comis servorum detertisse. Eadem enim de caussa habuerunt servos comatos & crinitos. Barthius ad Statium Thebaid. 9, 375. testatur, vidisse se puellam regiam, quæ manus capillis pueri formosi quotidie desiccaverit. Actor. 27, 34. θριξὶ ἀδενὸς ὑμῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται, nullius vestrum capillus de capite decidet. Proverbium, de quo Vorstius de adagiis N. T. c. 6. Adde Interpretes Petronii c. 104.

Θροέω, ῶ, f. ήσω, *Turbo*, θροοῦμαι, ῆμαι, perturbor, (a θρόος, ου, clamor tumultuantium, & hoc a θρέω, clamo.) Matth. 24, 6. μὴ θροεῖσθε, ne perturbemini. 2. Thess. 2, 2.

Θρόμβος, ε, ὁ, 1) *Grumus*, frustum rei in unam massam concretæ. 2) Partes sive frusta concreti sanguinis. Luc. 22, 44. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος.

Θρόνος, ε, ὁ, 1) *Thronus, sedes*. Matth. 5, 34. 2) Metaphorice. Matth. 19, 28. ἐπὶ θρόνε δόξης αὐτοῦ, super throno gloriæ suæ, i. e. glorioso. cap. 25, 31. 3) Per Metonymiam adjuncti, *Regnum*, imperium. Luc. 1, 32. 52. 4) οἱ θρόνοι sunt *Angeli* Colos. 1, 16. Hebr. כסאות. 5) θρόνος τοῦ σατανᾶ, Apoc. 2, 37. ubi intelligo cathedram doctorum ethnicorum,

corum, qui præcipue de refutanda religione christiana erant solliciti: nam θρόνοι etiam erant philosophorum, & aliorum qui docebant.

Θυάτειρα, ων, τὰ, *Thyatira*, nomen urbis Asiæ minoris. Actor. 16, 14. Apoc. 1, 11. 2, 18. 24.

Θυγάτηρ, έρος, per Syncopen, τρὸς, ἡ, 1) *Filia*. Matth. 9, 18. 10, 35. 37. 2) Quam amamus ut filiam. Matth. 9, 22. Luc. 23, 28. 3) Quæ est ex alicujus progenie. Luc. 13, 16. 4) *Civitas* ita vocatur Matth 21, 5. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, dicite filiæ Sionis, h. e. incolis urbis Hierosolymitanæ. Urbs consideranda est ut mater, singuli cives ut filiæ.

Θυγάτριον, ίε, τὸ, *Filiola*, (dimin. a θυγάτηρ.) Marc. 5, 23. 7, 25.

Θύελλα, ης, ἡ, *Procella, turbo*. Hebr. 12, 18.

Θύϊνος, η, ον, Thyam similitudine referens, thyinus, qui est ex thya, arbore perpetuo virente. Apoc. 18, 12. De ipsa arbore vide Salmasium ad Solinum. c. 46. p. 667.

Θυμίαμα, τος, τὸ, 1) *Suffimentum* ex aromatibus, incensum thus, (a θυμιάω.) Luc. 1, 11. Apoc. 5, 8. 8, 3. 4. 18, 13. 2) Ipsa suffitum faciendi actio. Luc. 1, 10.

Θυμιατήριον, ίε, τὸ, *Thuribulum acerra*, (ab eodem.) Hebr. 9, 4.

Θυμιάω, ῶ, f. άσω, *Suffio, suffitum facio*. Luc. 1, 9. ἔλαχε (sc. μέρος) τοῦ θυμιᾶσαι, sortitus est ordinem suffiendi.

Θυμομαχέω, ῶ, f. ήσω, Sum animo infenso, *Iratus sum*, (ex θυμὸς & μάχομαι, pugno.) Actor. 12, 20.

Θυμόω, ῶ, f. ώσω, *Ad iram provoco*, concito, (a θυμός.) Matth. 2, 16. ἐθυμώθη λίαν, ad iram concitatus est valde.

Θυμὸς, ὖ, ὁ, 1) *Animus, mens*. 2) *Ira præceps*, acerba & vehemens Luc. 4, 28. Actor. 19, 28. Apoc. 12, 12. 14, 10.

Θύρα, ας, ἡ, 1) *Janua, ostium*. Matth. 6, 6. 27, 60. 28, 2. 2) Christus intelligitur Joann. 10, 1. 2. 7. 9. 3) *Occasio*, quæ significatio Judæis non infrequens. 1. Cor. 16, 9. θύρα μοι ἀνέῳγε μεγάλη, occasio magna se mihi aperuit. Actor. 14, 27. θεὸς ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν τῆς πίστεως, Deus aperuit gentibus januam fidei, h. e. occasionem se ad Deum convertendi ostendit. 2. Cor. 2, 12. Coloss. 4, 3.

Θυρεὸς, ὖ, ὁ, *Scutum*, quod ita dicitur a forma januæ, (a θύρα.) Metaphorice tantum occurrit Ephes. 6, 16. θυρεὸς τῆς πίστεως, scutum fidei, quo tela adversariorum licet excipere. Nam vera fides nos munit, ut suggestiones Satanæ in nobis locum non habeant.

Θυρὶς, ίδος, ἡ, 1) *Ostiolum*. 2) *Fenestra*, (ab eodem.) Actor. 20, 9. 2. Maccab. 3, 19. Sic 2. Cor. 11, 33. διὰ τῆς θυρίδος ἐχαλάσθην, per fenestram demissus sum. Eadem phrasis occurrit Josuæ 2, 15.

Θυρωρὸς, ὖ, ὁ, vel ἡ, januæ custos, 1) *Janitor, ostiarius*,

(ex θύρα & ἔρος, custos, vel ὦρα, cura.) Marc. 13, 34. Joann. 18, 16. 17. 2. Samuel. 4, 1. 2) Christus, Joann. 10, 3.

Θυσία, ας, ἡ, *Victima*, *hostia*, (a θύω.) Matth. 9, 13. Marc. 9, 49. 12, 33. metaph. Rom. 12, 1. θυσία ζῶσα, hostia viva, h. e. vegeta & integra. Ephes. 5, 2. Philipp. 2, 17. 4, 18. Hebr. 13, 15. 16. 1. Petr. 2, 5. πνευματικαὶ θυσίαι, sacrificia spiritualia.

Θυσιαστήριον, ίε, τὸ, *Altare*, (a θυσιάζω, sacrifico. Matth. 5, 23. 23, 18.

Θύω, f. ύσω, p. τέθυκα, 1) *Macto*. Matth. 22, 4. Marc. 14, 12. Luc. 15, 23. Joann. 10, 10. Actor. 10, 13. 2) *Sacrifico*, *immolo*. Actor. 14, 13. 18. 1. Cor. 5, 7. 10, 20.

Θωμᾶς, ᾶ, ὁ, *Thomas*, nomen proprium Apostoli hebraicum, (a תְּאוֹם, quod *geminum* significat, unde græce dicitur Δίδυμος.) Matth. 10, 3. Joann. 11, 16. 14, 5. 20, 5. Actor. 1, 13.

Θώραξ, ακος, ὁ, 1) *Thorax*, *pectus*. 2) *Lorica*, per metonymiam. Apoc. 9, 9. 17. metaph. Ephes. 6, 14. θώραξ δικαιοσύνης. 1. Thess. 5, 8. θώραξ πίστεως: utrumque enim pectus nostrum a variis periculis immune præstat.

I.

Ἰάειρος, ε, ὁ, *Jairus*, nomen viri hebraicum, (a יָאִיר illuminabit, rad. אוֹר lucere.) Marc. 5, 22.

Ἰακώβ, ὁ, 1) *Jacob*, est nomen Patriarchæ hebraicum יַעֲקֹב 3. Fut. a rad. עקב, supplantavit.) Matth. 1, 2. 8, 11. 2) Vera & fidelis Judæorum *Ecclesia*. Rom. 11, 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ, & avertet impietates a Jacobo, h. e. ipsius posteris, sic ὁ οἶκος Ἰακώβ Luc. 1, 33. 3) Fit mentio adhuc alius Jacobi Matth. 1, 15.

Ἰάκωβος, ε, ὁ, *Jacobus*, (ab eodem.) Tres hoc nomine sunt obvii. Primus est filius Zebedæi, frater Joannis Evangelistæ & Apost. Matth. 4, 21. Ἰακώβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίε (sc. υἱὸν,) Jacobum Zebedæi filium. cap. 10, 2. 17, 1. Alter fuit filius Alphæi. Matth. 10, 3. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίε (sc υἱὸς,) Jacobus Alphæi filius. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Actor. 1, 13. Tertius est cognatus Domini nostri Jesu Christi, Judæ, Joses & Simonis, qui alias, minor dicitur. Matth. 13, 55. 27, 56. Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβε (scil. μήτηρ,) Maria Jacobi (minoris) mater. Marc. 6, 3. 15, 40. 16, 1. Actor. 12, 17. 15, 13. 21, 18. 1. Cor. 15, 7. Gal. 1, 19. Jacob. 1, 1. Inde Luc. 6, 16. Ἰούδαν Ἰακώβε (non supple υἱὸν, sed ἀδελφὸν,) Judam Jacobi cognatum, s. patruelem, consobrinum. ita Act. 1, 13. καὶ Ἰούδας Ἰακώβε (sc. ἀδελφὸς,) & Judas Jacobi cognatus: quæ ellipsis suppletur in epistola Judæ v. 1. Ἰούδας ἀδελφὸς Ἰακώβε, Judas cognatus Jacobi.

Ἴαμα, τος, τὸ, *Sanatio*, (ab ἰάομαι.) 1. Cor. 12, 9. 28. 30.

Ἰαμβρῆς, ῆ, ὁ, *Jambres*, et

Ἰαννῆς, ῆ, ὁ, *Jannes*. 2. Timoth. 3, 8. * fuerunt magi Ægyptii.

ptii. Nomina horum in sacris litteris V. T. non exstant. Apostolus autem eadem ex traditione Judaica retinuit, eamque simul confirmat. Multa de ipsis habent Possinus Spicil. Evangelic. c. 1. Majus Observ. sacr. libr. 2. p. 32. Jo. Gregor. Obs. c. 15.

Ἰαννά, *Janna*, nomen viri hebr. Luc. 3, 24.

Ἰάομαι, ῶμαι, 1) *Medeor*, *sano*, curo, f. ἰάσομαι, aor. 1. ἰασάμην, perf. pass. ἴαμαι, sanatus fui, aor. 1. pass. ἰάθην, sanatus sum. Matth. 8, 8. 13. 15, 28. Marc. 5, 29. 2) Metaphorice Matth. 13, 15. καὶ ἰάσομαι αὐτούς, ut sanem illos, sc. a peccatis & malitia ipsorum. Luc. 4, 18. 1. Petr. 2, 24.

Ἰαρέδ, ὁ, *Jared*, nomen viri hebr. (a rad. יָרַד, descendit.) Luc. 3, 37.

Ἴασις, εως, ἡ, *Sanatio*, (ab ἰάομαι.) Luc. 13, 32. Act. 4, 22. 30.

Ἴασπις, ιδος, ἡ, *Jaspis*, gemma. Apoc. 4, 3. 21, 11. 18. 19.

Ἰάσων, ονος, ὁ, *Jason*, nomen viri græcum, (ab ἰάομαι part. fut. ἰάσων, sanaturus.) Act. 17, 5. Rom. 16, 21.

Ἰατρός, ἡ, ὁ, *Medicus*, (ab ἰάομαι.) Luc. 4, 23. 5, 31. 8, 43. Coloss. 4, 14.

Ἴδε, *En*, *ecce*, est imperativus aor. 2. accentu mutato, (ab εἶδω, video.) idem quod ἰδέ. Matth. 25, 20. 22. 25. Marc. 2, 24. 3, 34. 11, 21. Joann. 1, 29. 36. 3, 26. 5, 14.

Ἰδέα, ας, ἡ, idea *Species*, *forma*, (ab ἰδεῖν, videre.) Matth. 28, 3.

Ἴδιος, ία, ον, 1) *Proprius*, *suus*. Matth. 22, 5. 14. Joann. 1, 11. εἰς τὰ ἴδια (subintellige οἰκήματα vel δώματα,) in suas domos venit. hæc ellipsis invenitur cap. 16, 32. 19, 27. Sic Act. 21, 6. ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, reversi sunt ad sua. Adde Esther 6, 12. Simili significatione occurrit ἴδιος Matth. 9, 1. ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, venit in suam urbem, i. e. in eam urbem, in qua domicilium constituerat. 1. Tim. 5, 8. εἰδέ τις τῶν ἰδίων - ἐ προνοεῖ (sc. πραγμάτων, si vero quis rerum suarum non habet rationem. 2) *Peculiaris*, *specialis*, sui generis. Matth. 25, 15. Act. 2, 6. 8. 25, 19. 1. Cor. 7, 7. 15, 23. 38. Sic ἰδίᾳ seorsim, separatim, specialiter. 1. Cor. 12, 11. διαιροῦν ἰδίᾳ (subaudi vero χώρᾳ) ἑκάστῳ, dividens specialiter unicuique. 3) *Privatus*: in formula illa, κατ' ἰδίαν (sc. χώραν,) privatim. Matth. 14, 13. 23. 17, 1. 19. 20, 17. 24, 3.

Ἰδιώτης, ου, ὁ, 1) *Privatus*, vitam privatam agens, (ab ἰδιόω, approprio.) Hesychius: ἰδιώτας πολίτας. 2) Unus e vulgo, *plebejus*. 3) Laicus apud scriptores ecclesiasticos, sive qui munere in ecclesia non fungitur. 4) Rei alicujus *Imperitus*, *indoctus*, ignarus. Actor. 4, 13. ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, homines illitterati sunt & indocti. 1. Cor. 14, 16. 23. 24. ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, infidelis aut indoctus. 2. Cor. 11, 6. ἰδιώτης τῷ λόγῳ, stilo rudis, qui populares & ad captum vulgi accommodatas locutiones profert, cui adponitur ἰδιώτης τῇ γνώσει, qui rem ipsam non intelligit. Pseudapostoli Paullum carpserant,

quod non pompoſe atque portentoſe loqueretur, quemadmodum ipſi ſolebant. Thomas Magiſter: ἄγροικος δὲ ὁ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος. Et apud Hieronymum Græcum de Trinitate p. 8. ἰδιώτης καὶ σοφὸς ſibi invicem opponuntur. Vide Dougtæum Anal. S. N. T. Exc. 47. Hebræi eandem vocem retinent, & ſcribunt הִדְיוֹט.

Ἰδέ, *En ecce*, adverbium, (ab ἰδεῖν, videre.) 1) In Scriptura ſacra eſt quaſi Aſteriſcus, ſive ſignum & nota attentionis, admonitionis, rerum gravium, inſolitarum atque officii. Matth. 1, 20. 23. 2, 1. 3, 16. 17. 4, 11. &c. 1. Cor. 15, 51. 2. Cor. 6, 2. Apoc. 16, 15. 22, 7. 12. 2) Eſt demonſtrationis ſive rerum præſentium. Matth. 11, 19. 12, 2. 18. 46. Hebr. 2, 13.

Ἰδουμαία, ας, ἡ, *Idumæa*, nomen regionis trans Jordanem ſitæ. Marc. 3, 8.

Ἰδρώς, ῶτος, ὁ, *Sudor*, (ab ἵδος, εος, τὸ, idem.) Luc. 22, 44.

Ἰεζαβὴλ, *Jeſabel*, nomen reginæ impiæ, אִיזֵבֶל, quod, ſi ex hebraico derives, erit ex אַי, væ, & זֵבֶל ſtercus: quum vero credibile non ſit, tale ipſi nomen fuiſſe impoſitum, proinde ex dialecto Phœnicum Zidoniorum, nobis hodie incognita, traxit originem. 1. Reg. 16, 31. Per antanaclaſin ſignificat talem, quæ impia & turpia illius facta imitatur. Apoc. 2, 20.

Ἱεράπολις, εως, ἡ, *Hierapolis*, urbs Phrygiæ, haud procul Coloſſis: notat civitatem ſanctam, (ex ἱερὸς & πόλις, civitas.) Coloſſ. 4, 13.

Ἱερατεία, ας, ἡ, functio ſacerdotalis, *ſacerdotium*, (ab ἱερατεύω.) Luc. 1, 9. Hebr. 7, 5.

Ἱεράτευμα, τος, τὸ, *Sacerdotium*. (ab eodem.) 1. Petr. 2, 5. 9.

Ἱερατεύω, f. εύσω, *Sacerdotio fungor*, ſum ſacerdos, (ab ἱερός.) Luc. 1, 8.

Ἱερεμίας, ἰκ, ὁ, *Jeremias*, nomen prophetæ hebraicum, (ex יְרֵם, exaltabit, a rad. רוּם, altum eſſe & יָהּ, quod eſt pro יהוה.) Matth. 2, 17. 16, 14. 17, 9.

Ἱερεὺς, έως, ὁ, *Sacerdos*, (ab ἱερός.) Matth. 8, 4. 12, 4. 5. Act. 6, 7. Chriſtus ipſe ſacerdos vocatur. Hebr. 5, 6.

Ἱεριχὼ, ἡ, *Jericho*, chuntis, nomen urbis Palæſtinæ hebraicum indeclinabile, a rad. רִיחַ odorari, quia propter frutices balſami tota regio fragrantem odorem habuit. Hebr. 11, 30. πίπτα τὰ τείχη Ἱεριχὼ ἔπεσε, fide muri Jerichuntis ceciderunt. Matth. 20, 29. Marc. 10, 46. Luc. 10, 30. 18, 35. 19, 1.

Ἱερὸν, ῦ, τὸ, *Templum*, (ab ἱερός.) Matth. 4, 5. 12, 5. 6. 21, 12. 24, 1. Luc. 2, 46. ἔυρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον, invenerunt ipſum ſedentem in templo. In templo nemini ſedere licebat, adeoque hic non templum ipſum, vel atrium ejus intelligendum eſt, ſed potius בית המדרש ſ. auditorium, quod in conclavi quodam a nobis non definiendo, circa templum aptatum erat, ibi licuit ſedere & cum doctoribus diſputare. Ἱερο-

Ἱεροπρεπής, ές, ὁ καὶ ἡ, *Qui*, vel quod *ſanctum decet*, (ex ἱερὸς & πρέπει, decet.) Tit. 2, 3.

Ἱερός, ά, όν, *Sacer*, *ſanctus*, ſacroſanctus. 1. Cor. 9, 13. τὰ ἱερὰ (ſc. χρήματα) ἐργαζόμενοι, res ſacras tractantes, ἐκ τῦ ἱεροῦ ἔσθίουσιν, de re ſacra comedunt.

Ἱεροσόλυμα, ύμων, τὰ, 1) *Hieroſolyma*, vel Ἱερουσαλὴμ, ἄκλιτον, *Jeruſalem*, יְרוּשָׁלַיִם (ex יְרוּשָׁה, hæreditas, & שָׁלֵם, perfectus,) numeri dualis, quia duas urbes conſtituit: olim Salem, urbs Judææ primaria, quæ ſancta dicitur. Matth. 4, 5. Apoc. 21, 10. quia templum capiebat. Matth. 2, 3. ἡ πᾶσα ἱεροσόλυμα μετ' αὐτῦ, & omnis Hieroſolyma (h.e. omnes Hieroſolymorum incolæ) cum ipſo cap. 3, 5. Sic Matth. 23, 37. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τὺς προφήτας, Jeruſalem, Jeruſalem, occidens prophetas. Luc. 13, 34. omnes Judæi, & omnes Judaicam religionem profitentes Proſelyti undiquaque, quotannis aliquoties, nempe feſtis ſolemnibus eo convenire oportebat. Inde legimus, Chriſtum cum diſcipulis eo profectum eſſe. Matth. 20, 17. 18. Luc. 9, 57. 18, 31. Joann. 2, 12. 12, 12. 19, 28. parentes ipſius Luc. 2, 22. aliosque. Marc. 15, 41. Joann. 11, 55. Adde Joann. 4, 20. 10, 22. 11, 55. Act. 2, 5. 8, 27. 18, 21. 20, 16. 24, 11. conf. Joann. 18, 20. 2) *Eccleſia N. T.* vocatur & ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, Gal. 3, 26. & Ἱερουσαλὴμ ἐπ' ἐράνιος, Hebr. 12, 22. Vide Diſſertationem de Hieroſolyma cœleſti ſub finem tomi I. Hor. Hebraicarum.

Ἱεροσολυμίτης, ε, ὁ, *Hieroſolymitanus*, (ab Ἱεροσόλυμα.) Marc. 1, 5. Joann. 7, 25.

Ἱεροσυλέω, ῶ, f. ήσω, *Sacrilegium committo*, (ab ἱερόσυλος.) Rom. 2, 22.

Ἱερόσυλος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Sacrilegus*, (ex ἱερὸν, ſacrum, & συλάω, ſpolio.) Actor. 19, 37.

Ἱερουργέω, ῶ, f. ήσω, *Sacra celebro*, obeo, operor ſacris, (ab ἱερουργὸς, ε, ὁ καὶ ἡ, divina peragens, divinis operans, ſacrificans, immolator, ex ἱερὸς & ἔργον, opus.) Rom. 15, 16. ἱερουργῦντα τὸ Εὐαγγέλιον, qui ſacrum laborem exerceo circa Evangelium Chriſti.

Ἱερουσαλὴμ, vide Ἱεροσόλυμα.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, *Sacerdotium*, pontificatus, (ab ἱερός.) Hebr. 7, 11. 12. 14. 24.

Ἰεσσαὶ, ὁ, *Jeſſe*, nomen patris Davidis hebr. Matth. 1, 5. 6. Luc. 3, 32. Actor. 13, 22. ἔυρον Δαβὶδ τὸν τῦ Ἰεσσαὶ (ſc. υἱὸν,) inveni Davidem Jeſſæ filium, Rom. 15, 12. ἡ ῥίζα τῦ Ἰεσσαὶ, radix Jeſſæ. Chriſtus ita vocatur, quia erat ex ipſius germine.

Ἰεφθάε, ὁ, *Jephtha*, (hebr. יִפְתָּח, aperiet, a rad. פתח, aperuit,) nomen Judicis Iſraëlitici. Hebr. 11, 32.

Ἰεχονίας, ίε, ὁ, *Jechonias*, nomen viri hebraicum. Matth. 1, 11. יְכָנְיָהוּ, (a יכן, rectus erit, כּוֹן, rectum, firmum eſſe, & יה, dominus.)

Ἰησοῦς, οῦ, ὁ, 1) *Jesus*, nomen filii Dei ſervatoris noſtri, hebr. יֵשׁוּעַ, vel יְהוֹשׁוּעַ, (a rad. יָשַׁע ſervavit, ſalvavit, cui præponitur nomen Dei eſſentiale, ratio hujus nominis exſtat Matth. 1, 21.) Act. 20, 38. Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, verte: quod adtinet ad Jeſum, qui eſt a Nazareth. 2) Ἰησοῦς, οῦ, ὁ, *Joſua*, qui Iſraëlitas in terram promiſſam duxit ſimulque Jeſum univerſi mundi ſervatorem typo repræſentavit.) Actor. 7, 45. Hebr. 4, 8. 3) Ἰησοῦς cognomine ἵππος occurrit Coloſſ. 4, 11.

Ἱκανὸς, ἡ, ὸν, 1) *Sufficiens idoneus*, aptus 2. Cor. 2, 16. 3, 5. 2. Tim. 2, 2. 2) *Dignus*. Matth. 3, 11. 8, 8. 1. Corinth. 15, 9. 3) *Sufficiens portio*, inde Marc. 15, 15. τὸ ἱκανὸν (ſc. μέρος) ποιῆσαι, ſatisfacere & Act. 17, 9. λαβόντες τὸ ἱκανὸν, quum accepiſſent ſatisfactionem. 2. Cor. 2, 6. 4) *Satis magnus, ſatis multus*, Matth. 28, 12. Luc. 7, 11. 12. 8, 27. 32. Actor. 20, 37. Hinc Luc. 23, 8. ἐξ ἱκανῶν (ſc. χρόνων, a multo tempore. Actor. 20, 11. ἐφ' ἱκανὸν (ſc. χρόνον) diu. 5) Luc. 21, 38. * ἱκανόν ἐστι, verte: *Abſurdum eſt*, quod profertis, definite tam inepta profari. Habet ſignificationem vocis hebraicæ דַּיִּךְ, ſufficit tibi, quæ a Judæis adhibetur, quoties ab altero abſurdum quid profertur, qui tacere potius debebat. Eodem modo habes 1. Regum 20, 11. ἱκανάσθω, ſufficiat tibi, vel paſſive, ſufficiatur: quæ vox ibi ſenſum bonum habet, ſed in authentico non legitur.

Ἱκανότης, ητος, ἡ, *Sufficientia*, (ab ἱκανός.) 2. Cor. 3, 5.

Ἱκανόω, ῶ, f. ώσω, *Idoneum, ſufficientem*, vel dignum *reddo*, (ab eodem.) 2. Cor. 3, 6. Coloſſ. 1, 12.

Ἱκετηρία, ας, ἡ, *Supplicatio*, i *deprecatio*, (ab ἱκέτης, ου, ὁ, ſupplex, qui humiliter & more ſervili aliquid orat.) Hebr. 5, 7.

Ἰκμὰς, άδος, ἡ, *Humor, ſuccus*. Luc. 8, 6.

Ἰκόνιον, ίου, τὸ, *Iconium*, urbs in confinio Lycaoniæ & Phrygiæ ſita. Actor. 13, 51. ubi vide Raphelium, 14, 1. 19. 21. 2. Tim. 3, 11.

Ἱλαρὸς, ὰ, ὸν, *Hilaris, lætus*, vox latina. 2. Cor. 9, 7.

Ἱλαρότης, ητος, ἡ, *Hilaritas*, (ab ἱλαρός.) Rom. 12, 8.

Ἱλάσκομαι, 1) *Propitio, placo*, Hebr. 2, 17. 2) Paſſ. propitior, placor. Luc. 18, 13. ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι ἁμαρτωλῷ, Deus ſis propitius mihi peccatori. Reſpicit vero voce hac ad Meſſiam omnibus propoſitum ἱλαστήριον.

Ἱλασμὸς, οῦ, ὁ, *Propitiatio*, (ab ἱλάσκομαι.) 1. Joann. 2, 2. Chriſtus eſt ἱλασμὸς pro peccatis noſtris: abſtractum pro concreto.

Ἱλαστήριον, ου, τὸ, 1) *Propitiatorium*, (ab ἱλάσκω, placo.) Vocabulum Hebræo-Græcum, quo LXX. Senes verterunt כַּפֹּרֶת. Exod. 25, 17. ſeqq. Erat autem illud operculum arcæ fœderis, in quo Deus ſe inter duos Cherubim manifeſtabat, & propitium oſtendebat: item coram quo in die expiationis ſummus ſacerdos populum placabat. Hebr. 9, 5. 2) Per Metaphoram Chriſtus, per quem propitiatio nobis obtingit, intelligitur. Rom. 3, 25.

Ἱλε-

Ἵλεως, ω, ὁ καὶ ἡ, 1) *Propitius*, facilis, *benignus*, (attice pro ἵλαος, α, idem.) Hebr. 8, 12. 2) Formula eſt averſantis. Matth. 16, 22. Ἵλεώς σοι, Κύριε, (ſc. ἔστω) propitius tibi ſis, Domine, h.e. parce tibi ipſi. Hebraice חָלִילָה. abſit. Sic vertit Symmachus 1. Sam. 20, 2. & 22, 15. Ἵλεώς σοι, LXX. μηδαμῶς σοι. 1. Maccab. 2, 21. Ἵλεως ἡμῖν καταλιπεῖν νόμον καὶ δικαιώματα, abſit a nobis, ut legem & ſtatuta divina relinquamus. Alia exempla habes 2. Sam. 20, 20. 23, 17. 1. Paral. 11, 19.

Ἰλλυρικόν, οῦ, τὸ, *Illyricum*, regio inter Pannoniam & mare Adriaticum ſita. Rom. 15, 9.

Ἱμάς, άντος, ὁ, *Lorum*, *corrigia*, habena. Marc. 1, 7. Actor. 22, 25. Joann. 1, 27. Non dignus ſum, ἵνα λύσω αὐτῷ τὸν ἱμάντα τῷ ὑποδήματος, ut ſolvam corrigiam calcei ejus, h.e. ut viliſſimo apud eum miniſterio fungar.

Ἱματίζω, f. σω, *Veſtio*, *amicio*, (ab ἱμάτιον.) Marc. 5, 15.

Ἱμάτιον, ίε, τὸ, 1) *Veſtimentum*, velamen, toga, (ab ἕννυμι, νυος, veſtis, quod ab ἕω, induo.) Matth. 9, 16. 11, 8. 17, 2. 2) in ſpecie: *Pallium* ſive *veſtis exterior*. Matth. 5, 40. 21, 7. 26, 65. Marc. 10, 50. Joann. 13, 4. 12. 19, 2. 5. Actor. 7, 58. 12, 8. 14, 14.

Ἱματισμός, οῦ, ὁ, *Veſtis*, (ab ἱματίζω.) Matth. 27, 35. Luc. 7, 25. 9, 29. Actor. 20, 33. 1. Tim. 2, 9.

Ἱμείρω & ἱμείρομαι, *Deſidero*, *cupio*, (ab Ἵμερος deſiderium, cupiditas.) Conſtruitur more verborum adfectuum cum Genitivo. 1. Theſſ. 2, 8.

Ἵνα, 1) VT, conjunctio cauſſalis. Matth. 9, 6. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ut vero ſciatis. ἵνα μὴ, ne. Matth. 7, 1. ἵνα μὴ κριθῆτε, ne judicemini. ἀλλ' ἵνα quid notet, vide ſupra ſub ἀλλά. 2) ITA VT. Luc. 9, 45. ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό, ita ut non ſentirent illud. Joann. 6, 11. ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ, ut quisque ipſorum parum quid ſumat. Gal. 5, 17. ἵνα μὴ, ἃ ἂν θέλητε, ποιῆτε, ut non, quæ vultis, faciatis. 3) De tempore adhibetur. Joann. 16, 2. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς &c. ſed venit hora, (ſ. tempus,) quo omnis &c. 1. Cor. 7, 29. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. Tempus brevi inſtat, (perſecutionis ſc.) quo, qui mulieres habent, erunt tanquam non habeant: nam tunc conjuges a ſe invicem diſpergentur. Et, qui ſuos lugent, non poterunt veſtes & alia lugubria ſumere, & ſic de reliquis. Adde Joann. 12, 23. 13, 1. 16, 32.

Ἱνατί vel ἵνα τί; *Quamobrem*? *quare*? Elliptica formula, pro τί γέγονεν, ἵνα; quid eſt quod? Matth. 27, 46. ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; cur me reliquiſti? Luc. 13, 7. ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; cur etiam terram inutilem facit?

Ἰόππη, ης, ἡ, *Joppe*, nomen urbis Palæſtinæ hebraicum, (a rad. יָפֶה pulcher fuit.) Actor. 9, 36. &c.

Ἰορδάνης, ου, ὁ, *Jordanes*, fluvius terræ Sanctæ. Matth. 3, 5. hebr. יַרְדֵּן, Vide Lightfooti Centuriam Chorographicam Matthæo præfixam c. 67. seqq.

Ἰός, οῦ, ὁ, 1) proprie *Missile*, *sagitta*, jaculum. 2) *Venenum*. Rom. 3, 13. Jacob. 3, 8. 3) *Rubigo metallorum*, præcipue æris, *ærugo*. Jacob. 5, 3.

Ἰουδαία, ας, ἡ, *Judæa*, regio, quam duæ tribus Juda & Benjamin, quæ alias domus Davidis adpellantur, incolebant. Matth. 2, 1.

Ἰουδαΐζω, f. ίσω, *Judaizo*, *judaice vivo*, (ab Ἰουδαῖος.) Gal. 2, 14.

Ἰουδαϊκὸς, ἡ, ὸν, *Judaicus*, (ab eodem. Tit. 1, 14.

Ἰουδαϊκῶς, adv. *Judaice*, (ab eodem.) Gal. 2, 14.

Ἰουδαῖος, αία, ὁ, 1) *Judæus*, unus ex posteris Israëlis. Matth. 28, 15. Marc. 7, 3. Luc. 7, 3. 23, 57. &c. Jonnn. 18, 35. μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; num ego Judæus sum? an putas, mea quicquam referre, sive tu Messias sis, sive minus? Gal. 3, 28. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, non est Judæus, neque Græcus, vide Ἕλλην. 2) Qui non tantum nomine est Judæus, sed, ut nominis ratio postulat, *veri Dei* & veræ religionis Judaicæ *confessor*. Rom. 2, 29. ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ (sc. ὢν) Ἰουδαῖος, sed qui in occulto est, verus Judæus est. Apoc. 2, 9. 3, 9. Adde Joann. 8, 31. Actor. 2, 5. Hac ratione Servator est βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, nempe spiritualis rex Judæorum fidelium. Matth. 2, 2. 27, 11. 29. 37. &c. Sic & a plurimis, præjudicio regni mundani præoccupatis, talis non judicatus fuerit.

Ἰουδαῖος, αία, αῖον, adj. *Judæus*, *Judaicus*. Marc. 1, 5. Joann. 3, 22. Actor. 16, 1. 24, 24.

Ἰουδαϊσμὸς, οῦ, ὁ, *Judaismus*, (ab eodem.) Gal. 1, 13. 14.

Ἰούδας, α, ὁ, *Judas*, nomen proprium hebraicum, (a יָדָה, confessus est.) 1) Fuit Patriarcha unus ex duodecim filiis Jacobi. Matth. 1, 2. per metonymiam intelliguntur posteri Judæ, Matth. 2, 6. Hebr. 7, 14. 8, 8. Apoc. 5, 5. 7, 5. 2) Judas Lebbæus Apostolus, cognomine Thaddæus, & consanguineus Domini nostri. Matth. 13, 55. Jud. v. 1. 3) Judas Iscariotes, proditor. Matth. 10, 4. 4) Judas cognomine Barsabas. Actor. 15, 22. 5) Duo ex majoribus Christi. Luc. 3, 26. 30. 6) Judas Galilæus, auctor seditionis inter Judæos. Act. 5, 37. Adde Josephum Antiqv. Jud. 18, 1. Postinum spicil. Evang. c. 24.

Ἰουλία, ας, ἡ, *Julia*, nomen mulieris. Rom. 16, 15.

Ἰούλιος, ίου, ὁ, *Julius*, centurio cohortis Italicæ. Actor. 27, 1.

Ἰουνίας, ου, ὁ, Nomen viri. Rom. 16, 7.

Ἴουστος, ίου, ὁ, 1) *Justus*, nomen viri Latinum. Act. 18, 7. 2) Cognomen Josephi cujusdam. Actor. 1, 23. item alicujus nomen Jesu gerentis. Coloss. 4, 11. Fuit hoc nomen Judæis non incognitum. In Breschit rabba sect. 6. fol. 7. 1. occurrit יוסטי חברא, Justus vir doctus.

Ἱππεὺς, έως, ὁ, *Eques*, plur. ἱππῆς, (ab ἵππος, equus.) Actor. 23, 23. 32.

Ἱπ-

Ἱππικός, ἡ, όν, *Equeſtris*, hinc τὸ ἱππικὸν (ſubintell. πλῆθος.) *Equitatus*, (ab ἵππος.) Apoc. 9, 16.

Ἵππος, ὁ καὶ ἡ, *Equus*, vel equa. Jacob. 3, 3. Apoc. 6, 2. 18, 13. καὶ ἵππων (ſc. τινός,) & equorum quosdam.

Ἶρις, ιδος, ιος, ἡ, *Iris, arcus cœleſtis.* Apoc. 4, 3. 10, 1.

Ἰσαὰκ, ὁ, *Iſaac*, nomen Patriarchæ hebraicum indeclinabile, (hebr. יִצְחָק, ridebit, a riſu matris.) Matth. 1, 2. Erat ſecundum promiſſionem genitus. Rom. 9, 7. Gal. 4, 28.

Ἰσάγγελος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, *Par angelis*, (ex ἴσος & ἄγγελος, angelus.) Luc. 20, 36.

Ἰσαχὰρ, ὁ, *Iſaſchar*, filius Jacobi ex Lea natus, hebr. יִשָּׂשכָר (a rad. שָׂכַר, mercede conduxit, quia Deus Leæ matri mercedem ex gratia præſtitit. Apoc. 7, 7.

Ἴσημι, *Scio*, novi, *cognoſco.* Actor. 26, 4. Hebr. 12, 17. ἴσθι, vide εἰμί.

Ἰσκαριώτης, ὁ, *Iſcariotes*, cognomen Judæ proditoris, (ab hebræo אִישׁ, vir & urbe קְרִיּוֹת, quæ occurrit Jerem. 48, 41. & Amos. 2, 2.) Matth. 10, 4. 26, 14.

Ἴσος vel ἶσος, η, ον, *Aequalis, par*, æquabilis. Matth. 20, 12. Marc. 14, 56. 59. Joann. 5, 18. Act. 11, 17. Apoc. 21, 16. Hinc τὸ ἴσον, ου, *æqualitas*, æqualis portio. Luc. 6, 34. & ἴσον adverb. *æqualiter.* Sic etiam ἴσα (pro κατ' ἴσα μέρη,) Philipp. 2, 6. τὸ εἶναι ἴσα τῷ Θεῷ, eſſe æqualiter cum Deo, h. e. æque ac Deus, i. e. ἐν ἴσοις μέρεσι σὺν τῷ Θεῷ.

Ἰσότης, ητος, ἡ, 1) *Aequalitas*, par conditio, parilitas, (ab ἴσος.) 2. Cor. 8, 13. 14. 2) *Aequitas.* Coloſſ. 4, 1.

Ἰσότιμος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, *Aeque pretioſus*, (ex ἴσος & τιμὴ honor, pretium.) 2. Petr. 1, 1.

Ἰσόψυχος, ὁ, ὁ καὶ ἡ, *Unanimus*, pari præditus animo, (ex ἴσος & ψυχὴ, anima.) Philipp. 2, 20.

Ἰσραὴλ, ὁ, 1) *Iſraël*, nomen hoc fuit impoſitum Jacobo, Patriarchæ, qui cum Deo luctatus fuerat, & eſt hebraicum, ex אֵל, Deus, & שַׂר, princeps:) metonymice omnes Judæi, ſive Iſraëlitæ, h. e. poſteri Jacobi, qui eccleſiam Judaicam in V. T. conſtituebant, hoc nomine comprehenduntur. Matth. 8, 10. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον, neque inter Judæos omnes tantam fidem inveni. cap. 9, 33. 10, 23. &c. Sic etiam nominantur, οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ. Matth. 27, 9. Luc. 1, 16. οἶκος Ἰσραὴλ. Matth. 10, 6. 15, 24. Act. 2, 36. 7, 42. Hebr. 8, 1. λαὸς Ἰσραὴλ, populus Iſraëliticus. Actor. 4, 10. 13, 24. ἡ γῆ Ἰσραὴλ, terra, in qua populus Iſraëliticus habitavit. Matth. 2, 20, 21. Et βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ eſt Chriſtus. Matth. 2, 6. 27, 42. Marc. 15, 32. Joann. 1, 49. 12, 13. qui alias dicitur βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Matth. 2, 21. 27, 11. 2) Ἰσραὴλ ſunt ii, qui fidem Iſraëlis ſ. Jacobi imitantur, vera in V. T. eccleſia Judaica, & vera in N. T. eccleſia chriſtiana,

Iſraël rechter Art, der aus dem Geiſt erzeuget ward. Matth. 2, 6. Luc. 1, 54. 2, 32. Joann. 1, 49. Actor. 5, 31. Rom. 9, 6. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, non enim omnes, qui ſunt ex Iſraël, (ſc. carne & generatione,) hi ſunt etiam Iſraël ſpiritu, veri Iſraëlitæ & ſectatores fidei Jacobi. cap. 11, 26. Gal. 6, 6. Epheſ. 2, 12. Hebr. 8, 8. 10. Apoc. 2, 14.

Ἰσραηλίτης, ου, ὁ, 1) *Iſraëlita.* Actor. 2, 22. ἄνδρες Ἰσραηλῖται, viri Iſraëlitici. cap. 3, 12. 5, 35. 13, 16. 21, 28. Rom. 9, 4. 11, 1. 2. Cor. 11, 22. 2) Verus Iſraëlita ſpiritu. Joann. 1, 47. ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι.

Ἵστάω, ῶ, vel ἵστημι, f. στήσω, 1) *Sto.* Matth. 12, 47. ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, ecce mater tua & conſanguinei tui foris ſtant: eſt Enallage temporis, perfecti pro præſente. Sic cap. 16, 28. 20, 6. Actor. 1, 11. Rom. 5, 2. Apoc. 3, 2. 5, 6. paſſivum Aor. 1. ἐστάθην, ſteti. Apoc. 8, 3. 12, 18. Imper. στῆθι. Actor. 26, 16. Jacob. 2, 3. Inf. σταθῆναι, Luc. 21, 36. Apoc. 6, 17. Partic. σταθεὶς. Luc. 18, 11. 40. 19, 8. Act. 2, 14. 5, 20. 11, 13. 17, 22. 25, 18. 27, 21. 2) *Perſiſto, ſubſiſto, ich ſtehe ſtille.* Matth. 2, 9. 20, 32. Luc. 7, 14. 8, 44. Act. 8, 38. 3) *Perſto, ſubſiſto, duro, ich beſtehe.* Matth. 12, 25. 46. Joann. 8, 44. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν. Actor. 26, 22. Rom. 5, 2. 11, 20. Epheſ. 6, 11. 13, 14. Coloſſ. 4, 12. ἵνα στῆτε τέλειοι. Coloſſ. 4, 12. 2. Tim. 2, 19. 4) *Stare facio, ſtatuo, ſiſto.* Matth. 4, 5. ἵστησιν αὐτόν. 18, 2. 25, 33. Marc. 13, 9. Joann. 8, 3. Act. 1, 23. 4, 7. 5, 27. 6, 6. 5) *Stabilio, firmum reddo,* confirmo. Matth. 18, 16. Rom. 3, 31. 10, 3. 14, 4. Hebr. 10, 9. 6) *Appendo, pondero,* quia libra erigitur & ſtat, qua ponderamus. Matth. 26, 15. ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια, ponderarunt, ſolverunt ipſi triginta argenteos. Exempla ex Xenophonte adfert Henr. Stephanus in Theſauro. Metaphorice, *imputo.* Actor. 7, 59. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, ne appendas vel imputes ipſis peccatum hoc. Integra phraſis eſt στῆσαι ἐν ζυγῷ, quod ſupplent LXX. Daniel. 5, 27. ἐστάθη ἐν ζυγῷ, appenſus eſt in ſtatera. Jobi 31, 6. ἔσαμαι ἐν ζυγῷ δικαίῳ, appenſus ſum in ſtatera juſta. Sirac. 21, 27. λόγοι φρονίμων ἐν ζυγῷ σταθήσονται, verba ſapientum ſtatera appendentur. Alia exempla habes Jeſa. 40, 12. Jerem. 32, 10.

Ἱστορέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Commemoro, memoriæ trado,* litteris prodo, (ab ἵστωρ, ορος, ſciens, peritus, ab ἴστημι ſcio. 2) *Inquiro, ſciſcitor.* 3) *Viſo.* Heſychius: ἱστορεῖ, ἐρωτᾷ, πύθεται, ὁρᾷ. eſt ergo ἱστορεῖν, quæ huc usque geſta ſunt, ſibi invicem narrare. Gal. 1, 18. ἱστορῆσαι Πέτρον, viſere Petrum.

Ἰσχυρὸς, ὰ, όν, 1) *Robuſtus, validus,* potens, fortis, vehemens, (ab ἰσχύς.) Matth. 12, 29. 14, 30. Hebr. 11, 34. compar. ἰσχυρότερος. Matth. 3, 11. 1. Cor. 1, 25. 10, 22. 2) *Gravis, magnus, vehemens.* Luc. 15, 14. 2. Cor. 10, 10. Hebr. 5, 7. 3) *Firmus, efficax.* Hebr. 6, 18.

Ἰσχὺς,

Ἰσχύς, ύος, ἡ, 1) *Robur*, vires, *potentia*, adhibetur potius de viribus mentis, quam corporis. Marc. 12, 30. diliges Deum ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σε, ex totis viribus tuis: confer 2. Reg. 23, 25. Epheſ. 1, 19. 6, 10. 2. Theſſ. 1, 9. 1. Petr. 4, 11. 2. Petr. 2, 11. 2) Eſt una ex Sephiroth, ſive adtributis divinis, hebr. גְּבוּרָה, Apoc. 5, 12. 7, 12.

Ἰσχύω, f. ύσω, 1) *Robuſtus ſum, potens ſum*, prævaleo, (ab ἰσχύς.) Matth. 9, 12. οἱ ἰσχύοντες, robuſti, i. e. ſani. Actor. 19, 16. ἴσχυσε κατ' αὐτῶν, prævaluit contra ipſos. v. 20. 2) *Valeo, poſſum*. Matth. 8, 28. 26, 40. Luc. 16, 3. Philipp. 4, 13. 3) *Valeo, polleo, proſum*. Matth. 5, 13. Gal. 5, 6. 6, 15. Hebr. 9, 17. Jacob. 5, 16.

Ἴσως, adv. 1) *Aequaliter, æque*, pariter, (ab ἴσος.) 2) *Fortaſſe, forſitan*. Luc. 20, 13.

Ἰταλία, ίας, ἡ, *Italia*. Act. 18, 2. 27, 1. 6. Hebr. 13, 24.

Ἰταλικός, ή, όν, *Italicus*. Actor. 10, 1.

Ἰτουραία, ας, ἡ, *Ituræa*, nomen regionis trans Jordanem. Luc. 3, 1.

Ἰχθύδιον, ίου, τὸ, *Piſciculus*, (diminutivum ab ἰχθύς.) Matth. 15, 34.

Ἰχθύς, ύος, ὁ, *Piſcis*. Matth. 7, 10. 14, 17. 15, 36. 17, 27. 1. Cor. 15, 39.

Ἴχνος, εος, τὸ, *Veſtigium*, metaphorice Rom. 4, 12. 2. Cor. 12, 18. 1. Petr. 2, 21. ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ, ut ſequamini veſtigia ejus, h. e. ut exemplum illius imitemini.

Ἰωάθαμ, ὁ, *Jotham*, nomen viri hebr. indeclinabile, Matth. 1, 9. hebr. יוֹתָם, Jotham, ex nomine divino, & תָּם, integer, perfectus.

Ἰωάννα, ης, ἡ, *Johanna*, nomen mulieris hebraic. (ſignif. gratioſa, a rad. חנן.) Luc. 8, 3. 24, 10.

Ἰωαννᾶς, ᾶ, ὁ, *Joannas*, nomen viri hebraicum (gratioſus, ab eodem.) Luc. 3, 27.

Ἰωάννης, ου, ὁ, *Joannes*. 1) Baptiſta, præcurſor Chriſti, qui in ſpiritu & virtute Eliæ inceſſit. Matth. 3, 1. 17, 13. 2) Evangeliſta & Apoſtolus, filius Zebedæi & frater Jacobi, qui hiſtoriam de vita Chriſti Evangelicam, tres epiſtolas, & Apocalypſin compoſuit. Matth. 4, 21. Marc. 10, 35. Apoc. 1, 1. 4. 3) Summus ſacerdos quidam. Act. 4, 6. 4) Alius cognomine Marcus. Actor. 12, 25. 13, 5.

Ἰώβ, ὁ, *Jobus*, nomen viri indeclinabile hebraicum. אִיּוֹב, Jacob. 5, 11. a rad. איב, deſideravit.

Ἰωήλ, ὁ, *Ioël*, nomen Prophetæ hebraicum indeclinabile. Act. 2, 16. ex nomine divino, & אֵל, Deus.

Ἰωνάν, ὁ, *Jonan*, nomen viri indecl. hebraic. Luc. 3, 30. idem quod ſequens.

Ἰωνᾶς, ᾶ, ὁ, *Jonas*, 1) Propheta. Matth. 12, 39. 16, 4. 2) Pa-

2) Pater Simonis Petri, piscator. Matth. 16, 17. Joann. 1, 42. 21, 15. Σίμων Ἰωνᾶ, (sc. τοῦ Ἰωνᾶ υἱὲ,) Simon Jonæ fili. hebr. יוֹנָה, denotat columbam.

Ἰωρὰμ, ὁ, *Joram*, nomen Regis indeclinabile hebraicum, (a Domino excelsus, ex יְהוָה & רָם excelsus.) Matth. 1, 8.

Ἰωρεὶμ, ὁ, *Jorim*, nomen viri indeclinabile hebraicum, hebr. יָרִים, exaltabit. Luc. 3, 29.

Ἰωσαφὰτ, ὁ, *Josaphat*, nomen regis pii indeclinabile hebraicum, (ex יהוה & שָׁפַט, judicavit.) Matth. 1, 8.

Ἰωσῆς, vel Ἰωσῆ, ὁ, Nomen viri indeclinabile hebr. יוֹשִׁיעַ, servabit, 1) unus ex consanguineis Domini nostri. Matth. 13, 55. 2) filius Eliesер. Luc. 3, 29. 3) cognomine Marcus, Cyprius. Actor. 4, 36.

Ἰωσὴφ, ὁ, *Joseph*, nomen viri indeclinabile hebr. (signif. addat, a radice יסף, collegit, addidit.) Septem hujus nominis in N. T. occurrunt, 1) Joseph, filius Jacobi, Patriarcha, Joann. 4, 5. Actor. 7, 9. Apoc. 7, 8. 2) Joseph filius Jonan. Luc. 3, 30. 3) Filius Judæ. Luc. 3, 26. 4) Filius Mattathiæ. Luc. 3, 24. 5) Joseph Mariæ matrimonio conjunctus & Christi nutritor. Matth. 1, 16. 18. 19. 2, 13. 19. 6) Joseph Arimathæus. Matth. 27, 57. 59. 7) Joseph, Barsabas in locum Judæ proditoris ad sortem positus. Actor. 1, 23.

Ἰωσίας, ου, ὁ, *Josias*, nomen Regis Israëlitici hebraicum, יאשיה. Matth. 1, 10.

Ἰῶτα, τὸ, *Jota*, est litterarum hebraicarum minima. Matth. 5, 18.

K.

Κἀγὼ, 1) *Et ego*, *etiam ego*, pro καὶ ἐγὼ, Matth. 2, 8. 10. 32. 11, 28. 2. Cor. 11, 22. Sic κἀμοὶ etiam mihi. Luc. 1, 3. Actor. 8, 19. 1. Cor. 15, 8. Et κἀμὲ, etiam me, Joann. 7, 28. 1. Cor. 16, 4. 2) Sic etiam ego, (vocabulo ἄτω deficiente) Joann. 6, 57. 10, 15. 15, 9. 17, 18. 20, 21.

Κατὰ, *Velut*, *sicut*, (ex κατὰ & ᾰ.) Matth. 27, 10. καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος, secundum ea, quæ præcepit mihi Dominus.

Καθαίρεσις, εως, ἡ, *Destructio*, *subversio*, demolitio, (a καθαιρέω.) adhibetur metaphorice 2. Cor. 10, 4. καθαίρεσις ὀχυρωμάτων, destructio munimentorum, h. e. fundamentorum & dogmatum, quæ falsi doctores suis doctrinis substruxerant.

Καθαιρέω, ῶ, aor. 2. καθεῖλον. 1) *Dejicio*. Luc. 1, 32. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, deposuit potentes de sede. Confer Elsnerum tom. 1. p. 174. Act. 13, 29. 2) *Deporto* de loco superiore. Marc. 15, 36. καθελεῖν αὐτὸν, ad deferendum illum de cruce. 3) *Everto*, *destruo*. Actor. 13, 19. 19, 27. ἡ μεγαλειότης καθαιρεῖται, magnificentia destruitur. 2. Cor. 10, 4. λογισμὸς καθαιροῦντες, destruentes illa ratiocinia, quæ contra Deum sunt.

Καθαί-

Καθαίρω, f. ἀρῶ, p. ᾱρκα, *Purgo, mundo.* Joann. 15, 2. Præt. paſſ. κεκαθαρμένος, purgatus, Hebr. 10, 2.

Καθάπερ, *Sicut, veluti,* (ex κατὰ & ἅπερ.) Rom. 4, 6. 12, 4. 2. Cor. 1, 14. 3, 13. 18. 8, 11.

Καθάπτω, f. ψω, *Attingo,* (ex κατὰ & ἅπτω, necto, vel ἅπτομαι, tango.) Act. 28, 3. καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, tetigit manum ejus.

Καθαρίζω, f. ίσω, 1) *Purgo,* purifico, *mundo,* (a καθαρός.) Luc. 11, 39. τὸ ἔξωθεν (μέρος) τοῦ ποτηρίου καθαρίζετε, externa calicis purgatis. 2) *Mundum pronuncio.* Act. 10, 15. ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, quæ Deus munda fecit & æſtimavit. 3) De cura lepræ. Matth. 8, 2. δύνασαί με καθαρίσαι, potes me mundare. 4) Metaphorice de ſanguine Chriſti, baptiſmo, fide, quæ ſingula nos ſuo modo puros conſtituunt. Actor. 15, 9. 2. Cor. 7, 1. Epheſ. 5, 26. Tit. 2, 14. 1. Joann. 1, 7. 9.

Καθαρισμὸς, ᾶ, ὁ, 1) *Purgatio legalis* ab immunditie, (a καθαρίζω.) Marc. 1, 44. Luc. 2, 22. 2) *Lotio.* Joann. 3, 25. ἐγένετο οὖν ζήτησις περὶ καθαρισμοῦ, oriebatur igitur quæſtio de baptiſmo. Utrum ſcilicet ille, quem & alii incipiebant, ceremonia eſſet divina, an vero humana? Confer c. 2, 6. 3) *Purificatio a peccatis* per Chriſtum. Hebr. 1, 3. 2. Petr. 1, 9.

Κάθαρμα, τος, τὸ, *Purgamentum,* (a καθαίρω, purgo.) Hinc τὰ καθάρματα, ων, homines viles & abjecti, ſacri & piaculares, qui morte ſua credebantur peccata totius urbis expiare. 1. Cor. 4, 13.

Καθαρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Purus, mundus,* (a καθαίρω.) de rebus materialibus. Matth. 23, 26. 27. 59. σινδόνι καθαρᾷ, in ſindonem nitidam. Apoc. 15, 6. καθαρὸς ποταμὸς, fluvius liquidus. 2) *Animo* ſ. ſpiritu *purus,* immaculatus peccato, ſanctus. Matth. 5, 8. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, beati ſunt mundi corde. Joann. 13, 10. ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες, vos vivitis in ſtatu regenerationis, ſed non omnes. c. 15, 3. Rom. 14, 20. Tit. 1, 15. Hebr. 10, 22. Jacob. 1, 27. Sic ἐκ καθαρᾶς καρδίας, ex puro corde. 1. Tim. 1, 5. 2. Tim. 2, 22. 1. Petr. 1, 22. & ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, in pura conſcientia. 1. Tim. 3, 9. 2. Tim. 1, 3. 3) *Licitum, permiſſum,* præcipue ad cibum. Luc. 11, 41. Rom. 14, 20. πάντα μὲν καθαρά, omnia licita ſunt. Tit. 1, 15. 4) *Innocens.* Actor. 20, 26. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων, innocens ego ſum a reatu omnium. cap. 18, 6.

Καθαρότης, ητος, ἡ, 1) *Puritas, nitor,* mundities. 2) Puritas, *innocentia,* (a καθαρός.) Hebr. 9, 13.

Καθέδρα, ας, ἡ, 1) Sella, ſedes, (ab ἕδρα ſedes.) Matth. 21, 12. 2) *Cathedra, ſuggeſtus,* Matth. 23, 2.

Καθέζομαι, f. καθεζήσομαι, *Sedeo,* (ex κατὰ & ἕζομαι, ſedeo.) Matth. 26, 55. Luc. 2, 46.

Καθεῖς, *Unusquisque ſigillatim, unus poſt alium.* Rom. 12, 5. ὁ δὲ καθεῖς ἀλλήλων μέλη ἐσμέν. Erasmus Schmidius in Concordantii:

dantiis legit καθ' εἷς, pro καὶ εἶτα εἷς, & postea unus vel singuli. Ego arbitror vocem esse Hellenisticam, quæ & alibi occurrit. Marc. 14, 19. ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ εἷς καθεῖς, cœperunt dicere ipsi unus post alium. Joann. 8, 9. ἐξήρχοντο εἷς καθεῖς, unus post alium. Sic in 3. Maccabæorum 5, 31. ὁ καθεῖς τῶν φίλων, unusquisque amicorum, unus post alium. Integra locutio est, ὁ εἷς καθ' ἕνα, singuli singulatim, alius post alium. Græci alias dicunt: καθ' ἕνα πάντες, & ultimo omisso, οἱ καθ' ἕνα. Aelianus V. H. 9, 19. Sic etiam LXX. Esra 6, 20. ἕως εἷς πάντες καθαροὶ, usque ad unum omnes erant mundi.

Καθεξῆς, adv. *Ordine, serie perpetua*, (sunt duo vocabula, quæ in unum coaluerunt, κατὰ & ἑξῆς, idem, ab ἔχομαι proxime sequor, cohæreo.) Luc. 1, 3. καθεξῆς σοι γράψαι, ordine tibi scribere. Luc. 8, 1. ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς (sc. ὄντι τῷ χρόνῳ,) accidebat sequenti tempore, h. e. postea, Actor. 3, 24. πάντες οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς (sc. ὄντων,) omnes prophetæ a Samuele & ordine sequentibus, cap. 11, 4. 18, 23.

Καθεύδω, 1) *Dormio*, (ex κατὰ & εὕδω, dormio.) Matth. 8, 24. 9, 24. 26, 40. 2) Per metaphoram, *Securus sum*. Matth. 13, 25. Ephes. 5, 14. 1. Thess. 5, 6.

Καθηγητὴς, οῦ, ὁ, 1) *Dux viæ*, (a καθηγέομαι, dux sum, duco, præeo, ex κατὰ & ἡγέομαι, duco.) 2) *Doctor, præceptor*, Matth. 23, 8. 10.

Καθῆκον, οντος, τὸ, *Conveniens, decens*, (a καθήκω convenio, pertineo. Hinc καθῆκε μοι imperf. convenit mihi, consentaneum est mihi, officii mei est, partium mearum est, ex κατὰ & ἥκω, accedo.) Actor. 22, 22. Rom. 1, 28. ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, facere, quæ non decent.

Κάθημαι, 1) *Sedeo*, (ex κατὰ & ἧμαι, sedeo.) Matth. 9, 9. 11, 16. 13, 1. 2. &c. cap. 22, 44. κάθου ἐκ δεξιῶν μου, sede a dextris meis. 2) *Habito*, hebraice יָשַׁב, Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. 21, 35. Apoc. 17, 1. 9.

Καθ' ἡμέραν, (subaudi ἑκάστην,) *Quotidie*, in dies, singulis diebus. Matth. 26, 55. Luc. 16, 19. additur Hebr. 3, 13. καθ' ἑκάστην ἡμέραν, & Act. 17, 17. κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. Τὸ καθ' ἡμέραν (sc. μέρος τῆ χρόνε) idem significat. Luc. 11, 3. 19, 47. Act. 17, 11.

Καθημερικὸς, ἡ, ὸν, *Quotidianus*, diurnus, (a καθ' ἡμέραν.) Actor. 6, 1.

Καθίζω, f. σω, 1) *Sedere facio*, seu jubeo, *colloco, constituo*, (ex κατὰ & ἵζω, sedere facio.) Act. 2, 30. Deus Davidi promisit, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τὸ θρόνε αὐτοῦ, se ex fructu lumborum ejus collocaturum (aliquos) in thronum ejus. Sic & 2. Paral. 23, 20. 1. Cor. 6, 4. τέτες καθίζετε, hos constituitis judices. Nam judicis sedere est. Vide Elsnerum, tom. 2. Obs. sacr. p. 93. 2) *Sedeo, colloco me*. Commode enim dici potest: καθίζειν ἑαυτὸν, Matth. 5, 1. 13, 48. 19, 28. Marc. 11, 7. Luc.

Luc. 4, 20. Apoc. 20, 4. καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς (sc. τινές,) & vidi thronos, & collocarunt se super illos quidam. Actor. 2, 3. ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν (sc. τὸ πῦρ,) & considebat super unumquemque ignis. Alii, ut Glassius, Spiritum S. intelligunt, sed hoc agitur verbis paullo sequentibus. Act. 13, 14. καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐκάθισαν: & ingressi in Synagogam die Sabbati se collocarunt, sc. ad docendum, unde frequens est Talmudistis יחיב, consedit, quod hebr. est ישב. Hebr. 1, 3. Christus ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης, ad dextram magnificentiæ. Alia exempla habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 417. 3) *Maneo, commoror*, יָשַׁב, Lucæ 24, 49. Act. 18, 11. ἐκάθισεν ἐνιαυτὸν, permansit per annum.

Καθίημι, *Demitto*, (ex κατὰ & ἵημι, mitto.) Luc. 5, 17. Act. 9, 25. Pass. καθίεμαι, demittor. Act. 10, 11. 11, 5.

Καθίστημι, f. καταστήσω, 1) *Constituo, colloco*, (ex κατὰ & ἵστημι, sisto.) Act. 17, 15. οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, illi vero, qui constituebant Paullum (sc. in tutum.) Hebr. 5, 1. 8, 3. 2) *Efficio, reddo*. 2. Petr. 1, 8. Pass. καθίσταμαι, *fio, sum*. Rom. 5, 19. ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, peccatores constituti sunt multi. Jacob. 3, 6. 4, 4. 3) *Præficio*. Matth. 25, 21. ἐπὶ πολλὰ vel πολλῶν σε καταστήσω, super multa te præficiam. Act. 7, 10. κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον, constituit ipsum ducem.

Καθό, 1) *Sicut*, (ex κατὰ & ὅ,) Rom. 8, 26. καθὸ δεῖ, sicut oportet. 2) *In quantum quatenus*. 2. Cor. 8, 12. καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, secundum quod aliquis habet.

Καθόλα, vel καθ' ὅλα (sc. χρόνα sive μέρας,) omni tempore, omni ex parte, (ex κατὰ & ὅλος, totus.) *Prorsus, omnino, penitus*. Actor. 4, 18. παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλα μὴ διδάσκειν, indicarunt ipsis, ne omnino docerent.

Καθοπλίζω, f. σω, *Armo*, (ex κατὰ & ὁπλίζω idem.) Luc. 11, 21.

Καθοράω, ῶ, 1) *Despicio*, deorsum adspicio. 2) *Perspicio, animadverto*, (ex κατὰ & ὁράω, intueor.) Rom. 1, 20.

Καθότι, 1) *In quantum, prout*, (ex κατὰ & ὅ, τι, subintellige autem μέρος.) Actor. 2, 45. 4, 35. 2) *Eo quod, siquidem*. Luc. 1, 7. 19, 9. Actor. 2, 24.

Καθὼς, adv. 1) *Sicut, velut*, (ex κατὰ & ὡς, sicut. Matth. 21, 6. καὶ ποιήσαντες, καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, & fecerunt, sicut præcepit ipsis Jesus. cap. 26, 24. 28, 6. Marc. 4, 33. 9, 13. 11, 16. 14, 16. 21. &c. 2) *Cum*. Act. 7, 17. καθὼς δὲ ἤγγισεν ὁ χρόνος, cum autem adpropinquavit tempus. 2) *Quomodo, qua ratione*. Actor. 15, 14. 1. Cor. 1, 6. 3. Joann. v. 3.

Καὶ, 1) ET: occurrit infinitis locis.

2) ET ID, & id quidem. 1. Cor. 3, 5. καὶ ἑκάστῳ, & id quidem, sicut unicuique Deus dedit. Hebr. 10, 25. καὶ τοσούτῳ, & id quidem tanto magis, quanto propiorem esse videtis horam.

3) ET

3) ET PRAECIPVE. Marc. 16, 7. Dicite discipulis ejus, καὶ τῷ Πέτρῳ, & præcipue Petro. Joann. 10, 33. περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ποιεῖς σεαυτὸν θεὸν, propter blasphemiam, & quod temet ipsum Deum facis. Actor. 1, 14. σὺν γυναιξὶ, καὶ Μαρίᾳ, cum mulieribus, & præcipue Maria. Sic c. 13, 27. 1. Cor. 9, 5. καὶ τᾶτο. Rom. 13, 11. Hebr. 11, 12.

4) AN. Actor. 23, 3. καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με; an tu hic sedis, judicans me?

5) ETIAM. Matth. 10, 30. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσὶν, vobis vero etiam capilli capitis vestri sunt numerati. cap. 15, 16. καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; an etiam vos imprudentes estis? Joann. 8, 19. εἰ ἐμὲ ἤδειτε, καὶ τὸν πατέρα μᾶ ἤδειτε ἄν, si me nossetis, etiam Patrem meum nossetis.

6) IMO, QVINIMO. Joann. 4, 23. 5, 25. venit tempus, καὶ νῦν ἐστι, imo jam adest.

7) INSVPER, PRAETEREA. Vide infra in καὶ δέ.

8) POSTEA, ET POSTEA. Joann. 7, 33. Adhuc exiguum tempus sum vobiscum, καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, & post abeo ad eum, qui misit me. 1. Cor. 7, 5. καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, & postea rursum simul convenite. Hebr. 6, 6. καὶ παραπεσόντας, & postea lapsos.

9) PRAECIPVE, supra n. 3.

10) QVAMVIS, in his compositis. Matth. 26, 33. εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, quamvis omnes offendantur in te. Hebr. 12, 17. καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτὴν, quamvis cum lacrymis illam (benedictionem) rogaverit. Joann. 4, 2. καί τοι γε Ἰησᾶς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, quamvis Jesus ipse non baptizavit.

11) SED, VERVM. Matth. 11, 17. ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, tibia cecinimus vobis, sed non saltastis. ibid. v. 19. καὶ ἐδικαιώθη, verum justa pronunciata est sapientia. cap. 16, 18. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, verum super hac petra ædificabo ecclesiam. cap. 12, 39. καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, verum signum non dabitur ei. cap. 13, 22. 16, 4. 22, 3. 23, 37. & alibi pluries. Adde Elsnerum tom. 1. Obs. sacr. p. 313.

12) SIC. Matth. 6, 10. ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, sicut in cœlo, sic etiam in terra. Actor. 7, 51. ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς, sicut patres vestri, sic etiam vos. Gal. 1, 9. ὡς προείρηκα ὑμῖν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω, quemadmodum prædixi vobis, sic jam rursus dico. 1. Joann. 4, 17. καὶ ἡμεῖς ἐσμεν, sic etiam nos sumus.

13) TAMEN, ET TAMEN. Matth. 6, 26. καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν τρέφει αὐτὰ, & Pater vester nutrit eas. c. 10, 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, & tamen unus eorum non cadit in terram. Joann. 3, 19. καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι, & tamen amarunt homines tenebras plus, quam lucem. Plura habet Elsnerus tom. 1. p. 293.

14) TVNC, ET TVNC. Matth. 5, 15. καὶ λάμπει, & tunc lucet

lucet omnibus, qui in domo sunt. cap. 6, 33. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν, & tunc hæc omnia adjicientur vobis. c. 25, 27. Luc. 2, 15. Act. 2, 38. 2. Cor. 13, 11. Adde Elsnerum tom. 1. p. 141.

15) INTERROGAT nonnunquam. Marc. 10, 26. καὶ τίς δύναται σωθῆναι; & quisnam potest salvari? Vide rursus Elsnerum tom. 1. p. 154.

16) REDVNDAT. 2. Cor. 1, 3. θεὸς καὶ πατὴρ, Deus Pater. Matth. 4, 16. ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, in regione umbræ mortis. Act. 23, 6. περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως, de spe resurrectionis. Rom. 1, 5. χάριν καὶ ἀποστολήν, gratiam Apostolatus. 1. Cor. 11, 7. εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ, imago glorioſa Dei. Ephes. 5, 5. Χριστοῦ καὶ τοῦ θεοῦ, Christi, qui est Deus.

17) OMITTITVR. Matth. 8, 4. ὕπαγε, δεῖξον, abi & ostende te sacerdoti. 1. Cor. 15, 20. ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ ἐγένετο, excitatus est ex mortuis, & primitiæ factus est dormientium.

Καὶ δὲ, *Præterea vero.* Act. 5, 32. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, insuper quoque Spiritus Sanctus. 2. Tim. 3, 12. καὶ πάντες δὲ, & omnes insuper. Plura ex profanis habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 462.

Καὶ ἤ, pro *potius quam.* Matth. 9, 13. ἔλεον θέλω καὶ ἤ θυσίαν, misericordiam volo potius, quam sacrificium. Joel 2, 13. Scindite corda vestra, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν, potius quam vestes vestras. Est ex hebraismo.

Καϊάφας, α, ὁ, *Caiaphas*, nomen summi sacerdotis hebraicum, Matth. 26, 3. 57. Joann. 11, 49. 18, 13. &c. Auguror idem esse quod כֵּיפָא, *petram*, pronunciatione tantum aliquo modo immutata.

Κάϊν, ὁ, *Cain*, nomen filii Adami hebraicum indecl. Hebr. 11, 4. 1. Joann. 3, 12. Judæ v. 11. a קָנָה, possedit. Gen. 3, 2.

Καϊνάν, ὁ, *Cainan*, nomen proprium indeclinabile hebraicum. Duorum diversorum fit mentio Luc. 3, 36. 37. ab eadem radice. Vide Crenium Animadv. Philol. part. 16. p. 58.

Καινός, ἡ, ὸν, 1) *Novus.* Matth. 9, 17. 13, 52. 26, 29. 27, 60. &c. ἡ καινὴ διαθήκη novum fœdus s. testamentum. Matth. 26, 28. 2. Cor. 3, 6. Hebr. 8, 8. 9, 15. ἐντολὴ καινή. Joann. 13, 34. ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, mandatum novum do vobis. Amor aliorum hominum proprie non est mandatum novum, a Christo tamen commode ita dicitur, quia illud præceptum a spuria explicatione antiquorum Rabbinorum vindicaverat, & quasi innovaverat. Exempla vide Matth. 5, 5. 21. 27. 31. 33. 38. 43. 2) *Peregrinus, inusitatus, incognitus.* Marc. 1, 27. τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; quæ doctrina peregrina hæc est? Act. 17, 19. 1. Joann. 2, 7. 2. Joann. v. 5. Marc. 16, 17. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς, linguis loquentur novis, h. e. quibus antea nondum usi sunt. 3) *Regeneratus, renovatus* spiritu, inde καινὴ κτίσις, nova creatura, s.

novus homo, i. e. ad novam mentem & vitam regeneratus. 2. Cor. 5, 17. Gal. 6, 15. Vide sub κτίσις. καινὸς ἄνθρωπος, eadem phrasis, Ephes. 2, 15. 4, 24. Sic quidem suo modo apud Aeschinem Socraticum Dial. 3, 18. καὶ γέγονα καινὸς, alius plane homo factus sum, h. e. mentem & cogitationes prorsus immutavi.

Καινότης, ητος, ἡ *Novitas*, (a καινός.) Rom. 6, 4. ἐν καινότητι ζωῆς, in novitate vitæ, i. e. vita nova, quæ veteri homini contradistinguitur. cap. 7, 6. Deo servimus ἐν καινότητι πνεύματος, h. e. mente prorsus innovata, quæ non tam litteram legis, sed potius sensus illius interiores sequitur.

Καίπερ, conj. *Etsi, quamvis*, (ex καὶ & περ.) Philipp. 3, 4. Hebr. 5, 8. 7, 5. 12, 17.

Καιρὸς, οῦ, ὁ, 1) *Tempus*. Matth. 11, 25. 12, 1. 13, 30. 14, 1. 24, 45. ἐν καιρῷ sub. ἰδίῳ, tempore justo. 2) *Pars temporis*, sive articulus, vel etiam momentum temporis. Luc. 8, 13. 19, 44. eo quod non cognovisti τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σε, tempus visitationis tuæ. Act. 1, 7. Gal. 4, 10. 1. Thess. 2, 17. 5, 1. 1. Tim. 4, 1. ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, quia in novissimis temporibus descisscent quidam a fide. Hebr. 11, 11. 1. Petr. 1, 11. Apoc. 12, 14. 3) *Tempus oportunum* & constitutum, temporis oportunitas. Matth. 8, 29. πρὸ καιροῦ, ante tempus constitutum. cap. 21, 34. Cum autem adpropinquasset, ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, tempus constitutum fructuum. c. 24, 45. 26, 18. Joann. 5, 4. Act. 13, 11. 24, 25. Rom. 12, 11. Gal. 6, 9. 10. ἄρα ἐν ὡς καιρὸν ἔχομεν, nempe igitur dum tempus oportunum habemus. Apoc. 1, 3. 11, 18. 12, 12. 22, 10. 4) *Tempora Messiæ*. Marc. 1, 15. πεπλήρωται ὁ καιρὸς, impletum est tempus. Conf. Luc. 21, 8. Sic & in plurali, Matth. 16, 3. 5) καιροὶ καρποφόροι, *tempestates* frugiferæ. Act. 14, 17.

Καῖσαρ, αρος, ὁ, *Cæsar*, initio fuit cognomen Julii Cæsaris, deinde omnium Imperatorum Romanorum. Matth. 22, 17. 21. Luc. 2, 1. 3, 1. Act. 11, 28. Phil. 4, 22.

Καισάρεια, ας, ἡ, nomen urbis geminæ, quarum prior olim dicta fuit *Paneas*, deinde vero Cæsarea Philippi, quia Philippus Tetrarcha nomen illius in honorem Tiberii Cæsaris immutavit. Matth. 16, 13. Altera est Cæsarea Palæstinæ, ad mare mediterraneum, olim *Bethsan* & *Turris Stratonis*. Act. 8, 40. Evolve Lightfootum & Relandum.

Καίτοι, καί τοίγε, conjunct. *Quanquam*. Joann. 4, 2. Act. 14, 17. 17, 27. Hebr. 4, 3.

Καίω, f. αὑσω vel καύσομαι, *Accendo, uro*. Matth. 5, 15. Pass. καίομαι, accendor, *ardeo, uror*, Luc. 12, 35. Joann. 5, 35. 15, 6. &c. mons Sinai erat κεκαυμένος πυρὶ, accensus igne, h. e. ardens. 1. Cor. 13, 3. Et si tradam corpus meum, ἵνα καυθήσομαι, ut urar. 2) Metaph. de gaudio & summa delectatione. Luc. 24, 32. οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; annon cor nostrum erat ardens in nobis? nam varii adfectus tunc ibi sese prodebant. Illustrat hæc ex profanis Elsner. tom. 1. Obs. sacr. p. 287.

Κἀκεῖ,

Κἀκεῖ, *Et ibi, etiam ibi,* (ex καὶ & ἐκεῖ, istic, ibi.) Matth. 5, 23. 10, 11. Marc. 1, 35. 38.

Κἀκεῖθεν, adv. 1) *Et illinc,* (ex καὶ & ἐκεῖθεν, illinc.) Marc. 10, 1. Act. 7, 4. 14, 26. 20, 15. 2) *Et inde, & ex eo tempore.* Actor. 13, 21.

Κἀκεῖνος, άνη, ον, *Et ille, etiam ille,* (pro καὶ ἐκεῖνος.) Matth. 15, 18. 20, 4. 23, 23.

Κακία, ας, ἡ, 1) *Malitia,* malignitas, *peccatum,* scelus, (a κακός.) Act. 8, 22. Rom. 1, 29. 1. Cor. 5, 8. ζύμη κακίας καὶ πονηρίας, fermentum malitiæ & nequitiæ. cap. 14, 20. τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, malitiæ pueri estote, h. e. infirmi, &c. 2) *Incommodum, molestia,* Matth. 6, 34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, sufficit diei molestia ipsius. Exempla alia habet Pfochenius Diatr. §. 53. Jonæ 1, 7. 3, 10.

Κακοήθεια, ας, ἡ, *Prava consuetudo, malignitas,* (ex κακὸς & ἦθος mos.) Rom. 1, 29.

Κακολογέω, ῶ, f. ήσω, *Maledico, obtrecto,* (ex κακὸς & λέγω, dico.) Construitur cum accusativo. Matth. 15, 4. Marc. 9, 39. Actor. 19, 9.

Κακοπάθεια, είας, ἡ, Vexatio, *Molestia, ærumna,* calamitas, (a κακοπαθέω.) Jacob. 5, 10.

Κακοπαθέω, ῶ, f. ήσω, *Mala patior,* adflictus sum, *tolero adversa,* vexor, (ex κακὸς & πάθος, adfectus, quod est a πάσχω, patior.) 2. Tim. 2, 3. 9. 4, 5. Jacob. 5, 13. Proprie est vocabulum militare: militum quippe est, variis molestiis adsuescere, quales sunt fames, sitis, vigiliæ, labores & dolores. Utitur aliquoties Arrianus, & tamen ea loca omisit Raphelius: lib. 1. p. 42. edit. Blancardi: ἀλλὰ τῷ πλήθει πολὺ ἐλαττόμενοι Μακεδόνες ἐκακοπάθησαν ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ, sed Macedones, numero longe inferiores, primo statim congressu non parum damni acceperunt. lib. 2. p. 131. ἀπὸ τῶν τειχῶν, ὑψηλῶν ὄντων, ἐκακοπάθησαν, ab altis muris petiti & missilibus conjecti, non parum damni patiebantur: lib. 3. p. 194. ἀπέθανον ἵπποι ἐκ τῆς κακοπαθείας τῆς ἐν τῇ διώξει, perierunt equi ex nimia in persequendo defatigatione: lib. 4. p. 288. ξυνέβη τε χειμῶνι κακοπαθῆσαι αὐτῷ τὴν στρατιὰν, accidit, ut exercitus ab hieme multum pateretur. Adde lib. 6. p. 425. 435. Ælianum V. H. 2, 28. Porphyrium de vita Pythagoræ n. 8. Hombergium in Parergis sacris. Symmachus Psalm. 127, 2. οἱ ἐσθίοντες τὸν ἄρτον κακοπαθέμενον, qui manducatis panem male affectum: in hebr. est. עִצְּבִים, dolorum. Idem Genes. 3, 17. ἐν κακοπαθείᾳ φάγῃ αὐτὴν, in ærumna comedes eam, terram scil. h. e. proventum ejus. Idem Psalm. 12, 5. διὰ κακοπάθειαν πτωχῶν, propter ærumnam pauperum: hebr. שֹׁד, devastationem. 2. Maccab. 2, 26. 27. κακοπάθεια denotat laborem scriptoris, laborem eruditum perferentis. Sic Jonæ. 4, 10. tu doles colocynthem, ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας, quam non effecisti.

Κακοποιέω, ῶ, f. ήσω, 1) in genere, *Male ago*, atque sic quoduis peccatum comprehendit, (ex κακὸς & ποιέω, facio.) 1. Petr. 3, 17. 3. Joann. v. 11. 2) Specialem sensum habet, & denotat peccatum in proximum, cum nostro officio desumus alteri. Significat ergo: beneficium omittere, immisericordem esse. Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. ἔξεστι τῇς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; an licet Sabbathis bona facere, an vero omittere? nam sermo in antecedentibus erat de animante, quod in foveam inciderat, & de homine, qui curari non debebat.

Κακοποιὸς, ὁ, ἡ, *Maleficus*, malis adficiens, (ex iisdem.) Joann. 18, 30. 1. Petr. 2, 12. 14. 3, 16. 4, 15.

Κακὸς, ἡ, ὸν, 1) *Malus*, improbus, nequam. Matth. 21, 41. 24, 48. * ὁ κακὸς δοῦλος, servus malus, qui tanquam malus viliori pretio emtus est. 2) *Infaustus*, pernicioſus, adversus. Luc. 16, 25. Λάζαρος τὰ κακὰ ἀπέλαβεν, Lazarus mala (h. e. adversa,) dum vixit, passus est. Actor. 16, 28. 28, 5. Apoc. 16, 2. ἕλκος κακὸν καὶ πονηρόν, ulcus malum & noxium. 3) τὸ κακὸν, substantive, scil. πρᾶγμα. Matth. 27, 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; quid autem mali fecit? Rom. 12, 21. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, nemini malum pro malo reddentes.

Κακοῦργος, ὁ, ἡ, *Maleficus*, sceleratus, facinorosus, (ex κακὸς & ἔργον, opus.) Luc. 23, 32. 2. Tim. 2, 9.

Κακοχέω, ῶ, f. ήσω, *Male habeo*, *male tracto*, (ex κακὸς & ἔχω, habeo.) inde κακοχύμενος, qui male habetur. Hebr. 11, 37. 13, 3.

Κακόω, ῶ, fut. ώσω. 1) *Vexo*, malo s. *damno adficio*, *male tracto*. Actor. 7, 6. 19. 12, 1. κακώσαι τινας (sc. ἕνεκα) vexandi caussa aliquos. cap. 18, 10. 1. Petr. 3, 13. 2) *Male affectum reddo*, *irrito*. Actor. 14, 2. ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν, male affectas reddiderunt animas gentium contra fratres, h. e. Christianos. Ita etiam adhibet Pollux 3, 47.

Κακῶς, adv. *Male*, *improbe*, *perperam*, (a κακὸς.) Joann. 18, 13. Actor. 23, 5. Jacob. 4, 3. inde οἱ κακῶς ἔχοντες (sc. ἑαυτὸς,) qui se male habent, i. e. ægroti. Matth. 4, 24. 8, 16. &c.

Κάκωσις, εως, ἡ, *Vexatio*, *adflictio*, infestatio, (a κακόω.) Actor. 7, 34.

Καλάμη, ης, ἡ, *Stipula*, (a κάλαμος.) 1. Cor. 3, 12.

Κάλαμος, άμου, ὁ, 1) *Calamus*, *arundo*. Matth. 11, 7. 12, 20. 27, 29. 48. 2) *Calamus scriptorius*. 3. Joann. v. 13. 3) *Virga geometrica*. Apoc. 11, 1. 21, 15. 16.

Καλέω, ῶ, f. έσω, & ήσω, 1) *Voco*, *nomino*. Matth. 1, 21. 23. 25. 10, 25. &c. 2) *Advoco*, voco ad me. Matth. 2, 7. 15. 4, 21. 20, 8. 22, 3. 25, 14. Luc. 19, 13. Actor. 4, 18. 24, 2. Rom. 4, 17. καλεῖ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, Deus advocat, quæ non sunt, tanquam si sint; quæ res potentiam Dei summam indigitat. 3) *Invito ad cœnam*, prandium, nuptias, i. e. invito. Matth. 22, 3. 4. 8. 9. Luc. 7, 39. 14, 7. 8. seqq. Joann. 2, 2. 1. Cor. 10, 27.

Apoc.

Apoc. 19, 9. 4) Usurpatur de vocatione Dei per verbum facta ad homines. Matth. 9, 13. Rom. 8, 30. 9, 11. 24. 1. Cor. 1, 9. 7, 15. seqq. 5) καλέομαι, passive, *Vocor*, i. e. *sum*. Matth. 5, 9. υἱοὶ Θεȣ̃ κληθήσονται, filii Dei vocabuntur, i. e. erunt, sic v. 19. 21, 13. Marc. 11, 17. Luc. 1, 32. 35. 76. 2, 23. Rom. 9, 7. Hebr. 3, 13. Jac. 2, 23. Apoc. 11, 8. 19, 11. 13. Adde Drusium Miscell. 1, 5. & ad 1. Joann. 3, 1. Theod. Grævium ad Callimachum hymno in Jovem v. 20. Wolfium ad Libanii epist. 30. p. 70. 71.

Καλλιέλαιος, αίȣ, ὁ, *Olea frugifera*, (ex καλὸς & ἐλαία, olea.) Rom. 11, 24.

Κάλλιον, *Melius*, comparativus, gen. neutrius, a καλὸς, adverbialiter usurpatur. Act. 25, 10.

Καλοδιδάσκαλος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, honestatis magister, a, *Honesta docens*, (ex καλὸς & διδάσκαλος, magister, doctor.) Tit. 2, 3.

Καλοὶ-λιμένες, *Bonus portus*, Act. 27, 8. locus in insula Creta, καλὴ ἀκτὴ Stephano, quia commodus est ad appellendum.

Καλοποιέω, ῶ, f. ήσω, *Benefacio*, bonum facio, (ex καλὸς & ποιέω, facio.) 2. Thess. 3, 13.

Καλὸς, ὴ, ὸν, 1) *Pulcher*, *formosus*, Matth. 13, 45. Luc. 21, 5. &c. 2) *Bonus*, *probus*. Matth. 5, 16. 7, 17. &c. inde καλὸν, bonum est. Rom. 14, 21. 1. Cor. 7, 1. 8. 26. & καλὸν, melius est. Matth. 18, 8. 9. 26, 24. 3) *Decens*, *laudabilis*, Matth. 15, 26. Exempla alia habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 107. 4) *Jucundus*, *suavis*. Matth. 17, 4.

Κάλυμμα, τος, τὸ, *Velamen*, *tegmen*, tegumentum, (a καλύπτω.) 2. Cor. 3, 13. 14. 15. 16.

Καλύπτω, f. ψω, 1) *Tego*, *operio*, *velo*. Matth. 8, 24. Luc. 8, 16. 23, 30. 2) Metaph. καλύπτειν πλῆθος ἁμαρτιῶν. 1. Petr. 4, 8. Jac. 5, 20. est peccata pauciora facere. 3) κεκαλύμμενον, occultum, h. e. incognitum. Matth. 10, 26. ȣ̓κ ἔστι κεκαλυμμένον, nihil est incognitum. 2. Cor. 4, 3.

Καλῶς, adv. *Pulchre*, *recte*, (a καλός.) Matth. 5, 44. 12, 12. 15, 7. Marc. 7, 9. καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τȣ̃ Θεȣ̃, pulchre abrogatis mandatum Dei. Ironice. 2. Cor. 11, 4.

Κἀμὲ, vide in Κἀγώ.

Κάμηλος, ȣ, ὁ, *Camelus*. Matth. 3, 4. ἀπὸ τριχῶν καμήλȣ, e pilis cameli. cap. 19, 24. εὐκοπώτερόν ἐστι, κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλȣ́σιον εἰς τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃ εἰσελθεῖν, facilius est, ut camelus per foramen acus pertranseat, quam dives in regnum Dei ingrediatur. Κάμηλος hoc loco non est funis nauticus, ut aliqui volunt, quam significationem nusquam invenies: sed camelus animal. Nam erat proverbium inter Judæos: Galilæus vecors, (quorum natio tunc temporis contemtim habebatur) camelum per acus foramen pellit. Vide Lightfooti Horas Hebraicas, Vorstium de adagiis N. Test. cap. 3. Bochartum Hierozoico tom. 1. lib. 2. c. 5. Inde Servator rem

difficilem hac loquendi forma inter ipsos consueta, proponit. Matth. 23, 24. κάμηλον καταπίνειν, camelum deglutire; proverbium de Pharisæis, qui res maximi momenti tanquam minimas existimant.

Κάμινος, ίνε, ὁ καὶ ἡ, *Caminus, fornax.* Matth. 13, 42. 50. εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός, in fornacem ignis, i.e. igneum. Apoc. 1, 15. 9, 2.

Καμμύω, f. ύσω, *Conniveo, oculos claudo,* aor. 1. ἐκάμμυσα, (ex κατὰ & μύω, oculos claudo.) Matth. 13, 15. Act. 28, 27. καταμύειν ὀφθαλμούς, habet Philostratus, observante Elsnero. Adde Jo. Alberti Observ. Philol. p. 97.

Κάμνω, f. καμοῦμαι, p. κέκμηκα, 1) *Lassesco, defatigor, deficio.* Hebr. 12, 3. ἵνα μὴ κάμητε, ne lassi fiatis, ne deficiatis. Apoc. 2, 3. 2) *Aegroto, morbo laboro,* Jacob. 5, 15.

Κάμπτω, f. ψω, *Flecto,* inflecto, incurvo, Rom. 11, 4. 14, 11. Ephes. 3, 14. Phil. 2, 10. πᾶν γόνυ κάμψῃ, omne genu flectat se.

Κἂν, 1) *Etsi, quamvis,* etiamsi, (ex καὶ & ἄν.) Matth. 21, 21. 26, 35. 2) *Vel, saltem,* Marc. 5, 28. 6, 56. Act. 5, 15. 3) *An forte,* si quidem. Luc. 13, 9. 4) *Et si, & quando,* pro καὶ ἐάν, Hebr. 12, 20. Marc. 16, 18.

Κανᾶ, ἡ, *Cana,* nomen urbis hebraicum indeclinabile. Joann. 2, 1. 4, 46.

Κανανίτης, ου, Agnomen Simonis Apostoli Hebraicum. Matth. 10, 4. Marc. 3, 18. notat autem æmulatorem, a rad. קָנָא, Zelotypus fuit, unde Luc. 6, 15. & Actor. 1, 13. dicitur Σίμων Ζηλωτής.

Κανδάκη, ης, ἡ, Candace, nomen omnibus Aethiopum reginis commune, ut Pharaonum, Seleucorum &c. Glassius Gramm. S. lib. 4. tract. 3. Obs. 16. col. 1358. Act. 8, 34.

Κανών, όνος, ὁ, 1) *Regula, norma:* metaph. Gal. 6, 16. Phil. 3, 16. στοιχεῖν τῷ κανόνι, incedere in regula, h. e. via recta tum doctrinæ, tum morum. 2) Certa aliqua *Quantitas.* 2. Cor. 10, 13. 15. 16. ubi Paullus dicit, se gloriari κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, secundum mensuram canonis, & ἐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι, non aliena, sed tantum sua, mensura. Nam Canon inter alia denotat certam aliquam quantitatem pecuniæ, frumenti, aut aliarum rerum exsolvendarum. Burmannus de vectigalibus c. 8.

Καπερναούμ, ἡ, *Capernaum,* nomen urbis Galilææ, in qua Servator habitavit, (vicus consolationis, ex כְּפַר, vicus, villa & נַחוּם quod nomen est proprium viri, a rad. נחם, consolari.) Matth. 4, 13. 8, 5. 11, 23. 17, 24.

Καπηλεύω, 1) proprie *Cauponor, cauponiam exerceo.* Quia autem caupones plerumque turpis lucri caussa potui, quem vendunt, aquam immiscent. (Jesa. 1, 22. οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, caupones tui vinum aqua miscent.) Per metaphoram notat 2) quæstum ex aliqua re facio. 2. Cor. 2, 17.

Οὐ

Οὐ ἐσμὲν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τ῀ Θε῀, non sumus, sicut multi cauponantes verbum Dei. Julianus Epist. 42. qui contra ac sentit, docet. Sic Lucianus in Nigrino p. 35. ed. Grævii καπηλεῖα vocat auditoria illorum Philosophorum, qui juventuti nescio quid proponunt, modo divitias consequantur. Adde Dilherrum Dispp. tom. 1. p. 286, 7. & Jo. Alberti Obs. Philol. p. 359. Apostolus ergo dicit, se non cauponiam exercuisse in verbo divino prædicando, seque ita gessisse, ut simul magnas opes & auctoritatem adquireret.

Καπνὸς, ῦ, ὁ, *Fumus*. Act. 2, 19. Apoc. 8, 4. 9, 2.

Καππαδοκία, ας, ἡ, *Cappadocia*, regio Asiæ. Act. 2, 9. 1. Petr. 1, 1.

Καρδία, ίας, ἡ, 1) *Cor*. 2) *Anima*. Nam quicquid de anima dici potest, id Judæi cordi tribuunt. In sacris ponitur pro animo, & continet intellectum, voluntatem, cogitationes, adfectus, conscientiam, omnesque animi cupiditates. Luc. 1, 17. ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων, ad convertendum mentes patrum ad filios. De intellectu. cap. 2, 51. revolvit verba illa ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, in corde suo. Joann. 12, 40. καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, & intelligant corde. De voluntate. Hebr. 3, 8. μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ne indurate corda vestra. 1. Joann. 3, 19. πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν, persuademus corda nostra. De conscientia, 1. Joann. 3, 20. ἐὰν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, si non damnat nos conscientia. Alia habet Elsn. tom. 1. p. 66. 67. 75. ἐξ ὅλης καρδίας. Marc. 12, 30. ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, Matth. 18, 35. est animo candido ac sincero. Pauca ex profanis habet idem Elsnerus 1. p. 158. Jo. Alberti Obs. Philol. p. 128. καρδία τελεία, cor perfectum, h. e. mens sincera. 1. Reg. 15, 14. 3) Tribuitur Deo, & significat *voluntatem, sensum*. Act. 13, 22. Δαεὶδ - ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Davidem - virum secundum cor meum, i. e. secundum sensum & voluntatem meam. 4) *Pars interior*. Matth. 12, 40. ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, in medio terræ. Sic Psalm. 46, 2. καρδία θαλασσῶν, cor marium.

Καρδιογνώστης, ου, ὁ, Qui corda novit, *Cordium scrutator*, (ex καρδία & γινώσκω, cognosco.) Act. 1, 24. 15, 8.

Καρπὸς, ῦ, ὁ, 1) *Fructus*, ut arborum, plantarum & terræ. Matth. 7, 17. 18. &c. 2) Fructus corporis, h. e. *Liberi*, Luc. 1, 42. ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, fructus corporis tui. Sic Act. 2, 30. ἐκ καρπ῀ τῆς ὀσφύος, ex fructu lumbi. 3) Metaphorice. Matth. 3, 8. ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, facite fructus dignos pœnitentia. cap. 7, 16. 21, 43. Jonnn. 15, 2. seqq. Phil. 1, 11. &c. Hebr. 13, 15. * offeramus καρπὸν χειλέων, fructum labiorum. Confer. Jesa. 57, 19. Gal. 5, 22. Ephes. 5, 9. ὁ καρπὸς τ῀ πνεύματος, opera hominum vel bona, vel mala. 4) *Utilitas, emolumentum*, delectatio. Rom. 1, 13. 6, 21. 15, 28. Phil. 4, 17.

Κάρπος, ου, ὁ, *Carpus*, nomen viri græcum, (a καρπὸς.) 2. Tim. 4, 13.

Καρποφορέω, ῶ, f. ήσω, *Fructum fero*, fructifico, (ex καρπὸς & φέρω, fero.) Matth. 13, 23. metaphorice fructus fidei, h. e. bona opera, profero.) Luc. 8, 15. Rom. 7, 4. 5. Col. 1, 6. 10.

Καρποφόρος, ε, ὁ ἡ, *Fructus ferens*, (a præced.) Actor. 14, 17. καιροὶ καρποφόροι, tempora fructifera.

Καρτερέω, ῶ, f. ήσω, *Forti sum animo, perfevero, tolero*, patienter fero, duro, perduro, (a καρτερὸς, ὰ, ὸν, robuſtus, potens, & hoc a κάρτος pro κράτος, robur.) Hebr. 11, 27.

Κάρφος, εος, ες, τὸ, *Feſtuca*, arida & craſſior in fœno nondum demeſſo *ſtipula*. Matth. 7, 3.

Κατὰ, Præpoſitio, regit

I. GENITIVVM, & ſignificat

1) CONTRA, ADVERSVS. Matth. 5, 11. ſi loquuntur πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, omne malum verbum contra vos. cap. 10, 35. Veni enim, ut irritarem υἱὸν κατὰ τοῦ πατρὸς, filium contra patrem. Rom. 8, 33. τίς ἐγκαλέσει κατ' ἐκλεκτῶν τοῦ θεοῦ; quis accuſationem proferet contra electos Dei?

2) IN cum Ablat. vide PER.

3) PER, cum locum denotat. Matth. 8, 32. κατὰ τοῦ κρημνοῦ, per locum præcipitem. Luc. 4, 14. καθ' ὅλης τῆς περιχώρου, per totam regionem vicinam. c. 23, 5. διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, docens per totam Judæam, vel etiam, in tota Judæa.

4) PER, in ſignificatione jurandi. Matth. 26, 63. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ, adjuro te per Deum. Hebr. 6, 13. 16. ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, quandoquidem per nullum majorem jurare poterat, juravit per ſemet ipſum.

5) SVPER, IN cum Accuſ. Marc. 14, 3. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς, effudit in caput ejus.

6) SVPER, IN cum Ablat. 1. Cor. 11, 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων, in capite habens, ſc. tegumentum.

II. ACCVSATIVVM, & tunc denotat

7) AD, de loco. Luc. 10, 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, quum veniſſet ad illum locum: & v. 33. ἦλθε κατ' αὐτὸν, venit ad ipſum.

8) AD, de objecto. Epheſ. 6, 21. τὰ κατ' ἐμὲ ſc. ὄντα πράγματα, ut ſciatis res, quæ ad me ſpectant: nam ipſe ſe ſtatim explicat, τί πράσσω; quid agam? Alia exempla habet Elsnerus, Obſ. ſacr. tom. 2. p. 234. Vide infra n. 26.

9) ANTE. Gal. 3, 1. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, quibus Jeſus Chriſtus ante oculos deſcriptus vel depictus eſt,

10) APVD. Act. 17, 28. εἷς τῶν καθ' ὑμᾶς (ſc. ὄντων) ποιητῶν, unus ex poëtis, qui apud vos fuerunt. cap. 18, 15. νόμος τοῦ καθ' ὑμᾶς, legis, quæ apud vos in uſu eſt. Sic cap. 26, 3. Rom. 14, 22. Epheſ. 1, 15. μένειν καθ' ἑαυτὸν, manere apud ſemet ipſum, Actor. 28, 16. eſt ſeorſim, ſeparatim ab aliis habitare. Exempla adfert Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 293.

11) CIRCA, de tempore. Act. 12, 1. κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, circa

circa illud tempus. c. 14, 1. κατὰ τὸ αὐτὸ sc. μέρος χρόνε, eodem tempore. Rom. 9, 9. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, circa hoc ipsum tempus.

12) CORAM. Luc. 2, 31. κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, coram facie omnium populorum. Verte etiam in conspectu. Gal. 2, 11. 2. Cor. 10, 1.

13) CVM. Marc. 1, 27. κατ' ἐξουσίαν τοῖς πνεύμασιν ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, cum potentia (auctoritate) spiritibus impuris imperat. 1. Cor. 2, 1. ἐ καθ' ὑπεροχὴν λόγε, non cum excellentia sermonis. Hebr. 11, 13. κατὰ πίστιν ἀπέθανον ἅπαντες, cum fide (fide præditi) hi omnes mortui sunt.

14) E, EX. Luc. 1, 18. κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ex quanam re cognoscam hoc? Actor. 3, 17. ὅτι κατ' ἄγνοιαν ἐπράξατε, quod ex ignorantia feceritis. Luc. 8, 4. τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, cum illi ex variis urbibus advenirent. 1. Tim. 5, 21. μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν, nihil faciens ex inclinatione, vel affectu. Adde Tit. 3, 5. Philem. v. 14.

15) IN, quum formam & modum denotat. Matth. 1, 20. κατ' ὄναρ, in somno. Actor. 24, 14. κατὰ νόμον καὶ ἐν προφήταις, in Lege & Prophetis. Circumscribit Adverbia. Rom. 7, 13. καθ' ὑπεροχὴν, valde. 2. Cor. 8, 2. ἡ κατὰ βάθες πτωχεία, profunda (summa) paupertas. κατὰ κράτος, valide. Actor. 19, 20.

16) IN, Loci. Luc. 10, 4. κατὰ τὴν ὁδὸν, in via. cap. 15, 14. κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, in illa regione. Actor. 5, 15. κατὰ τὰς πλατείας, in plateis. c. 11. κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, in Judæa. Inde κατ' ἰδίαν sc. χώραν, privatim. Matth. 14, 13. 23. & alibi.

17) IN, Subjecti. Rom. 1, 15. τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, secundum illud, quod in me promtum est. c. 14, 22. κατὰ σαυτὸν (πίστιν) ἔχε, in te ipso habe fidem. Ephes. 1, 15. τὴν καθ' ὑμᾶς (sc. ἅσαν) πίστιν, fidem, quæ in vobis est.

18) IN, Temporis. Joann. 5, 4. κατὰ καιρὸν sc. ἴδιον, suo tempore. Actor. 13, 27. κατὰ πᾶν σάββατον, singulis sabbatis. 1. Cor. 16, 2. κατὰ μίαν σαββάτων, primo die hebdomadis. Hebr. 1, 10. κατ' ἀρχὰς, in initio.

19) IN, Adjuncti. Actor. 3, 22. κατὰ πάντα, in omnibus. καθ' ὅσον, in quantum, quatenus. Hebr. 3, 3. 7, 20. κατὰ τοσοῦτον, in tantum. Hebr. 7, 22.

20) IN, cum distributive accipitur, ubi vel ἕκαστος vel πᾶς subintelligendum. Sic κατὰ πόλιν, in singulis urbibus. Luc. 8, 1. Tit. 1, 5. Excipe tamen locum Actor. 24, 17. ubi κατὰ πόλιν vertendum est in urbe. κατὰ τόπες, in singulis locis. Matth. 24, 4. κατ' ἐκκλησίαν, in singulis ecclesiis, κατ' οἶκον, in singulis domibus. Actor. 2, 46. Hic rursum excipe loca Rom. 16, 19. 1. Cor. 16, 17. Col. 4, 15. Philem. v. 2. ubi κατ' οἶκον denotat in domo. καθ' ἡμέραν, singulis diebus, κατὰ ἑορτὴν, singulis festis, κατ' ἔτος vel ἐνιαυτὸν, singulis annis. κατὰ συναγωγὰς, in singulis Synagogis.

Porro κατ' ὄνομα, nominatim. Joann. 10, 3. καθ' ἕν, sigillatim. Joann. 21, 25.

21) INTER. Actor. 21, 21. τὲς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίες, omnes Judæos, quæ inter gentes sunt.

22) PER, de loco. Luc. 8, 1. διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, peragravit singulas urbes & vicos. v. 39. ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν πόλιν, abiit per totam civitatem prædicans. c. 9, 6. διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, transierunt per vicos.

23) PER, de caussa efficiente. 1. Cor. 12, 8. Alii datur sermo sapientiæ & intelligentiæ κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, per eundem Spiritum. v. 10. dicitur ἐν τῷ πνεύματι, & v. 11. τὸ πνεῦμα dicitur hæc omnia ἐνεργᾶν, operari.

24) POST. ἕς καθ' ἕς, unus post alium. Marc. 14, 19. Joann. 8, 9.

25) PROPTER. Matth. 19, 3. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, propter quamcunque caussam. Phil. 4, 11, οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω, non quod propter defectum (meum hoc) dicam. 2. Tim. 1, 9. οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, non propter opera nostra. Adde Elsnerum tom. 1. p. 297.

Κυριεύω, f. εύσω, 1) *Dominor*, Dominus ſum vel fio, (a κύριος.) conſtruitur cum Genitivo. Luc. 22, 25. οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύσιν αὐτῶν, reges gentium dominantur in illos. Rom. 14, 9. 2. Cor. 1, 24. 1. Tim. 6, 15. 2) Metaphorice, *Poteſtatem exerceo*, vigeo, valeo. Rom. 6, 14. ἁμαρτία ὑμῶν οὐ κυριεύσει, peccatum in vos nullam poteſtatem exercebit, ut ſc. ad peccandum cogamini. νόμοι κύριοι profanis ſunt leges, quæ adhuc in valore ſunt. Exempla dabit Elsnerus tom. 2. p. 33. 34.

Κύριος, ίκ, ὁ, 1) *Dominus*, auctoritatem & poteſtatem in aliquam rem habens, (a κῦρος, εος, τὸ, auctoritas.) Matth. 9, 38. 12, 8. 20, 8. 21, 40. Marc. 13, 35. ὁ κύριος τῆς οἰκίας, dominus domus, ſ. paterfamilias: nam hoc græce dici contra Gatakerum monet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 162. adde & Crenium Animadverſ. Philol. part. 2. p. 166. ſ. Luc. 16, 3. 1. Cor. 8, 5. Gal. 4, 1. 1. Petr. 3, 6. 2) Opponitur ſervo, Matth. 10, 24. 18, 25. 24, 45. 25, 18. Luc. 10, 21. 14, 21. Rom. 14, 4. Epheſ. 6, 5. Coloſſ. 3, 22. 3) Eſt nomen honoris, Joann. 20, 15. Actor. 16, 30. 4) Tribuitur κατ' ἐξοχὴν *Imperatori Romano*. Actor. 25, 26. 5) *Magiſter* apud Judæos. Ita enim diſcipuli eos compellabant, & illi e contrario ſervorum nomine veniebant. Matth. 21, 3. 28, 6. Luc. 6, 46. Joann. 13, 13. 14. 15, 15. 20. 20, 28. ὁ κύριός μκ καὶ ὁ θεός μκ, Domine mi & Deus mi. Nominativus more Attico ponitur pro Vocativo. Diſcipuli apud Judæos ſic compellare ſolebant Magiſtros: רַבִּי וּמוֹרִי Domine mi, & magiſter mi: ſed Thomas tum demum divinitatem Chriſti cognoſcens, loco poſterioris verbi addit וֵאלֹהַי, & Deus mi. Hæc adpellatio Magiſtrorum Judæorum notanda eſt, in explicando loco Matth. 7, 21. οὐ πᾶς, ὁ λέγων μοι· κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, ingredietur in regnum cœlorum. 6) Quando de *Deo* dicitur, idem eſt quod יהוה, quemadmodum LXX. ſemper illud verterunt. Matth. 4, 7. 5, 33. 21, 9. 42. 22, 37. Marc. 5, 19. 7) in ſpecie *Jeſus*, Meſſias denotatur. Matth. 3, 3. Luc. 1, 15. 17. 43. 76. 2, 11. 3, 4.

Κυριότης, ητος, ἡ, *Dominium*, (a κύριος,) ſumitur concretive pro *dominis* & magiſtratibus. 2. Petr. 2, 10. κυριότητος καταφρονέντες, dominos ſpernentes. Judæ v. 8. Epheſ. 1, 21. Coloſſ. 1, 16.

Κυρόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Sancio*, decerno, *ratum facio*, (a κῦρος.) Gal. 3, 15. διαθήκη κεκυρωμένη, teſtamentum confirmatum. 2) *Roboro*. 2. Cor. 2, 8. κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην, roborare in illum amorem.

Κύων,

Κύων, κυνὸς, ὁ καὶ ἡ, 1) *Canis.* Luc. 16, 21. 1. Petr. 2, 22. 2) κύνες Judæis ſunt omnes illi, qui extra eccleſiam Judaicam vivunt & Judaicam religionem non agnoſcunt. Matth. 7, 6. Philipp. 3, 2. Apoc. 22, 15.

Κῶλον, ε, τὸ, *Membrum.* Hebr. 3, 17.

Κωλύω, f. ύσω, 1) *Prohibeo, impedio.* Marc. 9, 38. 39. Luc. 6, 29. 11, 52. Act. 10, 47. 11, 17. 16, 6. 24, 23. 27, 43. &c. 2) *Diſſuadeo*, Matth. 19, 14. Luc. 23, 2. Act. 8, 36. 2. Petr. 2, 16. 3. Joann. v. 10. Pari modo apud Latinos verbum jubere haud ubique eſt imperare, ſed perſæpe ſuadere. Curtius V. 5. 8. eos jubebat bonum habere animum. Ac eodem modo vetare ſubinde eſt diſſuadere: Cicero lib. 4. Acad. cap. 36. Tu me incognito adſentiri vetas.

Κώμη, ης, ἡ, *Vicus, villa.* Matth. 9, 35. 10, 11. 14, 15. 21, 2.

Κωμόπολις, εως, ἡ, *Oppidulum*, vicus oppidi æmulus, (ex κώμη, & πόλις, urbs.) Marc. 1, 38.

Κῶμος, ε, ὁ, 1) Comus, comeſſationum Deus. 2) *Comeſſatio, convivium* laſcivum, Rom. 13, 13. Gal. 5, 21. 1. Petr. 4, 3. Suidas: κῶμος eſt chorus ad ebrietatem & largiore potu ad voluptatem invitans, reddens convivium turpium rerum ſpectaculum, cymbalis & inſtrumentis muſicis convivas demulcens. Pluribus hæc illuſtrat Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 330.

Κώνωψ, ωπος, ὁ καὶ ἡ, *Culex*, Matth. 23, 24.

Κῶς, κῶ, ἡ, *Cos*, inſula maris Aegei, & quidem una ex Sporadibus. Act. 21, 1. Hinc Hippocrates dicitur Cous, quia ipſius fuit patria.

Κωσὰμ, ὁ, *Coſam*, nomen viri hebraicum indeclinabile, Luc. 3, 28.

Κωφὸς, ἡ, ὸν, *Mutus, ſurdus*, Matth. 9, 32. 33. 11, 5. 12, 22. 15, 30. 31. Luc. 11, 14. καὶ αὐτὸ (ſc. δαιμόνιον) ἦν κωφὸν, & illud dæmonium erat ſurdum, i. e. ſurdum faciebat. Metonymia efficientis.

Λ.

Λαγχάνω, Aor. 2. ἔλαχον, 1) *Sortior, ſortes duco.* Joann. 19, 24. 2) *Sorte accipio*, ſortito nanciſcor vel obtineo. Luc. 1, 9. ἔλαχε τῦ θυμιάσαι, ſors ipſi cecidit, ut ſuffiret. 3) *Obtineo, nanciſcor.* Act. 1, 17. 2. Petr. 1, 1. ἰσότιμον ἡμῖν λαχῶσι πίστιν, qui eandem nobiſcum fidem acceperunt.

Λάζαρος, ε, ὁ, 1) Lazarus, nomen viri a noſtro Jeſu valde amati, Joann. 11, 1. ſeqq. 2) Nomen alterius in ſimilitudine Luc. 16, 20. Eſt ab hebr. אלעזר, Deus mihi auxilium: pro quo per aphæreſin Judæi in Talmude Hieroſolymitano & hodienum dicerent לעזר, Leſer. Pro ז vero Græci ſæpe ponunt ζ.

Λάθρα, adv. *Clam, furtim*, (a λανθάνω, lateo.) Matth. 1, 19. 2, 7. Joann. 11, 28. Act. 16, 37.

Λαῖλαψ, απος, ἡ, *Turbo, procella*, ventus procellosus. Marc. 4, 37. Luc. 8, 23. 2. Petr. 2, 17.

Λακέω, ῶ, & ληκέω, f. λακήσω, *Crepo*. Act. 1, 18. ἐλάκησε μέσος, medius crepuit: sermo ibi est de Juda. Hesychius: λάκε, ἐδίωμα ἦχε, ἐθλάδη, συνετρίβη, ἤχησεν.

Λακτίζω, f. ίσω, *Calcitro, calce ferio*, (a λάξ. adv. calce, calcibus, extremo pede.) Act. 9, 5. 26, 14. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, difficile tibi, contra stimulum calcitrare. Proverb. vide κέντρον.

Λαλέω, ῶ, f. ήσω, *Loquor*, eloquor. Matth. 9, 18. 33. 10, 19. 20. &c. 1. Cor. 14, 28. ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ, in sui ipsius commodum loquatur, & in Dei honorem. Jacob. 5, 10. οἳ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι κυρίε, qui locuti sunt in honorem nominis Domini, vel in nomine Domini. λαλεῖν τινι significat 1) Loqui cum aliquo Matth. 12, 46. 47. Marc. 16, 19. Luc. 1, 22. 24, 32. Additur μετὰ Marc. 6, 50. Joann. 4, 27. 9, 37. 14, 30. 2) Significat λαλεῖν τινι, *loqui ad aliquem*. Matth. 13, 3. 10. 13. 14, 27. 23, 1. Luc. 1, 45. 2, 17. 50. 9, 11. πρὸς additur Luc. 1, 19. 2, 20. 24, 24. Act. 3, 22. 4, 1. 3) λαλεῖν elliptice occurrit & usurpatur de *prædicatione verbi Domini*. Act. 3, 24. 4, 1. 17. 20. 6, 10.

Λαλιὰ, ᾶς, ἡ, 1) *Loquela, lingua, idioma, dialectus*, (a λαλέω.) Matth. 26, 73. ἡ λαλιά σε δῆλόν σε ποιεῖ, loquela tua manifestum te facit. 2) *Sermo*. Joann. 4, 42. 8, 43.

Λαμὰ vel λαμμᾶ, *Cur*. Est particula hebraica לָמָה. Matth. 27, 46. Marc. 15, 34.

Λαμβάνω, f. λήψομαι, præt. εἴληφα, aor. 2. ἔλαβον. 1) *Accipio, percipio*. Matth. 7, 8. πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, omnis qui petit, accipit. cap. 10, 8. δωρεὰν ἐλάβετε, gratis accepistis. 2) *Sumo*. Matth. 14, 19. καὶ λαβὼν τὰς πέντε ἄρτας, & cum sumsisset quinque panes. cap. 16, 5. ἐπελάθοντο ἄρτας λαβεῖν, obliti erant panes secum sumere. Marc. 9, 36. λαβὼν παιδίον, cum sumsisset puerulum. Huc pertinent illa, συμβάλιον λαμβάνειν, consilium capere. Matth. 12, 14. ὑπόμνησιν λαμβάνειν, recordari. 2. Tim. 1, 5. ἀρχὴν λαμβάνειν, initium sumere. Hebr. 2, 3. πεῖραν λαμβάνειν, experiri, Hebr. 11, 24. λήθην λαμβάνειν, obliviscī. 3) *Recipio, suscipio*. Matth. 10, 38. ὃς δὲ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτε, qui non suscepit crucem suam. cap. 13, 20. λαμβάνων λόγον μετὰ χαρᾶς, suscipiens verbum (Dei) cum gaudio. Joann. 3, 11. μαρτυρίαν ἡμῶν δὲ λαμβάνετε, testimonium nostrum non recipitis. 4) *Recipio, rursum accipio*. Matth. 19, 29. ἑκατονταπλασίονα λήψεται, centupla recipiet. Hebr. 11, 35. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τὰς νεκρὰς ἑαυτῶν, mulieres post resurrectionem mortuos suos receperunt. 5) *Circumvenio, decipio*. 2. Cor. 11, 20. εἴ τις λαμβάνει, si quis vos circumvenit: c. 12, 16. occurrit δόλῳ λαμβάνειν, dolo circumvenire. Exempla alia habet Jo. Nericius Analect. 1, 10. p. 587. Si quis quæstum faciat de bonis vestris, expli-

explicat Elsnerus tom. 2. Obſ. ſacr. p. 163. quod eodem recidit. 6) *Capio*, de piſcatu. Luc. 5, 5. οὐδὲν ἐλάβομεν, nihil cepimus. 7) *Capio*, *occupo*. Luc. 5, 6. ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντες, ſtupor occupavit omnes. 1. Cor. 10, 13. πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος, tentatio vos non cepit, niſi humana. 8) *Auffero*, *eripio*. Matth. 5, 40. εἴτις θέλει τὸν χιτῶνά σε λαβεῖν, ſi quis tibi vult tunicam rapere. cap. 15, 26. οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, non eſt pulchrum, aufferre panem liberorum. 9) *Doctrinam accipio*. Apoc. 3, 3. μνημόνευε, πῶς εἴληφας, καὶ ἤκουσας, memento, qua ratione (doctrinam traditam) acceperis & audiveris. Inde λήμμα eſt prophetia. Nahum. 1, 1. Hab. 1, 1.

Λάμεχ, ὁ, *Lamech*, nomen viri indeclinabile, Luc. 3, 36. hebr. לֶמֶךְ, cujus origo eſt dubia.

Λαμπὰς, άδος, ἡ, 1) *Lampas*, *lucerna*, quæ oleum requirit, (a λάμπω, luceo.) Matth. 25, 1. Act. 20, 8. Apoc. 4, 5. 8, 10. Matth. 25, 1. 3. 2) *Fax*, *teda*. Joann. 18, 3. μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων, cum facibus & tædis.

Λαμπρὸς, ὰ, όν, *Splendidus*, candidus, *magnificus*, præclarus, (ab eodem.) Luc. 23, 11. Act. 10, 30. Jac. 2, 2. Apoc. 15, 6. 18, 14. 19, 8. 22, 1. 16.

Λαμπρότης, ητος, ἡ, *Splendor*, *fulgor*, claritas, (ab eodem.) Actor. 26, 3.

Λαμπρῶς, *Splendide*, *magnifice*, (a λαμπρὸς.) Luc. 16, 19.

Λάμπω, f. ψω, *Luceo*, *ſplendeo*, fulgeo, mico, niteo. Matth. 5, 15. 17, 2. Luc. 17, 24. Act. 12, 7. 2. Cor. 4, 6. Deus juſſit, ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ut ex tenebris lux luceret. Metaph. Matth. 5, 16. 2. Cor. 4, 6.

Λανθάνω, 1) *Lateo*. Sumit tempora a λήθω, f. λήσω, aor. 2. ἔλαθον. Marc. 7, 24. οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν, non potuit latere. Luc. 8, 47. 2) *Neſcio*, latenter, vel per ignorantiam aliquid ago: & tunc verbum λανθάνω cum participio alterius verbi conſtruitur. Hebr. 13, 2. διὰ ταύτης ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους, per hanc quidem angelos exceperunt hoſpitio, & neſciverunt. Exempla alia collegit Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 441. 442. 3) λανθάνει, *Latet*, *ignotum eſt*. Act. 26, 26. 2. Petr. 3, 5. 8.

Λαξευτὸς, ὴ, όν, *Ex lapide exciſus*, in ſaxo inciſus, (a λαξεύω, lapides polio, ſcalpo, incido, ex λάας contr. λᾶς, λαὸς, ὁ, lapis, & ξέω, polio.) Luc. 23, 53.

Λαοδίκεια, είας, ἡ, *Laodicea*, urbs Aſiæ minoris, (ex λαὸς & δίκη, jus.) Coloſſ. 2, 1. 4, 13. 15. 16. Apoc. 1, 11.

Λαοδικεὺς, έως, ὁ, *Laodicenſis*. Coloſſ. 4, 16. Apoc. 3, 14.

Λαὸς, ῦ, ὁ, 1) *Populus*, *gens*, *natio*. Matth. 4, 16. 13, 15. Luc. 2, 31. 32. Act. 4, 25. 7, 17. 34. Rom. 9, 25. 26. Apoc. 18, 4. ἐξέλθετε ἐξ αὐτοῦ ὁ λαός μου, (pro ὦ λαέ μου,) egredimini ex illa, populo mi &c. 2) *Multitudo populi*, *turba*. Matth. 26, 5. Marc. 11, 32. Luc. 1, 21. 3, 15. 3) *Tribus*. Act. 4, 27. σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς

Ἰσραήλ, cum gentibus & tribubus Iſraëlis. conf. Geneſ. 48, 4. Deus ad Jacobum: Ponam te in cœtum populorum.

Λάρυγξ, υγγος, ὁ, *Guttur.* Rom. 3, 13. Heſychius: φάρυγξ, λάρυγξ, βρόγχος, στόμα.

Λασαία, ας, ἡ *Laſæa*, urbs inſulæ Cretæ. Act. 27, 8.

Λατομέω, ῶ, *E lapide exſcindo*, (a λατόμος, ὁ, lapicida, ex λᾶς, lapis, & τέμνω, incido, cædo, ſeco.) Matth. 27, 60. Marc. 15, 46.

Λατρεία, είας, ἡ, 1) *Servitus*, ſervitium, (a λατρεύειν.) 2) *Cultus Dei religioſus.* Joann. 16, 2. Rom. 12, 1. 3) *Sacrificiorum* in V. T. *celebratio* Rom. 9, 4. Hebr. 9, 1. 6.

Λατρεύω, f. εύσω, 1) *Servio*, famulor, (a λάτρις, ιος, ὁ καὶ ἡ, *Servus, famulus*, qui pro mercede ſervit.) Hebr. 13, 10. 2) *Religioſe colo.* Matth. 4, 10. Act. 7, 7. 42. 24, 14. 23. &c. Abſolute ponitur & *Deum colere* ſignificat Luc. 2, 37. Act. 26, 7. 3) *Sacrifico.* Hebr. 9, 9. 10, 2.

Λάχανον, ε, τὸ, *Olus*, (a λαχαίνω, fodio, ſulco.) Matth. 13, 32. Luc. 11, 42. Rom. 14, 2.

Λεββαῖος, αία, ὁ, *Lebbæus*, nomen Apoſtoli, qui alias Thaddæus dicitur. Matth. 10, 3.

Λεγεών, ῶνος, ὁ, *Legio*, vox Latina. Matth. 26, 53.

Λέγω, f. ξω, 1) *Dico, loquor*, diſſero. Matth. 11, 17, ὅμοία ἐστὶν παιδαρίοις ἐν ἀγορᾷ καθημένοις - - καὶ λέγουσιν, ſimilis eſt pueris in foro ſedentibus, - - & dicentibus. Sic Luc. 7, 32. Matth. 27, 11. Σὺ λέγεις, eſt affirmandi formula Judæis familiaris in rebus triſtibus, quas optarent, ut dicere non neceſſe haberent. Marc. 15, 2. Luc. 22, 70. 23, 3. Joann. 18, 37. In Talm. Hier. tract. Kilaim fol. 32, 2. Dixerunt ipſi: Num mortuus eſt Rabbi? reſpondit ille: vos dixiſtis: Locus exſtat apud Lightfoot. Cent. Chorogr. Matthæo præfixa cap. 82. Adde σὺ εἶπας. Matth. 26, 25. 64. Luc. 8, 20. λεγόντων (ſc. αὐτῶν,) illis dicentibus. Joann. 4, 35. οὐχ ὑμεῖς λέγετε, nonne vos dicitis? (ſc. in vita communi.) Matth. 16, 2. & Rom. 6, 19. 10, 8. ἀλλὰ τί λέγει (ὁ θεὸς ſive ἡ γραφή,) ſed quid dicit (Deus ſive ſcriptura ſacra?) c. 15, 10. 2. Cor. 6, 2. Gal. 3, 16. Epheſ. 4, 8. 5, 14. Jacob. 4, 6. (coll. Rom. 4, 3. 9, 17. 25. 11, 2. 1. Cor. 6, 16. Epheſ. 5, 14. &c. 1. Theſſal. 5, 3. ὅταν γὰρ λέγωσιν (ſc. οἱ ἄνθρωποι,) quando enim homines dicunt. λέγειν ἐν ἑαυτῷ, ſignificat a) *Cogitare.* Luc. 7, 39. 49. 12, 17. b) cogitare, *Credere, ſibi perſuadere.* Matth. 3, 9. 9, 21. Luc. 3, 8. λέγειν τινα, loqui de aliquo. Marc. 14, 71. 15, 12. Luc. 9, 31. Joann. 6, 71. 8, 27. 9, 19. 10, 36. Phil. 3, 18. λέγειν ἐν καρδίᾳ. Apoc. 18, 7. eſt cogitare: quemadmodum & Poëtæ dicunt φράζεο θυμῷ. Adde Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 494. 2) *Nomino, cognomino.* Matth. 19, 17. 26, 3. Luc. 12, 37. 20, 37. 22, 11. Joann. 5, 18. 15, 15. Act. 10, 28. 24, 14. 1. Cor. 12, 3. & in Paſſ. λέγομαι dicor, nominor. Matth. 1, 16. 2, 23. 4, 18. 3) *Jubeo, ut dicatur.* Matth. 26, 18. 27, 19. Luc. 7, 6. 19, 20. 19, 14. Joann. 11, 3. Act. 16, 35.

Apoc.

Apoc. 2, 1. 4) *Jubeo.* Marc. 8, 26. 11, 2. Luc. 6, 46. Joann. 2, 5. 5) *Doceo, ſtatuo.* Matth. 22, 23. 23, 3. Act. 15, 5, 19, 4. 26, 22. Rom. 2, 22. 3, 8. 19. 12, 3. 6) *Explico.* Hebr. 5, 11.

Λεῖμμα, τος, τὸ, *Reliquiæ*, quod relictum eſt, (a λείπω.) Rom. 11, 5. ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν. λεῖμμα idem eſt, quod cap. 10, 27. κατάλειμμα: Senſus eſt: Hoc tempore N. T. *Hat Gott einen Eingriff unter die Jüden gethan, und einige unter ihnen nach ſeiner Gnade beruffen und ſelig gemacht.* 2. Reg. 19, 4. περὶ τῆς λείμματος τῆς εὑρισκομένης, de reliquiis, quæ adhuc inveniuntur. Alii interpretes Græci ſic verterunt voces hebraicas שְׁאֵרִית יֶתֶר, quæ reſiduum & reliquias denotant, teſte indice in Hexapla Origenis. Adde Sam. Petitum Var. Lect. c. 6.

Λεῖος, λεία, λεῖον, *Lævis, planus.* Luc. 3, 5. ὁδὸς λείας, vias planas.

Λείπω, f. ψω. 1) *Linquo, relinquo*, deſero. 2) *Deſum, deficio*, abſum. Luc. 18, 22. ἔτι ἓν σοι λείπει, adhuc unum tibi deficit. Tit. 3, 13. Paſſ. λείπομαι, *deſtituor, deficior.* Jac. 1, 4. ἵνα ἦτε ὑμῶν λειπόμενοι σοφίας (pro ἀπὸ σοφίας,) ſi quis veſtrum deſtituitur ſapientia. cap. 2, 15. 3) τὰ λείποντα, *reliqua*, quæ ſuperſunt. Tit. 1, 5.

Λειτουργέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Munus publicum obeo.* (a λειτουργός.) 2) *Cultu eccleſiaſtico & ſacro fungor.* Act. 13, 2. λειτουργόντων αὐτῶν, ipſis cultum divinum celebrantibus. Hebr. 10, 11. 3) Per Metaphoram denotat; quodvis pietatis officium præſto. e. g. eleemoſynas exhibeo. Rom. 15, 27.

Λειτουργία, ας, ἡ, 1) *Miniſterium* ſ. munus publicum, (ab eodem.) 2) *Publicum eccleſiæ munus*, functio eccleſiaſtica. Luc. 1, 23. Hebr. 8, 6. 9. 21. 3) *Sacrificium.* Phil. 2, 17. 4) Quodvis pietatis officium, ut *Eleemoſyna.* 2. Cor. 9, 12. Phil. 2, 30.

Λειτουργικὸς, ἡ, ὸν, *Miniſtratorius*, miniſterialis, ad miniſterium pertinens, (ab eodem.) Hebr. 1, 14. πνεύματα λειτουργικά, ſpiritus miniſteriales, hebr. מְלָאכֵי הַשָּׁרֵת.

Λειτουργὸς, ὁ, ἡ, ἡ, 1) *Qui munus publicum obit*, (λῆϊτουργὸς, ex λῆϊτος, publicus, & ἔργον, opus.) 2) *Miniſter publicus.* Rom. 13, 6. 3) *Miniſter verbi divini* ſive eccleſiaſticus. Rom. 15, 16. 4) *Adminiſtrator* alicujus rei. Hebr. 8, 2. 5) *Miniſter quilibet.* Philipp. 2, 25. Hebr. 1, 7.

Λέντιον, ίκ τὸ, *Linteum.* Tria circa vocabulum hoc notanda. Primo vox Latina hebræis uſitata erat לינטיה, hinc a ſcriptore ſacro adhibetur Joann. 13, 4. 5. Secundo, Linteum intelligitur durius, non vero mollius, de quo plura Vlitius ad Gratium v. 36. & 86. Tertio, ſervile quid erat, ejusmodi linteo cinctum eſſe. Suetonius Calig. c. 26. Dilherrus tom. 1. p. 413, 4.

Λεπὶς, ίδος, ἡ, *Squama*, (a λέπω, decortico, putamen vel ſquamam detraho.) Actor. 9, 18. ὡσεὶ λεπίδες, tanquam ſquamæ. Tobiæ. 11, 13.

Λέπρα, ας, ἡ, *Lepra*, vitiligo: asperitas cutis profundior cum pruritu, eam in squamas resolvens. Matth. 8, 3. Luc. 5, 12. 13.

Λεπρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Scaber*, *asper*. 2) *Leprosus*, cujus cutis quasi in squamulas asperas resolvitur. Matth. 8, 2. 10, 8. 11, 5. 2) *Qui a lepra sanatus est*. Matth. 26, 6. Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, Simonis a lepra sanati. Sic Matth. 11. τυφλοὶ ἀναβλέπουσι &c. qui cœci fuerunt, rursus vident.

Λεπτὸς, ἡ, ὸν, 1) *Tenuis*, *subtilis*. 2) *Exiguus*, *parvus*, λεπτὸν, οῦ, τὸ, (subint. νόμισμα,) minutum quoddam nummi genus, *obolus*. Luc. 12, 59. 21, 2. βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λεπτὰ, quæ eo projecit duos obolos.

Λευὶ, *Levi*. 1) Nomen Patriarchæ indeclinabile. Fuit filius Jacobi tertius, a rad. לוה, adhæsit: ratio extat Genes. 29, 34. Hebr. 7, 5. 9. Apoc. 7, 7. 2) Filius Melchi. Luc. 3, 24. 3) Filius Simeonis. Luc. 3, 29.

Λευὶς, Accus. λευὶν, Filius Alphæi, cognomine Matthæus, publicanus. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. 29.

Λευίτης, ου, ὁ, *Levita*. Erant Levitæ sacerdotum assectæ & socii, qui viliora in templo ministeria, qualia erant vigiliæ, & alia hujusmodi, peragebant. Inde λευίτης. Luc. 10, 32. Joann. 1, 19. Act. 4, 36.

Λευιτικὸς, ἡ, ὸν, *Leviticus*. Hebr. 7, 11. λευιτικὴ ἱερωσύνη, sanctitas vel sanctificatio Levitica.

Λευκαίνω, f. ανῶ, *Dealbo*, candidum facio, (a λευκὸς.) Marc. 9, 3. Apoc. 7, 14. ἐλεύκαναν στολὰς, albas fecerunt stolas.

Λευκὸς, ἡ, ὸν, 1) *Albus*, candidus. Matth. 5, 36, 17, 2. 28, 3. Joann. 4, 35. 20, 12. θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς στολαῖς καθεζομένους, videt duos angelos in albis vestibus sedentes. 2) *Maturus*, de segetibus. Joann. 4, 35. λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν, maturæ sunt ad messem. 3) ψῆφος λευκὴ, calculus albus. Apoc. 2, 17. Vide infra in ψῆφος.

Λέων, οντος, ὁ, 1) *Leo*. Hebr. 11, 33. 1. Petr. 5, 8. Apoc. 4, 7. 9, 8. 17. 2) Metaphorice pro *Tyranno* accipitur. 2. Tim. 4, 17. ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, liberatus sum ex ore leonis. Adde Dilherrum Disp. tom. 1. p. 265. seqq. 3) *Messias* leo ex tribu Juda vocatur. Apoc. 5, 5. & quidem ob fortitudinem & virtutem suam. Simile vero ultra suum tertium non est extendendum.

Λήθη, ης, ἡ, *Oblivio*, (a λήθω, lateo, λήθομαι, obliviscor.) 2. Petr. 1, 9. λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ, oblivionem accipiens, (i. e. obliviscens) purificationis.

Ληκέω, Vide λακέω.

Ληνὸς, οῦ, ὁ, *Torcular*. Matth. 21, 33. Apoc. 14, 19. 20. 19, 15.

Λῆρος, ου, ὁ, seu pl. λῆρα, ων, οἱ, *Nugæ*, *ineptiæ*, deliramentum. Luc. 24, 11.

Λῃστὴς, οῦ, ὁ, 1) *Latro*, prædo, (pro ληϊστὴς a λεία, præda.) Matth.

Matth. 21, 13. 26, 55. 27, 38. 44. τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτῷ, similiter etiam latrones una cruci affixi cum eo, ignominia afficiebant illum. Evangelista ponit more hebraico pluralem pro singulari, cum Lucas cap. 23, 39. unum tantum Christum blasphemasse tradat. Vide etiam vocabulum εἷς. Sive etiam uterque latronum antea hoc fecerit, factum est, ut alter miraculis Jesu cruci affixi permotus se ad ipsum converterit, illumque pro Messia mundi universi agnoverit. 2) *Qui animas corrumpit* ac perdit. Joann. 10, 1. 8.

Λῆψις, εως, ἡ, *Acceptio*, acceptum, (a λαμβάνω.) Philipp. 4, 15. Vide δόσις.

Λίαν, adv. *Valde*, admodum. Matth. 2, 16. 4, 8. 8, 28. 27, 14. Marc. 6, 57. λίαν ἐκ περισσοῦ, valde ex abundantia. 2. Cor. 11, 5. 12, 11. τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποστόλων, (sc. ὄντων ὑπὲρ λίαν,) Apostolis, qui valde magni sunt.

Λίβανος, ου, ὁ, 1) *Thus*. Thomas Magister: λίβανος καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὸ θυμιώμενον. Matth. 2, 11. Apoc. 18, 13. 2) *Libanus*, mons Syriæ.

Λιβανωτὸν, οῦ, τὸ, *Thuribulum*, (a λίβανος.) Apoc. 8, 3. 5. Apud Atticos teste Thoma Magistro, denotat μόνον τὸ θυμιώμενον, tantum thus: sed reliqui Græci aliter.

Λιβερτίνοι, ων, οἱ, *Libertini*, sectæ cujusdam adsectæ, Actor. 6, 9. Apud Romanos antiquis temporibus Libertini dicebantur ii, qui ex libertis erant nati: Ciceronis vero tempore Liberti & Libertini erant iidem. Loon de manumissione Servorum. 4, 2. Hebr. מְשׁוּחְרָרִים, (occurrit in Kidduschin fol. 73. עבד משוחרר) erant Judæi, qui a Romanis in servitutem abducti libertatem postea receperunt. Et hi Romæ quoque habuerunt suas Synagogas, adeo, ut tempore Tiberii Cæsaris quatuor millia libertini generis Judaica superstitione infecta Romæ fuisse narret Tacitus Annal. 2. 85. 4. Plures vero in Judæam revertentes Hierosolymis deinde peculiarem habuere Synagogam. Confer Majum Obs. sacr. lib. 3. p. 87. Libystinos legit & interpretatur Jac. Gothofredus ad Cod. Theodos. tom. 3. p. 221.

Λιβύα, ης, ἡ, *Libya*, regio Africæ, & tota *Africa*. Actor. 2, 10. a λίβυς, υος, ὁ, Libycus, Afer.

Λιθάζω, f. άσω, *Lapido*, lapidibus obruo. (a λίθος.) Joann. 10, 31. 32. 11, 8. Act. 5, 26. 14, 19. 1. Cor. 11, 25. Hebr. 11, 37.

Λίθινος, ίνη, ον, *Lapideus*, saxeus, (ab eodem.) Joann. 2, 6. 2. Cor. 3, 3. Apoc. 9, 20.

Λιθοβολέω, ῶ, f. ήσω, *Lapido*, lapidibus peto, jacio, obruo, (ex λίθος & βάλλω, jacio.) Matth. 21, 35. 23, 37. Luc. 13, 34. Joann. 8, 5. Act. 7, 58. 59. 14, 5. Erat mos gentis, ut primo lapidandus a primo teste e clivo quodam dejiceretur, deinde statim a reliquis testibus lapides adderentur. Lightfoot ad Matth. 21, 44.

Λίθος, ε, ὁ, ἡ, *Lapis*, saxum. Matth. 3, 9. 4, 3. 6. 7, 9. &c. Luc. 19, 40. λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν ἕτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. Verte: quando pueri silebunt vel siluerint, tunc paulo post ipsi lapides proclamabunt, me esse Messiam. Nimirum lapides urbis & templi Hierosolymitani dispersi & disjecti non loquentur, sed clamabunt, Messiam jam advenisse, neque porro expectandum. λίθος προσκόμματος, lapis allisionis. Rom. 4, 32. 1. Petr. 2, 8. λίθοι ζῶντες. ibid. v. 5.

Λιθόστρωτον, ε, τὸ, *Locus lapidibus constratus* & paulo altior, (ex λίθος & στρωτὸς, stratus, a στρωννύω, sterno.) Joann. 19, 13. Vide ibi Lightfootum, Possinum Spicil. Evang. c. 34. Hottingerum ad Goodwini Mosen & Aaron. 5. 4. 4. 2. Paral. 7, 3. Israëlitæ ceciderunt in faciem ἐπὶ τὸ λιθόστρωτον, in locum lapidibus stratum.

Λικμάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Ventilo, frumentum purgo*, (a λικμὸς, ὃ, ὁ, ventilabrum, vannus.) 2) *Dissipo, comminuo*, quasso. Matth. 21, 44. Luc. 20, 18. λικμήσει αὐτὸν, conquassabit illum. Possis vertere in significationem conjugationis Hiphil, ventilari faciet h. e. ita comminuet, ut fere a vento dissipari queat. Hic significatus alibi non occurrit apud Scriptores Græcos. Vide Jo. Alberti Observ. Philol. p. 424.

Λιμὴν, ένος, ὁ, Portus. Actor. 27, 8. 12. Locus est quem dixerunt καλὰς λιμένας, de quo Langbænius ad Longinum περὶ ὕψους. c. 1.

Λίμνη, ης, ἡ, *Palus, stagnum, lacus*. Luc. 5, 1. 8, 22. Apoc. 19, 25. 20, 10. 14. 15. 21, 8.

Λιμὸς, ὃ, ὁ, *Fames*. Matth. 24, 7. Luc. 4, 25. 15, 14. Actor. 7, 11. 11, 28. Rom. 8, 35. &c.

Λίνον, ε, τὸ, 1) *Linum*. Matth. 12, 20. 2) *Linteum*, textum quoddam ex lino. Apoc. 15, 6.

Λῖνος, ε, ὁ, *Linus*, nomen viri. 2. Tim. 4, 21.

Λιπαρὸς, ά, ὸν, *Pingvis, nitidus*, opulentus, præclarus, (a λίπος, εος, τὸ, pinguedo, adeps, sebum.) Apoc. 18, 14. πάντα τὰ λιπαρὰ, omnia præclara.

Λίτρα, ας, ἡ, Libra, pondus duodecim unciarum. Joann. 12, 3. 19, 39.

Λίψ, λιβὸς, ὁ, *Africus* ventus s. meridianus. Actor. 27, 12. κατὰ λίβα.

Λογία, ίας, ἡ, *Collectio, collecta*, id quod colligebatur, ad pauperum sustentationem, (a λέγω, colligo.) 1. Cor. 16, 1. 2.

Λογίζομαι, f. ίσομαι, 1) Rationem ineo seu subduco, *Supputo*, (a λόγος, ratio.) 2) *Adnumero*. Luc. 22, 37. μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη, impiis adnumeratus est. 3) *Ratiocinor*, collatis utrumque rationibus certum quid *concludo*. Marc. 11, 31. ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτὰς, ratiocinabantur apud semet ipsos. Rom. 3, 28. λογιζόμεθα γὰρ, concludimus igitur. Hesychius: λογίζομαι, ἐνθυμοῦμαι. 4) *Opinor, existimo*, arbitror. Rom. 2, 3. λογίζη δὲ

δὲ τᾶτο, ὦ ἄνθρωπε; an vero tu existimas hoc, o homo? 1. Cor. 13, 5. ἡ ἀγάπη ἀ λογίζεται τὸ κακὸν, non existimat aliquid malum. Phil. 3, 13. ἐμαυτὸν ἀ λογίζομαι καταληφέναι non existimo me comprehendisse. 5) *Censeo, æstimo, habeo.* Actor. 19, 27. τὸ ἱερὸν μέλλει εἰς ἀδὲν λογισθῆναι, templum pro nihilo habebitur. Rom. 8, 36. ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς, æstimati, habiti sumus tanquam oves mactationi debitæ. 6) *Imputo.* Rom. 2, 26. εἰς περιτομὴν λογισθήσεται, loco circumcisionis imputabitur. c. 4, 3. ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, imputata est ipsi ad justitiam. 2. Tim. 4, 16. μὴ αὐτοῖς λογισθείη, ne ipsis imputetur.

Λογικὸς, ἡ, ὸν, *Rationalis*, ratione præditus, ratione utens, (a λόγος.) Rom. 12, 1. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, rationalem cultum vestrum, h. e. cum sana ratione congruentem, non qualis ille erat, qui inter Romanos quotidie observabatur. Sic Pythagoras cultum divinum requirebat δι' εὐσεβείας καὶ ἐπισημονικῆς θεραπείας. Jamblichus in vita n. 229. 1. Petr. 2, 2. λογικὸν ἄδολον γάλα, lac rationale, non naturale: intelliguntur prima religionis Evangelicæ rudimenta, quæ rationi nunquam sunt contrariæ, sed eandem potius roborant & confirmant.

Λόγιος, α, ὁ, *Disertus, eloquens*, facundus, (a λόγος.) Actor. 18, 24. ἀνὴρ λόγιος, vir eloquens & rationalis, eruditus ac sapiens. Exempla dabit Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 454.

Λόγιον, ἰα, τὸ, *Eloquium, responsum, oraculum*, (a λέγω.)

Λόγια, ἰων, τὸ, *Eloquia.* Hesychius λόγια, θέσφατα, a Deo dicta, μαντεύματα, divina oracula, responsa, χρησμοὶ, divinæ admonitiones. Actor. 7, 38. ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα, qui accepit eloquia vitam adferentia. Numer. 24, 4. Bileamus dicitur ἀκούων λόγια ἰσχυρᾶ, audiens oracula (Dei) robusti. Rom. 3, 2. Hebr. 5, 12. 1. Petr. 4, 11. Siracid. 36, 14. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 298.

Λογισμὸς, ᾶ, ὁ, *Ratiocinatio, cogitatio*, (a λογίζομαι.) Rom. 2, 15. 2. Cor. 10, 4. καθαιροῦντες λογισμὰς, destruentes ratiocinia, rationis scil. non illustratæ, sed depravatæ.

Λογομαχέω, ῶ, f. ήσω, *Verbis pugno*, rixor. (ex λόγος & μάχομαι, pugno.) 2. Tim. 2, 14. μὴ λογομαχεῖν sc. δεῖν, non oportere de nudis verbis contendere.

Λογομαχία, ας, ἡ, Pugna, quæ fit de verbis, (ab eodem.) 1. Timoth. 6, 4.

Λόγος, ε, ὁ, 1) *Verbum.* (a λέγω.) Matth. 7, 24. ὅστις ἀκούει μὰ τὰς λόγας τάτας, quicunque audit hæc verba mea. 2) *Sermo, oratio, verba.* 1. Cor. 2, 4. καὶ ὁ λόγος μὰ καὶ τὸ κήρυγμά μὰ, sermo meus & prædicatio mea. Joann. 14, 24. ὁ λόγος, ὃν ἀκούετε ὐκ ἔστιν ἐμὸς, sermo, quem auditis, non est meus. 3) *Proverbium.* Joann. 4, 37. ἐν γὰρ τάτῳ (τῷ μέρει) ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς, hac quidem in parte proverbium est verum. 4) *Eloquentia.* 1. Cor. 2, 1. Veni ad vos ὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγα, non in excellentia

eloquentiæ. c. 4, 19. ἐ τὸν λόγον τῶν πεφυσωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν, non tam eloquentiam inflatorum, quam virtutem sermonis agnoscam. 2. Cor. 11, 6. εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ sc. εἰμὶ, quamvis ratione stili & eloquentiæ sum idiota. 5) *Historia, volumen.* Actor. 1, 1. τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, primum quidem historiarum volumen composui. λόγος est historia vel pars ejus, unde historici dicuntur λογοποιοί. Arrianus lib. 3. p. 236. Ἡρόδοτος ὁ λογοποιός. Adde Harpocrationem, Raphelii annot. ex Xenophonte, Majum Obs. sacr. lib. 3. p. 120. 6) *Verbum divinum.* Matth. 13, 20. ὁ ἀκούων τὸν λόγον, qui audit verbum Dei. Marc. 2, 2. ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, locutus est ipsis verbum Dei. Actor. 10, 36. 37. τὸν λόγον ὑμεῖς οἴδατε, verbum divinum vos nostis. 7) *Res*, quæ verbo continentur. Actor. 8, 21. οὐκ ἔστι σοι μερὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, non est tibi portio in verbo prædicato, & in rebus, quæ verbo continentur. Matth. 19, 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, non omnes capiunt rem hoc verbo comprehensam. 1. Reg. 14, 29. καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ροβοὰμ, & reliqua gestorum Roboam. 8) *Fama, rumor.* Matth. 28, 15. διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος, increbuit rumor ille. Luc. 5, 15. διήρχετο μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ, transiit (ad alios) fama de ipso. Joann. 21, 23. ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφούς, exiit hic rumor inter fratres. 9) *Verbum substantiale*, sive *Filius Dei.* Joann. 1, 1. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, in principio erat Verbum: v. 14. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, Verbum caro factum est. 1. Joann. 5, 7. Pater, Verbum & Spiritus Sanctus. Desumta vero hæc denominatio est ex Targumim Chaldaicis, ubi מֵימְרָא דַיְיָ, Verbum Domini, idem est ac ipse Deus, & sæpissime de Messia adhibetur. 10) *Ratio, die Rechnung.* Matth. 18, 23. ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον, qui voluit conferre rationes. Luc. 16, 2. ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου, redde rationem œconomiæ tuæ. 11) *Species externa*, quæ rei ipsi & veritati opponitur. Col. 2, 23. ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας: quæ speciem quidem habent sapientiæ. 1. Thess. 2, 5. ἐν λόγῳ κολακείας, ut speciem adulationis habuerim. Exempla ex aliis scriptoribus habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 265. 12) Vox λόγου inservit etiam periphrasi, idque ex hebraismo. Matth. 5, 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας, præterquam propter scortationem: Hebræi dicunt, עַל דְּבַר עֶרְוָה. Phil. 4, 15. εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, ad rationem accepti & expensi: hebr. עַל דְּבַר מַשָּׂא וּמַתָּן.

Λόγχη, ης, ἡ, *Lancea.* Joann. 19, 34.

Λοιδορέω, ῶ, f. ήσω, *Convitior*, *maledico*, probris infector, (a λοίδορος.) Joann. 9, 28. Actor. 23, 4. λοιδορέομαι, οῦμαι, conviciis afficior. 1. Cor. 4, 12. 1. Petr. 2, 23. ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, qui convitiis proscissus non rursus convitiabatur.

Λοιδορία, ίας, ἡ, *Convitium*, *maledictum*, maledictio, obtrectatio, (ab eodem). 1. Tim. 5, 14. 1. Petr. 3, 9.

Λοίδο-

Λοίδορος, ε, ὁ, *Convitiator*, qui probro afficit, maledicus. 1. Cor. 5, 11. 6, 10.

Λοιμὸς, ῦ, ὁ, 1) *Peſtis*. Matth. 24, 7. ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, erit fames & peſtis. Luc. 21, 11. 2) *Homo peſtilens & noxius*. Actor. 24, 5. τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, virum hunc peſtilentem. Heſychius: λοιμῶν, φθοροποιῶν, ἢ ἁμαρτωλῶν. Proverb. 19, 25. λοιμῷ μασιγωμένῳ, cum homo noxius flagris cæditur. Confer c. 21, 24. & 1. Samuel. 25, 25.

Λοιπὸς, ἡ, ὸν, *Reliquus*, (a λείπω, relinquo.) Matth. 26, 45. καθεύδετε τὸ λοιπὸν, (pro κατὰ τὸ λοιπὸν μέρος τῆς χρόνου,) dormite tempus reliquum. Marc. 14, 41. Plural. λοιποὶ, αἱ, ὰ, *Reliqui*, ceteri. Matth. 22, 6. 25, 11. 27, 49. Epheſ. 2, 3. καὶ ἡμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, & eramus filii natura iræ, quemadmodum reliqui. (Intellige gentes, coll. cap. 4, 17.) Sic 1. Theſſ. 4, 13. 5, 6. Marc. 4, 19. καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ſc. πράγματα ἐπιθυμίαι, & cupiditates circa reliqua. Luc. 12, 26. 1. Cor. 11, 34. 15, 37. τὸ λοιπὸν, λοιπὸν, ὃ λοιπόν ἐστιν, in his ſubaudi κατὰ τὸ μέρος: cæterum ex parte reliqua. Act. 27, 20. 1. Cor. 1, 16. 4, 2. 7, 29. 2. Cor. 13, 11. Philipp. 3, 1. 4, 8. &c. τῆς λοιπῆς de cetero. Gal. 6, 17.

Λουκᾶς, ᾶ, ὁ, *Lucas*, Evangeliſta, hiſtoria evangelica & actuum Apoſtolorum notus, profeſſione, ut vulgo credunt, medicus. Coloſſ. 4, 14. Paulli comes. 2. Tim. 4, 11. Phil. v. 24.

Λούκιος, ίε, ὁ, *Lucius*, nomen proprium Latinum. Actor. 13, 1. Rom. 16, 21.

Λουτρὸν, ῦ, τὸ, 1) *Lavacrum*, ipſa aqua in balneo. 2) *Balneum*. 3) Lavacrum ſacrum ſc. *Baptiſma*, (a λόω.) Epheſ. 5, 26. Tit. 3, 5. λουτρὸν παλιγγενεσίας, lavacrum regenerationis.

Λόω, f. ὁσω, *Lavo*, & quidem 1) proprie *corpus*. Act. 9, 37. λόσαντες αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ, cum laviſſent illam, poſuerunt in ſuperiori domus parte. Mos ille hodienum uſitatus fuit antiquiſſimus. Videndi Dilherrus Diſpp. tom. 1. p. 213. ſ. Kirchmannus de funeribus Roman. Nicolai de luctu Græcorum cap. 6. §. 1. 2. Dougtæus Anal. S. N. T. Exc. 52. λόομαι, lavor, lavo me, 2. Petr. 2, 22. 2) Uſurpatur de *Anima* per Metaphoram. Joann. 13, 10. ὁ λελόμενος οὐ χρείαν ἔχει, ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, qui lavatus eſt, atque ſe ipſum etiam lavavit, non neceſſe habet, niſi pedes lavari. Paraphraſis verborum Chriſti hæc eſt: Qui ſemel per baptismum ablutus eſt, & in eodem ſtatu regenerationis permanet, is nulla præterea lotione indiget, niſi pedum, h. e. eorum vitiorum, quæ occaſionaliter & ex improviſo in vita humana committuntur. Nam homo omnia membra munda conſervare poteſt, ſi velit, ſolis pedibus exceptis. Hebr. 10, 22. Apoc. 1, 5.

Λυδία, ίας, ἡ, 1) *Lydia*, regio Aſiæ minoris: 2) Nomen mulieris. Act. 16, 14. 40. εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν, ingreſſi ſunt domum Lydiæ.

Λυκα-

Λυκαονία, ίας, ἡ, *Lycaonia*, regio Asiæ, Cappadocibus finitima. Act. 14, 6. quæ perinde ac Cappadocia peculiari dialecto barbarica utebatur, teste Strabone lib. 6.

Λυκαονιστί, *Lycaonice*, dialecto Lycaonica. Act. 14, 11.

Λυκία, ίας, ἡ, *Lycia*, Asiæ provincia. Act. 27, 5.

Λύκος, ε, ὁ, 1) *Lupus*. Matth. 10, 16. Joann. 10, 2. 12. 2) metaph. *Pseudopropheta*, hæreticus. Matth. 7, 15. Joann. 10, 2. 12. Act. 20, 29. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 261. 262.

Λυμαίνω, & frequentius λυμαίνομαι, *Vasto*, quemadmodum apri, leones & aliæ feræ bestiæ solent & solum, & greges devastare, prout docet Jo. Albert. Obs. Philol. p. 235. perniciem adfero, (a λύμη, lues, noxa, exitium.) Act. 8, 3. ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, devastabat ecclesiam.

Λυπέω, ῶ, f. ήσω. 1) *Dolore adficio*, mœrorem alicui adfero, (a λύπη.) 2. Cor. 2, 2. εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, si enim ego tristitia vos afficio: 2) *Ad iram provoco*. Ephes. 4, 30. μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, nolite ad iram provocare Spiritum Sanctum 1. Reg. 29, 4. καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεὺς καὶ ὠργίσθη, & ad iram provocatus est rex & iratus fuit. Exempla ex profanis dat Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 163. λυπᾶμαι, *tristor*, *mœreo*, doleo. Matth. 14, 9. 17, 23. 18, 31. 3) *Lædo, offendo*, detrimento adficio. Rom. 14, 15. εἰ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σε λυπεῖται, si propter cibum frater tuus detrimento afficitur. 2. Cor. 11, 2. adde Elsn. l. c.

Λύπη, ης, ἡ, 1) *Dolor*, *tristitia*, Luc. 22, 45. Joann. 16, 6. 20. 21. 22. 2) *Afflictio*, *molestia*. 1. Petr. 2, 19.

Λυσανίας, ίε, ὁ, *Lysanias*, erat præfectus sive tetrarcha Romanus. Luc. 3, 1. (Vox græca, ex λύω, solvo, & ἀνία, molestia, tristitia.) solvens tristitiam.

Λυσίας, ε, ὁ, *Lysias*, fuit chiliarchus Romanorum Hierosolymis. Act. 23, 26. 24, 7. 22. (a λύω.)

Λύσις, εως, ἡ, Solutio, dissolutio, (a λύω, solvo.) 1. Cor. 7, 27. μὴ ζήτει λύσιν, ne quære solutionem.

Λυσιτελέω, ῶ, f. ήσω, *Utilis sum*, *prosum*, inde Imperf. λυσιτελεῖ, expedit. Luc. 17, 2. (a λυσιτελής, ές, ὁ καὶ ἡ, utilis ex λύω & τέλος, vectigal.) Hesychius: λυσιτελεῖ, συμφέρει, ἐπωφελεῖ. Vide Jo. Alberti Observ. Philol. p. 197.

Λύστρα, ας, ἡ, *Lystra*, & λύστρα, ων, τὰ, Lystra, Lystrorum, urbs Lycaoniæ. Act. 14, 6. 8. 21. 16, 1. 2. 2. Tim. 3, 11.

Λύτρον, ε, τὸ, *Pretium redemtionis*, quod pro redimendo captivo solvitur, (a λύω.) Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. Christus dedit animam suam λύτρον ἀντὶ πολλῶν, pretium redemtionis pro multis.

Λυτρόω, ῶ, f. ώσω, redimo. λυτρόομαι, ῶμαι, redimo, redimor, (a λύτρον.) λυτρᾶσθαι & λυτρώσασθαι, redimere. Luc. 24, 21. Tit. 2, 14. ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς, ut redimeret nos. λυτρωθῆναι redimi, redemtum esse. 1. Petr. 1, 18.

Λύτρω-

Λύτρωσις, εως, ἡ, Redemtio, solutio, (a λυτρόω.) Luc. 1, 68. 2, 38. τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἰερουσαλήμ, iis, qui expectabant redemtionem Hierosolymis, (ubi in specie adventus Messiæ innuitur. conf. v. 25. & cap. 23, 51.) Hebr. 9, 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, postquam æternam redemtionem invenit.

Λυτρωτὴς, οῦ, ὁ, Redemtor, liberator, (ab eodem.) Act. 7, 35. hebr. גֹּאֵל.

Λυχνία, ίας, ἡ, *Candelabrum*, (a λύχνος.) Matth. 5, 15. Hebr. 9, 2. Apoc. 1, 12.

Λύχνος, ε, ὁ, *Lychnus, candela.* Matth. 5, 15. Luc. 8, 16. 11, 33. Metaphorice Matth. 6, 22. Luc. 11, 34. 36. Joann. 5, 35. Apoc. 21, 23.

Λύω, f. ύσω, p. λέλυκα. 1) *Solvo, laxo, remitto.* Matth. 21, 2. Marc. 1, 7. 7, 35. 11, 2. Luc. 13, 15. Joann. 11, 44. Act. 7, 33. λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σε, solve calceamentum pedum tuorum, i. e. exue illa. Antecedens pro consequente. 2) Metaph. *Libero.* Luc. 13, 16. 1. Cor. 7, 27. λέλυσαι ἀπὸ γυναικὸς, si liber es a muliere. 3) *Licitum pronuncio*, concedo. Matth. 16, 19. 18, 19. Vide supra sub δέω. 4) *Rumpo, solvo, destruo.* Matth. 5, 19. ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν, quicunque abrogaverit unum ex præceptis. Joann. 5, 13. ἀ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, non solum violavit sabbatum. cap. 7, 23. ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος, ut non dissolvatur. Exempla ex profanis habent Elsnerus tom. 1. Obs. sacr. p. 24. & Jo. Alberti Obs. Philol. p. 36. 5) *Dissolvo, destruo.* Joann. 2, 19. λύετε τὸν ναὸν τοῦτον, destruite templum hoc. Act. 2, 24. λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, dissolvens dolores mortis. Ephes. 2, 14. λύσας τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, dissolvens parietem intergerinum sepis.

Λωὶς, ίδος, ἡ, *Lois*, avia Timothei. 2. Tim. 1, 5.

Λὼτ, ὁ, *Lot*, nomen viri hebraicum indeclinabile. Luc. 17, 28. 2. Petr. 2, 7. (a radice לוּט, occultare, abscondere.) Inde לָט, absconsio.)

M.

Μαὰθ, ὁ, *Maath*, nomen viri hebraicum indeclinabile. Luc. 3, 26.

Μάγδαλα, *Magdala*, nomen loci hebraicum indecl. (מִגְדָּל, turris.) Matth. 15, 39. forma chaldaica est מַגְדְּלָא.

Μαγδαληνὴ, ῆς, ἡ, *Magdalena*, nomen patronimicum Mariæ e Magdala oriundæ, Magdalensis. Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. 16, 1. 9.

Μαγεία, ας, ἡ, Magia, ars magica, scientia magica, (a μαγεύω.) Actor. 8, 11.

Μαγεύω, f. εύσω, *Magus sum, artes magicas calleo* vel exerceo, magicis artibus utor, (a μάγος.) Act. 8, 9. ἀνήρ τις, ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων, vir quidam, nomine Simon, ante fuerat in urbe, artes magicas exercens. Disputant eruditi, an vere Simon fuerit magus. Ant. van Dalen de vera

vera & falsa Prophetia c. 2. negat, illum veram exercuisse magiam, sed dicit, fuisse tantum ejusmodi impostorem, qui Physicam atque Chymiam bene calluit. Sed huic respondet Clericus bibl. choisie tom. 4. p. 199. s. omnino veram fuisse Simonis Magiam, putasse tamen Simonem, Apostolos callere longe meliorem, adeoque eam ab ipsis pecunia redimere voluisse.

Μάγος, ε, ὁ, 1) *Magus, sapiens* apud Persas, rerum divinarum naturaliumque peritus, & simul consiliorum in aula regia administer. Matth. 2, 1. Quia vero quidam ex his sollertiam suam ad mala adhibebant, atque per eam varia flagitia & veneficia efficiebant, inde hoc nomine venit 2) *Præstigiator, veneficus*, magicæ artis peritus. Act. 13, 6. 8.

Μαγώγ, ὁ, *Magog*, nomen filii Japheti hebraicum indeclinabile, Genes. 10, 2. Apoc. 20, 8. ubi posteri ejus intelliguntur.

Μαδιάν, ἡ, *Madian*, nomen regionis hebraicum מִדְיָן, (a דוּן judicare, inde דִּין, judicium.) Actor. 7, 29.

Μαθητεύω, f. εύσω, 1) Discipulus sive auditor sum, (a μαθητής.) Matth. 27, 57. 2) *Doceo, instituo*, facio discipulos, & speciatim facio Christianos. Matth. 28, 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, docete sive Christi discipulos & asseclas Christianos reddite omnes gentes. Sic Act. 14, 21. Pass. μαθητεύομαι, doceor, instituor. Matth. 13, 52. γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, scriba doctus (qui ante bonus discipulus factus est) ad regnum cœlorum.

Μαθητής, οῦ, ὁ, 1) *Discipulus*, (a μανθάνω, disco.) 2) In N. T. obvii sunt οἱ μαθηταὶ τοῦ Ἰησοῦ, Matth. 5, 1. 8, 21. 23. 25. magnum eorum fuisse numerum liquet ex Luc. 6, 17. 7, 11. 19, 37. Joann. 6, 66. ex quibus fuerunt duodecim Apostoli Matth. 10, 1. 11, 1. Luc. 6, 13. μαθηταὶ Ἰωάννου occurrunt Matth. 9, 14. 11, 2. Marc. 2, 18. 6, 29. & Pharisæorum Matth. 22, 16. Ratio hujus denominationis hæc est, quia apud Judæos studiosi juvenes dicebantur תַּלְמִידִים, vel etiam הַלְמִידֵי חֲכָמִים, discipuli sapientum. 3) *Sectator doctrinæ* alicujus, sive qui doctrinam alicujus amplectitur. Joann. 7, 3. 9, 27. μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι; non etiam vos discipuli illius fieri vultis? 4) *Christianus*, verus Christi sectator. Causam hujus denominationis vide Matth. 28, 19. Luc. 14, 26. 27. 33. Joann. 8, 31. 15, 8. 19, 38. Act. 1, 15. 6, 1.

Μαθήτρια, ίας, ἡ, 1) *Discipula*. 2) *Christiana*, vera Christi cultrix, (a μαθητής.) Act. 9, 36.

Μαθουσάλα, ὁ, *Methusala*, nomen filii Henochi hebraicum indeclinabile, (forte ex מָוֶת, mors, & שָׁלַח misit, quod in Piel est expulit, ejecit, q. d. pellens mortem. Illud שָׁלַח habet duas significationes, denotat propaginem & telum missile.) Luc. 3, 37.

Μαϊ-

Μαϊνάν, ὁ, *Mainan*, nomen indeclinabile hebraicum Luc. 3, 31.

Μαίνομαι, f. μανοῦμαι, *Insanio*, *furo*. Joann. 10, 20. Act. 12, 15. 26, 24. μαίνῃ Παῦλε, insanis, o Paule. 1. Cor. 14, 23. Partic. μαινόμενος, furens, insanus, lymphatus aor. 2. μανεὶς, εῖσα, ἐν, in furorem actus, furore percitus.

Μακαρίζω, f. ίσω, *Beatum prædico*, (a μακάριος.) Luc. 1, 48. μακαριοῦσί με (fut. 1. Atticum) πᾶσαι αἱ γενεαί, beatam me prædicabunt omnes generationes. Jac. 5, 11.

Μακάριος, ία, ον, 1) *Beatus*, (a μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, τὸ, beatus.) Matth. 5, 3. seqq. 11, 6. 16, 17. &c. Deus dicitur μακάριος. 1. Timoth. 1, 11. 6, 15. qui, quemadmodum αὐτάρκης ac bonum summum est, omnem dulcedinem in se ipso habens, ita omnis beatitudinis origo. 2) *Felix*. Matth. 24, 26. Luc. 10, 23. 11, 27. 12, 37. Comparat. μακαριώτερος, έρα, ον, beatior. 1. Cor. 7, 40.

Μακαρισμὸς, οῦ, ὁ, *Beatificatio*, qua nimirum aliquem beatum prædicamus, (a μακαρίζω.) Rom. 4, 6. 9. Gal. 4, 15. τίς ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; quam beati igitur tunc eratis prædicandi?

Μακεδονία, ίας, ἡ, *Macedonia*, regio Græciæ. Actor. 16, 9. 18, 5.

Μακεδὼν, όνος, ὁ, *Macedo*. Actor. 16, 19. 19, 29. 27, 2. 2. Cor. 9, 2. 4.

Μάκελλον, ου, τὸ, *Macellum*, vox Latina. 1. Cor. 10, 25.

Μακρὰν, *Procul*, *longe*, eminus, de loco, (a μακρὸς.) Matth. 8, 30. ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων, aberat vero procul ab illis grex porcorum, pro κατὰ μακρὰν χώραν. Marc. 12, 34. Luc. 7, 6. 15, 20. Sed Act. 2, 39. καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν sc. χώραν: pro ἐν μακρᾷ χώρᾳ ἔσι, & omnibus qui procul absunt.

Μακρόθεν, adv. *Procul*, *longe*, eminus, (a μακρὸς.) Marc. 8, 3. 11, 13. Luc. 18, 13. 22, 54. 23, 49. ἀπὸ μακρόθεν, eminus, e longinquo. Matth. 26, 58. 27, 55. Marc. 5, 6. Luc. 16, 23. καὶ ὁ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς, & publicanus, qui procul steterat.

Μακροθυμέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Leni sum animo*, *longanimis sum*, iram differo, (a μακρόθυμος, ος, ὁ, ἡ, longanimis, ex μακρὸς, & θυμὸς, animus.) Matth. 18, 26. μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, longanimis esto mecum. 1. Cor. 13, 4. ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, amor longanimis est. 1. Thess. 5, 14. 2. Petr. 3, 9. 2) *Patienter exspecto*. Hebr. 6, 15. καὶ οὕτω μακροθυμήσας, & cum hoc modo patienter exspectasset. Jac. 5, 7. 8. 2. Petr. 3, 9. Jobi 7, 16. Non enim æternum vivam, ἵνα μακροθυμήσω, ut patienter exspectare possim. 3) *Sumo mihi multum temporis*. Luc. 18, 17. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, etiam cum multum temporis cessaverit ipsorum caussa. Sic Siracid. 35, 18. Dominus vero non tardabit, οὐδὲ μὴ μακροθυμήσῃ ἐπ' αὐτοῖς, neque sibi multum temporis sumet eorum caussa. 2. Maccab. 8, 26. Propter Sabbatum ἐκ ἐμακροθύμησαν κατατρέχοντες αὐτὰς, non sumebant sibi tempus eos persequendi. Adde Elsnerum tom. 1. p. 265.

Μακροθυμία, ίας, ἡ, 1) *Longanimitas*, *lenitas animi*, (a μακροθυμέω.)

θυμέω.) Rom. 2, 4. τῆς μακροθυμίας θεῦ καταφρονεῖς; an tu longanimitatem ejus contemnis? 2. Cor. 6, 6. Gal. 5, 22. Eph. 4, 2. 2) *Tolerantia, patientia.* Coloss. 1, 11. Hebr. 6, 12. 2. Petr. 3, 15.

Μακρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Longus, longinquus.* Luc. 15, 13. 19, 12. εἰς χώραν μακρὰν, in regionem remotam. 2) *Longus, magnus, multus.* Matth. 23, 14. προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι prætextu multum precantes, μακρὰ adverbialiter usurpatur pro κατὰ μακρὰ: sic Marc. 12, 40. Luc. 20, 47. μακρὰν, vide supra suo loco.

Μακροθύμως, adv. *Patienter, longanimiter*, æquo animo, (a μακροθυμέω.) Act. 26, 3.

Μακροχρόνιος, ία, ὸ καὶ ἡ, *Longævus, diu durans*, (ex μακρὸς & χρόνος tempus.) Ephes. 6, 3.

Μαλακὸς, ὴ, ὸν, 1) *Mollis*, (a μαλάσσω, mollio, emollio.) Matth. 11, 8. οἱ τὰ μαλακὰ (ἱμάτια) φορέντες, qui mollia vestimenta gerunt. Luc. 7, 25. μαλακὰ sunt serica, prout docent Elsnerus tom. 1. p. 57. Jo. Alberti p. 82. 2) Metaphorice, *Homo impurus* & libidinosus. Hesychius: μαλακὸς, μαλθακὸς, ἔκλυτος, γυναικοήθης. 1. Cor. 6, 9. Cœlius Aurelianus de morbis chronicis 4, 131. hoc vitium inter morbos numerat, quod tamen homo gentilis detestatur, curamque potius animo, quam corpori adhibendam recte judicat. Aliter Erhardus ad Petronium c. 23. qui molles mastupratores explicat & pœnas iis varias jure civili dictas exponit: quod non placet.

Μαλακία, ίας, ἡ, 1) *Mollities*, inprimis animi ignava & effeminata. 2) Quivis languor corporis & infirmitas Matth. 4, 33. 9, 35. 10, 1. omnem morbum καὶ πᾶσαν μαλακίαν & omnem languorem corporis. Hesychius: μαλακία, νόσος· μαλακίζεθαι, ἀθενῶς διακεῖθαι, νοσηλεύεθαι.

Μαλελεὴλ, alii Μαλαλεὴλ, ὸ *Malaleel*, nomen viri indecl. hebraicum, (laudans Deum, ex מְהַלֵּל part. Piel, ab הָלַל, laudavit, & אֵל, Deus.) Luc. 3, 37.

Μάλιστα, vide sub sequenti μᾶλλον.

Μᾶλλον, adv. 1) *Magis amplius*, (est comparativus a μάλα, valde, multum, vehementer.) Matth. 6, 26. 30. 7, 11. 10, 25. 18, 13. 27, 24. 1. Tim. 6, 2. &c. 2) *Potius.* Matth. 10, 6. 28. 25, 9. Marc. 15, 11. Luc. 5, 15. 3) μᾶλλον ἢ, potius quam. Joann. 3, 19. Act. 4, 19. Ebr. 11, 25. Ita etiam μᾶλλον ἤπερ. Joann. 12, 43. Superlativus μάλιστα, *maxime*, potissimum, *præsertim.* Act. 20, 38. 25, 26. 26, 3. Gal. 6, 10. &c.

Μάλχος, ου, ὸ, *Malchus*, erat servus Pontificis, cui Petrus auriculam dextram abscideral, (nomen est chaldaicum, מַלְכָּא, rex.) Joann. 18, 10.

Μάμμη, ης, ἡ, 1) Vox qua pueri matrem vel aliam feminam ætate provectiorem appellabant. 2) *Avia.* 2. Tim. 1, 5.

Μαμμωνᾶς & μαμωνᾶς, ᾶ, ὸ, *Mammonas*, vocabulum Rabbini-

binicum & Syriacum ממון, *divitiæ, opes*, facultates. Hoc ipsum vocabulum hodienum Judæis inter nos viventibus in usu quotidiano est. Matth. 6, 24. θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ, non potestis Deo servire & opibus, i. e. cupiditati magnas opes & facultates corrodendi. Luc. 16, 13. Inde μαμμωνᾶς τῆς ἀδικίας Luc. 16, 9. & v. 11. ὁ ἄδικος μαμμωνᾶς sunt opes plerumque injusto modo acquisitæ & partæ. Quæ expressio הַשֶּׁקֶר מָמוֹנָא, Mammonas mendacii, sæpius occurrit in Targum Psalmorum.

Μαναήν, ὁ *Manaen*, nomen Prophetæ N. T. Act. 13, 1. hebr. מְנַחֵם, part. Piel, rad. נחם, consolatus est.

Μανασσῆς, ὁ, *Manasses*, nomen filii primogeniti Josephi hebraicum (ex מְנַשֶּׁה, faciens oblivisci, a נָשָׁה, oblitus est.) Matth. 1, 10. Apoc. 7, 6.

Μανθάνω, f. μαθήσομαι, p. μεμάθηκα, aor. 2. ἔμαθον, 1) *Disco*, Matth. 9, 13. 11, 29. Joann. 6, 45. 7, 15. &c. 2) *Intelligo, percipio*, animadverto, cognosco. Matth. 24, 32. Act. 23, 27. μαθὼν, ὅτι ῥωμαῖός, ἐστιν, quum cognosceret, ipsum Romanum esse.

Μανία, ίας, ἡ, 1) *Furor, insania*, vesania, (a μαίνομαι. Act. 26, 24.

Μάννα vel μὰν, τὸ, *Manna*, vox hebr. ἄκλιτος, quæ cibum illum extraordinarium notat, quo Deus Israëlitas in deserto sustentavit. Joann. 6, 31. 49. 58. Ebr. 9, 4. 2) Sensu mystico, *cibum spiritualem* denotat. Apoc. 2, 17.

Μαντεύομαι, fut. εύσομαι, *Vaticinor*, hariolor, (a μάντις, εως, ὁ, vates, hariolus.) Act. 16, 16.

Μαραίνω, f. ανῶ, *Marcidum reddo*, marcescere facio, μαραίνομαι, marcesco, flaccesco, flaccidus reddor, exaresco. Metaph. Jacob. 1, 11. ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται, dives in viis suis exarescet, i. e. peribit, divitiæ ejus nullæ erunt.

Μαρὰν ἀθά. Verba hæc Syro-chaldaica denotant: *Dominus noster venit*, (ex מָר, Dominus, מָרָן, Dominus noster, & אֲתָא, venit.) 1. Corinth. 16, 22. si quis non amat Dominum Jesum Christum, ἤτω ἀνάθεμα, sit maledictum, μαρὰν ἀθά. Sunt viri docti, qui putant, esse quendam ritum Judaicum his verbis aliquem excommunicandi, sed nemo ex scriptis ipsorum tale quid huc usque produxit. Tutius ergo est dicere, Apostolum hæc a Spiritu Sancto actum de suo protulisse, & inimicis Christi adventum ipsius ad judicium comminatum esse. Vide alias Drusium Quæst. Hebr. 1, 9. Possinum Spicil. Evang. c. 5.

Μαργαρίτης, ου, ὁ, (sc. λίθος.) 1) *Margarita, unio*, (a μάργαρον, unio.) Matth. 13, 45. 46. 1. Tim. 2, 9. Apoc. 17, 4. 2) *Doctrina præstantissima.* Matth. 7, 6.* μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, neque projiciatis uniones vestros ante porcos, h. e. doctrinas divinas & prorsus singulares. Judæi enim doctrinas & lectiones pulchras ac notatu dignas vocarunt margaritas. Adde cap. 13, 46.

Μάρθα, ας, ἡ, *Martha*, nomen mulieris, ſororis Lazari, quem Chriſtus e mortuis reduxit. Luc. 10, 38. 40. 41. Joann. 11, 1. ſeqq. (a מר, dominus, cujus fœmininum eſt מָרְתָא, domina.)

Μαρία, ίας, ἡ, *Maria*, nomen fœmineum hebraicum מִרְיָם, Mirjam, (a rad. מָרַר, amarus fuit, inde מָר, מָרָה, amarus, a, item triſtis.) Diverſæ vero in N. T. hoc nomine ſunt obviæ. 1) *Maria*, mater filii Dei, quæ interdum Μαριὰμ, voce inflexibili manente, appellatur. Matth. 1, 16. 18. 20. 2, 11. 13, 55. Luc. 1, 27. ſeqq. Act. 1, 14. 2) Maria Magdalena. Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Luc. 8, 2. Joann. 19, 25. 20, 1. 11. 16. 18. 3) Maria, Jacobi minoris & Jeſu mater, Mariæ, matris Jeſu ſoror. Matth. 27, 56. 61. 28, 1. Marc. 15, 40. 47. 16, 1. 4) Maria Lazari & Marthæ ſoror. Luc. 10, 42. Joann. 11, 1. ſeqq. 5) Cleopæ uxor. Joann. 19, 25. 6) Mater Joannis, cognominati Marci. Act. 12, 12. 7) Alia, quæ a Paullo ſalutatur. Rom. 16, 6.

Μάρκος, ε, ὁ, *Marcus*, nomen proprium. 1) Eſt cognomen Joannis, filii Mariæ, quæ erat ſoror matris Domini. Act. 12, 12. 25. 15, 37. 39. 2. Tim. 4, 11. 2) Marcus, filius Petri Apoſtoli. 1. Petr. 5, 13.

Μάρμαρον, ε, τὸ, Marmor, (a *μάρμαρος*, ὁ καὶ ἡ, albus candidus, quod a *μαρμαίρω*, rutilo, reſplendeo.) Apoc. 18, 12.

Μάρτυς vel *μάρτυς*, υρος, ὁ καὶ ἡ, 1) *Teſtis*. Matth. 18, 16. ἐκ στόματος δύο μαρτύρων. 26, 25. Act. 6, 13. 2) *Teſtis* pariter & *præco*. Luc. 24, 48. ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων, vos vero eſtis teſtes ſ. præcones horum. Act. 1, 8. 22. 2, 32. 3) *Confeſſor fidei*, qui doctrinam cœleſtem tum ore, tum ſanguinis profuſione confirmat, vel ob fidem in Chriſtum gravia ſupplicia tantum ſuſtinet, etiamſi morte non adficiatur. Act. 22, 20. Hebr. 12, 1. 1. Petr. 5, 1. Apoc. 1, 5. 2, 13.

Μαρτυρέω, ῶ, f. ήσω. 1) *Teſtor, teſtis ſum*, teſtimonium dico, (a *μάρτυρ*.) Joann. 2, 25. 3, 28. 2) Teſtimonium pariter & *præconium edo, prædico*. Joann. 1, 7. 8. 3, 11. 32. 5, 31. 32. Act. 23, 11. Rom. 3, 21. 3) *μαρτυρεῖν τινι* (ſc. καλῶς ſive εὖ,) eſt *Teſtimonio laudis impertire* aliquem, teſtimonio bono mactare aliquem. Solemus hodieque in ſermone vulgari teſtimonium appellare elogium de bonis cujuspiam moribus vel de præclara eruditione, & qui a Præceptore vel Paſtore ſuo petit, ut ſibi reddat teſtimonium litteris mandatum, *μαρτυρίαν* expetit καλὴν, (uti Paullus 1. Tim. 3, 7. loquitur;) laudari ab eo cupit iſtarumque litterarum lectoribus de meliore nota commendari. Hoc ſenſu Luc. 4, 22. πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, omnes prædicabant & laudibus in cœlum efferebant Chriſtum. Joann. 3, 26. 12, 17. 18, 37. Act. 6, 3. c. 15, 8. καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, in gratiam, honorem & commodum ipſis teſtimonium perhi-

perhibuit. Dativus commodi. Hebr. 11, 2. ἐν ταύτῃ (πίστει) ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι, per fidem bonum teſtimonium datum eſt antiquioribus: & v. 4. δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, per fidem accepit hoc laudis teſtimonium, quod juſtus fuerit. 1. Joann. 3, 6. 12. Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν, omnes Demetrium laude proſequuntur, - & ego vero idem teſtor. Eſt vero & profanis ſcriptoribus uſitata hæc vox, prout exemplis adlatis docet Elsnerus Obſerv. ſacr. tom. 1. p. 198. Majus Obſ. ſacr. lib. 3. p. 149.

Μαρτυρία, ίας, ἡ, 1) *Teſtimonium*, quod a teſte perhibetur, (a præc.) Marc. 14, 55. Tit. 1, 13. & 2) *Elogium*, teſtimonium, quod alicui datur. 1. Tim. 3, 7. 3) *Concio Evangelii*, ſive doctrina de Chriſto ſic vocatur, quia Deus neque in V. neque in N. T. aliquid ſine teſtibus fecit, cum aliarum gentium legislatores ſemper abdita quæſiverint. Hoc ergo egregium teſtimonium eſt pro veritate Religionis Chriſtianæ. Joann. 1, 7. 3, 11. 32. 33. Act. 22, 18. Apoc. 1, 2. 9. 6, 9. 4) *Martyrium cruentum.* Apoc. 11, 7.

Μαρτύριον, ίου, τὸ, 1) *Teſtimonium*, ſeu quod teſtimonii loco adfertur, *argumentum*, quo aliquid comprobatur, (ab eodem.) Matth. 8, 4. 10, 18. 24, 14. Act. 4, 33. 2) *Præconium Evangelii.* 1. Cor. 1, 6. 2, 1. 2. Theſſ. 1, 10. 2. Tim. 1, 8.

Μαρτύρομαι, *Teſtor*, *teſtificor*, teſtatum facio, (ab eodem,) Act. 20, 26. Gal. 5, 3. Eph. 4, 17.

Μάρτυς, υρος, ὁ καὶ ἡ, *Teſtis*, quære in μάρτυρ.

Μασάομαι vel μασσάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, mando, comedo. Apoc. 16, 10. ἐμασῶντο, τὰς γλώσσας, mandebant linguas.

Μαστιγόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Flagello*, flagris cædo, verbero, (a μάστιξ.) Matth. 10, 17. Marc. 10, 34. Luc. 18, 33. Joann. 19, 1. 2) *Caſtigo.* Hebr. 12, 6. μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, caſtigat autem omnem filium.

Μαστίζω, f. ίξω, *Flagello*, *flagris cædo*, verbero, (ab eodem.) Actor. 22, 25.

Μάστιξ, γος, ὁ, 1) *Flagrum*, *flagellum*, ſcutica. Act. 22, 2. μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, flagellis ipſum torqueri: nam in tormentis quoque locum habent flagella. Hebr. 11, 36. μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, flagella experti ſunt. 2) Metaph. *pœna* a Deo irato nobis inflicta; etiam *morbus.* Marc. 3, 10. 5, 29. 34. Luc. 7, 21. ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων, a morbis & vexationibus.

Μαστὸς, ῦ, ὁ, *Mamma*, *mammilla*, (a μαζὸς, idem.) Luc. 11, 27. 23, 29. Apoc. 1, 13.

Ματαιολογία, ίας, ἡ, *Vaniloquentia*, verba vana, vaniloquium, (a ματαιόλογος.) 1. Tim. 1, 6.

Ματαιολόγος, ε, ὁ καὶ ἡ, *Vaniloquus*, vanus in loquendo, (a μάταιος & λόγος, ſermo.) Tit. 1, 10.

Μάταιος, αία, ον, 1) *Vanus*, *inanis*, qui fruſtra fit, ine-

ptus, futilis, mendax, falsus, (a μάτην.) 1. Cor. 3, 20. 15, 17. Tit. 3, 9. Jacob. 1, 26. 2) *Idololatricus.* 1. Petr. 1, 18. ἀπὸ τῆς ματαίας ἀναστροφῆς, a conversatione vestra vana. Hinc τὰ μάταια sunt idola. Act. 14, 15. Sic LXX. Ps. 31, 7. Jes. 41, 24. Jonæ 2, 9.

Ματαιότης, ητος, ἡ, 1) *Vanitas,* (a μάταιος.) Rom. 8, 20. 2. Petr. 2, 18. 2) Pro *cultu idolis præstito* sumi potest Ephes. 4, 17.

Ματαιόω, ῶ, f. ώσω, *Vanum reddo,* frustror, ματαιόομαι, ᾤμαι, vanus & irritus fio, inepte & stulte ago, (a μάταιος.) Rom. 1, 21. ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἑαυτῶν, vani facti sunt in cogitationibus suis.

Ματθαῖος, ε, ὁ, *Matthæus,* nomen Apostoli & Evangelistæ, qui ante fuerat vectigalium exactor, (a radice נָתַן, dedit: hinc מַתָּן, donum, & מַתִּתְיָה, donum Dei.) Matth. 9, 9. 10, 3.

Ματθάν, ὁ, *Matthan,* nomen viri indeclinabile hebraicum (significat idem, & est ab eodem.) Matth. 1, 15.

Ματθάτ, ὁ, *Matthat,* nomen viri hebr. (idem ab eodem.) Luc. 3, 24. 29.

Ματθίας, ίε, ὁ, *Matthias,* nomen Apostoli, loco Judæ proditoris electi, Syriacum, (ex מַתָּן, donum, & יָהּ, Deus.) Act. 1, 23. 26.

Μάτην, adv. frustra, in vanum. Matth. 15, 9. Marc. 7, 7.

Ματταθά, ὁ, *Mattatha,* nomen viri hebraicum (idem cum sequenti.) Luc. 3, 31.

Ματταθίας, ίε, ὁ, *Mattathias,* nomen viri hebraicum. Luc. 3, 25. 26. eandem originem habet cum Matthæo & seqq.

Μάχαιρα, ας, ἡ, 1) *Gladius,* Matth. 26, 47. Luc. 21, 24. 22, 36. &c. 2) *Rixa, contentio, pugna,* adjunctum pro subjecto, Matth. 10, 34. 3) *Cædes,* quæ fit gladio. Rom. 8, 35. dicitur Hebr. 11, 37. φόνος μαχαίρας. 4) Metaphorice Eph. 6, 17. μάχαιρα τῦ πνεύματος, gladius Spiritus Sancti, qui est verbum Dei, quo hostes fidei & animæ debellare possumus.

Μάχη, ης, ἡ, 1) *Pugna,* dimicatio, (a μάχομαι.) 2) *Contentio, altercatio,* lis, controversia 2. Cor. 7, 5. 2. Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. Jacob. 4, 1.

Μάχομαι, f. 1. ἐσομαι & ήσομαι, 1) *Pugno,* prælior, bellum gero. Jacob. 4, 2. 2) *Verbis litigo, rixor,* disputo. Joann. 6, 52. Act. 7, 26. 2. Tim. 2, 24.

Μεγαλαυχέω, ῶ, f. ήσω, *Glorior,* magna sive grandia loquor, magnifice me effero, (a μεγαλαυχής, έος, ὁ καὶ ἡ, qui valde gloriatur, ostentator, ex μέγας & αὐχή, gloriatio.) Jac. 3, 5. Lingua est exiguum membrum, καὶ μεγαλαυχεῖ, & magna refert. Exempla ex profanis congessit Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 291.

Μεγαλεῖος, εία, ον, 1) *Magnificus,* venerandus, sublimis, grandis. Hinc μεγαλεῖον, ε, τὸ, magnificentia, majestas, & Plur. μεγαλεῖα, ίων, τὰ, 2) *Magnalia,* magnifica, (a μέγας,) in genere

nere notat *a*) magna & præclare gesta Tobiæ 11, 15. *b*) Magna illa mysteria, quæ Deus circa hominum salutem constituit. Luc. 1, 49. ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα, fecit mihi magna. Apostoli Act. 2, 11. loquebantur τὰ μεγαλεῖα τῦ θεῦ.

Μεγαλειότης, ητος, ἡ, *Magnificentia*, magnitudo, majestas, (a præcedentibus.) Luc. 9, 43. Act. 19, 27. 2. Petr. 1, 16.

Μεγαλοπρεπής, ές, ὁ καὶ ἡ, 1) *Magnum virum decens*, (ex μέγας & πρέπει, decet. 2) *Magnificus*. 2. Petr. 1, 17. δόξα μεγαλοπρεπὴς erat Christi, cum transfiguraretur, ut vulgo loquuntur, in monte sancto.

Μεγαλύνω, f. ὑνῶ, 1) *Amplum facio*, magnum reddo, (a μέγας.) Matth. 23, 5. μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν, ampliant fimbrias vestimentorum suorum Luc. 1, 58. 2) *Magnifice effero, extollo, verbis prædico*, celebro, laudibus amplifico. Luc. 1, 46. Act. 5, 13. 10, 46. 19, 17. 2. Cor. 10, 15. Philipp. 1, 20. Exempla ex profanis adfert Elsnerus tom. 1. p. 173.

Μεγάλως, adv. *Valde*, vehementer, (ab eodem.) Philip. 4, 10.

Μεγαλωσύνη, ης, ἡ, *Magnificentia*, majestas, (ab eodem.) Hebr. 1, 3. 8, 1. Judæ v. 25.

Μέγας, μεγάλη, μέγα, Gen. μεγάλε, ης, ε, 1) *Magnus*. Matth. 2, 10. 4, 16. Joann. 19, 31. ἦν μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τῦ Σαββάτε, erat magnus dies ille Sabbati. Magnus dicitur, quia dies Sabbati & prima Paschatis simul incidebant. (conf. cap. 7, 37.) Jesa. 1, 13. Novilunia & Sabbata vestra, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, & diem magnum non tolero. hebr. קְרָא מִקְרָא convocare convocationem. Inde igitur constat, in genere ἡμέραν μεγάλην esse primum & ultimum trium festorum præcipuorum, quibus totus populus convenire cogebatur. Actor. 8, 10. ἑτός ἐστιν ἡ δύναμις τῦ θεῦ ἡ μεγάλη, hic est potentia Dei magna. Ex more reliquorum, qui etiam Deos se fieri volebant, agebat Simon magus, quales fuerunt Cabiri, qui magiam exercentes, se magnos haberi volebant & potentes. Astorius de Diis Cabiris 5. 8. Actor. 19, 27. τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, magnæ Deæ Dianæ templum. Erat una ex Diis majorum gentium, qui cognominabantur magni. Astorius l. c. 1. 3. p. 18. Ἡμέρα ἡ μεγάλη denotat a) *Diem judicii extremi*, evolve ἡμέρα. Judæ v. 6. Apoc. 7, 17. 16, 14. b) *Tempus destructionis Hierosolymitanæ* & totius rei Judaicæ. Actor. 2, 20. 2) *Summus*. Matth. 5, 35. Tit. 2, 13. Hebr. 4, 14. 10, 21. 13, 20. inde οἱ μεγάλοι, summi. Matth. 20, 25. Marc. 10, 42. 3) *Maximus*. Positivus enim pro superlativo adhibetur. Matth. 5, 19. ἕτος μέγας κληθήσεται, hic maximus nominabitur, i. e. erit cap. 20, 26. 22, 36. 38. Marc. 10, 43. Luc. 9, 48. 4) *Clarus, celebris*. Luc. 1, 15. 32. 7, 16. 5) *Magnus natu, alt.* Actor. 8, 10. 26, 22. Hebr. 8, 11. 11, 24. Apoc. 11, 18. 13, 16. 20, 12. 6) Vehementer *violentus*. Matth. 24, 31. 27, 46. 50. Marc. 1, 26. 5, 7. Luc. 1, 42. 4, 38. 8, 28.

8, 28. 19, 37. 7) *Atrox.* Apoc. 13, 5. Comparat. μάζων.

Μεγέθος, εος, τὸ, *Magnitudo*, sublimitas, amplitudo, (a μέγας.) Ephes. 1, 19.

Μεγιστᾶνες, οἱ, *Primates, proceres*, magnates, (a μεγιστὰν, ᾶνος, quod est a μέγιστος.) Dat. plur. μεγιστᾶσι. Marc. 6, 21. Apoc. 6, 15. 18, 23.

Μέγιστος, ίστη, ον, *Maximus*, (Superlativus a μέγας.) 2. Petr. , 4.

Μεθερμηνεύω, f. εύσω, *Interpretor, transfero*, verto, explico, (ex μετὰ & ἑρμηνεύω, interpretor.) Matth. 1, 23. Marc. 5, 41. 15, 22. 34. Joann. 1, 41. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, quod est, si interpreteris.

Μέθη, ης, ἡ, *Vinolentia*, temulentia, *ebrietas*, (a μέθυ, τὸ, vinum, temetum.) Luc. 21, 34. Rom. 13, 13. Gal. 5, 21.

Μεθιστάνω & μεθίστημι f. μεταστήσω, 1) *Statuo* aliud pro alio, (ex μετὰ, trans, & ἵστημι, statuo.) 2) *Moveo de loco, transfero.* 1. Cor. 13, 2. * ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, adeo ut montes transferrem. Phrasis Judaica denotat doctorem summum. 3) *Amoveo, submoveo*, abrogo, expello. Luc. 16, 4. ὅταν μεταστῶ (ἀπὸ) τῆς οἰκονομίας, quando ab œconomia transferar, ut scil. eidem porro non præsim. 2. Reg. 23, 33. Actor. 13, 22. 4) *Transfero, traduco.* Actor. 19, 26. μετέστησεν ὄχλον ἱκανὸν, in aliam partem traduxit populum multum.

Μεθοδεία, ας, ἡ, *Insidiæ*, occulta & fraudulenta circumventio, (a μεθοδεύω, machinor, architector, methodo ac via prosequor & tracto, circumvenio. 2. Sam. 19, 27. καὶ ἐμεθώδευσεν, & decepit, ex μετὰ & ὁδὸς, via.) Ephes. 4, 14. 6, 11. μεθοδείαι τοῦ διαβόλου, fraudes diaboli. Suidas: μεθοδείας, τέχνας ἢ δόλους. μεθοδεύει, τεχνάζεται. μέθοδος, τέχνη. Utitur & Artemidorus 3, 25. Aquila Exod. 21, 13. καὶ ὃς οὐ μεθώδευσεν, & qui non insidiatus fuerit.

Μεθόριαι, ίων, τὰ, *Confinia*: subaudi vero τὰ μέρη, (a μεθόριος, ία, ον, vel μεθόριος, ου, ὁ καὶ ἡ, conterminus, confinis, ex μετὰ & ὅρος, ου, ὁ, terminus.) Marc. 7, 24. εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος (sc. μέρη,) in partes Tyri & Sidonis conterminas.

Μεθύσκω, f. ύσω, ebrium reddo, *Inebrio.* μεθύσκομαι, inebrior, (a μέθυ.) Luc. 12, 45. Ephes. 5, 18. 1. Thess. 5, 7. καὶ οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύουσιν, & qui se inebriant, noctu ebrii sunt: pudet plena die hujusmodi vitia exercere.

Μέθυσος, ου, ὁ καὶ ἡ, *Ebrius*, ebriosus, temulentus, (ab eodem.) 1. Cor. 5, 11. 6, 10.

Μεθύω, 1) *Ebrius sum.* Matth. 24, 29. Actor. 2, 15. 1. Cor. 11, 21. 1. Thess. 5, 7. 2) Sensu honestiori Joann. 2, 10. καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, & quando ebrii facti sunt. Non eam temulentiam denotat, qua homines rationis expertes fiunt, sed poculum ultra satietatem unum aut duo, quod alias hilaritatis dicitur. Genes. 43, 34. Cant. 5, 1. Hagg. 1, 6. 3) Metaph. Apoc. 17, 3. ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς, ebrii facti sunt ex vino scortationis ejus: h. e. idololatria decepit homines & sensum omnem

omnem veritatis ab iis removit: & v. 6. μεθύσαν ἐκ τῦ αἵματος τῶν ἁγίων, ebriam ex sanguine sanctorum, h. e. quæ plurimum illorum sanguinem effuderat, & eo ipso testata fuerat, nullum in ea, velut in ebria, sensum pietatis & veritatis superesse.

Μάζων, ονος, ὁ καὶ ἡ, 1) *Major*, μᾶζον, τὸ, *majus*, (comparativus irregularis a μέγας.) Matth. 11, 11. 12, 6. &c. Accus. μάζονα, pro quo dicitur μάζω. Joann. 5, 36. τὴν μαρτυρίαν μάζω τῦ Ἰωάννε, testimonium majus, quam Joannis. Sic quoque in Accus. Plur. Neut. μάζω pro μάζονα. Joann. 1, 51. 2) *Maximus*, & ponitur loco superlativi. Matth. 13, 32, 18, 1. 4. 23, 11. Luc. 22, 24. 26. Joann. 10, 29. 1. Cor. 13, 13. μᾶζον, neutrum adverbialiter occurrit. Matth. 20, 31. οἱ δὲ μᾶζον ἔκραζον, illi vero magis clamabant. μειζότερος, έρα, ον, minor, (alius Compar. a μάζων,) 3. Joann. v. 4. μειζοτέραν τάτων ἐκ ἔχω χαρὰν, minorem his non habeo lætitiam.

Μέλαν, ανος, τὸ, *Atramentum*, (a μέλας.) 2. Cor. 3, 3. 2. Joann. v. 12. 3. Joann. v. 13.

Μέλας, μέλαινα, μέλαν, Gen. ανος, αίνης, ανος, *Ater*, *niger*. Matth. 5, 36. Apoc. 6, 5. 12.

Μελεᾶς, ᾶ, ὁ, *Melea*, nomen viri hebraicum, a radice מָלֵא, plenus fuit.) Luc. 3, 31.

Μέλω, f. μελήσω, p. μεμέληκε, *Curæ est*. Construitur cum Dativo personæ. Marc. 4, 38. Luc. 10, 40. 1. Cor. 7, 21. Et cum Genitivo rei, addita præpositione περὶ, Matth. 22, 16. καὶ ὰ μέλει σοι περὶ ὰδενός, & non curæ est tibi de aliquo. Marc. 12, 14. Joann. 10, 13. 12, 6. 1. Petr. 5, 7. Omittitur περὶ 1. Cor. 9, 9. μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; num boves curæ sunt Deo? Aliter Actor. 18, 17. καὶ ὰδὲν τάτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν, & nihil horum Gallioni curæ erat.

Μελετάω, ῶ, f. ήσω, *Meditor*, *curo*, *curam gero*. (a μελέτη, cura, meditatio.) Marc. 13, 11. Actor. 4, 25. 1. Tim. 4, 15.

Μέλι, ιτος, τὸ, *Mel*. Matth. 3, 4. μέλι ἄγριον, mel silvestre.

Μελίσσιος, ία, ὁ, *Ad apes spectans*, vel ab apibus proveniens, (a μέλισσα, apis.) Luc. 24, 42. ἀπὸ μελισσίε κηρίε.

Μελίτη, ης, ἡ, *Melita*, nomen insulæ. Actor. 28, 1.

Μέλλω, f. μελλήσω, 1) *Futurus sum*. Facit cum alio verbo in Infinitivo positum conjugationem periphrasticam. Matth. 11, 14. Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, Elias qui venturus est. cap. 16, 27. 17, 12. 22. 20, 22. 24, 6. Marc. 10, 32. 13, 4. &c. 2) *Volo*, *paro*, *in animo habeo*. Matth. 2, 13. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, vult enim quærere Herodes puerulum. Luc. 22, 23. 3) *Cunctor*, *moror*, *differo*, cessio. Actor. 22, 16. Participium μέλλων, μέλλσα, μέλλον, a) *Futurus*. Matth. 3, 7. * ἀπὸ τῆς μελλήσης ὀργῆς, ab ira futura, h. e. æterna damnatione (Adde vocab. ὀργή.) cap. 12, 32. Luc. 13, 9. εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις (pro ἐν τῷ μέλλοντι μέρει τῦ χρόνε,) imposterum excides. 1. Tim. 6, 19. θεμέλιον καλὸν εἰς

τὸ μέλλον, fundamentum bonum in futurum, ubi eadem ellipsis locum habet. Rom. 5, 14. 8, 38. 1. Cor. 3, 22. 1. Timoth. 4, 8. Hebr. 11, 20. *b*) Participio hoc μέλλων partim ad N. Test. ecclesiam partim ad vitam æternam pertinentia continentur. Ephes. 1, 21. ἐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Coloss. 2, 17. Hebr. 2, 5. 6, 5. 9, 11. 10, 1. 13, 14.

Μέλος, εος, τὸ, 1) *Membrum*, Matth. 5, 29. 30. Rom. 6, 13. 19. Jacob. 3, 5. 6. 4, 1. 2) Sensu figurato. Ephes. 4, 25. ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη, sumus invicem membra, in corpore scil. Ecclesiæ. Coloss. 3, 5. τὰ μέλη ἐπὶ τῆς γῆς, membra in terris, sunt vitia & peccata, quæ nos excludunt a corpore ecclesiæ, cujus caput est Christus.

Μελχί, ὁ, *Melchi*, nomen viri hebraicum indeclinabile, (a מַלְכִּי, rex meus: מֶלֶךְ, rex.) Luc. 3, 24. 28.

Μελχισεδὲκ, ὁ, *Melchisedech*, nomen Regis Salem hebraicum indeclinabile, (ex מֶלֶךְ, rex & צֶדֶק, justitia.) Hebr. 5, 6. 7, 1. seqq.

Μεμβράνα, ης, ἡ, *Membrana*, vox Latina 2. Tim. 4, 13.

Μέμφομαι, f. ψομαι, *Queror*, expostulo, *reprehendo*. Marc. 7, 2. Rom. 9, 19. τί ἔτι μέμφεται; quid porro Deus conqueritur? Construitur plerumque cum accusativo; cum Dativo vero Hebr. 8, 8. μεμφόμενος αὐτοῖς, reprehendens ea, vel, sequiora de illis loquens.

Μεμψίμοιρος, ς, ὁ καὶ ἡ, qui de sorte sua & Deo ipso quæritur, *querulus*, (ex μέμψις, reprehensio, & μοῖρα, sors, fatum.) Judæ v. 16. Loca ex scriptoribus profanis adfert Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 430.

Μὲν, conjunctio, *quidem*. Cum sequente δὲ facit orationem adversativam, distributivam, vel copulativam. Matth. 3, 11. 9, 37. 16, 3. 17, 11. 20. 23. &c. Sic ὁ μὲν, - ὁ δὲ, *unus*, - *alius*. Matth. 13, 4. 16, 14. 21, 35. 22, 5. 25, 15. μὲν γὰρ *enim*. Actor. 13, 36. 25, 11. 28, 22. Rom. 3, 2. 1. Cor. 11, 7. 18. μὲν οὖν, μενοῦνγε, *immo vero*, *certe*. Luc. 11, 28. Rom. 9, 20. 10, 18. Philipp. 3, 8.

Μέν τοι, vel μέντοι, *Tamen*, *sed tamen*. Joann. 4, 27. 7, 13. 20, 5. 21, 4. 2. Timoth. 2, 19. Jud. v. 8. abundat Joann. 12, 42.

Μένω, f. μενῶ, pr. μεμένηκα. 1) *Maneo*, permaneo, constanter maneo. Matth. 11, 23. ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον, manerent & firmiter perstarent (urbes Tyrus & Sidon), usque ad hodiernum diem. Joann. 5, 38. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν, & sermonem Dei non habetis manentem (hærentem) in vobis. c. 15, 9. μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ, sic & vos manete in amore meo: nam præcesserat καθὼς. v. 16. καὶ καρπὸς ὑμῶν μένῃ, & fructus vester sit perpetuus. 2) *Diversor*, *commoror* in aliquo loco. Joann. 1, 38. διδάσκαλε πῦ μένεις; Magister, ubi habitas? Matth. 10, 11. κακεῖ μείνατε, & ibi habitate. 3) *Vivo*, *supersum*, in vivis maneo. Joann. 21, 22. 23. ἐὰν αὐτὸν θέλω

θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, si volo ipsum vivum esse, donec ipse veniam, & animam ejus auferam. 1. Cor. 15, 6. οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, plures eorum hodieque supersunt. 4) *Duro.* Apoc. 17, 10. ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι, parvo tempore ipsum oportet durare. 5) *Exspecto.* Actor. 20, 5. ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι, exspectarunt nos Troade: & v. 23. δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν, vincula & afflictiones exspectant me.

Μέριμνα, ης, ἡ, *Cura*, sollicitudo. Matth. 13, 22. Luc. 8, 14. 21, 34. 2. Cor. 11, 28. 1. Petr. 5, 7.

Μεριμνάω, ῶ, f. ήσω, *Curo*, solllicitus sum, anxie cogito. Matth. 10, 19. Luc. 10, 41. Accusativum post se habet. 1. Cor. 7, 32. 33. 34. 12, 25. Philipp. 2, 20. 4, 6. cum Dativo construitur. Matth. 6, 25. & cum περὶ, v. 28. Luc. 12, 26. nec non cum εἰς. Matth. 6, 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον, ne igitur solliciti sitis in crastinum, h. e. in futurum tempus.

Μερίζω, f. ίσω, 1) *Partior*, *divido*, distribuo, (a μερὶς.) Marc. 6, 41. Luc. 12, 13. Rom. 12, 3. 1. Cor. 7, 17. 2. Cor. 10, 13. Hebr. 7, 2. Passivum μερίζομαι, *dividor*, 1. Cor. 1, 13. μεμέρισται ὁ Χριστός; num divisus est Christus? 2) *Distinguor.* 1. Cor. 7, 34. μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, distinctio est inter maritam & virginem. 3) *Dividor*, *dissideo*, in varias partes scindor, distrahor, dissentio. Matth. 12, 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, omne regnum divisum, i. e. dissidens contra se ipsum. Marc. 3, 24. 25. 26.

Μερὶς, ίδος, ἡ, 1) *Pars*, *portio*, particula, (a μέρος.) Luc. 10, 42. Moris erat apud Judæos amicis præstantiores in convivio portiones proponere. Gen. 48, 33. 1. Sam. 1, 5. adde Maji Obs. sacr. lib. 2. p. 10. Borremansium Var. Lect. c. 13. Sic Thren. 3, 24. μερὶς μου ὁ κύριος, portio mea est Dominus. Actor. 8, 21. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, non est tibi pars aut sors in hoc verbo. 2) *Communio*, communicatio. 2. Cor. 6, 15. τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; quænam est communio fideli cum infideli?

Μέρος, ους, ους, τὸ, 1) *Pars portio*, (a μείρω divido, partior.) Luc. 11, 36. 15, 12. 24, 42. 2. Cor. 3, 10. ἐν τούτῳ τῷ μέρει, in hac parte, *in so ferne*. Hinc formulæ ἀπὸ μέρους, ex parte, aliquatenus. Rom. 11, 1. 25. 15, 15. 24. 2. Cor. 1, 14. 2, 5. quod aliter 1. Cor. 11, 18. καὶ μέρος τι πιστεύω, (pro κατά τι μέρος,) & aliqua ex parte credo. ἐκ μέρους, idem. 1. Cor. 13, 9. 10, 12. Sed 1. Cor. 12, 27. *particulatim* reddi necesse est: καὶ μέλη ἐκ μέρους. ἀνὰ μέρος vicissim, per partes. 1. Cor. 14, 27. Et κατὰ μέρος (sc ἕκαστον,) figillatim. Hebr. 9, 5. 2) *Participatio*, *communicatio.* Joann. 13, 8. οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ, non habes participationem mecum. Apoc. 20, 6. ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ, qui habet commune quid cum resurrectione prima. 3) *Portio*, *sors.* Matth. 24, 51. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει,

& fors ejus cum hypocritis constituet. Actor. 19, 27. Adde Elsnerum Obs. sacr. tom. 1. p. 112. 4) Plur. τὰ μέρη, *Partes regionis*, tractus, plaga, regiones. Matth. 2, 22. 15, 21. 16, 13. Marc. 8, 10. Joann. 21, 6. Ephes. 4, 9. ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, quod etiam descenderit primum in inferiores partes terræ. Per τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς intelligo ipsam terram, cujus regiones s. partes, respectu ad cœlum habito, unde Christus descendit, inferiores dicuntur, hebr. בְּתַחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ Sic Jes. 44, 23. Psalm. 139, 15. ubi LXX. ἐν τοῖς κατοτάτω τῆς γῆς (sc. ἔσι μέρεσιν.) 5) Singulare est Coloss. 2, 16. Nemo judicet vos ἐν μέρει ἑορτῆς, quod ad festum adtinet: quemadmodum supra aderat ἐν τέτῳ τῷ μέρει.

Μεσημβρία, ίας, ἡ, *Meridies*, (ex μέσος & ἡμέρα, dies.) Actor. 8, 26. 22, 6.

Μεσιτεύω, f. εύσω, *Mediator sum*, mediatorem ago, interpono me, (a μεσίτης.) Hebr. 6, 17. ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, mediante jure jurando promisit.

Μεσίτης, ε, ὁ, 1) qui est medius inter duos, *Mediator*, interventor, intercessor, arbiter, (a μέσος.) 1. Tim. 2, 5. Hebr. 8, 6. 9, 15. 12, 24. 2) *Internuncius*. Gal. 3, 19. 20.

Μεσονύκτιον, ίε, τὸ, *Media nox*, (ex μέσος & νύξ, nox.) Marc. 13, 35. Luc. 11, 5. Actor. 16, 25. 20, 7. Poëticum tantum esse volunt Thomas Magister & Phrynichus, verum a Plutarcho & Luciano adhibitum esse docet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 195.

Μεσοποταμία, ας, ἡ, 1) *Mesopotamia*, (ex μέσος & ποταμὸς, ὁ, fluvius;) denotat itaque regionem, quæ inter duos fluvios, Tigridem & Euphratem, est media. Actor. 2, 9. καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, & habitantes Mesopotamiam. 2) Latius sumitur hæc vox Actor. 7, 2. Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, adeoque etiam regiones quasdam transfluviales denotat, uti constat ex Josepho Ant. 1, 8. Sic & Gen. 20, 11. non longe post orbis divisionem Chaldæi sive Babylonii Mesopotamiam inhabitasse dicuntur. Alias patria Abrahami erat Vr Chaldæorum.

Μέσος, η, ον, Medius. Matth. 14, 24. τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, (pro κατὰ μέσον μέρος τῆς θαλάσσης,) navigium vero jam in medio maris erat. (coll. Marc. 6, 47.) Sic μέσος usurpatur Luc. 23, 45. Joann. 1, 26. 19, 18. Actor. 1, 18. 26, 13. ἡμέρας μέσης (sc. ἔσης,) cum esset meridies. Hinc τὸ μέσον, medium. Matth. 14, 6. Marc. 3, 3. ἔγειραι εἰς τὸ μέσον, surge in medium. cap. 14, 60. Luc. 4, 35. 5, 19. ἐν μέσῳ 1) *Inter*. Matth. 10, 16. 18, 2. 20. Luc. 2, 4. 6. 2) *In*. Marc. 6, 47. Luc. 21, 21. 22. 55. Hebr. 2, 12. Apoc. 2, 7. ἀνὰ μέσον, *inter*. Matth. 23, 25. 1. Cor. 6, 5. διὰ μέσε, *per*. Luc. 4, 30. 17, 11. διὰ μέσε Σαμαρίας, per mediam Samariam. Joann. 8, 59. & ἀνὰ μέσον. Marc. 7, 31. ἐκ μέσε, *a, ab, ex*. Matth. 13, 49. Actor. 17, 33. 23, 10. 1. Cor. 5, 2. 2. Cor. 6, 17.

Μεσό-

Μεσότοιχον, ϗ, τὸ, Paries intermedius, *Paries intergerinus*, (ex μέσος & τοῖχος.) Epheſ. 2, 14. καὶ τὸ μεσότοιχον τϗ φραγμϗ̃ λύσας, & qui parietem intermedium ſepis diſſolvit. Reſpicitur ad cancellos illos, qui in templo alienigenis aditum prohibebant. Vide Hottingerum ad Goodwini Moſen & Aaron. 2.1.20.

Μεσουράνημα, τος, τὸ, Medium cœli, (ex μέσος & οὐρανὸς, cœlum.) Apoc. 8, 13. 14, 6. 19, 17.

Μεσόω, ῶ, f. ώσω, Medius ſum, (a μέσος.) Joann. 7, 14. τῆς ἑορτῆς μεσούσης, cum feſtum eſſet medium.

Μεσσίας, ἰϗ, ὁ, *Meſſias*, nomen Jeſu, promiſſi Servatoris mundi hebraicum מָשִׁיחַ, unctus, a radice מָשַׁח unxit. Ad triplex enim munus Chriſtus oleo lætitiæ præ ſociis ſuis fuit unctus. Joann. 1, 41. 4, 25.

Μεστὸς, ἡ, ὸν, *Plenus*. Quia adjectivum hoc copiam deſignat, cum Genitivo ponitur, ἐκ ſubintellecto. Joann. 19, 29. σκεῦος ἦν ἔκειτο ὄξους μεστὸν, (pro ἐξ ὄξους μεστὸν,) vas igitur jacebat aceto plenum. cap. 21, 11. Metaphorice Matth. 23, 28. Rom. 1, 29. 15, 14. Jacob. 3, 8. 17. 2. Petr. 2, 14.

Μεστόω, ῶ, f. ώσω, *Impleo*, perf. paſſ. part. μεμεστωμένος. Act. 2, 13. ὅτι γλεύκους (pro ἐκ γλεύκους) μεμεστωμένοι εἰσὶ, muſto pleni ſunt, h. e. inebriati.

Μετὰ, Præpoſitio, adſciſcit

I. GENITIVVM, & denotat

1) CVM, VNA CVM. Matth. 1, 23. μεθ' ἡμῶν ὁ θεὸς, nobiſcum Deus. c. 12, 30. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, qui non eſt mecum, h. e. qui non a partibus meis ſtat. Luc. 8, 13. μετὰ χαρᾶς, cum gaudio. Tit. 2, 15. μετὰ πάσης ὑποταγῆς, cum omni ſubjectione.

2) APVD, PROPE. Matth. 9, 15. ἐφ' ὅσον (χρόνον) μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος, quamdiu apud ipſos eſt ſponſus. Luc. 22, 28. διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ, qui manſiſtis apud me. Actor. 9, 19. Erat vero Saulus dies aliquot μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν, apud diſcipulos Damaſcenos.

3) CONTRA. Joann. 6, 43. μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων, ne murmurate contra vos invicem. 1. Cor. 6, 7. κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, lites habete vobiscum invicem. Apoc. 2, 16. πολεμήσω μετ' αὐτῶν, pugnabo contra ipſos.

4) ERGA. Luc. 1, 58. ἐμεγάλυνεν ὁ Κύριος ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, magnam exhibuit Dominus miſericordiam erga ipſam: ſic & v. 72. c. 10, 36. 1. Cor. 16, 24. ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν, amor meus eſt erga vos omnes.

5) PER. Actor. 14, 27. 15, 4. ἀνήγγειλαν, ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν, annunciarunt, quæ fecerit Deus per ipſos: c. 15, 12. legitur δι' αὐτῶν.

II. ACCVSATIVVM, & tunc denotat

6) POST. Matth. 17, 1. μεθ' ἡμέρας ἓξ, poſt dies ſex. c. 1, 12. μετὰ τὴν μετοικεσίαν, poſt tempora captivitatis. c. 26, 32. μετὰ τὸ ἐγερ-

ἐγερθῆναί με, postquam surrexero. Act. 1, 3. μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, post passionem ipsius.

Μεταβαίνω, f. ήσομαι, pr. μεταβέβηκα, aor. 2. μετέβην, part. μεταβάς, imp. μετάβηθι. 1) *Transeo*, transgredior. Matth. 17, 20. μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται, transi hinc illuc, & transibit. Joann. 5, 24. ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς ζωὴν, sed transiit ex morte in vitam. Mors per Euphemismum dicitur transitus ab una vita ad alteram. Aeschines Socraticus Dial. 3, 5. ἢ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ κακοῦ τινός ἐστιν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή. 1. Joann. 3, 14. 2) *Migro, digredior*, ab aliquo ad alium discedo. Matth. 8, 34. 11, 1. 12, 9. 15, 29. Luc. 10, 7.

Μεταβάλλω, *Muto*, inverto, obverto. μεταβάλλομαι, *mutor, muto me*, (ex μετὰ & βάλλω, jacio.) Actor. 28, 6. μεταβαλόμενοι (sc. γνώμην) ἔλεγον, mutati (postquam mentem mutaverat) dixerant. Alia exempla habet. Jo. Alberti Obs. Philol. p. 288.

Μετάγω, f. άξω, 1) *Transfero*, traduco, (ex μετὰ & ἄγω, ago.) 2) *Circumago*. Jacob. 3, 3. 4.

Μεταδίδωμι, f. δώσω, 1) *Impertior*, dono partem, *communico*, (ex μετὰ & δίδωμι, do.) Rom. 1, 11. 1. Thess. 2, 8. 2) Speciatim de *erogatione eleemosynarum* occurrit Luc. 3, 11. Ephes. 4, 28. Et Rom. 12, 8. per τὸν μεταδίδοντας puto intelligendos esse פְּרָנָסִים in Synagogis Judaicis, qui quasi diribitores erant eleemosynarum. Hos ecclesia Christiana retinuit. Lightfootus ad Matth. 4, 23. p. 249.

Μετάθεσις, εως, ἡ, 1) *Transpositio*, translatio, (a μετατίθημι.) Hebr. 11, 5. 2) Permutatio. Hebr. 7, 12. 12, 27.

Μεταίρω, f. αρῶ, aor. 1. ῆρα, *Transeo, migro*, transfero (sc. cursum:) suppletur enim μεταίρω τὸν δρόμον. Matth. 13, 53. μετῆρεν ἐκεῖθεν, transiit inde c. 19, 1.

Μετακαλέω, ῶ, f. έσω, *Ad me voco, accerso*. Med. μετακαλέομαι, ῶμαι, idem, (ex μετὰ & καλέω, voco.) Act. 7, 14. 10, 32. 20, 17. 24, 25.

Μετακινέω, ῶ, f. ήσω, 1) transmoveo, *Dimoveo*, loco moveo, fugo, (ex μετὰ & κινέω, moveo.) 2) *Muto, labefacio*. Pass. μετακινέομαι, οῦμαι, *moveor*, labefactor, mutor. Col. 1, 23.

Μεταλαμβάνω, f. λήψομαι, aor. 2. μετέλαβον, 1) *Participo, particeps fio*, (ex μετὰ & λαμβάνω, sumo, capio.) Sequitur Genitivus, sed per Ellipsin vocis μέρος, ut Actor. 2, 46. μετελάμβανον τροφῆς (sc. μέρος, percipiebant cibum. cap. 27, 33. 2. Tim. 2, 6. Hebr. 6, 7. 12, 10. 2) *Nanciscor, vicissim accipio*: & quidem cum Accusativo invenitur, quod est unicum: Actor. 24, 25. καιρὸν μεταλαβών, nactus tempus oportunum.

Μετάληψις, εως, ἡ, *Participatio, sumtio*, (a μεταλαμβάνω.) 1. Timoth. 4, 3.

Μεταλλάσσω, vel τω, f. ξω, *Muto, immuto*, (ex μετὰ & ἀλλάσσω, muto.) Rom. 1, 25. 26.

Μεταμέλομαι & μεταμελέομαι, f. μεταμελήσομαι, aor. 1. μετεμελή-

μελήθην, *Pœnitet me*, pœnitentia ducor, (a μεταμέλει imp. pœnitet, ex μετὰ post & μέλει, curæ est, pœnitentia enim nihil aliud est, quam cura & ægritudo post rem factam.) Matth. 21, 29. μεταμεληθὴς, pœnitentia ductus. 27, 3. 2. Cor. 7, 8. Hebr. 7, 21.

Μεταμορφόω, ῶ, f. ώσω, *Transformo, transfiguro*, Pass. μεταμορφόομαι, transformor, (ex μετὰ & μορφόω formo.) 1) De forma externa. Christus, Matth. 17, 2. μετεμορφώθη, angustiori forma a suis conspectus est. Symmachus Psalm. 34, 1. ὁπότε μετεμόρφωσε τὸν τρόπον ἑαυτοῦ, quando Davides transformavit mores suos coram Abimelech. 2) Interna. 2. Cor. 3, 18. τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, secundum eandem imaginem transformamur. Rom. 12, 2. ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, aliam plane mentem induite ab illa, quam adhuc in Judaismo habuistis.

Μετανοέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Post sapio*, post intelligo. 2) Sententiam & mentem muto, (ex μετὰ post, & trans, & νοέω sapio. 3) *Resipisco, pœnitet me*, pœnitentiam ago, sensu Theologico. Matth. 3, 2. 4, 17. 11, 20. 21. 12, 41. &c.

Μετάνοια, οίας, ἡ, 1) *Resipiscentia, pœnitentia*, salutaris transmentatio: Transit enim peccator pœnitentiam agens a mala innata mente in aliam, in cogitationes alias, sensuum & totius cordis immutationem, (a μετανοέω, ex μετὰ & νοῦς mens.) Matth. 3, 8. 11. 9, 13. Act. 5, 31. 13, 24. 19, 4. 20, 21. 26, 20. &c. dicitur μετάνοια εἰς σωτηρίαν pœnitentia ad salutem. Act. 11, 18. 2. Cor. 7, 10. conf. Orationem Manassis. v. 7. 2) Interdum notat *pœnitentiam* in sensu generali h. e. quamcunque mentis & consilii permutationem & idem est, quod μεταμέλεια. Hebr. 12, 17. μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε, verte: Esavus non potuit efficere, quamvis multas lacrymas effunderet, ut patrem consilii & benedictionis suæ pœniteret.

Μεταξὺ, 1) *Inter*. adverb. more Præpositionum Genitivo jungitur. Matth. 18, 15. μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ, inter te & illum. cap. 23, 35. Luc. 11, 51. 16, 26. Act. 12, 6. μεταξὺ δύω στρατιωτῶν, inter duos milites. Nempe & ipsi milites, qui aliquem debebant custodire, catenis erant vincti. Vide infra cap. 28, 16. Ramiresius Pentec. cap. 5. Rom. 2, 5. 2) *Interea dum*, hinc ὁ, ἡ, τὸ μεταξὺ, (sc. ὢν,) intermedius, medius. Hesychius: μεταξὺ, μετ' ὀλίγον, ἀνὰ μέσον. Joann. 4, 31. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ (ὄντι χρόνῳ) ἠρώτον αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, intermedio vero tempore, interea, interrogabant ipsum discipuli. Actor. 13, 42. εἰς τὸ μεταξὺ (ὂν) σάββατον, intermedio sabbato. Solebant Judæi extra ordinem convenire in Synagogis diebus Lunæ & Jovis. Dies illi vocantur יָמִים שֶׁבֵּינֵתַיִם, dies intermedii. Inde græcum hoc μεταξύ. Goodwini Moses & Aaron 3. 3. 1. & ibi Hottingerus.

Μεταπέμπω, quod rarius, & μεταπέμπομαι, *Accerso*, fut. μεταπέμψομαι, aor. 1. μετεπεμψάμην, accersivi, aor. 1. pass. μετεπέμ-

ἐπέμφθην, part. μεταπεμφθεὶς accersitus, (ex μετὰ & πέμπω mitto.) Act. 10, 5. μετάπεμψαι Σίμωνα, accerse Simonem: c. 11, 13. 24, 34. 26. 25, 3.

Μεταστρέφω, f. ψω, 1) Retorqueo, *converto*. 2) *Inverto*, perverto, *muto*, flecto. (ex μετὰ & στρέφω, verto.) Gal. 1, 7. 3) Pass. μεταστρέφομαι, convertor, mutor. Act. 2, 20. Jacob. 4, 9.

Μεταχηματίζω, f. ίσω, *Transfiguro*, *transformo*, in alium habitum transmuto, (ex μετὰ & σχηματίζω, figuro, formo, effingo, a σχῆμα, habitus, vestitus, gestus, figura, cultus, gestamen, forma.) Sic Saulus μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν, vestes mutavit, prout vertit Symmachus 1. Samuel. 28, 8. In N. Test. adhibetur metaphorice de immutatione 1) ratione *dictionis*. 1. Cor. 4, 6. ταῦτα δὲ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ, hæc vero alio & figurato loquendi genere proposui de me ipso & Apolline 2) Ratione *mentis*. 2. Cor. 11, 14. Diabolus μεταχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτὸς, transmutat se in angelum lucis: & falsi Apostoli sunt μεταχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ. 3) Ratione corporis. Phil. 3, 21. Christus μεταχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, transformabit corpus infirmitatis nostræ. Alia exempla collegit Elsnerus tom. 2. p. 160.

Μετατίθημι, f. ήσω, 1) *Transpono*, *transfero*, (ex μετὰ & τίθημι, pono.) Act. 7, 16. καὶ μετετέθησαν εἰς Συχέμ, nempe οἱ πατέρες ἡμῶν. Corpora enim eorum, teste Josepho Antiq. 2, 4. perinde ac Josephi, in terram Canaan relata sunt, ibi vero sepulta cum ossibus Josephi in Sichem, quod etiam testatur Hieronymus epist. 27. quæ inscribitur Epitaphium Paullæ, & Rabbini, a Lightfooto ad h. l. allegati. 2) *Muto*, *commuto*, μετατίθεμαι, mutor, transferor. Hebr. 7, 12. μετατιθεμένης τῆς ἱερωσύνης, immutato enim sacerdotio: metaphorice de mutatione sententiæ Gal. 1, 6. ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον, miror, quod tam cito mentem mutaveritis (transgrediendo) ad aliud Evangelium. Exempla alia habent Raphelius, Elsnerus tom. 2. p. 171. Jo. Alberti Obs. Philol. p. 196. 3) Henochus μετετέθη, translatus h. e. subito ex oculis hominum ereptus, & non amplius conspectus est. Hebr. 11, 5. Sic Sapient. 4, 10. de eo, qui juvenis moritur, καὶ ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη, & vivus ex medio peccatorum translatus est.

Μετέπειτα, adv. *Postea*, *deinde*, (ex μετὰ & ἔπειτα, *post*.) Hebr. 12, 17.

Μετέχω, habeo cum aliquo, *particeps sum*, partem habeo, participo, f. μεθέξω, aor. 2. μετέσχον, perf. μετέσχηκα (ex μετὰ & ἔχω, habeo.) μετέχειν τινὸς πράγματος, (plene μετέχειν ἔκ τινος πράγματος μέρος conf. 1. Cor. 10, 17.) 1. Cor. 9, 10. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν (ὀφείλει,) pro ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν μέρος, & triturans spei suæ particeps fieri debet. cap. 10, 17. Hebr. 2, 14. 5, 13. 7, 13.

Μετεωρίζω, f. ίσω, 1) *Exalto*, *suspendo*, in sublime tollo, attol-

attollo. 2) μετεωρίζομαι, medium, *effero me*, item *fluctuo*, (a μετέωρος, ε, ὁ καὶ ἡ, ſublimis, elatus, excelſus, fluctuans. μετέωρα, ſuperna, quæ circa aſtra fiunt aut apparent.) Luc. 12, 29. καὶ μὴ μετεωρίζεσθαι, nolite cogitationibus veſtris fluctuare & altum ſapere. 2. Maccab. 5, 17. ἐμετεωρίζετο τὴν διάνοιαν, fluctuabat mente: & v. 21. Antiochus putabat, ſe terram navigabilem & mare calcabile redditurum, διὰ τὸν μετεωρισμὸν τῆς καρδίας, quia mente ſua nimium alta cogitabat. Nam naves a ventis & fluctibus tractæ a profanis dicuntur μετεωρίζεσθαι, quod docet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 234.

Μετοικεσία, ας, ἡ, *Transportatio*, *transmigratio*, incolatus, ſ. habitatio in peregrina regione, ex μετὰ & οἰκέω, habito.) μετοικεσία τῆς βαβυλῶνος, transportatio ſive captivitas in Babel. 2. Reg. 24, 26. Matth. 1, 11. 12. 17.

Μετοικίζω, f. ίσω, *Transfero*, incolas in aliam terram habitandi cauſſa transfero, (ex μετὰ, trans, & οἶκος, domus.) Aelianus V. H. 1, 11. μῦες μετοικίζονται, aliud domicilium quærunt. Herodianus 1. 15. 17. μετοικιδῆναι ἐβέλετο εἰς τὸ μονομάχων καταγώγιον, habitationem transferre volebat in gladiatorum diverſorium. Act. 7, 4. μετῴκισεν αὐτὸν, in aliam terram transtulit ipſum. v. 43. μετοικῶ (f. 1. attic.) ὑμᾶς, transferam vos.

Μετρέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Metior*, (a μέτρον.) Matth. 7, 2. Marc. 4, 24. Apoc. 11, 1. 2. 21, 15. 2) *Aeſtimo*, *dijudico*. 2. Cor. 10, 12. αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετροῦντες, nos in mente noſtra nosmet ipſos modulo noſtro metientes: nim. κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ θεὸς, ſecundum menſuram illius demenſi, quod Deus nobis diſpertitus eſt.

Μετρητὴς, οῦ, ὁ, 1) *Menſor*. 2) Metreta, *cadus*, *amphora*, (a μετρέω.) Joann. 2, 6.

Μετριοπαθέω, ῶ, f. ήσω. 1) *Moderationem in adfectibus ſervo*, moderate adfectibus indulgeo. 2) *Condoleo*, *moderor*, (a μετριοπαθὴς, moderatus, clemens, ex μέτριος, mediocris, moderatus, modicus, & πάθος, adfectus.) Hebr. 5, 2. μετριοπαθεῖν δυνάμενος, qui moderate adfectus eſſe poſſet erga illos, qui ignari peccant. Heſychius: μετριοπαθὴς, μικρὰ πάσχων, ἢ συγγινώσκων ἐπιεικῶς.

Μετρίως, adv. *Mediocriter*, parum, *modice*, (a μέτριος.) Act. 20, 12. παρεκλήθησαν οὐ μετρίως, non mediocri conſolatione erecti ſunt.

Μέτρον, ε, τὸ, 1) *Menſura*, *modus*. Matth. 23, 32. Joann. 3, 34. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα, non enim ſecundum menſuram dat Deus Spiritum. Judæi fatentur in Prophetis V. T. Spiritum Sanctum non habitaſſe, niſi בְּמִשְׁקָל, menſura quadam. Verum Joannes in his verbis oſtendit, Chriſtum eſſe illum, de quo Pſalm. 45, 8. Rom. 12, 3. 2. Cor. 10, 13. Epheſ. 4, 7. 13. 16. Apoc. 21, 17. 2) *Temperamentum*, & ponitur pro adfecti-

fectibus. Matth. 7, 2. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, qua mensura metimini, rursus mensurabitur vobis. Nihil vulgatius in scriptis Judæorum est illo proverbio, quod Lightfootus adduxit, & alio, מְדָּה כְּנֶגֶד מִדָּה, mensura pro mensura: ubi id quoque observamus, מִדָּה quod proprie *mensuram* denotat (a rad. מדד, mensus est,) apud Hebræos denotare adfectus, ut iram, amorem, misericordiam &c. Sic apud Deum מִדַּת הַדִּין est attributum justitiæ, מִדַּת הָרַחֲמִים, attributum misericordiæ. Sensus ergo hujus proverbii est: Quo animo vos adfecti eritis erga alios, eodem alii vos tractabunt.

Μετοχή, ῆς, ἡ, *Participatio, communio*, consortium, (a μετέχω.) 2. Cor. 6, 14.

Μέτοχος, ος, ὁ καὶ ἡ, 1) *Particeps*, (ab eodem.) Hebr. 3, 1. 6, 4. 12, 8. 2) *Socius, consors*, Luc. 5, 7. Hebr. 1, 9.

Μέτωπον, ου, τὸ, *Frons*, (ex μετὰ & ὤψ, vultus, oculus.) Apoc. 7, 3. 9, 4. 13, 16.

Μέχρι, vel sequente Vocali, μέχρις, *usque ad, adhuc*. Construitur plerumque cum casu secundo, qui vero a subintellecto ipsi cognato nomine regitur. Matth. 11, 23. μέχρι τῆς σήμερον, (pro μέχρι πρὸς χρόνων τῆς σήμερον ἔσης ἡμέρας,) usque ad diem hodiernum. c. 13, 6. 30. 28, 15. Act. 10, 30. 20, 7. Rom. 5, 14. 1. Tim. 6, 14. Hebr. 3, 6. 14. 9, 10. μέχρι καιρὸς διορθώσεως, (pro μέχρι πρὸς τὴν πλήρωσιν τοῦ καιροῦ διορθώσεως,) usque ad tempus correctionis. Rom. 15, 19. μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, (pro μέχρι πρὸς τὸν τόπον, μέρη, vel κλίματα τοῦ Ἰλλυρικοῦ,) usque ad Illyricum. Philipp. 2, 8. 30. μέχρι θανάτου, (subaudi μέχρι πρὸς τὸ πάθημα τοῦ θανάτου,) usque ad mortem. 2. Tim. 2, 9. Hebr. 12, 4. μέχρις οὗ, donec, quo usque, quantisper, Marc. 13, 30. μέχρις οὗ ταῦτα πάντα γένηται (supple: μέχρι πρὸς τὴν πλήρωσιν τοῦ χρόνου, οὗ &c.) usque ad tempus, quo, donec hæc omnia facta fuerint. Sine casu: donec usque dum. Ephes. 4, 13. μέχρι καταντήσωμεν, donec pervenerimus.

Μή, 1) *Non*, adverbium negandi. Transponitur. Hebr. 11, 3. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων (pro ἐκ μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, ita ut ex non apparentibus ea, quæ videntur, facta fuerint. Ante Infinitivum interdum vocem δεῖν excludit. Matth. 5, 34. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως (sc. δεῖν,) ego vero dico vobis, plane non oportere jurare Marc. 6, 9. Actor. 15, 9. 21, 21. Interdum excludit articulum τοῦ. Matth. 2, 12. χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, μὴ ἀνακάμψαι (pro τοῦ μὴ ἀνακάμψαι) πρὸς Ἡρώδην, divinitus admoniti per somnium, ne reflecterent ad Herodem. cap. 6, 1. Luc. 2, 26. 22, 40. Actor. 1, 4. &c. Additur τοῦ Luc. 4, 42. καὶ κατεῖχον αὐτὸν, τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν, & retinebant ipsum, ut non discederet ab ipsis. cap. 24, 16. Actor. 10, 47. Hinc ἐὰν μή, *nisi quod*, adfuit in ἐάν. ἵνα μή, *ne, ut non*, vide in ἵνα: & εἰ μὴ *non*, in εἰ. 2) *Ne*. Imperativis præpositum est

α) pro-

α) prohibentis. Matth. 6, 7. μὴ βαττολογήσητε, ne blaterate. cap. 19, 6. 14. Marc. 9, 39. 10, 19. 14. Luc. 9, 50. 10, 4. β) dehortantis. Matth. 6, 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά, ne sciat sinistra. cap. 7, 1. 6. 14, 27. μὴ φοβεῖσθε, ne timeatis. 1. Cor. 4, 5. ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, itaque ne ante tempus aliquid judicate. Gal. 5, 13. μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ (sc. μετατίθετε,) tantum ne libertatem ad occasionem carni transferte. γ) dissuadentis. Matth. 14, 17. 18. Marc. 15, 16. Luc. 17, 31. 3) *Ne, ut non*, Conjunctio caussalis, sive finis. Sed observandum verbum aliquod conveniens, e. g. ὅρα, βλέπε, σκόπει, vel simile, una cum ἵνα præmittendum esse, eamque ob caussam modum potentialem requiri. Matth. 1, 20. μὴ φοβηθῇς (suppletur ὅρα, βλέπε, sive σκόπει, ἵνα μὴ φοβηθῇς) παραλαβεῖν, cave timeas assumere. cap. 3, 9. 5, 17. &c. 1. Cor. 16, 11. μήτις ἂν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ (pro βλέπετε, ἵνα μήτις &c.) ne igitur quis ipsum contemnat. Coloss. 2, 21. μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, (pro ὅρα, ἵνα μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ,) cave ne tetigeris neque gustaveris. 1. Thess. 2, 3. μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ, (pro βλέπετε, ἵνα μήτις &c.) videte, ne quis vos decipiat. Verbum ὁρᾶν subintelligendum esse, patet ex Matth. 18, 10. ὁρᾶτε, μὴ (pro ἵνα μὴ) καταφρονήσητε, videte, ne contemnatis. 1. Thess. 5, 15. βλέπειν Matth. 24, 4. βλέπετε, μήτις ὑμᾶς πλανήσῃ (pro βλέπετε, ἵνα μήτις) videte, ne quis vos in errorem ducat. Marc. 13, 5. Luc. 21, 8. Act. 13, 40. 1. Cor. 10, 12. Gal. 5, 15. σκοπεῖν adhibetur Luc. 11, 35. Gal. 2, 8. ἐπισκοπεῖν Hebr. 12, 15. 16. Verbum his simile occurrit. Marc. 13, 36. γρηγορεῖτε ἵν, (ἵνα) μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας, vigilate igitur, ne, quando venerit repente, inveniat vos dormientes, cui exemplo adde Actor. 23, 10. 27, 17. 42. 2. Cor. 8, 20. 11, 16. 12, 6. 20, 21. Huc pertinet formula illa. Apoc. 19, 10. 22, 9. ὅρα μὴ, pro ὅρα, ἵνα μὴ ποιήσῃς, ne facias. item μὴ γένοιτο pro εὔχομαι, ἵνα μὴ γένοιτο, ne fiat. Rom. 3, 4. 6. 4, 5. 6, 12. 15. 7, 7. 13. 11, 1. 11. 1. Cor. 6, 15. Gal. 2, 17. 3, 21. 6, 14. 4) *An, num?* Matth. 7, 9. 10. μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; num serpentem exhibebit ipsi? c. 9, 15. Marc. 2, 19. Luc. 17, 9. Joann. 18, 17. 1. Cor. 9, 9. μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; num boum curam gerit Deus? item *annon*. Jac. 3, 14. μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας; annon gloriamini, & mentimini contra veritatem?

Μήγε, in εἰ δὲ μήγε.

Μηδαμῶς, *Nequaquam, neutiquam.* Actor. 10, 4. 11, 8.

Μηδέ, conjunct. 1) *Neque, nec*, præcedente negatione. Matth. 6, 25. μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, - μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, ne curam agite vitæ vestræ, - neque corporis vestri. cap. 7, 6. 10, 9. 10. 14. &c. 2) *Neque - neque*, bis sibi invicem respondente. Marc. 8, 26. μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ, neque in vicum ingrediaris, neque dicas alicui in vico. Luc. 14, 12. 3) *Ne quidem.* Marc. 2, 2. 1. Cor. 5, 11. Eph. 5, 3.

Μηδείς, μηδεμία, μηδέν, Genit. μηδενός, μηδεμίας, μηδενός, *Nemo, nullus*, (ex μηδέ, neque, ne quidem, & εἷς, unus.) Matth. 8, 4. ὅρα μηδενὶ εἴπῃς, (pro ἵνα μηδενὶ,) vide ne cuiquam dicas. c. 9, 30. 16, 20. 17, 9. &c. μηδέν (sc. πρᾶγμα,) nihil. Matth. 27, 19. μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ (subaudi πρᾶγμα κοινὸν ἦ), nihil sit tibi & justo illi commune. Marc. 6, 8. ἵνα μηδὲν αἴρωσιν (sc. χρῆμα) εἰς ὁδὸν, ut nihil tollerent in viam. Luc. 3, 13. 6, 35. Actor. 4, 21. 8, 24. Philipp. 2, 3. καὶ μηδενὸς (sc. πράγματος) χρείαν ἔχητε, & nulla re opus habeatis. Dat. ἐν μηδενὶ (sc. πράγματι sive μέρει.) 2. Cor. 6, 3. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ (πράγματι vel μέρει) διδόντες προσκοπὴν, nullam in aliqua re sive in aliqua parte dantes offensionem. Sic cap. 7, 9. Philipp. 1, 28. Jac. 1, 4. Etiam Accusativus casus neutrius generis loco adverbiorum adhibetur, & quidem per ellipsin κατά. Marc. 5, 26. καὶ μηδὲν (pro κατὰ μηδὲν) ὠφεληθεῖσα, & cum nulla re utilitatem cepisset. Luc. 4, 35. μηδὲν (κατὰ μηδὲν) βλάψαν αὐτὸν, nihil nocuit ipsi. Actor. 10, 20. μηδὲν διακρινόμενος, (pro κατὰ μηδὲν,) non ulla in re dubitans. cap. 11, 12. 2. Cor. 11, 5. Jacob. 1, 6. Restat adhuc una ellipsis supplenda. Actor. 23, 14. μηδενὸς (supple βρώματος) γεύσασθαι, nihil cibi comedere. cap. 27, 33. μηδὲν προσλαβόμενοι (sc. βρῶμα,) nihil cibi accipientes.

Μηδέποτε, adv. *Nunquam*, haud unquam, (ex μηδὲ & ποτὲ, unquam.) 2. Tim. 3, 7.

Μηδέπω, adv. *Nondum, necdum*, (ex μηδὲ & πω.) Hebr. 11, 7.

Μῆδος, ε, ὁ, *Medus*, i. e. oriundus ex Media. Act. 2, 9.

Μηκέτι, adv. *Non amplius, ne posthac*, non jam, (ex μὴ & ἔτι, adhuc, amplius.) Matth. 21, 19. μηκέτι ἐκ σε καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα, non amplius ex te fructus fiat in æternum. Marc. 1, 45. Joann. 8, 11. μηκέτι ἁμάρτανε, ne amplius pecca. Actor. 4, 17. 13, 34.

Μῆκος, εως, τὸ, *Longitudo, spatium*. Apoc. 21, 16. metaph. Ephes. 3, 18.

Μηκύνω, f. υνῶ, *Produco, longum facio*, (a μῆκος.) μηκύνομαι, in longitudinem excresco. Marc. 4, 27.

Μηλωτὴ, ῆς, ἡ, sc. δορὰ, *Pellis ovina*, (a μῆλον, ovis, pecus.) Hebr. 11, 37. περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, circumierunt in ovinis pellibus.

Μὴν, νὸς, ὁ, *Mensis*. Luc. 1, 24. 26.

Μηνύω, f. ύσω, *Indico, significo, nuncio*, Luc. 20, 37. Joann. 11, 57. Actor. 23, 30. μηνυθείσις δέ μοι ἐπιβουλῆς, indicatis mihi insidiis. 1. Cor. 10, 28.

Μὴ ἐ, vel μὴ ἔκ, *Nonne, annon*. Rom. 10, 18. 19. 1. Cor. 9, 4. 5. Vide in μή.

Μήποτε, 1) *Ne, ne quando, ne forte*, (ex μὴ & ποτὲ, unquam.) Matth. 4, 6. μήποτε προσκόψῃς, ne allidas. Nonnunquam hic subintelligendum ὁρᾶτε vel βλέπετε. Matth. 25, 9. μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν, videte, ne forte nec nobis nec vobis sufficiat.

ficiat. Additum est βλέπετε, Hebr. 3, 12. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 147. 2) *Nondum.* Hebr. 9, 17. μήποτε ἰσχύει, nondum valet. 3) *Num, numnam,* num aliquando. Luc. 3, 15. μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, an ipse esset Christus. Joann. 7, 26. 2. Tim. 2, 25.

Μήπω, *Nondum, nec dum,* (ex μὴ & πω, vox enclitica, quodammodo alicunde.) Rom. 9, 11. Hebr. 9, 8.

Μήπως, *Ne, ne quo modo, ne forte,* (ex μὴ & πῶς, quomodo.) Act. 27, 29. 1. Cor. 8, 9. 2. Cor. 2, 7. 9, 4. 11, 3. 12, 20.

Μηρὸς, ᾶ, ὁ, *Femur,* Apoc. 19, 16. ἔχει ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτῆς τὸ ὄνομα γεγραμμένον, & in femore ejus nomen erat inscriptum: non tam in ipso femore, quam in gladio, qui ad femur pendet. Cant. 3, 8. ῥομφαία αὐτῆς ἐπὶ μηροῦ αὐτῆς, gladius ipsius, ad femur ejus. Confer Mart. de Roa singularia Scripturæ loca tom. 2. libr. 3. cap. 12.

Μήτε, 1) *Neque, nec,* (ex μὴ & τε, que.) Matth. 5, 34. 35. μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ - μήτε ἐν τῇ γῇ, neque per cœlum, neque per terram. cap. 11, 18. Luc. 7, 33. 9, 3. Act. 23, 8. 12. 2. Thess. 2, 2. &c. 2) *Ne quidem.* Marc. 3, 20. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν, ita, ut ne panem quidem possent comedere.

Μήτηρ, έρος, & per Syncopen μητρὸς, ἡ, 1) *Mater.* Matth. 1, 18. 2) Metaphorice α) quæ matris loco amatur. Matth. 12, 49. 50. β) urbs, a qua quis originem habet, & cujus doctrinam, vestigia & facta sequimur. Gal. 4, 26. ἡ δὲ ἄνω (ἔσα) Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν, quæ vero superius est Hierosolyma (i. e. ecclesia N. T.) libera est, quæ est mater omnium nostrum, a qua nos originem habemus. Apoc. 17, 5. ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν, mater meretricum, i. e. maxima meretrix, a qua omnes reliquæ proficiscuntur, & quam imitantur. Plura dat Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 193.

Μήτις, *Num quis?* (ex μὴ & τὶς, aliquis.) Joann. 4, 33. 7, 48. inde μήτι *num quid?* Matth. 7, 16. 12, 23. 26, 22. 25.

Μήτρα, ας, ἡ, *Uterus,* vulva, matrix, (a μήτηρ.) Luc. 2, 23. πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, omne masculum, quod aperit uterum, h. e. primogenitum. Rom. 4, 19. νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας, enectionem uteri Saræ, qui tanquam mulieris mortuæ considerandus erat, partui ultra non aptus.

Μητραλοίας, & μητραλῴης, ε, ὁ, *Matricida,* (ex μήτηρ, & ἀλοάω, trituro, fruges excutio, cædo, percutio, vel ἀλοιάω, percutio, contundo.) 1. Tim. 1, 9.

Μία, pertinet ad εἷς.

Μιαίνω, f. ανῶ, *Inquino,* conspurco, *polluo.* Jud. v. 8. σάρκα μὲν μιαίνουσι, carnem quidem polluunt. Pass. μαίνομαι, Joann. 18, 28. ἵνα μὴ μιανθῶσι, ne polluerentur.

Μίασμα, τος, τὸ, *Inquinamentum, contagium,* (a μιαίνω.)

2. Petr. 2, 20. ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τῦ κόσμυ, postquam effugimus ea, quibus mundus nos polluit, nempe peccata.

Μιασμὸς, ῦ, ὁ, Inquinatio, *impuritas*, imprimis stuprum, (ab eodem.) 2. Petr. 2, 10. ἐπιθυμία μιασμῦ, concupiscentia impuritatis.

Μίγμα, ατος, τὸ, mixtura, (a μίγνυμι.) Joann. 19, 39. peculiariter de medicamentorum mistūris.

Μίγνυμι & μιγνύω, f. μίξω, 1) *Misceo*, permisceo. Matth. 27, 34. ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, acetum felle mixtum. Apoc. 8, 7. χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα αἵματι, grando & ignis cum sanguine mista de cœlo ceciderunt. Apoc. 15, 2. 2) *Conjungo*. Luc. 13, 1. ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ θυσιῶν αὐτῶν, quorum sanguinem Pilatus conjunxit, cum victimis ipsorum. Sensus est. Eo ipso tempore, quo Judæi sacrificia mactarunt, Pilatus eos interfecit. μιγνύειν respondet Hebræo ערב, quod notat etiam, duas diversas res conjungere, & eodem tempore peragere.

Μικρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Parvus* statura. Luc. 19, 3. ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν, quia statura parvus erat. Jacob. 3, 5. 2) *Parvus natu, junior*. Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. 15, 40. Luc. 17, 2. & in formula illa hebraica, Hebr. 8, 11. ἀπὸ μικρῦ αὐτῶν ἕως μεγάλυ αὐτῶν, a parvo sive juniore ipsorum usque ad magnum sive natu grandem. Apoc. 11, 18. 13, 16. 19, 5. 18. 20, 12. 3) Parvus, *exiguus*, *vilis*, qui parvi pretii aut momenti est. Matth. 10, 42. Luc. 12, 32. μὴ φοβῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον, ne time, pusille grex. 4) *Paucus*, *exiguus*. 1. Cor. 5, 6. μικρὰ ζύμη, paucum fermentum. 2. Cor. 11, 1. 16. Gal. 5, 9. Apoc. 3, 8. Hoc significatu usurpatur neutrum μικρὸν, paullulum, sed elliptice explicandum. Quando de tempore adhibetur, tunc addendum χρόνον, sive μέρος τῦ χρόνυ. Matth. 26, 73. μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες, post paucum tempus vero accedebant &c. Marc. 14, 70. Joann. 13, 33. ἔτι μικρὸν (sc. χρόνον) μεθ' ὑμῶν εἰμι, adhuc paulisper vobiscum sum. Additur χρόνον Joann. 7, 33. 12, 35. Integra locutio est, κατὰ μικρὸν χρόνον. Sed Accusativus χρόνον non semper quadrat, attamen vero μέρος τῦ χρόνυ, in loco Joann. 14, 19. ἔτι μικρὸν (supple μέρος τῦ χρόνυ ἐστι,) καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ, adhuc pauxillum temporis est, & mundus me non amplius videt. Sic cap. 16, 16. seqq. Hebr. 10, 37. quando de loco adhibetur, subaudiendum μέρος τῦ τόπυ. Matth. 26, 39. καὶ προσελθὼν μικρὸν, (plene: κατὰ μικρὸν μέρος τῦ τόπυ,) & progressus paullulum. Marc. 14, 35. Comparativus μικρότερος, έρα, ον, 1) *Minor*. Ponitur vero pro superlativo *minimus*. Matth. 12, 32. ὁ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων, quod minimum quidem est omnium seminum. Marc. 4, 1. 2) *Vilissimus*, qui minimi pretii aut momenti est. Math. 11, 11. ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτῦ (Ἰωάννυ) ἐστι, minimus vero, sive vilissimus in regno cœlorum (regno Christi & ecclesia N. Test.) major illo est.

Sunt,

Sunt, qui Christum dicunt minimum in regno cœlorum, qui valde falluntur. Christus enim in regno cœlorum est Rex: ergo maximus. Minimus autem h. l. est unusquisque homo contemtus, vilis & abjectus, qui in regno cœlorum plura vidit & cognovit, quam Joannes. Hic enim ante passionem, resurrectionem & ascensionem Christi morti traditus est, adeoque vivus ea non potuit scire, quæ nos per Dei gratiam scimus. Judic. 6, 15. κἀγὼ ἐμὶ μικρότερος ἐν οἴκῳ τῦ πατρός μȣ, & ego sum minimus in domo patris mei.

Ὄνομα, τος, τὸ, 1) *Nomen.* Matth. 1, 21. καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, vocabis nomen ipſius Jeſum. &c. κατ' ὄνομα, nominatim. 3. Joann. v. 15. Joann. 10, 3. πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, oves nominat ſecundum nomen unumquodque. Singulæ enim oves apud Hebræos habebant ſua nomina, quemadmodum apud nos canes & alia quædam animantia. 2) *Perſona*, nomen pro re. Act. 1, 15. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων, & erat turba perſonarum. Apoc. 3, 4. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα, habes paucos. c. 11, 13. ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτὰ, occiſa ſunt in terræ motu perſonæ hominum mille. Sic Luc. 6, 22. τὸ ὄνομα ὑμῶν, nomen veſtrum, i. e. vos ipſos. c. 10, 20. Act. 4, 12. οὔτε γάρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον, neque enim ullus eſt alius, ſub cœlo hominibus datus, per quem oporteat ſalvari. 1. Cor. 1, 13. 15. εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, in me ipſum. Philipp. 4, 3. Apoc. 3, 5. 6, 8. 13, 18. 17, 8. 19, 13. inde 3) Quando nominis Dei fit mentio, *Deum ipſum*, divinam ipſius eſſentiam, proprietates, beneficia, quæ ad cognitionem Dei ſpectant, & quæ de Deo dici poſſunt, denotat. Matth. 6, 9. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ſanctificetur nomen tuum, i. e. rogamus, ut te ſecundum verbum tuum revelatum vere agnoſcamus, & vitam ſanctam te dignam geramus. Luc. 1, 49. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, & qui ſanctus ipſe eſt. Joann. 12, 28. δόξασόν σου τὸ ὄνομα, glorifica nomen tuum. Rom. 2, 24.

τὸ ὄνομα τῦ Θεῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται, Deus ipse, & doctrina de eo, propter vos ignominia adficitur. 4) De Christo, cum adhibetur, similiter *Christum ipsum*, ipsius doctrinam, cognitionem, religionem, fidem & professionem Christianam significat. Matth. 10, 12. καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου, & odio habebimini ab omnibus propter me & professionem doctrinæ meæ. c. 12, 41. καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι, & in ipsum gentes sperabunt. Joann. 1, 12. τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, credentibus in ipsum. c. 20, 31. ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ut credentes vitam habeatis per ipsum. Apoc. 2, 3. 13, 8. 5) *Auctoritate, ad professionem* alicujus, *jussu* alicujus. Matth. 28, 19. βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, baptizantes ipsos, in nomen Patris, Filii & Spiritus Sancti. εἰς ὄνομα Lightfootus recte explicat in nomine Patris, h. e. in professionem Dei, quem nomine Patris insigniverunt. Sic quoque in nomen Trinitatis, h. e. ad Professionem ejus religionis, quæ Trinitatem se credere & colere profitetur. Matth. 7, 22. ἐ τῷ σῷ ὀνόματι, nonne auctoritate tua miracula fecimus? Marc. 6, 38. 39. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, auctoritate mea. Luc. 9, 49. 10, 17. Joann. 10, 25. opera, quæ ego facio ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, auctoritate patris mei, hæc testificantur de me. Ephes. 1, 21. ὑπεράνω παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, supra omne nomen, (omnem auctoritatem,) quod nominatur. Hic notetur Phrasis Judæorum illis temporibus frequentata: ἔρχεσθαι ἐν τῷ ὀνόματί τινος, quæ significat: docere & proferre ea, quæ audivit, & didicit aliquis ab altero. Joann. 5, 43. ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ego veni & docui vos ea, quæ a Patre meo cœlesti audivi. Nemo enim apud Judæos aliquid proferre poterat, qui non auctoritatem summi alicujus Rabbini allegaret. De hac vero phrasi: *in nomine*, hebr. בְּשֵׁם, multa & egregia notavit, Edzardus ad Avoda Sara. c. 2. p. 280. 281. Inde ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου, est Messias qui a Deo Patre missus, ea hominibus exposuit, quæ in sinu Patris audivit. Matth. 21, 9. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, benedictus est Messias. c. 23, 39. ἕως ἂν εἴπητε· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, donec dixeritis: benedictus est Messias. Sic adhibetur de falsis Prophetis & Messiis. Matth. 24, 5. πολλοὶ ἐλεύσονται ἐν τῷ ὀνόματί μου, multi venient, & Messiam se esse profitebuntur. Marc. 13, 6. Luc. 21, 8. Et Joann. 5, 43. ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, si alius venerit in nomine proprio, privato ausu & auctoritate. Elliptice occurrit eadem phrasis Joann. 10, 8. ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, (scil. ἐν τῷ ὀνόματί μου,) κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί, quicunque ante me venerunt, & se Messiam jactarunt, fures sunt & latrones. 6) *Intentio*. Matth. 10, 41. ὁ δεχόμενος προφήτης εἰς ὄνομα προφήτου, recipiens Prophetam ea intentione, ut prophetæ gratum quid faciat. Hebræi ha-

habent formulam לְשֵׁם. Matth. 18, 5. 20. Marc. 9, 37. 41. Luc. 9, 48. 7) *Prætextus*, obtentus, *ſpecies*, titulus. Apoc. 3, 1. ὄνομα ἔχεις, ὅτι ζῇς, titulum habes, quod vivas. 8) *Fama*, nominis celebritas, majeſtas. Marc. 6, 14. φανερὸν ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ, manifeſtum fiebat nomen ejus. Rom. 9, 17. Phipp. 2, 9. ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα (ſc. ὄν.) 9) *Quævis profeſſio*. Apoc. 13, 17. 14, 11. εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ſi quis accipiat characterem nominis ſeu profeſſionis ipſius. c. 15, 2.

Ὀνομάζω, f. άσω, *Nomino*, *appello*, nuncupo, (ab ὄνομα.) Luc. 6, 13. 14. Actor. 19, 23. 2. Tim. 2, 19. πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριστοῦ, omnis qui nominat nomen Chriſti, h. e. qui Chriſtianus vocatur. Ὀνομάζομαι, nominor, appellor. Rom. 15, 20. οὗ οὐκ ὠνομάσθη Χριστός, ubi non nominatus eſt Chriſtus. 1. Cor. 5, 1. 11. Eph. 1, 21. 5, 3. 5. πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, ſcortatio vero & omnis immundities, aut avaritia ne nominetur quidem inter vos.

Ὄνος, ου, ὁ καὶ ἡ, *Aſinus*. Matth. 21, 2. 5. 7. Luc. 13, 15. 14, 5. Joann. 12, 15.

Ὄντως, adv. *Vere*, *plane*, certo, profecto, (ab ὤν, ὄντος, Particip. ab εἰμί.) Marc. 11, 32. ὅτι ὄντως προφήτης, quia vere Propheta erat. Luc. 23, 47. 24, 34. Gal. 3, 21. 2. Petr. 2, 18. 1. Tim. 5, 3. τίμα τὰς ὄντως (ſc. οὔσας) χήρας, honora, quæ vere ſunt viduæ. v. 5. 16.

Ὄξος, εος, τὸ, *Acetum*, (ab ὀξύς.) Matth. 27, 34. ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, acetum felle mixtum. v. 48. Marc. 15, 36. Luc. 23, 36. Joann. 19, 29. 30.

Ὀξύς, εῖα, ύ, Gen. έος, είας, έος. 1) *Acutus*, ut enſis, cuſpis. Apoc. 1, 16. ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα, gladius anceps acutus. c. 2, 12. 19, 15. & δρέπανον ὀξύ, falx acuta. cap. 14, 14. ſeqq. 2) *Celer*, *ſubitus*, *præceps*. Rom. 3, 15. ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα, celeres pedes ipſorum ad effundendum ſanguinem.

Ὀπή, ῆς, ἡ, *Caverna*, ſpecus, foramen. Hebr. 11, 38. Jac. 3, 11.

Ὄπιθεν, adv. *Pone*, *a tergo*, (ab ὀπίσω.) Matth. 9, 20. προσελθοῦσα ὄπιθεν, accedens a tergo. Marc. 5, 27. Luc. 8, 44. Apoc. 4, 6. 5, 1. βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπιθεν, libellus ſcriptus interius & exterius. Alias vocantur ὀπισθόγραφα, quæ veteres raro habebant. More præpoſitionis cum genit. Matth. 15, 23. κράζει ὄπιθεν ἡμῶν, clamat pone nos. Luc. 23, 26.

Ὀπίσω, adv. a) loci: 1) *Retrorſum*, *retro*, pone, poſt, & quidem ſignificat *ad locum*. Matth. 16, 23. ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, abi poſt me, Satana. cap. 24, 18. Marc. 8, 33. Luc. 4, 8. *in loco*, a tergo, pone. Luc. 7, 38. ὀπίσω κλαίουσα, a tergo flens. Philipp. 3, 13. τὰ ὀπίσω (ſc. ὄντα πράγματα) ἐπιλανθανόμενος τοῖς δὲ ἔμπροσθεν, (ſc. ὄσιν πράγμασιν) ἐπεκτεινόμενος ea, quæ retro ſunt, obliviſcens, illis vero, quæ ante ſunt, me intendens. Ea, quæ retro, poſt tergum Paullus reliquerat, uti v. 7. dixit, nimirum juſtitia, gloria & prærogativæ Phariſaismi fuerunt, quorum Paul-

Paullus ita oblitus est, ac si ea nunquam possedisset. Ante vero ipsum tunc positus erat Christus cum gloria & spe vitæ æternæ, quam Apostolus avidissime adpetebat. Hinc εἰς τὰ ὀπίσω (sc. ὄντα μέρη τῆ τόπε.) retrorsum, retro. Marc. 13, 16. μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ne revertatur retrorsum. Luc. 9, 62. 17, 31. Joann. 6, 66. 18, 6. 20, 14. Huc annotari merentur formulæ, Matth. 4, 19. δεῦτε ὀπίσω με, venite post me, a tergo meo, i. e. estote discipuli mei. Nam discipuli Judæorum magistros suos, quocunque terrarum ambulabant, sequebantur. Marc. 1, 7. Inde huic germanæ sunt ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινος. Matth. 10, 38. ἐλθεῖν. Matth. 16, 24. Marc. 8, 34. Luc. 9, 23. 14, 27. & ἀπελθεῖν ὀπίσω τινος. Marc. 1, 20. Joann. 12, 19. quæ omnes denotant sequi aliquem, ipsius esse discipulum. Sicuti etiam hoc ὀπίσω infert significationem moralem & obsequendi. Luc. 21, 8. μὴ ἂν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν, ne igitur abite post illos: ne illis obedite. Act. 5, 37. 20, 30. 1. Tim. 5, 15. 2. Petr. 2, 10. Judæ. v. 7. 2) *Ad.* Luc. 19, 14. b) adv. temporis. 3) *Post*, Matth. 3, 11. ὀπίσω με ἐρχόμενος, qui post me venit. Marc. 1, 7. Joann. 1, 15. 27, 30.

Ὅπλον, ε, τὸ, *Telum*, scutum, ὅπλα, *arma*, proprie. Joann. 18, 3. Metaph. instrumenta. Rom. 6, 13. ὅπλα ἀδικίας, instrumenta injustitiæ, δικαιοσύνης, justitiæ. cap. 13, 12. 2. Cor. 6, 7. 10, 4.

Ὁπλίζω, f. σω, *Armo*, instruo armis, (ab ὅπλον.) Metaph. *instruo*, paro. Pass. ὁπλίζομαι. metaph. 1. Petr. 4, 1. καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, & vos eadem mente vos instruite vel instruimini.

Ὁποῖος, οία, οῖον, *Qualis*, (a ποῖος, idem.) Act. 26, 29. 1. Cor. 3, 13. Gal. 2, 6. 1. Thess. 1, 9. Jacob. 1, 24. ἐπελάθετο, ὁποῖος ἦν, obliviscebatur, qualis esset.

Ὁπότε, *Cum, quando*, (a ποτέ.) Luc. 6, 3.

Ὅπε, adv. 1) *Ubi*. Matth. 6, 19. 20. 21. &c. Marc. 6, 55. ὅπε ἤκεον ἐκεῖ ἐςι, ubi audiebant, quod ibi esset. Est Hebraismus אֲשֶׁר שָׁם Apoc. 12, 14. ὅπε ἐὰν, & ὅπε ἄν, ubicunque. Matth. 24, 28. 26, 13. Marc. 6, 10. 56. 9, 18. 14, 9. 14. 2) *Quo*. Marc. 16, 6. ὅπε ἔθηκαν αὐτὸν, quo posuerunt ipsum. Luc. 12, 33. Joann. 8, 21. Sic ὅπε ἐὰν vel ἄν, quemcunque in locum. Matth. 8, 19. Luc. 9, 57. Jacob. 3, 4. Apoc. 14, 4.

Ὀπτάνω, *Video*, ὀπτάνομαι, *appareo*, conspicior, (ab ὄπτομαι.) Actor. 1, 3. ὀπτανόμενος αὐτοῖς, apparens illis, conspectus ab illis.

Ὀπτασία, ίας, ἡ, 1) *Visio*, *apparitio*, ut angelorum, (ab ὀπτάζομαι, videor.) Luc. 1, 22. 24, 23. 2) *Visio in somnio* vel ecstasi. Act. 26, 19. non fui inobediens τῆ ἐρανίῳ ὀπτασίᾳ, cœlesti (divinæ) visioni, quæ Paullo statim post conversionem contigerat. Adde 2. Cor. 12, 1.

Ὄπτομαι, f. ὄψομαι. 1) *Video*. Matth. 5, 8. τὸν Θεὸν ὄψονται, Deum videbunt. cap. 24, 30. 26, 64. 28, 7. 10. &c. aor. 1. passiv. ὤφθην

Universitäts Bibliothek Rostock https://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1848897162/phys_0422 DFG

ὤφθην, conſpectus fui, adparui. Matth. 17, 3. ὤφθησαν αὐτοῖς, viſi ſunt ab ipſis Moſes & Elias. Act. 2, 3. καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι, & apparuerunt illis diviſæ linguæ, ſc. in aëre vel medio conclavi circumvolitantes. Particip. ὤφθείς. Luc. 9, 31. Act. 7, 35. 9, 17. Fut. ὀφθήσομαι, a) *Apparebo.* Hebr. 9, 28. b) Apparere faciam, oſtendam. Act. 26, 16. ὧν τε ὀφθήσομαί σοι, quæ oſtendam tibi. 2) *Fruor.* Luc. 17, 22. Joann. 3, 36. ἀπ' ὄψεται ζωὴν, non videbit vitam. Michæ 7, 9. ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, fruar benignitate ejus. 3) *Video, curo.* Matth. 27, 24. τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει quid ad nos? tu videas. v. 24. Act. 18, 15.

Ὀπτὸς, ἡ, ὸν, *aſſus, aſſatus*, toſtus, (ab ὀπτάω aſſo, torreo, pro ὀπτητὸς.) Luc. 24, 42. ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, piſcis aſſati pars.

Ὀπώρα, ας, ἡ, 1) *Autumnus*, pars anni, qua fructus arborum matureſcunt. 2) *Maturior ætas*, adoleſcentum. Apoc. 18, 14. ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σε, ἀπῆλθεν, maturior ætas concupiſcentiæ animæ tuæ abiit. Grotius de amore explicat: non ultra poteris deliciis Venereis frui.

Ὅπως, 1) *Quomodo, qua ratione*, (a πῶς, quomodo.) Matth. 22, 15. ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν, qua ratione ipſum illaquearent. Marc. 3, 6. Luc. 24, 20. 2) *Ut.* Matth. 2, 23. ὅπως πληρωθῇ, ut impleretur quod dictum eſt. 5, 16. 45. 6, 2. &c. 3) *Ita* ut Matth. 23, 35. ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς, ut veniat ſuper vos omnis ſanguis. Luc. 2, 35. 16, 26. Heſychius: ὅπως, ἵνα.

Ὅραμα, τος, τὸ, *Viſio, viſum*, (ab ὁράω.) Matth. 17, 9. Act. 7, 31. 9, 10. 12. 10, 3. 17. 19. 11, 5. 12, 9. 16, 9. 10. 18, 9. Erat ſpecies revelationis, quam Judæi viſionem propheticam vocabant, quando vel vigilanti ſpecies variarum rerum objiciebantur, ut Ezechieli, Zachariæ & Petro factum eſt; vel etiam per inſomnium, ut Paullo. Act. 16, 9. Vide Witſium tom. 1. Miſcellaneorum, ubi multa de Prophetis.

Ὅρασις, εως, ἡ, 1) *Viſio.* 2) *Aſpectus.* Apoc. 4, 3. ὅμοιος ὁράσει λίθῳ, fama ſimilis lapidi. 3) *Viſio, apparitio*, (ab ὁράω.) Act. 2, 17. οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, juvenes veſtri viſiones videbunt.

Ὁρατὸς, ἡ, ὸν, *Viſibilis*, (ab eodem.) Coloſſ. 1, 16. τὰ ὁρατὰ, viſibilia.

Ὁράω, ῶ, f. άσω, 1) *Video*, oculis externe ſpecto. Marc. 8, 24. τοὺς ἀνθρώπους, ὡς δένδρα, ὁρῶ περιπατοῦντας, homines, tanquam arbores, video ambulantes. Luc. 1, 12. ὀπτασίαν ἑώρακεν, viſionem vidit. 2) *Perpendo.* Act. 22, 26. ὅρα, τί μέλλεις ποιεῖν, perpende, quid velis facere. 3) *Animadverto, intelligo.* Actor. 8, 23. Jacob. 2, 24. ὁρᾶτε τοίνυν, animadvertite igitur. 4) *Perfecte cognoſco.* Joann. 1, 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, Deum nemo vidit unquam, ſive perfecte cognoſcit. cap. 3, 11. 42. 5, 37. οὔτε εἶδος αὐτοῦ (πατρὸς) ἑωράκατε, neque faciem ejus vidiſtis, h. e. non ipſum tam familiariter noſtis, quam quidem ego. Quod

ne

ne Mosi quidem contigit. Exod. 33, 20. qui tamen Deo fuit familiarissimus. Deut. 34, 10. Joann. 6, 46. 5) *Affectuose cognosco*, habeo cognitionem cum amore conjunctam 1. Joann. 3, 6. πᾶς ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτὸν, omnis qui peccat, non vidit ipsum, neque cognovit ipsum. ὁρᾶν & γινώσκειν Θεὸν, videre & nosse Deum, ejusdem notionis voces esse, manifestum est, hinc repete sub γινώσκω. Vera igitur & viva Dei cognitio hoc loco innuitur. Oculi nimirum sunt in amore duces. 3. Joann. v. 11. ὁ ἀγαθοποιῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ δὲ κακοποιῶν οὐχ ἑώρακε τὸν Θεὸν, qui benefacit, ex Deo est, qui vero male facit, non vidit Deum, i. e. non vivam Dei cognitionem habet, nescit nec expertus est, quid & qualis sit Deus ipsiusque amor. Nam quia Deus ipse est amor, non aliter Deus cognosci potest, quam, si quis amoris exercitium & opera, ut sunt beneficentia, misericordia, benignitas efficit atque exercet. Adde Joann. 14, 7. 9. 6) *Curo, prospicio.* Hebr. 8, 5. Ὅρα γάρ, φησι, ποιήσῃς, (pro ὅρα, ὅπως ποιήσῃς,) vide enim, inquit, ut facias. 7) *Caveo, prospicio mihi.* Matth. 9, 30. ὁρᾶτε, μηδεὶς γινωσκέτω, cavete, ne quis cognoscat. c. 16, 6. 24, 6. Marc. 8, 15. Luc. 12, 15. Excludit post se ἵνα per Ellipsin. Matth. 8, 4. ὅρα, μηδενὶ εἴπῃς (pro ὅρα, ἵνα μηδενὶ εἴπῃς,) cave cuiquam dixeris. Sic cap. 18, 10. Marc. 1, 44. 1. Thess. 5, 15. Huc collocandam esse censeo formulam illam, quæ occurrit Apoc. 19, 10. 22, 9. ὅρα μὴ, (pro ὅρα, ἵνα μὴ) ποιήσῃς, cave, ne facias.

Ὀργὴ, ῆς, ἡ, 1) *Ira, iracundia.* Marc. 3, 5. Luc. 21, 23. Rom. 12, 19. 2) *Damnatio, pœna.* Rom. 13, 4. ἔνδικος εἰς ὀργὴν, vindex ad pœnam. 3) *Æterna damnatio*, sive infernus sic vocatur. Joann. 3, 36. ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτὸν, sed ira Dei manet super ipso, h. e. manet in statu suo naturali & homo damnatus. Rom. 1, 18. 2, 5. 8. 4, 15. 5, 9. σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς, salvabimur per ipsum a damnatione æterna. c. 9, 22. Ephes. 2, 3. τέκνα φύσει ὀργῆς, filii natura æternæ damnationis. cap. 5, 6. Col. 3, 6. Apoc. 6, 16. 17. 11, 18. 19, 15. Inde ἡμέρα ὀργῆς est ἡμέρα κρίσεως, dies damnationis, judicium in malos iratum. Rom. 2, 5. Apoc. 6, 17. Et cum adjecto ὀργὴ ἡ μέλλουσα, ira futura, h. e. æterna damnatio. Matth. 3, 7. * Luc. 3, 7. Sic ἡ ὀργὴ ἐρχομένη. 1. Thess. 1, 10. Sed cap. 2, 16. ἡ ὀργὴ εἰς τέλος, ira in finem i. e. extrema vocatur.

Ὀργίζω, f. ίσω, *Irrito, iram concito,* (ab ὀργή.) Ὀργίζομαι, irascor, irritor, infestus sum, succenseo, ringor cum Dativo. Matth. 5, 22. πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, omnis, qui irascitur s. succenset fratri suo. Ephes. 4, 26. ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, irascimini & ne peccate. Fut. ὀργισθήσομαι. aor. 1. ὠργίσθην, iratus sum. Matth. 18, 34. 22, 7. Luc. 14, 21. 15, 28. Apoc. 11, 18. 12, 17.

Ὀργίλος, ίλη, ον, *Iracundus*, infestus, (ab eodem.) Tit. 1, 7.

Ὀργυ-

Ὀργυιά, ᾶς, ἡ, *Orgyia, menſura ſex pedum*, ſive inter ambas manus expanſas contenta, *eine Klafter*. Actor. 27, 28.

Ὀρέγομαι, f. ξομαι, *Concupiſco, appeto*, (ab ὀργέω, porrigo, extendo.) Conſtr. cum Genitivo. 1. Tim. 3, 1. εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, ſi quis epiſcopatum appetit. Heſychius: ὀρέγεται, ἐπιθυμεῖ. c. 6, 10. Hebr. 11, 16.

Ὀρεινός, ἡ, ὀν, *Montanus*, montoſus, (ab ὄρος.) Inde ἡ ὀρεινὴ (ſc. χώρα,) regio montana. Luc. 1, 39. 65.

Ὄρεξις, εως, ἡ, *Appetentia*, appetitus, *deſiderium*, libido, (ab ὀρέγομαι.) Rom. 1, 27. ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, incenſi ſunt libidine in ſemet invicem.

Ὀρθοποδέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Recto pede incedo*, non nuto, (ex ὀρθὸς & πούς, pes.) 2) Metaph. *Veram doctrinam* ſincere *profiteor*. Gal. 2, 14. Quum viderem, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, quod non veram viam ingrederentur ſecundum veritatem Evangelii.

Ὀρθός, ἡ, ὀν, 1) *Rectus, erectus*, arrectus. Act. 14, 10. ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός, ſurge in pedes tuos erectus. Hebr. 12, 13. 2) Metaph. Hebr. 12, 13. καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, & ſemitas rectas facite pedibus veſtris, h. e. parate vobis viam, qua Deum recte ſequamini.

Ὀρθοτομέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Recte ſeco* (ex ὀρθὸς & τέμνω, ſeco.) 2) Metaph. *Recte divido, recte tracto*. 2. Tim. 2, 15. ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, h. e. cuique tradere id, quod ipſi convenit, rudibus informationem, malis correctionem, adflictis erectionem. Metaphora deſumta ob opificibus, qui pannos, ligna, & alias materias recte ſecare debent: vel etiam a Sacerdotibus Vet. Teſt. qui in mactandis & diſſecandis ſacrificiis omnem cautionem adhibere cogebantur. Quamcunque hic admittas, nusquam falleris. Elsnerus tom. 2. Obſ. ſacr. p. 311. explicat rectam lineam in arando & proficiſcendo tenere. Et ſic Proverb. 3, 6. ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, ut (ſapientia) recte ordinet vias tuas. c. 11, 5. δικαιοσύνη ἀμώμους ὀρθοτομεῖ ὁδούς, juſtitia vias irreprehenſibiles recte ordinat. Plura dabunt Dilherrus Diſpp. tom. 2. p. 257. 668. Lamb. Bos Obſ. c. 6. Majus Obſ. ſacr. lib. 1. p. 66.

Ὀρθρίζω, f. ίσω, matutinus aliquid ago, *mane ſurgo*, mane laboro, (ab ὄρθρος.) Luc. 21, 38. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὠρθρίζε πρὸς αὐτὸν, & omnis populus mane veniebat ad ipſum.

Ὀρθρινός, ἡ, ὀν, *Matutinus*, (ab eodem.) Apoc. 22, 16. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός, ſtella ſplendida & matutina.

Ὄρθριος, ία, ον, *Matutinus*, (ab eodem.) Luc. 24, 22. γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον, quæ erant mane apud ſepulchrum. Adjectivum ponitur pro Adverbio.

Ὄρθρος, ου, ὁ, *Diluculum*, tempus antelucanum, ſeu matutinum. Hæc vox non eſt optimæ Græcitatis, ait Salmaſius de Helle-

Helleniſtica, p. 101. 102. Luc. 24, 1. ὄρθρος βαθέως (ſc. ὄντος,) diluculo profundo. Act. 5, 21. ὑπὸ τὸν ὄρθρον, ſub diluculo. Ὄρθρος ſc. γενομένης, ante lucem, mane. Joann. 8, 2.

Ὀρθῶς, adv. *Recte*, (ab ὀρθός.) Marc. 7, 35. καὶ ἐλάλει ὀρθῶς, & loquebatur recte. Luc. 7, 43. ὀρθῶς ἔκρινας, recte dijudicaſti. cap. 10, 28. 20, 21.

Ὅρια, ίων, τὰ, *Fines*, termini, (ab ὅρος, ε, terminus.) Matth. 2, 16. 4, 13. 8, 34. 15, 22. 39. 19, 1. &c.

Ὁρίζω, f. ίσω, 1) *Termino*, *finio*, limito, *definio*, (ab ὅρος.) Act. 7, 26. ὥρισας προστεταγμένας καιρούς, qui definivit præordinata tempora. 2) *Conſtituo*, *ſtatuo*, inſtituo, cenſeo, *decerno*. Act. 11, 29. 17, 31. Hebr. 4, 7. πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, iterum quemdam ſtatuit diem. Perf. Paſſ. partic. ὡρισμένος, ſtatutus, conſtitutus. Act. 2, 23. τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ, conſtituto conſilio. c. 10, 42. & τὸ ὡρισμένον, ſtatutum. Luc. 22, 22. καὶ ὁ μὲν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον, & filius hominis quidem abit, ſecundum ea, quæ ſtatuta ſunt de eo. Exempla ex profanis adfert Elsnerus tom. 1. p. 269. 3) *Definio*, *declaro*, hinc ὡρισμένος, declaratus, cognitus. Rom. 1, 4. τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ, qui declaratus, cognitus fuit (ſc. verborum & miraculorum potentia) filius Dei. Male Vulgatus cum Patribus, qui vertunt: prædeſtinatus. Hoc enim eſt: προορισθείς. Heſychius: ὁρίζει, ἵστησιν ὅρον, δίδωσι, κρίνει, διαστέλλει. Vide Elsn. Obſ. ſacr. tom. 2. p. 3. 4.

Ὁρκίζω, f. ίσω, *Adjuro*, (ab ὅρκος.) Habet poſt ſe duos Accuſat. Marc. 5, 7. ὁρκίζω σε (εἰς) τὸν Θεόν, adjuro te per Deum. Actor. 16, 13. 1. Theſſ. 5, 27.

Ὅρκος, ε, ὁ, *Juramentum*, *jusjurandum*. Matth. 5, 33. ἀποδώσεις τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου, perſolves Domino juramenta tua. cap. 14, 7. μετ' ὅρκου ὡμολόγησεν, cum jurejurando pollicitus eſt. cap. 26, 72. Luc. 1, 73. Act. 2, 30. ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, juramento juravit ipſi Deus. Hebraiſmus. Hebr. 6, 16. 17. Jac. 5, 12.

Ὁρκωμοσία, ας, ἡ, *Jusjurandum*, ſacramentum. Hebr. 7, 20. 21. 28. ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας, verbum jurisjurandi, i. e. quod juramento confirmatum eſt.

Ὁρμάω, ῶ, f. ήσω, *Irruo*, prorumpo, *impetum capio*, impetu feror, (ab ὁρμή.) Matth. 8, 32. ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, irruit omnis grex porcorum per præcipitium in mare. Act. 7, 57. καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτὸν, & irruerunt unanimiter in ipſum. cap. 19, 29.

Ὁρμή, ῆς, ἡ, *Impetus*, impetuoſus quidam motus & aggreſſio. Act. 14, 5. ἐγένετο ὁρμὴ τῶν εὐθύνοντος βάλωσι, quorſum conatus regentis (navem) volet.

Ὅρμημα, τος, τὸ, *Impetus*, (ab ὁρμή.) Act. 18, 21. ὁρμήματι βληθήσεται, cum impetu projicietur.

Ὄρνεον, έα, τὸ, *Avis*, volucris, (ab ὄρνις.) Apoc. 18, 2. 19, 17. 21.

Ὄρνις, ιθος, ὁ vel ἡ, 1) *Avis*. 2) *Gallina*. Matth. 23, 37. Luc. 13, 34.

Ὀρο-

Ὁροθεσία, ας, ἡ, *Designatio terminorum*, terminus positus, (ex ὅρος & θέσις, positio.) Act. 17, 26.

Ὄρος, εος, τὸ *Mons*, clivus. Matth. 4, 8. εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, in montem excelsum valde. cap. 17, 11. ἐπὶ τὸ ὄρος, in monte. Matth. 24, 3. ἐν ὄρει, idem. Luc. 8, 32. Sic ἐν ὄρεσι, super montibus, Marc. 5, 5. Hebr. 11, 38. εἰς ὄρος, aliquando est pro ἐν ὄρει. Marc. 13, 3. Luc. 21, 37. Nec omittenda videtur formula: ὄρη μεθιστάνειν, montes transferre. 1. Cor. 13, 2. * De qua est observandum, Judæos doctorem sublimem & profundum proverbialiter vocare esse solitos עֹקֵר הָרִים, eradicatorem montium. Exempla congesserunt Lightfootus in horis ad Matth. 21, 21. & Vorstius de adagiis N. T. c. 11. Tale quid occurrit etiam Matth. 17, 20. 21, 21. Marc. 11, 23.

Ὀρύττω, vel σσω, f. ξω, *Fodio*. Matth. 21, 33. ὤρυξεν ἐν αὐτῷ λυόν, fodit in illa (vinea) torcular, h. e. fundamentum illius posuit. cap. 25, 18. Marc. 12, 1.

Ὀρφανὸς, ἡ, ὁ, 1) *Orphanus, pupillus*, orbus parente vel parentibus. Jacob. 1, 27. 2) ὀρφανοὶ, dicebantur a Judæis *discipuli*, quando a Præceptoribus relicti erant. Judæi enim præceptores vocant patres, discipulos filios. Unde hæc apud illos occurrunt: אֵין הֵזֶק יְתוֹמִים, ætas illa non est orphana, in qua R. Eliesер filius Asarja vivit. Huc sine dubio respexit Servator Joann. 14, 18. * οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανὸς, non relinquam vos orbos. Dicit ergo: Non diu eritis sine præceptore, statim ad vos redibo.

Ὀρχέω, ῶ, *Moveo, saltare facio*, ὀρχέομαι, ἤμαι, f. ήσομαι, *Salto, tripudio*. Aor. 1. ὠρχησάμην. Matth. 11, 17. 14, 6. Marc. 6, 22. Luc. 7, 32.

Ὅς, ἥ, ὅ, Articulus postpositivus & Relativus: 1) *Qui, quæ, quod*: Neutrum ponitur pro Masculino 1. Joann. 1, 1. ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, quod, (i. e. qui) erat ab initio, sive ab æterno. Plura exempla in ὁ, ἡ, τό. Nota. Attice Casus relativi non respondet verbo sequenti, sed in eo casu ponitur, quo antecedens nomen. Sic Luc. 24, 25. τῇ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς (pro ἅ) ἐλάλησαν οἱ προφῆται, credendi caussa omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. Joann. 4, 14. ἐκ τοῦ ὕδατος, ὃ (ὅ) ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ex aqua, quam ego dabo ipsi. Act. 1, 1. περὶ πάντων, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν, de omnibus, quæ incepit Jesus facere. Rom. 4, 17. κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς, coram Deo, vivificante, cui credidit. Deficit non nunquam. Vid. in hanc rem Observ. ad L. Bos Ellipses græcas. Desumtus inde est locus Ephes. 3, 18. ἵνα δώῃ ὑμῖν, &c. ut det vobis, ut corroboremini in interiore & Christus habitet in cordibus vestris, ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι. Constructio est: ὑμῖν, οἳ ἐῤῥιζωμένοι ἐστέ. Et locus Apoc. 1, 4. Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη (sc. ἔστω) ἀπὸ τοῦ (οὗ) ὁ ὢν, καὶ (ἀπὸ τοῦ, οὗ) ὁ ἦν, καὶ

(ἀπὸ τ῀ ὅς ἐστιν) ὁ ἐρχόμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐστιν ἐνώπιον τ῀ θρόνου αὐτ῀. 5. Καὶ ἀπὸ Ἰησ῀ Χριστ῀, (ὅς ἐστιν) ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τ῀ς γ῀ς· τ῵ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λύσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τ῵ αἵματι αὐτ῀, καὶ (repete hic ex antecedentibus τ῵ vel αὐτ῵, ὅς) ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τ῵ Θε῵ καὶ πατρὶ αὐτ῀, αὐτ῵ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Adde 2. Cor. 8, 22. (ὅς) κοινωνὸς, &c. 2. Petr. 2, 10. (οἵ εἰσι) τολμηταί. 1. Joann. 3, 12. (ὅς) ἐκ τ῀ πονηρ῀ ἦν. Ex profanis tale quid offendimus apud Achillem Tatium lib. 5. p. 303. 2) *Qualis.* Rom. 9, 24. Gal. 1, 7. ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, verte: quale non datur aliud. Ephes. 4, 1. 3) *Alius, quidam*, unus-alter. Ponitur enim pro ὁ μὲν - ὁ δὲ. Matth. 13, 8. & fructum protulerunt, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα, aliud quidem centies, aliud sexagesies, aliud denique trigesies.

Ὁσάκις, adv. *Quoties, quotiescunque*, (ab ὅσος.) 1. Cor. 11, 25. 26. Apoc. 11, 6.

Ὅσιος, ία, ον, 1) *Sanctus, justus*, nullo scelere contaminatus, pius. 1. Tim. 2, 8. ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας, tollentes manus sanctas. Tit. 1, 8. Hebr. 7, 26. Essentialiter de Deo. Apoc. 15, 4. ὅτι μόνος ὅσιος (εἶ,) nam solus sanctus es. cap. 16, 5. 2) Est nomen Messiæ. Act. 2, 27. οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σε ἰδεῖν διαφθοράν, neque concedes sanctum tuum (i. e. Messiam) videre corruptionem. cap. 13, 35. 3) τὰ ὅσια, sunt *beneficentiæ, beneficia.* Act. 13, 34. Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά, dabo vobis sancta Davidis firma. ὅσια, h. l. sunt beneficia Dei, quæ ipse secundum œconomiam semel constitutam hominibus debet præstare, hebr. חַסְדֵי. Vide, quæ notavit de hac voce Perizonius ad Aelianum. V. H. 8. 1. τὰ ὅσια vero τ῀ Δαβὶδ, s. Christi h. l. sunt resurrectio Christi, ejusque beneficia. Nihil enim misericordiarum per messiam fuisset exspectandum, si ille mansisset mortuus. Promittit ergo beneficentias & misericordias firmas, stabiles & nunquam terminandas, effluxuras ex ejus resurrectione. Hæc ad h. l. Lightfoot. vide etiam πιστός.

Ὁσιότης, ητος, ἡ, *Sanctitas*, sanctimonia, (ab ὅσιος) Luc. 1, 75. Ephes. 4, 24. καὶ ὁσιότητι τ῀ς ἀληθείας, (pro ὁσιότητι τ῀ ἀληθινῇ,) & sanctitate vera.

Ὁσίως, adv. *Sancte*, (ab ὅσιος.) 1. Thess. 2, 10.

Ὀσμὴ, ῆς, ἡ, 1) *Odor*, fragrantia, (ab ὄζω, oleo.) Joann. 12, 3. ὀσμὴ τ῀ μύρου, odor unguenti. Metaph. Eph. 5, 2. εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, in odorem suavitatis. Hebr. רֵיחַ נִיחוֹחַ, formula, ut notissimum, de sacrificiis Deo placentibus adhibita. Talia vero sacrificia in N. T. sunt opera charitatis & eleemosyna, prout Hebr. 13, 16. vocantur. 2) ὀσμὴ & latinum odor non denotat solum odoratum: sed & *odoramenta*, h. e. aromata & herbas, quæ odorem spargunt. Metaph. 2. Cor. 2, 4. τὴν ὀσμὴν τ῀ς γνώσεως, veri-

veritatem evangelicam intelligit, quæ intelligentibus tanquam gratus odor non poteſt non placere. Sic v. 16. * Ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν, quibusdam quidem Evangelium eſt odoramentum mortis ad mortem, aliis vero odoramentum vitæ ad vitam. Phraſis hebraica eſt סַם חַיִּים, medicamentum ſalutiferum, & סַם מָוֶת, medicamentum mortiferum. Vide Buxtorfium Lex. Talmud. col. 1494. Senſus eſt: Quemadmodum odores quidam in diverſis animalibus diverſum effectum habent, ita, ut uni vitales ſint, alteri mortem adferant; ſic quoque verbum divinum diverſos effectus habet in piis & impiis. Illi ædificantur, hi ſcandalizantur.

Ὅσος, η, ον, 1) *Quantus*, citra interrog. Apoc. 21, 16. ὅσον καὶ τὸ πλάτος (ἐστὶ,) quanta etiam latitudo eſt. Hinc Neutrum ὅσον, *quantum*. Joann. 6, 11. ὅσον ἤθελον, quantum volebant. Hebr. 10, 37. ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον, ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, (ὅσον, pro καθ' ὅσον χρόνον vel καθ' ὅσον μέρος τᾶ χρόνε.) Adhuc enim parum temporis eſt, juxta quantulumque temporis partem veniens veniet. Et ὅσῳ μᾶλλον, quanto magis. Marc. 7, 36. (Hebr. 10, 25. καὶ τοσᾶτῳ μᾶλλον, ὅσῳ (μᾶλλον) βλέπετε ἐγγίζασαν τὴν ἡμέραν, & tanto magis, quanto magis videtis appropinquantem diem. Vel ſequitur alius Comparativus. Hebr. 1, 4. ὅσῳ διαφορώτερον, quanto præſtantius. cap. 8, 6. ὅσῳ καὶ κρειττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, quanto etiam præſtantioris eſt fœderis mediator. Adverbialiter uſurpatum occurrit in plurali ὅσα, *quantum*. Apoc. 18, 7. ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν, quantum glorificavit ſe ipſam, tantum &c. Ἐφ' ὅσον (ſc. χρόνον.) *a*) In quantum tempus, *quamdiu*. Matth. 9, 15. 1. Petr. 1, 13. coll. Rom. 7, 1. 1. Cor. 7, 39. Gal. 4, 1.) Ἐφ' ὅσον *b*) in quantum, *quatenus*. Matth. 25, 40. 45. Rom. 11, 13. καθ' ὅσον, idem. Hebr. 3, 3. 7, 20. quod tamen cap. 9, 27. per: ſicuti reddi poteſt. 2) in Plurali ὅσοι, ὅσαι, ὅσα, *Quotcunque*, *quotquot*. Marc. 3, 10. ὅσοι εἶχον μάστιγας, quotcunque habebant tormenta ſ. morbos. 6, 11. Luc. 9, 5. 12, 3. Joann. 1, 12. 10, 8. Act. 2, 39. Philipp. 3, 15. ὅσοι οὖν τέλειοι (ſc. ἐσμεν,) τᾶτο φρονῶμεν, quotquot igitur perfecti ſumus, hoc ſentiamus. 3) ὅσα μὲν, ὅσα δὲ, alia quidem, alia vero. Judæ v. 10.

Ὀστέον, ε, τὸ, contr. ὀστᾶν, ᾶ, τὸ, *Os*, *oſſis*. Matth. 23, 27. γέμεσιν ὀστέων νεκρῶν, plena ſunt oſſibus mortuorum. Luc. 24, 39. Eph. 5, 30. Hebr. 11, 22. Joann. 19, 36. ὀστᾶν οὐ συντριβήσεται αὐτᾶ, os non conteretur ipſius. Verba hæc Exod. 12, 46. de typo prolata. Joannes ad antitypum retulit. Vid. de his duobus locis Surenhuſius in βίβλῳ καταλλαγῆς. p. 380.

Ὅστις, ἥτις, ὅ, τι. Gen. ἅτινος, ἥστινος, ἅτινος, 1) *Quisquis*, *quicunque*, *quilibet*, (ex ὅς & τις, quis aliquis.) Præcipue in initio ſententiæ, Matth. 12, 49. ὅστις ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα, quicunque faciet voluntatem. cap. 13, 12. 18, 4. 23, 12. Marc. 8, 34. Luc. 10, 35. Joann. 2, 5. 14, 13. 15, 16. 1. Cor. 16, 2. 2) *Qui*, *quæ*, *quod*.

quod. Matth. 2, 6. ὅστις ποιμανεῖ, qui pascet populum meum Israël. cap. 7, 15. 24. 26. 10, 32. 13, 52. Neutrum ὅτι, quod. Matth. 18, 28. Act. 9, 27. 2. Cor. 3, 14. Apoc. 17, 8. 3) *Qualis*, 1. Cor. 5, 1. πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, scortatio, qualis ne quidem inter gentes nominatur. Gal. 5, 19. Eph. 3, 13. Philip. 1, 28.

Ὀστράκινος, ίνη, ον, *Testaceus, fictilis*, (ab ὄστρακον, α, τὸ, testa, tum nativa, qualis ovorum, testudinum & similium, tum figlina.) 2. Cor. 4, 7. ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, in vasis fictilibus. 2. Tim. 2, 20.

Ὀσφρησις, εως, ἡ, *Odoratus, olfactus*, ipsa facultas odorandi, (ab ὀσφραίνομαι, odoror, olfacio.) 1. Cor. 12, 17.

Ὀσφύς, ύος, ἡ, 1) *Lumbus, coxa.* Matth. 3, 4. ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ, zonam coriaceam circa lumbos suos. 2) Ponitur pro toto corpore per Synecdochen partis pro toto. Act. 2, 30. ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, ex fructu corporis ipsius. Hebr. 7, 5. 10. 3) Allegorice αἱ ὀσφύες περιεζωμέναι, hominem paratum ostendunt. Luc. 12, 35. quod Paullus monet Ephes. 6, 14. & Petrus, cap. 1, 13. διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, igitur succingite vosmet ipsos & succingimini lumbos mentis vestræ. Metaphora a servis est petita, qui, laboribus suis vacaturi, lumbos cingere solebant. Phædrus: Ex alticinetis unus atrienſibus. Adde Martini de Roa Singularia scripturæ loca tom. 1. lib. 2. c. 23.

Ὅταν, adv. 1) *Quando cum*, (ex ὅτε & ἄν,) requirit Conjunctivum. Matth. 5, 11. ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, quando probris afficiunt vos. c. 6, 2. 5. 6. 16. &c. 2) *Postquam.* Matth. 9, 15. ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, postquam ablatus fuerit ab ipsis sponsus. 3) *Quamdiu.* Joann. 9, 5. ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, quamdiu in mundo sum. 4) *Si.* Marc. 14, 7. καὶ ὅταν θέλητε, & si vultis. Luc. 11, 34. 36. 14, 8. 17, 10. 1. Cor. 3, 4. 2. Cor. 10, 6. 1. Joann. 5, 2.

Ὅτε, adv. 1) *Quum, postquam*, cum Indicativo. Matth. 7, 28. ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, quum s. postquam absolvisset Jesus sermones hos. c. 9, 25. 11, 1. 12, 3. 2) *Cum, dum.* Marc. 1, 32. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, quum occideret sol. cap. 2, 25. 4, 10. 8, 41. Luc. 4, 25, ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς, cum clausum fuit cœlum. Nomine temporis antecedente, ponitur loco pronominis relativi. Luc. 17, 22. ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε, venient dies, quum s. quando vel quibus cupietis. Joann. 4, 21. ἔρχεται ὥρα, ὅτε, &c. venit hora, (tempus,) qua &c. v. 23. 5, 25. 16, 25. 2. Tim. 4, 3. ἔσται καιρὸς, ὅτε &c. erit tempus, quo &c.

Ὅτε, Non exstat Rom. 13, 11. Sed ὅτε præcedens.

Ὁ, τε, ἥ, τε, τό, τε, *Hic, hæc, hoc*, est articulus præpos. cum Enclitica τε. Luc. 23, 12. ἐγένοντο φίλοι, ὅ, τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρῴδης, fiebant amici, & Pilatus, & Herodes. Act. 19, 12. τὰ τε πνεύματα τὰ πονηρὰ, & spiritus mali. c. 26, 30. ἥ, τε Βερνίκη, Bernice. c. 27, 3. τῇ τε ἑτέρᾳ (sc. ἡμέρᾳ) altero die. Rom. 1, 20. ἥ, τε ἀΐδι-

ἀΐδιος αὐτῆ δύναμις, & æterna ipsius potestas v. 26. αἵ, τε θήλειαι, & mulieres. Hebr. 9, 1. 2.

Ὅτι, adverb. regens indicativum.

1) QVIA, EO QVOD. Matth. 2, 18. ὅτι ἔκ εἰσι, quia non amplius sunt. c. 8, 27. 11, 20. 25. 13, 16. &c. 1. Joann. 5, 6. ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, eo quod spiritus est veritas.

2) ANNON? NONNE? Joann. 8, 25. τὴν ἀρχὴν, ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν; annon jam ante dixi vobis?

3) IDEO, PROPTEREA. Luc. 7, 47. ὅτι ἠγάπησε πολύ, ideo amavit multum. Joann. 8, 44. ὅτι ψεύστης ἐστὶ, propterea mendax est. c. 16, 27. 1. Cor. 10, 17. 1. Joann. 3, 14. Adde Rom. 9, 30. 2. Cor. 1, 14.

4) NAM. Matth. 5, 3. ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, nam illorum est regnum Dei. cap. 6, 5. 13. ὅτι σὲ ἐστιν ἡ βασιλεία, nam tuum est regnum. c. 7, 13. 14. 9, 36. &c.

5) QVANDOQVIDEM, quoniam. Joann. 2, 18. 8, 22. num occidet seipsum, ὅτι λέγει, siquidem dicit. c. 9, 17. 1. Cor. 11, 15.

6) QVATENVS. Joann. 5, 27. ὅτι υἱὸς ἀνθρώπε ἐστὶ, quatenus filius hominis est. 1. Joann. 3, 9. omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, ὅτι σπέρμα αὐτῆ ἐν αὐτῷ μένει, quatenus semen ipsius in illo manet.

7) QVARE? CVR? Marc. 9, 11. ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς; cur dicunt scribæ? pro τί ὅτι.

8) QVOD. Matth. 2, 16. videns Herodes, ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, quod deceptus esset a Magis. cap. 23, 31. vos testamini, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τὲς προφήτας, quod filii sitis eorum, qui prophetas occiderunt. c. 26, 53. Luc. 15, 7. 18, 9. &c. Redundat hoc significatu Matth. 5, 20. 31. dictum vero est, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ, quicunque dimiserit. c. 6, 26. Marc. 12, 19. Joann. 3, 28. 4, 53. 18, 6. (coll. v. 5.) Rom. 3, 8.

9) Est RECITATIVVM, h. e. ponitur, quando verba alterius loquentis incipiunt, & in versione non redditur. Syri eodem modo habent suum ܕ. Matth. 2, 23. ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται, ut impleretur illud, quod dictum est per prophetas: Nazarenus vocabitur. cap. 7, 23. Amen dico vobis, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, nunquam novi vos. c. 9, 18. 33. 13, 11. 14, 26. &c.

10) VT, ITA VT. Matth. 13, 13. ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, ita ut videntes non videant, (coll. Marc. 4, 12. Luc. 8, 10.) Joann. 7, 35. 1. Joann. 4, 17. ὅτι, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, ita ut, sicut ille est, etiam nos simus in mundo hoc.

11) REDVNDAT in ὅτι εἰ utinam. Luc. 19, 42. ὡς ὅτι ac si. 2. Cor. 5, 19. 11, 21. ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠδενήσαμεν, ac si nos imbecilles facti essemus. 2. Thess. 2, 2. ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τῆ Χριςῆ, ac si instaret dies Christi. Et sine ὡς Phil. 3, 12. Et in τί ὅτι; quare? pro τί γέγονεν, ὅτι. Marc. 2, 16. Luc. 2, 49. τί (sc. γέγονεν) ὅτι ἐζητεῖτέ με; cur quæsivistis me? Act. 5, 4. 9. (coll. Joann. 14, 22.)

Ὅτε, Est genitivus atticus pro ὅτου atque pro ἕως ποτε ponitur. Inde ἕως ὅτε, (elliptice, pro ἕως ὅτου, ἕτινος χρόνου) quousque, usque dum. Matth. 5, 25. ἕως ὅτε ἐστὶν ἐν τῇ ὁδῷ, usque dum es in via. Luc. 13, 8. 15, 8. 22, 16. 18. Joann. 9, 18.

Οὗ, 1) *Ubi*. Est proprie genitivus articuli ὅς, subaudiri debet τόπος cum præpositione ἐπὶ, ut integra sit locutio: ἐφ' ᾧ τόπῳ, in quo loco. Matth. 2, 9. ἦν τὸ παιδίον, ubi erat puerulus. cap. 12, 20. 28, 16. Apoc. 17, 15. ἡ πόρνη κάθηται, ubi meretrix habitat. 2) *Quo*. Luc. 10, 1. ἤμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι, quo ipse iturus erat. cap. 24, 28. 1. Cor. 16, 6.

Οὐ adv. dicitur sequente consona, οὐκ sequente vocali levigata, οὐχ asperata.

1) NON, absolute. Matth. 5, 37. ἔστω δὲ λόγος ὑμῶν, ναὶ, ναὶ, οὒ, οὔ, esto vero sermo vester, ita, ita, non, non. cap. 13, 29. ὁ δὲ ἔφη, οὔ, ille vero dicebat: non. Joann. 1, 21. 10, 10. 21, 5. 2. Cor. 1, 17. 18. 19. Jacob. 5, 12. οὐκ - εἰ μὴ non nisi. Matth. 12, 24. οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβὺλ, hic non expellit dæmonia, nisi per Beelzebul. οὐκ εἰσὶ non vivunt. Matth. 2, 18. Et οὐκ ἔστι Apoc. 17, 8. 11. Rom. 5, 3. οὐ μόνον δὲ (sc. τοῦτο) ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, non solum vero hoc (quod gloriemur in spe gloriæ Dei) sed etiam gloriamur in afflictionibus. Sic cap. 8, 23. 9, 10. 2. Cor. 8, 19. Duplex negatio apud græcos fortius negat: οὐ μὴ, & requirit conjunctivum. Matth. 5, 18. 20. 26. οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, minime egredieris exinde. cap. 10, 23. 42. οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ, non perdet mercedem suam. cap. 13, 14. &c. etiam habet indicativum Matth. 26, 35. οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, nequaquam te abnegabo. Marc. 16, 18. Luc. 9, 27. 18, 7. 22, 34. Joann. 8, 12. 52. Et triplex negatio idem facit. Matth. 24, 21. οὐδ' οὐ μὴ γένηται, neque unquam fiet. Hebr. 13, 5. & Luc. 10, 19.

2) NON TAM. Matth. 9, 13. ἔλεον θέλω καὶ, οὐ θυσίαν, misericordiam volo, non tam victimam. cap. 10, 20. Joann. 7, 16. ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με, doctrina mea non tam est mea, quam illius, qui misit me. 1. Cor. 1, 17. 15, 10. 1. Thess. 4, 8. 1. Petr. 3, 3.

3) NON TANTVM, Joann. 12, 44. qui credit in me, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με, non tantum in me credit, sed etiam in illum, qui misit me. 2. Cor. 8, 5. Marc. 9, 37.

4) ANNON, NONNE? adfirm. Matth. 6, 30. οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς; annon multo magis vos (sc. vestiet) c. 7, 22. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; nonne i. e. omnino in tuo nomine prophetavimus. cap. 12, 3. 5. 17, 24. &c. Huc pertinet οὐ μὴ, annon. Joann. 18, 11. οὐ μὴ πίω αὐτό; annon bibam illud? & μὴ οὐκ. Rom. 10, 18. μὴ οὐκ ἤκουσαν, annon audiverunt? 1. Cor. 9, 4. 5. μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, annon habemus potestatem? cap. 11, 22. negative Luc. 17, 18. Act. 13, 10. οὐ παύσῃ διαστρέφων; annon desines pervertere? i. e. non desinis.

5) Οὐκ

5) ἐκ εἶναι, mortuum esse, vide sub εἰμί.

Οὐά, Interj. irridentis: vah. Marc. 15, 29.

Οὐαί, *Væ!* Interjectio. 1) *Exclamantis*, comminantis, & imprecantis varia mala in aliquem, quæ in ipsum sint superventura. Matth. 11, 21. Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά, væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida. cap. 23, 13. 14. 15. 16. 23. 25. 27. 29. 26, 24. &c. 1. Cor. 9, 16. οὐαὶ δέ μοι ἐστιν, væ vero mihi est, i. e. infelix sum. Apoc. 8, 13. 12, 12. 18, 10. 16. 19. Substantive occurrit, & denotantur pœnæ ingentes, quæ vocem væ ab hominibus exprimunt. Rabini voce הוי, væ utuntur substantive. Apoc. 9, 12*. ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα, væ unum præteriit, ecce veniunt adhuc duo væ post hæc. 2) Est interjectio *dolentis*. Matth. 24, 19. Marc. 13, 17. Luc. 21, 23.

Οὐδαμῶς, *Nequaquam*, *neutiquam*. Matth. 2, 6.

Οὐδέ, 1) *Neque*, *nec*, (ex οὐ & δέ.) Matth. 5, 15. οὐδὲ καίουσι λύχνον, neque accendunt candelam. cap. 6, 15. 20. 26. οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, non seminant, neque metunt, neque colligunt in horrea, &c. 2) *Nequidem*. Matth. 6, 29. ὅτι οὐδὲ Σολομὼν, quod ne quidem Salomon. c. 24, 36. οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, ne quidem angeli cœli. Marc. 6, 31. 14, 59. Luc. 7, 9. Hic significatus obtinet voce εἷς sequente. Matth. 27, 14. καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, & non respondit ipsi, ne ad unum quidem verbum. Joann. 1, 3. Actor. 4, 32. Rom. 3, 10. 1. Cor. 6, 5. 3) Inservit *interrogationi*. Marc. 12, 10. οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; an scripturam hanc non legistis? Luc. 6, 3. 23, 40. 1. Cor. 11, 14.

Οὐδείς, οὐδεμία, οὐδέν, Gen. οὐδενός, οὐδεμιᾶς, οὐδενός, *Nullus*, *nemo*, (ex οὐδὲ & εἷς, neque unus, ne unus quidem.) Matth. 6, 24. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, nemo potest duobus dominis servire. Joann. 18, 38. ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω, ego nullam causam invenio. c. 19, 4. 11. οὐδέν (sc. πρᾶγμα.) Marc. 9, 29. τοῦτο τὸ γένος ἐκ οὐδενὶ (πράγματι) δύναται ἐξελθεῖν, hoc genus nulla re potest egredi. Luc. 22, 35. Act. 20, 24. 1. Cor. 9, 15. Philipp. 1, 20. οὐδέν, *nihil*. Matth. 5, 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, ad nihil valet amplius. cap. 20, 26. 17, 20. οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν, nihil impossibile erit vobis. οὐδὲν (pro κατ' οὐδέν.) Matth. 27, 24. ὅτι (κατ') οὐδὲν ὠφελεῖ, quod nihil proficeret. Luc. 10, 19. καὶ οὐδέν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει, & nihil vobis vim afferet. Adhuc annotanda est formula, οὐδέν ἐστι, nihil in ea re momenti positum est. Matth. 23, 16. 18. Joann. 8, 54. ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν, gloria mea nulla est. 1. Cor. 7, 19. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστι, circumcisio nihil est, & præputium nihil est. cap. 8, 4.* εἴδωλον οὐδέν ἐστιν, idolum nihil est. Act. 5, 36. ἐγένοντο εἰς οὐδέν, facti sunt nihil, h. e. omnia eorum consilia fuerunt irrita, ipsique facti sunt homines contemtissimi, & nullius pretii. Ex profanis talia colligit Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 387.

Οὐδέποτε, adv. 1) *Nunquam*, neque unquam, (ex οὐδὲ & ποτὲ, unquam.) Matth. 7, 23. ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, nunquam cognovi vos. Marc. 2, 12. Luc. 15, 29. Joann. 7, 46. Act. 14, 8. 1. Cor. 13, 8. Hebr. 10, 1. 11. οὐδέποτε πᾶν, nihil. Act. 10, 14. οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν, nihil commune (impurum) unquam comedi. cap. 11, 8. 2) In interrogatione reddenda est: *an nunquam*. Matth. 21, 16. & 42. Marc. 2, 25. οὐδέποτε ἀνέγνωτε, an nunquam legistis?

Οὐδέπω, adv. *Nondum*, (ex οὐδὲ & πω.) Luc. 23, 53. Joann. 7, 39. ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη, Jesus nondum glorificatus est. cap. 19, 41. 20, 9. 1. Cor. 8, 2.

Οὐδείς, οὐδεμία, οὐδὲν, *Nullus*, *nemo*, (ex οὔτε & εἷς, unus,) οὐδὲν, nihil. 1. Cor. 13, 2. ἐὰν - ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι, si amorem vero non habeo, nihil sum. Alii legunt οὐδέν.

Οὐκέτι, vel οὐκ ἔτι, *Non amplius*, (ex οὐκ & ἔτι, amplius.) Matth. 19, 6. 22, 46. &c. Apoc. 10, 6. χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι, tempus non erit amplius. cap. 18, 11. 14. 21, 1. 4. 22, 3.

Οὐκοῦν, adv. *Num igitur*? (ex οὐκ interrog. & οὖν.) Joann. 18, 37. οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; an igitur rex tu es?

Οὖν, 1) *Ergo*, *igitur*, *ideo*, itaque. Conjunctio conclusiva, ex antecedentibus conclusionem faciens. Matth. 6, 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε, ne igitur curetis, &c. 2) *Interdum*, inservit transitioni, vel reddenda est: *vero*, *autem*. Matth. 17, 10. τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν; cur vero scribæ dicunt? 26, 54. πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί; quomodo vero implerentur scripturæ? Luc. 15, 28. &c. Et μὲν οὖν, Marc. 16, 19. ὁ μὲν οὖν κύριος, Dominus vero. Luc. 3, 18. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν, multa vero etiam alia adhortans. Act. 2, 41. 5, 41.

Οὔπω, 1) *Nondum*, *nec dum*, (ex οὐ & πω, enclitica.) Matth. 24, 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος, sed nondum est finis. Joann. 2, 4. 3, 24. 7, 6. 8. 30. 39. 8, 20. 57. &c. 2) Interrogative: *An nondum*? Matth. 15, 17. οὔπω νοεῖτε, num nondum intelligitis? c. 16, 9.

Οὐρά, ᾶς, ἡ, *Cauda*. Apoc. 9, 10. 19. 12, 4.

Οὐράνιος, ία, ὁ, ἡ, *Cœlestis*, (ab οὐρανός.) Matth. 6, 14. ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, pater vester cœlestis. c. 15, 13. Luc. 2, 13. πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίᾶς, multitudo exercitus cœlestis. Act. 26, 19. οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ, non fui inobediens cœlesti visioni.

Οὐρανόθεν, *Cœlitus*, de cœlo, (ab eodem.) Act. 14, 17. 26, 13.

Οὐρανὸς, οῦ, ὁ, vel in Plurali, οὐρανοὶ, ῶν, hebr. שָׁמַיִם, 1) *Cœlum firmamentum*, quod hoc universum circumdat. Matth. 5, 18. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, donec transierit cœlum & terra. cap. 11, 23. καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, & tu Capernaum, quæ usque ad cœlum exaltata fuisti, h. e. summo honoris gradu, & maxima felicitate fruita es. v. 25. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, Domine cœli & terræ. Sic Actor. 17, 24. Apoc. 11, 13. 16, 11. Matth. 24, 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν (scil. μερῶν,) ab extremis cœli partibus. Actor. 2, 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρα-

ἀρανὸν (sc. ὄντων,) ab omni gente, quæ sub cœlo sunt. cap. 4, 12. Col. 1, 23. Act. 4, 24. σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν ἀρανὸν, tu Deus, qui feciſti cœlum. c. 7, 49. ὁ ἀρανός μοι θρόνος, cœlum eſt thronus mihi, h. e. meus. Rom. 10, 6. τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν ἀρανόν; quis adſcendet in cœlum? h. e. quis a Deo revelationem petet eorum, quæ facienda ſunt? Sicut de Moſe legitur. Hebr. 1, 10. ἔργα τῶν χειρῶν σε εἰσὶν οἱ ἀρανοὶ, opera manuum tuarum ſunt cœli. 2. Petr. 3, 5. 7. 10. 12. 13. Apoc. 6, 14. 20, 11. 21, 1. Reſtant adhuc quædam loca, quæ notari merentur. Matth. 5, 34. ego dico vobis, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ ἀρανῷ, prorſus, non jurare oportere, neque per cœlum. Sic cap. 23, 22. Jacob. 5, 12. Hoc juramentum Judæi nullum habebant, quemadmodum locus Maimonidæ a Lightfooto productus probat. Adparet autem, quod Phariſæi juramenti violationem rem parvi momenti crediderint, illo vero *per cœlum* uſi ſint ad homines decipiendos. Hebræi enim, vocem שמים, audientes, ipſum Deum ſubintelligebant, quemadmodum tum ex ſacris, tum Rabbinorum ſcriptis conſtat. Vide Matth. 21, 25. Cum ergo homines plebeji tale quid a Phariſæis audirent, omnem ipſis fidem habebant, & tamen poſtea decepti ſunt. Et hæc cauſſa eſt, quod Chriſtus omne juramentum prohibuerit. Epheſ. 4, 10. ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν ἀρανῶν, qui adſcendit ſuper omnes cœlos, h. e. qui ſe verum Deum oſtendit. Hebr. 4, 14. 7, 26. ὑψηλότερος τῶν ἀρανῶν γενόμενος, ſuperior cœlis factus. 2) *Cœlum ſtellarum.* Marc. 13, 25. οἱ ἀστέρες τοῦ ἀρανοῦ, ſtellæ cœli, eod. verſ. αἱ δυνάμεις, αἱ ἐν τοῖς ἀρανοῖς, potentiæ, quæ ſunt in cœlis. Luc. 10, 18. 21, 11. 26. Act. 7, 42. τῇ στρατιᾷ τοῦ ἀρανοῦ, exercitui cœli. Hebr. 11, 12. Apoc. 6, 13. 8, 10. 9, 1. 12, 4. 3) *Cœlum nubium.* Matth. 3, 16. 17. φωνὴ ἐκ τῶν ἀρανῶν λέγουσα, vos ex cœlo dicens. c. 16, 2. πυρράζει γὰρ ὁ ἀρανὸς rubet enim cœlum. v. 3. 24, 30. 26, 64. ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ ἀρανοῦ, nubibus cœli. Marc. 1, 10. 11. Luc. 4, 25. ὅτε ἐκλείσθη ὁ ἀρανὸς, quum clauſum fuit cœlum, h. e. pluvia non deſcendit. Jacob. 5, 18. ὁ ἀρανὸς ὑετὸν ἔδωκε, cœlum pluviam dedit. 4) *Cœlum aëris, atmoſphæra.* Matth. 6, 26. τὰ πετεινὰ τοῦ ἀρανοῦ, volatilia cœli. Sic c. 8, 20. 13, 32. Marc. 4, 4. 32. 5) *Status* Dei, angelorum & electorum *beatiſſimus, vita æterna.* Matth. 5, 12. ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς ἀρανοῖς, merces veſtra magna eſt in cœlis, (vita æterna.) c. 6, 10. ὡς ἐν ἀρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ſicut in cœlis, ita etiam in terra. v. 20. 16, 19. 18, 10. angeli ipſorum (ſc. liberorum) ἐν ἀρανοῖς, in cœlis ſemper vident faciem patris mei. Luc. 10, 20. ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς ἀρανοῖς, quod nomina veſtra (i. e. vos ipſi) inſcripta ſint in cœlis, in libro vitæ æternæ. Act. 3, 21. ὃν δεῖ ἀρανὸν μὲν δέξασθαι, quem (Chriſtum) oportet cœlum recipere, h. e. in cœlo exaltatum regnare. 1. Cor. 8, 5. 15, 47. ὁ κύριος ἐξ ἀρανοῦ, Dominus ex cœlo. 2. Cor. 5, 1. 2. cap. 12, 2. * ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτε

ἁρπαγῆναι, raptum hunc usque ad tertium cœlum. In cœlum rapi vel pervenire, Judæis denotat, immediatam & summam revelationem divinam habere. Usurpant illam phrasin frequenter de Mose, qui legem divinam in ipso cœlo accepit, ad quem gradum revelationis alii prophetæ non pervenerunt, ipso Spiritu S. teste, Deut. 34, 10. Ephes. 6, 9. scientes, quod etiam vestri ipsorum Dominus est ἐν οὐρανοῖς in cœlis. Hinc Deus dicitur πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, pater, qui est in cœlis: ad distinguendum se a patribus terrenis. Matth. 5, 16. 6, 9. ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ, pater cœlestis item dicitur Deus cœli: ut distinguatur a Diis gentilium mortuis, quorum origo in terra innotuit, nec unquam post mortem in cœlum sunt translati. Matth. 11, 25. Apoc. 11, 13. 16, 11. τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, Deum cœli. Rom. 1, 18. Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ. Hæc in construendo conjungo: Deus enim in V. T. sæpius dicitur, Deus cœlorum. 1. Cor. 15, 47. Hebr. 12, 25. 6) *Deus ipse.* Matth. 21, 25. ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; a Deo, an a hominibus? Luc. 15, 18. 21. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, peccavi contra Deum. Joann. 3, 27. 6, 31. seqq. Hebr. 12, 25. 1. Petr. 1, 12. 1. Reg. 8, 32. Exempla alia habent Pfochenius Diatribe. §. 50. Dilherrus Disp. tom. 1. p. 314. 315. Wybinga ad Petronium p. 684. 685. edit. Burmanni. 7) *Ecclesia Christi & N. Testamenti.* Sic in βασιλεία τῶν οὐρανῶν: quod vide supra. Ephes. 1, 10. τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (scil. ὄντα,) quæ in cœlo sunt, h. e. in gremio ecclesiæ Christianæ. c. 3, 15. Col. 1, 5. 16. 20. εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (sc. ὄντα,) sive, quæ ad ecclesiam N. T. spectant. Hebr. 9, 23. Adde Apoc. 12, 7. 8. 14, 17. 16, 17. 8) *Angeli & electi*, qui sunt in cœlo. Hebr. 12, 26. ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν, adhuc semel ego concutio non solum terram, sed etiam cœlum, i. e. homines & angelos in admirationem sanctam conjicio. Apoc. 12, 12. διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς κατοικοῦντες, propterea gaudete, cœli, & qui in illis habitatis.

Οὐρβανὸς, οῦ, ὁ, *Urbanus*, nomen viri latinum. Rom. 16, 9.

Οὐρίας, ου, ὁ, *Urias*, nomen viri hebraicum. אוּרִיָּה, lux mea est Dominus, ex אוֹר, lux & יָהּ, Dominus. Matth. 1, 6.

Οὖς, ὠτὸς, τὸ, *Auris*. Matth. 10, 27. * ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων, quod in aurem auditis prædicate in tectis. Fuere quondam ex Rabbinis, qui meditationes suas discipulis tantum charissimis privatim tradiderunt, (quod illi לחש, in aurem insusurrare, dicunt,) donec tandem ab aliis publici juris factæ sunt. Sic ergo Christus h. l. ait discipulis: Quæ ego vobis privatim jam dico, ea omnia in publicis conventibus proponere debetis. Luc. 12, 3. Matth. 11, 15. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, qui habet aures ad audiendum, audiat. Act. 7, 57. συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, continebant aures ipsorum: quale quid Judæi Romæ hodieque faciunt, cum concioni Christianæ interesse coguntur.

Οὐ-

Οὐσία, ας, ἡ, 1) *Essentia, substantia,* (ab ἔσα, participio verbi εἰμί.) 2) Res familiaris, *Facultates, opes.* Luc. 15, 12. δὸς μὴ τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας, da mihi portionem facultatum debitam. Hesychius: οὐσία, πλοῦτος, ὕπαρξις, κτῆσις. Aquila Eccles. 2, 8. סגולה, peculium, vertit οὐσίας. LXX. περιουσιασμούς. Exempla ex profanis congessit Jo. Alberti Obs. Philol. p. 51.

Οὔτε, Conj. 1) *Neque,* (ex οὐ, non, & τε, que.) Luc. 20, 36. οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται, neque enim mori amplius possunt. Joann. 4, 11. Act. 4, 12. 24, 13. 1. Cor. 3, 2. Gal. 1, 12. 2) Ne quidem. Marc. 5, 3. οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι, ne quidem catenis aliquis ipsum domare potuit. 3) οὔτε - οὔτε, *neque - neque,* vel nec - nec. Matth. 6, 20. οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις, neque tinea neque erosio. c. 12, 32. 22, 30. Luc. 14, 35. 20, 35. &c.

Οὗτος, αὕτη, τοῦτο, *Hic, haec, hoc,* Pronom. demonstrativum, usurpatur, 1) si quis est ante oculos nostros, ut digitis ostendere queamus. Matth. 3, 9. ἐκ τῶν λίθων τούτων, ex lapidibus his. v. 17. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, hic est filius meus dilectus. c. 4, 3. ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι, ἄρτοι γένωνται, ut lapides hi panes fiant. cap. 10, 42. ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, quicunque potaverit unum parvulorum horum. Cum Servator hoc diceret, in ipsum circumstantem populum ostendit. Joann. 10, 16. etiam alias oves habeo, quae sunt ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, ex caula hac, scil. religionis & ecclesiae Judaicae, sed ex gentibus. Act. 7, 50. οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα; nonne manus mea fecit haec omnia? sc. res creatas, quae sunt in conspectu nostro. 2) In specie adhibetur haec vox, si quis digito in seipsum monstrat. Sic Psalm. 34, 7. ubi David se ipsum indigitat: Matth. 16, 18. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, sed super hanc petram. Christus, cum verba illa pronunciaret, digitum in semet ipsum intendit, seque ostendit, tanquam petram. Confer in πέτρα. Joann. 2, 19. λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, dissolvite templum hoc (scil. corporis mei,) c. 6, 50. οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, qui ex coelo descendit. Sic v. 51. 58. Act. 20, 34. αἱ χεῖρες αὗται, hae ipsae meae manus. c. 26, 29. 1. Cor. 15, 53. 54. τὸ φθαρτὸν τοῦτο - καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, hoc corruptibile & mortale hoc corpus. Ubi unus quisque haec legens seu dicens, digito in semet ipsum directo, ut se innuat necesse est. 3) *Hic,* si de aliquo sermo est, seu explicandum est de substrata materia, de qua agitur. Matth. 3, 3. οὗτός ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, hic, (de quo sermo erat v. 1.) est ille, qui dictus est, a Jesaia propheta. c. 4, 9. 5, 19. μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, unum praeceptorum horum minimorum (scil. quae a servatore erant in antecedentibus explicata.) c. 7, 28. quum perfecisset Jesus τοὺς λόγους τούτους, sermones hos. c. 21, 42. παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, (pro τοῦτο, nam in hebr. est זאת, gener. foem.) a Domino facta est haec actio. (Marc. 12, 11.) cap. 22, 38. 40. ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς, in his duo-

duobus præceptis. Marc. 4, 13. ἐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; annon ſcitis parabolam hanc? Joann. 1, 51. μείζω τούτων ὄψει, majora his videbis. Act. 10, 43. τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, huic (ſcil. Jeſu Chriſto, cujus in antecedentibus mentionem fecit) teſtimonium perhibent omnes prophetæ. Huc formulæ pertinent, αὐτὸ, τοῦτο illud ipſum. 2. Cor. 2, 3. 7, 11. Gal. 2, 10. Phil. 1, 6. 2. Petr. 1, 5. καὶ αὐτὸ τοῦτο, & ad illud ipſum quod adtinet. εἰς τοῦτο, ad hoc, hujus rei cauſſa. Marc. 1, 38. Luc. 4, 43. Joann. 18, 37. 1. Joann. 3, 8. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, in hoc manifeſtatus eſt filius Dei. εἰς αὐτὸ τοῦτο. Rom. 9, 17. 13, 6. εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες, in hoc ipſum incumbentes, hujus ipſius rei cauſſa. Magiſtratus miniſtri Dei ſunt, ſed hac de cauſſa vel potius ea conditione atque lege προσκαρτεροῦσι, exſpectant, nulli alii rei vacant, quam curis rei publicæ, ut tributum aliquod pro labore impetrent. Col. 4, 8. διὰ τοῦτο (ſc. πρᾶγμα vel χρῆμα) propterea. Matth. 6, 25. 12, 27. 31. Sed Hebr. 1, 9. amaviſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, verte: quia, vel quandoquidem. Nam id, quod Meſſias juſtitiam dilexit, & malum odit, non fuit cauſſa unctionis, ſed potius unctio fuit cauſſa amoris erga bonum, & averſationis erga malum. Et ſic quoque Noldius, διὰ ταῦτα, propterea. Eph. 5, 6. παρὰ τοῦτο. 1. Cor. 12, 15. 16. ὑπὲρ τούτου, idem. 2. Cor. 12, 8. τούτου χάριν. Epheſ. 3, 1. 14. Tit. 1, 5. ἕνεκεν τούτου. Matth. 19, 5. ἀντὶ τούτου. Epheſ. 5, 31. μετὰ τοῦτο (ſc. μέρος χρόνου.) Joann. 2, 12. 11, 7. 11. 19. 28. Hebr. 9, 27. μετὰ δὲ τοῦτο (ſc. ἀποθανεῖν κρίσις, poſthæc autem judicium. μετὰ ταῦτα, poſthæc, poſtea. Marc. 16, 12. Luc. 5, 27. 10, 1. 12, 4. 21, 1. Act. 7, 7. 15, 16. 18, 1. Hebr. 4, 8. 1. Petr. 1, 11. ἐκ τούτου (ſc. χρόνου.) *a) Ab hoc tempore.* Joann. 6, 66. ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. cap. 19, 12. *b) Ex hoc.* 1. Joann. 4, 6. ἐκ τούτου (ſc. χρήματος) γινώσκομεν, ex hoc cognoſcimus. Ἐν τούτῳ (ſc. μέρει.) Joann. 4, 37. ἐν τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς, in hac parte verbum verum eſt. 2. Cor. 3, 10. ἐν τούτῳ τῷ μέρει, in hac parte. cap. 9, 3. 1. Petr. 4, 16. ἐπὶ τούτῳ. [1] *Propter hoc*, de hoc. Act. 3, 12. [2] ἐπὶ τούτῳ (ſc. χρόνῳ) *hoc tempore.* Joann. 4, 27. καὶ τοῦτο, & quidem inprimis, maxime, quod magis eſt. 1. Cor. 2, 2. non exiſtimavi, me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, & hunc quidem cruci adfixum. c. 6, 6. 2. Cor. 9, 6. Eph. 2, 8. Phil. 1, 28. Sic ταῦτα. 1. Cor. 6, 8. καὶ ταῦτα ἀδελφούς, & imprimis fratres, alios Chriſtianos. Hebr. 11, 17. 4) *Ille, talis.* Matth. 5, 19. 9, 26. 10, 22. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται, qui vero ſuſtinuit usque ad finem, ille (talis) ſervabitur. cap. 12, 11. 13, 19. 20. 22. Marc. 3, 35. οὗτος ἀδελφός μου, ille vel talis eſt frater meus. Joann. 1, 2. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, illud (ſc. verbum) erat in initio apud Deum. 1. Cor. 6, 13. ὁ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει, Deus

&

& illum & hæc abolebit. 5) *Talis, hujusmodi.* Marc. 4, 15. 16. 18. 20. Luc. 9, 48. ὃς ἐὰν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον quicunque recipit talem puerulum. cap. 17, 2. Joann. 2, 11. 3, 29. 4, 15. δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, da mihi talem aquam. cap. 7, 4. 15, 13. Act. 8, 19. 2. Tim. 3, 5. τούτους ἀποτρέπου, tales averſare. v. 6. 1. Joann. 3, 3. 4, 3. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου πρᾶγμα,) & hoc eſt antichriſti proprium. cap. 5, 9. 11. Apoc. 2, 29. 20, 6. ἐπὶ τούτων, in tales mors ſecunda non habebit poteſtatem. 6) *Præſens*, ſive qui jam adeſt. Matth. 24, 34. ἕως ἂν μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, non præteribit hæc præſens generatio hominum. cap. 26, 31. 34. ἐν ταύτῃ τῇ νυκτί, hac nocte. v. 39. παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, prætereat a me poculum præſens. Luc. 1, 29. cogitabat, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος, qualis eſſet ſalutatio hæc, quæ jam ipſi adferebatur. c. 12, 56. τὸν δὲ καιρὸν τοῦτον, πῶς οὐ δοκιμάζετε; tempus vero præſens cur non inquiritis? cap. 22, 51. ἐᾶτε, ἕως τούτου (ſc. χρόνου,) permittite usque nunc. v. 53. ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα, ſed præſens veſtra eſt hora. cap. 12, 27. σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης, ſerva me ex hora præſenti. Act. 6, 14. καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, diſſolvet locum præſentem. i. e. templum. Rom. 9, 9. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, circa hoc tempus. Adde Matth. 21, 23. ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; ex quanam poteſtate hæc facis? Et ὁ αἰὼν οὗτος, α) Tempus mundi præſentis. Matth. 12, 32. Luc. 16, 8. Eph. 1, 21. β) Judaiſmus, religio Judaica. Rom. 12, 2. 1. Cor. 2, 8. 3, 18. 7, 31. Sic & κόσμος οὗτος, 1] hujus orbis univerſitas. Joann. 8, 23. 1. Cor. 5, 10. 2. Cor. 4, 4. Epheſ. 2, 2. Jacob. 2, 5. 2] Religio Judaica. Joann. 8, 23. ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστέ, vos eſtis ex hoc mundo, i. e. vos perverſis præjudiciis legis ceremonialis Moſaicæ & religionis externæ occupati eſtis. 1. Cor. 1, 20. τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου, i. e. ſapientiam Judæorum in religione ipſorum. Deficit hoc οὗτος in hac eadem phraſi. Joann. 15, 18. ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, mundus (i. e. Judæi) odit vos. cap. 1, 10. ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, Judæi non cognoverunt illum. cap. 14, 17. 27. 1. Joann. 5, 4. 7) *Sequens.* Matth. 10, 2. τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα, duodecim vero apoſtolorum nomina ſunt ſequentia. Marc. 16, 17. Luc. 2, 12. 8) *In eo conſiſtit*, ſic comparatus eſt. Matth. 7, 12. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, in eo enim conſiſtunt lex & prophetæ. Marc. 12, 30. Luc. 8, 1. Joann. 1, 19. 3, 19. αὕτη ἐστὶν ἡ κρίσις, in eo conſiſtit damnatio. c. 17, 3. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, in eo conſiſtit ratio perveniendi ad vitam æternam. 9) *Qui.* Act. 8, 26. 10, 32. 36. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτός ἐστι πάντων κύριος, per Jeſum Chriſtum, qui eſt omnium dominus. 1. Joann. 5, 20. Judith. 1, 5. 10) *Quidam.* Matth. 8, 9. καὶ λέγω τούτῳ, & ſi dico alicui. cap. 10, 23. Luc. 17, 6. 11) Uſurpatur de perſona aut re, quæ alias jam eſt nota. Marc. 11, 28. Luc. 14, 30. 16, 2. Act. 7, 40. 9, 21. 22. Tit. 1, 13. δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω, propter quam cauſſam etiam hæc (tibi jam nota) patior. 12) *Con-*

12) *Contemtim* non nunquam adhibetur. Joann.11,47. Matth.13,55. Act.6,14. Ἰησᾶς ὁ Ναζωραῖος ἕτος, Jesus Nazarenus, de quo homines spargunt sermones & fama serpit. Judæi per contemtum hodieque Christum vocant אִישׁ פְּלוֹנִי, ille vir. Juchasin.fol.16,2.f. Cartwrightus Mellif. Hebr. 2,7. Eisenmengerus *im entdekten Judenthum.* 1,2.p.147. Act.4,17. 5,28. In genere adhuc notandum, nominationum hujus nominis ἕτος ex hebraismo explicandum esse: *quod attinet* ad hunc. Act.7,40. ὁ γὰρ Μωσῆς ἕτος - οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ, ad hunc enim Mosen, quod attinet, nescimus, quid acciderit ipsi. Luc.21,6. ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε, quod attinet ad hæc, quæ videtis. Aliquoties Neutrum pro Masculino poni, inveni. 1.Cor.6,11. καὶ ταῦτά τινες ἦτε, & tales quidam eratis. cap.10,6. ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, hi vero typi nostri facti sunt. Gal.5,17. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, hæc vero adversantur sibi invicem. Neutrum pro fœminino. Rom. 14,18. Hebr.10,18. ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων (sc. ἀνομιῶν,) ubi autem est remissio horum. 3.Joann.v.4. μειζοτέραν τούτων (pro ταύτης) οὐκ ἔχω χαράν, majorem hac non habeo lætitiam.

Οὕτω, sequente consonate, & ὅτως sequente vocali. Adverbium similitudinis & particula α) indigitativa, significat 1) *Ita, sic*, hac ratione. Matth.1,18. Jesu Christi vero generatio ὅτως ἦν, sic erat. cap.2,5. οὕτω γὰρ γέγραπται, sic enim scriptum est. cap.3,15. 5,12.16.19.47.&c. Joann.3,8. Plane singularis est phrasis, quæ legitur 1.Cor.7,26. ὅτως εἶναι, & v.36.40. ὅτως μένειν, significat vero: matrimonium non contrahere, esse vel manere in ea status conditione, qua quis versatur, nempe cœlibem. 2) Interrogative: *Ita ne, siccine.* Matth.26,40. Marc. 7,18. οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; siccine etiam vos imprudentes estis? Joann.18,22. οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ; itane respondes summo sacerdoti? Gal.3,3. 3) *Adeo, tantopere.* Act.22,24. Hebr.12,21. καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν, & adeo formidolosum erat. 1.Joann.4,11. Apoc.16,18. σεισμὸς οὕτω μέγας, terræ motus adeo magnus. 4) *Ideo, adeoque.* Apoc.3,16. ὅτως, ὅτι χλιαρὸς εἶ; ideo, quia tepidus es. 5) *Tunc, tum.* Joann.4,6. ἐκαθέζετο οὕτως, sedebat sic, h.e. incuriose, repente, prout locus sese fessо primum tunc offerebat. Ita optime Grotius. Exempla habet Possinus Spicil.Evang.c.67. Lexicon Fabri in sicut, & Barthius ad Claudianum in tertium Cons. Honorii v.163. Act.20,11. οὕτως ἐξῆλθεν, ut erat, sic exiit. β) Est particula redditiva seu correlativa & denotat. 6) *Sic, similiter*, Matth.12,40.45. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ, sic erit etiam generationi huic malæ. cap.13,40. & 49. οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, sic erit in consummatione mundi. cap.17,12. 18,14.35. &c.

Οὐχί, adv. 1) *Non.* Luc.1,60. οὐχὶ ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης, non, sed vocabitur Joannes. cap.12,51. 13,3.5.&c. 2) *Nonne, annon?* Matth.5,46&47. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτως ποιοῦσιν; non-

nonne etiam publicani sic faciunt? cap. 6, 25. 10, 29. 12, 11. 13, 27. 55. 56. 18, 12. &c.

Ὀφειλέτης, ου, ὁ, 1) *Debitor*, ære alieno obrutus, (ab ὀφείλω.) Matth. 18, 24. 2) *Peccator*, peccatorum onere obrutus. Chaldaice חייבא est debitor & peccator.) Matth. 6, 12. Luc. 13, 4. δοκεῖτε, ὅτι ἔτοι ὀφειλέται γεγόνασι; an putatis, quod hi peccatores fuerint? 3) *Qui* officio ad rem aliquam faciendam *obligatus est*. Rom. 1, 14. σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί, & sapientibus & non intelligentibus debitor sum. Rom. 8, 12. 15, 27. Gal. 5, 3. (ab ὀφείλω.)

Ὀφειλή, ῆς, ἡ, 1) *Debitum*, æs alienum, (ab eodem.) Matth. 18, 32. πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἀφῆκά σοι, omne debitum remisi tibi. 2) *Debitum, officium*. Rom. 13, 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς, reddite igitur unicuique officia debita. Hesychius: ὀφειλή, χρέος, δάνειον, ἀνάγκη.

Ὀφείλημα, τος, τὸ, 1) *Debitum*, (ab eodem.) Rom. 4, 4. κατὰ τὸ ὀφείλημα, ex debito & merito. 2) *Peccatum*, peccati debitum. Matth. 6, 12. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, & remitte nobis debita nostra.

Ὀφείλω, f. ὀφειλήσω, *Debeo* 1) *æs alienum*. Matth. 18, 28. ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια, qui debebat ipsi centum denarios. Luc. 7, 41. 16, 5. 7. Philem. v. 18. ὀφειλόμενον, τὸ, debitum. Matth. 18, 30. 34. 2) Metaphorice etiam ad res alias accommodatur. Rom. 13, 8. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, nemini aliquid debete: nullum officium omittite. 1. Cor. 7, 3. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην ἔυνοιαν ἀποδιδότω, uxori maritus debitam benevolentiam reddat. 3) *Debeo, peccator sum*. Matth. 13, 16. ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει, quicunque vero juratus fuerit, per aurum templi, peccator est. v. 18. Luc. 11, 4. 4) *Debeo, oportet me, decet me*. Luc. 17, 10. ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, quod debemus facere. Joann. 13, 14. Act. 17, 29. Rom. 15, 1. 27. 5) *Necesse habeo*. Hebr. 2, 7. ὤφειλε τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, necesse habuit fratribus assimilari. cap. 5, 3. ὀφείλει προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, necesse habet offerre sacrificia pro peccatis.

Ὄφελον, *Utinam*, vellem, velim, (ab ὀφέλω.) 1. Cor. 4, 8. 2. Cor. 11, 1. ὄφελον ἀνείχεσθέ μου, utinam toleraretis me. Gal. 5, 12. Apocal. 3, 15.

Ὄφελος, εος, τὸ, *Utilitas*, emolumentum, usus, (ab ὀφέλλω, augeo, adjuvo, prosum, debeo.) 1. Cor. 15, 32. τί μοι τὸ ὄφελος; quod est mihi emolumentum? Jac. 2, 14. 16.

Ὀφθαλμοδουλία, ας, ἡ, *Servitium* diligens *præsente hero, obsequium ad oculos* adhibitum, (ab ὀφθαλμόδουλος, servus, qui inspectante hero se gravem & diligentem præstat, oculisque adeo ejus quasi servit. (ex ὀφθαλμὸς & δοῦλος, servus.) Ephes. 6, 6. Col. 3, 22. μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις.

Ὀφθαλμός, οῦ, ὁ, 1) *Oculus* corporis. Matth. 5, 29. 38. ὀφθαλμὸν

μὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, oculum pro oculo. c. 7, 3. 9, 29. ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, tetigit oculos ipsorum. Luc. 2, 30. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, quia viderunt oculi mei salutem tuam. Locutio desumta ex Psalm. 50. ult. quam Judæi sequiorum temporum ad Messiam applicarunt. Gal. 4, 15. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι, oculos effodissetis, & dedissetis mihi, i. e. summum mihi amorem exhibuistis. 2) *Oculi animi*, intellectus, cogitationes. Matth. 13, 15. τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, oculos suos cohibuerunt, ne forte videant (intelligant) oculis (animi.) c. 21, 42. καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, & est mirum in oculis nostris. Marc. 8, 18. Luc. 19, 42. νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, nunc autem occultum est ab oculis tuis. Gal. 3, 1. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, quibus Christus propositus est ante oculos, ne illos alio verteretis, sed ipsum potius observaretis. Ephes. 1, 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, illuminatos oculos animi vestri. 3) Cum de Deo dicitur, ipsius præsentiam & providentiam significat. Hebr. 4, 13. τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, coram ipso (sc. Christo) 1. Petr. 3, 12. οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, oculi Domini super justis, i. e. Deus gratia sua ipsis prospicit, illorumque curam agit. 4) ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς עין טובה, quando quis erogat & communicabilis est. Siracid. 35, 8. 9. 10. Matth. 6, 22. ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, si igitur in erogandis eleemosynis liberalis sis, sereno vultu & fronte gaudeas. Contra ὀφθαλμὸς πονηρὸς, עין רָעָ, denotat. 1] *Hominem avarum* & sordidum, qui eleemosynas non libenter erogat, prout ostendit Lightfootus. Matth. 6, 23. ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, si vero avarus es. Deut. 15, 9. καὶ πονηρεύσηται ὁ ὀφθαλμός σου τῷ ἀδελφῷ σου, & avarus fias erga fratrem tuum. 2] *Hominem invidum*. Matth. 20, 15. ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; an tu invidus es, quod bonus sum? Sirac. 14, 10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ, homo invidus non libenter erogat panem. Nunc facile est perspectu, quod ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, 1. Joann. 2, 16. concupiscentia oculorum, avaritiam signet. 1. Reg. 20, 6. πάντα τὰ ἐπιθυμήματα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, quæcunque oculis illorum placebunt, sument. Adde Ezech. 24, 21.

Ὄφις, εως, ὁ, 1) *Serpens*, anguis. Matth. 7, 10. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, estote igitur prudentes sicut serpentes. Marc. 16, 18. ὄφεις ἀροῦσιν, serpentes tollent. Luc. 10, 19. 11, 11. Joann. 3, 14. 1. Cor. 10, 9. Apoc. 9, 19. 2) *Satanas* nomen serpentis accepit. Diabolus enim in serpente fuit. 2. Cor. 11, 3. Apoc. 12, 14. 15. ὄφις ἀρχαῖος, serpens antiquus vocatur. Apoc. 12, 9. * 20, 2. quia statim ab initio mundi odio erga homines flagravit. 3) Met. *homo diabolicus*. Matth. 23, 33. ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, serpentes, genimina viperarum.

Ὀφρῦς,

Ὀφρύς, ύος, ἡ, 1) *Supercilium.* 2) Supercilium montis, *clivus, tumulus.* Luc. 4, 29. ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους. Ex aliis exempla colligit Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 200.

Ὀχλέω, ῶ, f. ήσω, *Turbo, commoveo,* vexo. Ὀχλέομαι, οῦμαι, vexor, inquietor, torqueor. Luc. 6, 18. καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, & qui turbabantur a ſpiritibus impuris. Act. 5, 16. 1. Sam. 19, 15. λέγουσιν ἐνοχλεῖσθαι αὐτόν, dicunt, ipſum inquietari, ſc. a morbo: hebr. כִּי חוֹלֶה הוּא, quoniam ægrotus ille. Exempla ex ſcriptoribus profanis habent Pricæus ad Lucam & Jo. Alberti Philol. Obſ. p. 192.

Ὀχλοποιέω, ῶ, f. ήσω, *Turbas concito,* turbam congrego, (ex ὄχλος, & ποιέω, facio.) Act. 17, 5.

Ὄχλος, ου, ὁ, 1) *Turba populus,* homines multi Matth. 9, 23. 25. 13, 2. 14, 5. 14. &c. Eſt nomen collectivum. Matth. 21, 8. ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν, plurimus autem populus ſtraverunt. Joann. 6, 2. 7, 49. Act. 6, 7. ſæpiſſime ὄχλοι, eadem ſignificatione ſingularis numeri ponitur. Matth. 13, 2. 14, 13. Marc. 6, 33. Act. 14, 18. 2) *Multitudo* quorundam, cohors, cœtus. Matth. 26, 47. καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολύς, & cum eo multitudo magna. Marc. 14, 43. Luc. 22, 47. Act. 11, 24. Inde Luc. 5, 29. ὄχλος τελωνῶν πολύς, multitudo publicanorum magna. c. 6, 17. ὄχλος μαθητῶν. Act. 1, 15. ὄχλος ὀνομάτων multitudo hominum cap. 6, 7. πολύς ὄχλος τῶν ἱερέων. 3) *Tumultus,* perturbatio. Luc. 22, 6. ἄτερ ὄχλου, ſine tumultu.

Ὀχύρωμα, ατος, τὸ, *Munimentum,* caſtellum, arx. Geneſ. 39, 20. (ab ὀχυρόω,) munio, firmo, fulcio, & hoc ab ὀχυρὸς, ὰ, όν, munitus, firmus, tutus. 2. Cor. 10, 4. πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, ad deſtructionem munitionum. Intelligit Apoſtolus hic & vers. ſeq. ratiocinationes doctas falſorum Apoſtolorum, quibus contra ſimplicitatem Chriſtianam inſurgebant.

Ὀψάριον, ίου, τὸ, 1) *Obſonium,* (ab ὄψον, τὸ, idem, edulium omne, quod una cum pane edimus.) 2) *Piſciculus.* Joann. 6, 9. 11. 21, 9. 10. 13. Quo ſenſu apud Menandrum & Philemonem occurrere notavit Athenæus lib. 9. p. 385. Adde Bochartum Hieroz. 1, 1. 6.

Ὀψέ, adv. 1) *Sero.* Matth. 28, 1. ὀψὲ δὲ σαββάτων, ſero vero in Sabbatho, h. e. circa finem ſabbati, adeoque ſub initium diei ſequentis. 2) *Veſperi.* Marc. 11, 19. καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, & cum veſperi eſſet. cap. 13, 35.

Ὄψιος, ία, ον, *Serus, ſerotinus,* veſpertinus (ab ὀψέ.) Marc. 11, 11. ὀψίας ἤδη ὥρας οὔσης ὥρας, ſerotina ſeu veſpertina cum jam eſſet hora vel tempus. Subſtantive ſumitur ὀψία, ἡ (ſc. ὥρα,) veſpera, ſerum diei tempus, veſpertinum. Matth. 8, 16. ὀψίας (ſc. δείλης) δὲ γενομένης cum autem veſpera fieret.

Ὄψιμος, ος, ὁ, ἡ, *Serus, ſerotinus.* (ab ὀψέ.) Jacob. 5, 7. ὑετὸς ὄψιμος, pluvia ſerotina.

Ὄψις, εως, ἡ, 1) *Facies*, ſpecies oris, (ab ὄπτομαι, video.) Joann. 11, 44. Apoc. 1, 16. ἡ ὄψις αὐτῆς ὡς ὁ ἥλιος φαίνει. facies ejus, ut ſol apparet. 2) *Externa conditio* & qualitas. Joann. 7, 24. μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ne judicate ſecundum externam qualitatem.

Ὀψώνιον, ίε, τὸ, 1) *Obſonium*. Latinum vocabulum notat proprie, quod præter panem comedimus (ab ὄψον obſonium, & ὠνέομαι, emo.) 2) *Stipendium militare*, quia milites obſonia, frumentum & panem ſtipendii loco accipiebant. Dillherrus Diſpp. tom. 1. p. 209. 210. R. H. Schelius ad caſtra Polybii de re militari c. 7. Hinc obſonium idem eſt ac ſtipendium. Stevvechius ad Vegetium 2, 19. p. 201. quo ſenſu occurrit. Luc. 3, 14. ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν, contenti ſitis ſtipendiis veſtris. 1. Cor. 9, 7. 3) *Salarium*. 2. Cor. 11, 8. λαβὼν ὀψώνιον, accipiens ſalarium. 4) Metonym. quævis merces ſeu præmium. Rom. 6, 23. τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, merces peccati eſt mors, quam peccatum ſervis & militibus in caſtris ſuis militantibus tradit.

Π.

Παγιδεύω, f. εύσω, *Illaqueo, irretio*, capio, (a παγὶς.) metaph. Matth. 22, 15. ἵνα αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ, ut illum illaquearent ſermone. Symmachus Proverb. 6, 2. ἐπαγιδεύθης ἐν ῥήμασι στόματός σε, illaqueatus ex verbis oris tui.

Παγὶς, ίδος, ἡ, *Laqueus*, tendicula, decipula, (a πάγη, ης, ἡ, laqueus, decipulum, & hoc a πηγνύω, compingo, figo, compingendo ſtruo & fabricor.) Luc. 21, 35. Senſu figurato: Rom. 11, 9. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, fiat menſa ipſorum in laqueum, vel laqueus: *daſs ſie dran erſticken und erwürgen müſſen*, ex Pſalm. 69, 23. 24. 1. Tim. 3, 7. 6, 9. εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, in tentationem & laqueum, h. e. εἰς παγίδα τῷ πειρασμῷ, in laqueum tentationis. (Per figuram ἓν διὰ δυοῖν.) 2. Tim. 2, 26. ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος.

Πάθημα, ατος, τὸ, 1) Quod quis paſſus eſt ſeu patitur, *paſſio, adflictio*, perpeſſio, (a πάσχω patior.) Rom. 8, 18. τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ paſſiones præſentis temporis. 2. Cor. 1, 5. παθήματα τοῦ Χριστοῦ, ærumnæ, quas propter Chriſtum ſuſtinemus. Philipp. 3, 10. Coloſſ. 1, 24. &c. 2) Vitioſus adfectus ſeu adfectio, morbus corporis vel animi. Rom. 7, 5. τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, adfectiones malæ peccatorum, ſeu adfectus peccaminoſi. Gal. 5, 24.

Παθητὸς, ἡ, ὸν, Qui pati poteſt, *Paſſibilis*, (a πάσχω.) Act. 26, 23. εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, an Chriſtus ita comparatus ſit, ut pati poſſit.

Πάθος, εος, ους, τὸ, 1) *Paſſio*, quod quis patitur ſeu paſſus eſt, (ab eodem.) 2) *Adfectus*, mollities, morbus animi & cor-

corporis, commotio, adfectio. Rom. 1, 26. παρέδωκεν αὐτὰς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας, tradidit eos Deus in adfectus & desideria fœdissima. Col. 3, 5. 1. Thess. 4, 5. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, non in adfectu concupiscentiæ. Inde pathici | in Priapeis Carm. 48, 5. cum mens est pathicæ memor puellæ. Et apud Catull. Carm. 16, 2. 58, 2.

Παιδαγωγὸς, οῦ, ὁ, 1) *Pædagogus*, puerorum ductor, (ex παῖς & ἄγω, duco.) Servus erat apud Romanos, qui liberos manu ad magistros ducebat, unde & ipsi nomen. Vide Pignorium de servis p. 233. 2) Magister, doctor, *Informator* quilibet. 1. Cor. 4, 15. ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν χριστῷ, si enim decies mille magistros haberetis in Christo. metaph. Gal. 3, 24. ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν εἰς Χριστὸν, itaque lex ductor noster facta est ad Christum, manu quasi nos ad Christum duxit.

Παιδάριον, ἰα, τὸ, 1) *Puerulus*, puellus, (a παῖς diminutivum.) Matth. 11, 16. 2) *Juvenis*. Joann. 6, 9. Tobiæ 6, 2. 3. s. de Tobia juniore hæc vox adhibetur, qui tamen uxorem ducere poterat.

Παιδεία, ας, ἡ, 1) *Institutio*, instituendi ratio, admonitio, doctrina, (a παιδεύω.) Ephes. 6, 4. ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, in institutione & admonitione Domini, quæ scil. ad Deum perducit. 2. Timoth. 3, 16. Scriptura utilis est πρὸς παιδείαν, ad institutionem. 2) *Disciplina*, castigatio, quia pertinet ad institutionem. Hebr. 12, 5. μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, ne parvi pende disciplinam Domini. v. 7. 8. 11.

Παιδευτὴς, οῦ, ὁ, 1) qui instituit, *Præceptor*, magister, (ab eodem.) Rom. 2, 20. παιδευτὴν ἀφρόνων, institutorem amentium. 2) *Castigator*. Hebr. 12, 9.

Παιδεύω, f. εύσω, 1) *Doceo*, *instituo*, erudio, (a παῖς.) Act. 7, 22. ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, institutus est Moses omni sapientia Aegyptiorum. cap. 22, 3. πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, institutus secundum accuratam formam paternæ legis. Tit. 2, 12. παιδεύουσα ἡμᾶς (sc. ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος,) instituens nos gratia Dei salutaris. 2) *Castigo*, *punio*, flagello. Luc. 23, 16. 22. παιδεύσας οὖν αὐτὸν, flagellavit igitur ipsum. 1. Cor. 11, 32. si vero judicamur, ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, a Domino castigamur. 2. Cor. 6, 9. 1. Timoth. 1, 20. Ebr. 12, 6. 7. 10. 3) *Admoneo*, *reprehendo*. 2. Tim. 2, 25. Apoc. 3, 19. ἐλέγχω καὶ παιδεύω, redarguo, & reprehendo.

Παιδιόθεν, adv. *A puero*, a puerili ætate, (a παιδίον.) Marc. 9, 21.

Παιδίον, ίε, τὸ, *Puerulus*, *infans*, pusio sive filiolus, sive filiola, (dimin. a παῖς.) Matth. 14, 21. χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων, sine uxoribus & puerulis. Marc. 7, 28. ἀπὸ ψιχίων τῶν παιδίων, a micis puerorum. Luc. 7, 32. 11, 7. Joann. 16, 21. filiolus, puerulus. Matth. 2, 8. seqq. Luc. 1, 59. 80. τὸ δὲ παιδίον ἠὐξανε, puerulus vero

crescebat. c. 2, 17. Hebr. 11, 23. Filiola seu puella. Marc. 5, 39. τὸ παιδίον οὐκ ἀπέθανε, puella non mortua est. Per metaphoram παιδία denotant 1) *Rudes* sicut pueri. 1. Cor. 14, 20. μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ne estote pueri sensibus. 2) *Qui fidei alicujus* filiorum loco *commissi* & traditi sunt. Hebr. 2, 13. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ecce ego & filii, quos mihi dedit Deus. 3) *Quos amamus*, sicut liberos nostros. Joann. 21, 5, παιδία μή τι προσφάγιον ἔχετε; filioli, numquid esculentum habetis? 1. Joann. 2, 18.

Παιδίσκη, ης, ἡ, 1) *Puella*, (dimin. a παῖς.) 2) *Ancilla*. Matth. 26, 69. μία παιδίσκη λέγουσα, ancilla quædam dicens. Luc. 12, 45. Act. 12, 13. 16, 16. Gal. 4, 22. Damnant hanc vocem Atticismi Phrynichus, probant autem Thomas Magister & Mœris. Vide Jo. Alberti Obs. Philol. p. 248.

Παίζω, f. παίξω, 1) *Ludo* more puerorum, jocor, illudo, (a παῖς.) 2) *Idololatriam committo*. 1. Cor. 10, 7. * καὶ ἀνέστησαν παίζειν, (pro: τῷ παίζειν χάριν,) & surrexerunt idololatriam peragendi caussa. Illud צָחַק Genes. 21, 9. & Exod. 32, 6. Judæi de idololatria explicant, quos hac in parte D. Paulus confirmat.

Παῖς, παιδὸς, ὁ, ἡ, 1) *Puer* vel *puella*. Matth. 2, 16. ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ (sc. ὄντας,) interfecit omnes pueros, qui erant in Bethleem. Luc. 2, 43. ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς, remansit Jesus puer. ἡ παῖς, *puella*, sive filia. Luc. 8, 51. 2) *Adolescens*. Act. 20, 12. ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, duxerunt vero puerum viventem, qui v. 9. νεανίας vocabatur. 3) *Servus*. Matth. 8, 6. ὁ παῖς μου βέβληται παραλυτικὸς, servus meus (in lecto) projectus est paralyticus. Luc. 1, 54. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, susscepit Israëlem servum suum. c. 7, 7. 12, 45. 15, 26. Act. 4, 25. Ex profanis exempla habes apud Elsnerum Obs. sacr. tom. 1. p. 210. 4) *Filius*. Joann. 4, 51. ὁ παῖς σου ζῇ filius tuus vivit. Actor. 3, 13. ὁ θεὸς ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, Deus glorificavit filium suum Jesum. c. 4, 27. 30. Sic ἡ παῖς filia. Luc. 8, 51. 54.

Παίω, f. παίσω, *Percutio*, ferio, pulso. Matth. 26, 68. τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; quis est, qui percussit te? Marc. 14, 47. Apoc. 9, 5. ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον, quando pupugerit hominem.

Πάλαι, adv. 1) *Olim*, quondam. Matth. 11, 21. πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν, olim in sacco & cinere pœnitentiam egissent. Hebr. 1, 1. 2. Petr. 1, 9. τῶν πάλαι (sc. ἐσῶν) αὐτοῦ ἁμαρτιῶν, pristinorum suorum peccatorum. Judæ v. 4. 2) *Pridem*, *jam pridem*, dudum, jam dudum. Marc. 15, 44. interrogavit ipsum, εἰ πάλαι ἀπέθανε, an jam dudum mortuus esset.

Παλαιὸς, ὰ, ὸν, *Vetus*, antiquus, priscus, (a πάλαι.) Matth. 9, 16. 17. 13, 52. ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιὰ (sc. χρήματα,) qui profert ex thesauro suo nova & vetusta. Luc. 5, 39. οἶνος παλαιὸς, vinum vetus. 2. Cor. 3, 14. παλαιὰ διαθήκη vetus

tus teſtamentum. 1. Joann. 2, 7. ἐντολὴ παλαιὰ, mandatum vetus, i. e. priſtinum. Ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, vetus homo, eſt homo corruptus, qui in ſtatu peccati priſco, ab Adamo ſibi contracto, vivit. Rom. 6, 6. Epheſ. 4, 22. Coloſſ. 3, 9. ſic 1. Cor. 7, 8. ἡ παλαιὰ ζύμη, fermentum vetus, eſt vita, quæ originalem inclinationem ad peccandum ſordet.

Παλαιότης, ητος, ἡ, *Vetuſtas*, (a παλαιὸς.) Rom. 7, 6. καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, (h. e. ἐν παλαιῷ γράμματι,) & non in veteri teſtamento ſive lege.

Παλαιόω, ῶ, f. ώσω, *Antiquo, aboleo*, (a παλαιὸς) Hebr. 8, 13. πεπαλαίωκε τὴν πρώτην, antiquavit vetus. Παλαιοῦμαι, veteraſco, vetus fio. Luc. 12, 33. βαλάντια μὴ παλαιούμενα, marſupia non veteraſcentia. Hebr. 1, 11. ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται, tanquam veſtimentum veteraſcet. Daniel. 7, 25. καὶ τοὺς ἁγίους ὑψίστου παλαιώσει, & ſanctos Dei deſtruet.

Πάλη, ης, ἡ, *Lucta*, (inde παλαίω, luctor, certo, παλαιστὴς, luctator & παλαίστρα, ας, ἡ, palæſtra, luctæ locus.) Epheſ. 6, 12. ὅτι ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη, non eſt nobis lucta.

Παλιγγενεσία, ίας, ἡ, *Regeneratio*, (ex πάλιν & γένεσις generatio.) Tit. 3, 5. διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, per lavacrum regenerationis, i. e. baptismi. Matth. 19, 28. οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, qui ſecuti eſtis me in regeneratione: nimirum, dum ſtatim diſcipuli mei facti eſtis, ſimul ac vos vocavi & elegi, & ſic ad mentis regenerationem perducti eſtis, aliosque etiam eo perduxiſtis. Alii verba hæc explicant de meliore ſtatu Eccleſiæ, quæ erit cœlum novum & terra nova.

Πάλιν, adv. 1) *Rurſus, denuo, de integro.* Matth. 20, 5. πάλιν ἐξελθὼν, rurſus egreſſus. c. 21, 36. 22, 1. 4. 26, 42. 43. &c. 2. Cor. 13, 2. ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν (pro εἰς τὸ πάλιν ὂν μέρος χρόνε, & hoc pro: ἐν τῷ πάλιν ὄντι τῷ μέρει χρόνε,) ſi rurſus venero. Philipp. 1, 26. διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν (ſc. ἔσης) πρὸς ὑμᾶς, per meum adventum, qui rurſus ad vos eſt. Pleonaſtice additur πάλιν ἐκ δευτέρου. Act. 10, 15. & πάλιν δεύτερον. Joann. 21, 16. Adde Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 240. 2) *Porro*, inſuper. Matth. 5, 33. πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος, porro adſumit ipſum diabolus, cap. 13, 44. 45. 47. 18, 19. Joann. 9, 27. 12, 22. 39. 19, 37. Rom. 15, 10. 11. καὶ πάλιν (ſc. λέγει,) & porro dicit. 1. Cor. 3, 20. καὶ πάλιν (ſc. γέγραπται, & porro ſcriptum eſt. c. 12, 21. 2. Cor. 10, 7. Hebr. 1, 5. καὶ πάλιν (ſc. εἶπεν) & porro dixit. c. 2, 10. 4, 5. 10, 30. καὶ πάλιν (λέγει κύριος) & porro dicit Dominus. 3) *Vice verſa*, e diverſo, e contrario. Matth. 4, 7. πάλιν γέγραπται, contra vero ſcriptum eſt. 1. Cor. 12, 21. 2. Cor. 10, 7. 4) *Retro.* Joann. 20, 10. ἀπῆλθον ἔν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταὶ, abierunt igitur retro domum ſuam diſcipuli. Gal. 4, 9. Alia exempla collegit Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 348.

Παμπληθεὶ, adv. per totam multitudinem, cum tota multi-

tudine, ita, ut fiat ab universo, (a παμπληθής,) confertus, permultus, quamplurimus, ex πᾶν & πλῆθος multitudo.) Luc. 23,18. ἀνέκραξαν παμπληθεὶ, clamarunt omnes.

Πάμπολυς, omnino multus, permultus & varius, neutr. παμπολὺ permultum, (ex πᾶν & πολὺς multus) genit. Marc. 8, 1. παμπόλλου ὄχλου ὄντος, cum permultus populus adesset.

Παμφυλία, ας, ἡ, *Pamphylia*, provincia Asiæ. (Nomen est græcum ex πᾶν & φῦλον tribus, natio.) Actor. 2, 10. 13, 13. 14, 24. 15, 38. 27, 5.

Πανδοχεῖον, είς, τὸ, *Diversorium*, stabulum, (ex πᾶν & δοχεῖον, receptaculum, quod est a δέχομαι recipio & suscipio, quia in diversorio omnes recipiuntur.) Luc. 10, 34. ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, duxit ipsum in diversorium.

Πανδοχεὺς, έως, ὁ, Hospes publicus & meritorius, caupo, stabularius, qui quemlibet hospitio excipit, (ex πᾶν & δέχομαι capio.) Luc. 10, 35.

Πανήγυρις, εως, ἡ, *Publicus cœtus* seu conventus, publica *celebritas*, (ex πᾶν & ἄγυρις, cœtus,) & quidem læta ac festiva. Symmachus Levit. 23, 41. καὶ πανηγυρίσετε πανήγυριν τῷ Κυρίῳ, hebr. וְחַגּוֹתֶם חַג, & celebrabitis festum Domino. Sermo est de festo tabernaculorum, quod magna lætitia celebrabatur. Hebr. 12, 23. Vos accessistis πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων, ad conventum & ecclesiam primogenitorum: quem conventum Apostolus terrori Israëlitarum ad montem Sinai opponit.

Πανοικὴ, adv. *Cum tota domo* s. familia, (ex πᾶν & οἶκος, domus.) Act. 16, 34. πανοικὶ πεπιστευκὼς, qui credidit cum tota domo. Exod. 1, 1. LXX. & Theodotion Judic. 18, 21. ἔταξαν τὴν πανοικίαν αὐτῶν, constituerunt totam familiam ejus. In hebr. est טַף, quod tantum parvulos denotat, *die kleine Familie*.

Πανοπλία, ας, ἡ, *Universa armatura*, omnis generis arma, totum corpus tegentia, (ex πᾶν & ὅπλον vel ὅπλα, arma.) Luc. 11, 22. τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει, universam armaturam ejus auffert. Metaph. Ephes. 6, 11. πανοπλία τοῦ θεοῦ, tota armatura Dei, sunt verbum Dei, fides, preces, quibus contra mala & malos pugnamus. Hæc vox apud græcos interpretes V. T. sæpius occurrit.

Πανουργία, ας, ἡ, *Calliditas, astutia*, vafrities, præstigiæ, (a πανοῦργος.) Luc. 20, 23. κατανοήσας τὴν πανουργίαν αὐτῶν, inspiciens calliditatem eorum. 1. Cor. 3, 19. 2. Cor. 4, 2. 11, 3. Ephes. 4, 14.

Πανοῦργος, ε, ὁ, ἡ, *Callidus, vafer*, versipellis, (ex πᾶν & ἔργον, opus.) In sensu bono catachrestice adhibetur. 2. Cor. 12, 16. ὑπάρχων πανοῦργος, existens callidus. h. e. dolo bono apud vos usus sum.

Πανταχόθεν, adv. *Undique*, ex omnibus, (a πᾶς.) Marc. 1, 45. ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.

Πανταχοῦ, adv. *Ubique, ubivis*, (ab eodem.) Marc. 16, 20. ἐκήρυξαν πανταχοῦ, prædicaverunt ubique. Luc. 9, 6. Act. 17, 30. 21, 28. 24, 3. 28, 22. 1. Cor. 4, 17.

Παν-

Παντελὴς, ἐος, ὁ, ἡ, 1) *Perfectus, integer*, plenus, universus, (ex πᾶν & τελέω, perficio.) Hinc εἰς τὸ παντελὲς, *omnino, prorsus.* Luc. 13, 11. μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς, non valens omnino erecta ire. Exempla e profanis suppeditat Elsnerus tom. 1. v. 239. 2) *In perpetuum.* Hebr. 7, 25. Christus δύναται σώζειν εἰς τὸ παντελὲς, potest servare in perpetuum.

Πάντη, *Semper, ubique*, omnino, (a πᾶς.) Act. 24, 3. πάντη τε καὶ πανταχῆ.

Πάντοθεν, *Undique, undiquaque*, (ab eodem.) Luc. 19, 43. συνέξουσί σε πάντοθεν, constringent te undiquaque. Joann. 18, 20. Hebr. 9, 4.

Παντοκράτωρ, ορος, ὁ, *Omnipotens* in cujus potentia sunt omnia, qui solus est Deus, (a πᾶς & κρατέω, possum, teneo.) 2. Cor. 6, 18. Apoc. 1, 8. 4, 8. 11, 17. 15, 3. 16, 7. 14. 19, 6. 15. 21, 22. κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

Πάντοτε, adverb. *Semper*, (a πᾶν.) Matth. 26, 11. πάντοτε τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε, semper pauperes habetis vobiscum, me vero non semper habetis. Marc. 14, 7. Luc. 15, 31. 18, 1. &c.

Πάντως, adv. *Omnino*, omnibus modis, prorsus, (a πᾶς.) Luc. 4, 23. Act. 18, 21. 21, 22. 28, 4. πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἕτος, omnino homicida est hic homo. Rom. 3, 9. οὐ πάντως, minime, nullo modo. Sic 1. Cor. 5, 10. 9, 10. 22. 16, 12.

Παρὰ, Præpositio regens

I. GENITIVVM, denotat

1) A, AB. Matth. 20, 20. αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ, rogans aliquid ab ipso. Luc. 6, 34. παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, a quibus speratis paria vos recepturos. Joann. 5, 41. δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω, gloriam ab hominibus non accipio. Vide Elsn. tom. 1. p. 117.

2) APVD, IVXTA. Marc. 3, 21. οἱ παρ' αὐτοῦ sc. ὄντες, qui apud ipsum erant. Luc. 10, 7. ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν sc. ὄντα, edentes & bibentes, quæ apud ipsos adsunt. Et in formula, τὰ παρά τινος sc. ὑπάρχοντα χρήματα, opes alicujus, quæ penes ipsum sunt. Marc. 5, 26. δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, insumens omnes facultates suas. Phil. 4, 18. τὰ παρ' ὑμῶν, vestra. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 166.

II. DATIVVM, significat

3) APVD, Matth. 19, 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ θεῷ πάντα δυνατά ἐστι, apud homines hoc impossibile est, apud Deum vero omnia sunt possibilia. Luc. 1, 30. εὗρηκας χάριν παρὰ τῷ θεῷ, invenisti gratiam apud Deum. Act. 9, 43. ἔμεινε παρά τινι Σίμωνι, divertit apud Simonem quendam.

4) A. 2. Petr. 2, 11. Angeli οὐ φέρουσι παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν, non ferunt (contra diabolos) a Domino (proficiscens) blasphemum judicium.

5) CORAM. 1. Cor. 7, 24. ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ τῷ θεῷ, in hoc maneat coram Domino.

6) IN cum Ablat. Matth. 21, 25. διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, ratiocinabantur in semet ipsis. Rom. 11, 25. & 12, 16. φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, sapientes in vobis ipsis.

III. ACCVSATIVVM, & tunc denotat

7) APVD, IVXTA, PROPE. Matth. 4, 18. παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, juxta mare Galilææ. Marc. 4, 4. ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, cecidit juxta viam. Luc. 7. 38. παρὰ τὰς πόδας αὐτοῦ, ad pedes ejus.

8) CONTRA. Act. 18, 13. παρὰ τὸν νόμον, contra legem.

9) INFRA. Hebr. 2, 7. 9. ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύτι παρ' ἀγγέλους, minuisti ipsum paullulum infra angelos.

10) PLVS QVAM. Luc. 13, 2. 4. ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας ἀνθρώπους, peccatores plus quam omnes homines. Rom. 1, 25. παρὰ τὸν κτίσαντα, plus quam creatorem. cap. 14, 5. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, unus quidem æstimat unum diem pluris, quam alterum.

11) PRAETER. Gal. 1, 8. παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα, præter id, quod annunciavimus. 1. Cor. 3, 11. Aliud fundamentum nemo potest ponere, παρὰ τὸν κείμενον, præter id, quod jam jactum est. 2. Cor. 11, 24. τεσσαράκοντα παρὰ μίαν, quadraginta præter unam, i. e. excepta una.

12) PROPTER. 1. Cor. 12, 15. 16. παρὰ τοῦτο, propterea.

13) QVAM, in comparatione. Luc. 3, 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον, non plus quam constitutum est. Hebr. 1, 4. 9. παρ' αὐτούς, quam illi, παρὰ τοὺς μετόχους, quam socii. Sic c. 3, 3. 12, 24.

Παραβαίνω, fut. παραβήσομαι, 1) *Transgredior*, *transcendo*, (ex παρὰ & βαίνω, gradior.) 2) *Desisto*, *decedo*, aor. 2. παρέβην. Act. 1, 25. ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας, ex qua decessit Judas. 3) *Praetereo* aut *violo leges*, aut jusjurandum, aberro, prævaricor. Matth. 15, 3. παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, vos violatis præceptum Dei. 2. Joann. v. 9. πᾶς ὁ παραβαίνων sc. τὴν ἐντολήν, quicunque transgreditur.

Παραβάλλω, 1) *Objicio*, trado, exhibeo, applico, (ex παρὰ & βάλλω, jacio.) 2) *Appello navem*, trajicio, accedo. Act. 20, 15. τῇ δὲ ἑτέρᾳ (sc. ἡμέρᾳ) παρεβάλομεν (sc. τὸν ναῦν) εἰς Σάμον, altera vero die appulimus navem ad Samum. 3) *Comparo*, *confero*, adsimilo. Marc. 4, 30. ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν; cum qua similitudine comparabimus illud?

Παράβασις, εως, ἡ, *Transgressio*, prævaricatio, *peccatum*, (a παραβαίνω.) Rom. 2, 23. διὰ παραβάσεως τοῦ νόμου, per transgressionem legis. 1. Tim. 2, 14. Hebr. 2, 2. 9, 15.

Παραβάτης, ου, ὁ, *Transgressor*, prævaricator, violator legis, (ab eodem.) παραβάτης νόμου. Rom. 2, 25. 27. Gal. 2, 18. Jac. 2, 9. 11.

Παρα-

Παραβιάζομαι, f. άσομαι, 1) *Vi detorqueo*, urgeo, *cogo*, (ex παρὰ & βιάζομαι, cogo, quod eſt a βία, vis, violentia.) 2) *Omnibus* annitor vel *conor viribus & precibus* ad aliquem impellendum. Luc. 24, 29. καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, & omnibus precibus impulerunt ipſum. Act. 16, 15. καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς, & impulit nos omnibus viribus & precibus. Sic ἀναγκάζειν Luc. 14, 23. Adde Elsneri Obſ. ſacras tom. 1. p. 435.

Παραβολὴ, ῆς, ἡ, 1) *Parabola*, *ſimilitudo*, comparatio allegorica, (παραβάλλω.) Matth. 13, 3. καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, & locutus eſt illis multa in parabolis. v. 10. 13. 18. 24. &c. 2) *Proverbium*. Luc. 4, 23. 3) *Similitudo* & *comparatio* typica, typus. Hebr. 9, 9. ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, quæ eſt typus ad tempus præſens. Ad interim quaſi poſitum erat tabernaculum, ut ſimilitudinem rerum futurarum illis exhiberet. cap. 11, 19. ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο, unde ipſum etiam in typo deportavit, בְּמָשָׁל in typo, typi loco.

Παραβουλεύομαι, f. εύσομαι, *Perperam conſulo*, (ex παρὰ & βουλεύομαι, conſulo.) Philipp. 2, 30. Παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, perperam conſuluit vitæ ſuæ, h. e. eandem ſprevit & periculis objecit. Heſychius: παραβουλευσάμενος, εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐκδέξ.

Παραγγελία, ίας, ἡ, 1) *Denunciatio*, *conditio*, (a παραγγέλλω.) 2) *Interdictio*. Act. 5, 28. ἐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν; nonne interdictione interdiximus vobis? Eſt hebraiſmus. pro: nonne valde vobis interdiximus? 3) *Mandatum*, *præceptum*. Act. 16, 24. 1. Theſſ. 4, 2. 1. Tim. 1, 5. τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστιν ἀγάπη, finis ſ. ſumma omnis præcepti eſt charitas.

Παραγγέλλω, f. ελῶ, aor. 1. ειλα. 1) *Denuncio*, *edico*, *præcipio*, nuncio, (ex παρὰ & ἀγγέλλω, nuncio.) Matth. 10, 5. παραγγείλας αὐτοῖς, poſtquam ipſis mandaverat. Marc. 6, 8. 8, 6. 1. Cor. 7, 10. τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, illis, qui matrimonium contraxerunt, denuncio, præcipio. 1. Tim. 4, 11. παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε, denuncia hæc & doce. 2) *Veto*, *interdico*. Luc. 5, 14. καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν, & ille interdixit ipſi, ne cui diceret. cap. 8, 56. 9, 21. Act. 4, 18. 5, 28. 40. 23, 22.

Παραγίνομαι, vel γίγνομαι, f. παραγενήσομαι, aor. 2. *adſum*, *advenio*, *accedo*, (ex παρὰ & γίνομαι ſum, fio.) Matth. 2, 1. μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, Magi ab Oriente advenerunt Hieroſolymam. Marc. 14, 43. adhuc ipſo loquente, παραγίνεται Ἰούδας advenit Judas. Luc. 7, 4. 20.

Παράγω, f. ξω, 1) *Prætereo*, prætergredior, tranſeo, (ex παρὰ & ἄγω, ago, duco, eo.) Matth. 9, 9. 27. 20, 30. ὅτι Ἰησοῦς παράγει, quod Jeſus prætereat. Joann. 8, 59. καὶ παρῆγεν οὕτω & ſic præteriit. 2) *Abeo*, *evado*, *evaneſco*. 1. Cor. 7, 31. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, præterit enim habitus mundi hu-

jus. Med. παράγομαι. 1. Joann. 2, 8. ἡ σκοτία παράγεται, caligo evaneſcit. v. 17.

Παραδειγματίζω, f. σω, *Publicæ* aliquem *ignominiæ expono*, exemplo aliis facio, puniendo infamo, (a παράδειγμα, exemplum, item: is, qui punitur, qui aliis ſtatuitur exemplum, nempe tale, per quod docetur, peccata puniri, Jerem. 8, 2. καὶ ἔσονται εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπε τῆς γῆς, & erunt exemplum coram facie terræ. Ex παρὰ & δείκνυμι, oſtendo.) Matth. 1, 19. μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, non volens illam diffamare vel publicæ ignominiæ exponere. Hebr. 6, 6. καὶ παραδειγματίζοντες, & qui Meſſiam omnibus contumeliis proſcindunt. Ezech. 28, 17. ἔδωκα σε παραδειγματισθῆναι, dedi te, ut exemplo ſis aliis pœna tua. Duriori ſenſu habetur Eſther 14, 11. παραδειγμάτισον, exemplum in illum ſtatue. Num. 25, 4. παραδειγμάτισον αὐτὰς ἔναντι τε ἡλίε, ſuſpende illos exempli loco coram ſole.

Παράδεισος, εἰσε, ὁ, 1) *Paradiſus, hortus.* 2) Metaph. *cœlum, vita æterna.* Luc. 23, 43. σήμερον μετ' ἐμε ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, hodie mecum eris in paradiſo. Vita æterna hac de cauſſa cum paradiſo comparatur, quia, quæ in paradiſo amiſſa ſunt, ibi recipiuntur. Apoc. 2, 7. 3) Singularis divina revelatio. 2. Cor. 12, 4. ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, quod raptus ſit in paradiſum. Judæi quosdam ſummos doctores dicere ſolebant in paradiſum rapi ſolere, ubi de rebus magni momenti inſtituerentur. Inde locutio in paradiſum rapi, notat ſummam in rebus divinis cognitionem habere. Vide Hottingerum ad tract. Chagigah fol. 14, 2.

Παραδέχομαι, f. ξομαι, *Accipio, recipio, ſuſcipio*, aſſumo (ex παρὰ & δέχομαι, capio.) Marc. 4, 20. Act. 16, 21. 22, 18. οἳ παραδέξονταί σε τὴν μαρτυρίαν, non recipient teſtimonium tuum. 1. Tim. 5, 19. Hebr. 12, 6. caſtigat omnem filium, ὃν παραδέχεται, quem ſuſcipit.

Παραδιατριβὴ, ῆς, ἡ, *Præpoſterum ſtudium*, exercitatio & litigium, in quo tempus præpoſtere teritur, (ex παρὰ & διατριβὴ, opera, quæ alicui rei impenditur.) 1. Tim. 6, 5. παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων τὸν νῶν, diſputationes & exercitationes præpoſteræ, perverſæ, inutiles, noxiæ & peſtilentes talium hominum, qui non ſatis ſani ſunt.

Παραδίδωμι, f. δώσω, 1) *Trado*, (ex παρὰ & δίδωμι, do.) *hoſtiliter*, e. g. ad judicium, in carcerem, ad mortem. Matth. 4, 12. ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, quod Joannes traditus fuerit, nempe in carcerem & poſtea morti cap. 5, 25. μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, ne forte te tradat adverſarius judici. cap. 10, 17. 19, 21. 17, 22. 18, 34. 20, 18. 19. &c. 2) *Trado in judicium occæcationis & obdurationis.* Act. 7, 42. καὶ παρέδωκεν αὐτὰς (ἔνεκεν τε) λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τε ἐρανε, & tradidit illos ad ſerviendum exercitui cœli. Rom. 1, 24. 26. 28. 3) *Prodo, ich liefe-*

liefere aus. Matth. 10, 4. Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης ὁ καὶ παραδιδοὺς αὐτόν, Judas Iſchariotes, qui etiam prodebat ipſum. v. 21. 17, 22. 26, 15. ſeqq. 4) *Trado, committo*, mando, trado in alicujus poteſtatem. Matth. 11, 27. πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, omnia mihi tradita ſunt a Patre meo. cap. 25, 14. 20, 22. Luc. 4, 6. 10, 22. Joann. 19, 30. παρέδωκε τὸ πνεῦμα, tradidit ſpiritum. Act. 12, 4. 14, 26. παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, commendati gratiæ Dei. cap. 15, 40. 27, 1. 28, 16. 1. Cor. 15, 24. 1. Petr. 2, 23. 5) *Trado, permitto, expono.* e. g. periculis, facultatem mei facio. Luc. 23, 25. τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν, Jeſum autem permiſit voluntati ipſorum. Act. 15, 26. ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν, hominibus, qui expoſuerunt vitam ſuam. Rom. 4, 25. ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, qui traditus eſt propter peccata noſtra. 6) *Trado*, i. e. dedo. Rom. 6, 17. Epheſ. 4, 19. ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, ſeipſos dederunt laſciviæ. 7) *Doceo, trado doctrinas* & præcepta. Marc. 7, 13. τῇ παραδόσει ὑμῶν, ἣν παρεδώκατε, traditione veſtra, quam docuiſtis. Luc. 1, 2. Act. 6, 14. 16, 4. 1. Cor. 11, 2. 23. 15, 3. 2. Petr. 2, 21. Judæ v. 3. 8) *Exhibeo meipſum.* Marc. 4, 29. ὅταν δὲ παραδῷ (ſupp. ἑαυτὸν) ὁ καρπός, quum ſe tradiderit, oſtenderit, exhibuerit fructus.

Παράδοξος, ε, ὁ, ἡ, Qui eſt præter ſeu contra omnium opinionem, *inopinatus, admirabilis*, incredibilis, mirus, excellens (ex παρὰ & δόξα, opinio.) Luc. 5, 26. εἴδομεν παράδοξα σήμερον, vidimus mirabilia, inopinata hodie. Græci interpretes ſic vertunt נִפְלָאוֹת, mirabilia, & גְּבוּרוֹת, magnifica.

Παράδοσις, εως, ἡ, 1) *Deditio, traditio.* 2) *Doctrina humana*, quæ ore traditur, inſtitutum, conſtitutio, præceptio (a παραδίδωμι.) Matth. 15, 2. cur diſcipuli tui tranſeunt τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; traditionem ſeniorum? Marc. 7, 3. 5. 8. Gal. 1, 14. qui magis æmulator eram τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων, paternarum mearum conſtitutionum. Col. 2, 8. 3) *Doctrina divina* verbi divini. 1. Cor. 11, 2. καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, κατέχετε, ſicut tradidi vobis traditiones, doctrinas divinas, retinete. 2. Theſſ. 2, 15. 3, 6.

Παραζηλόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Ad æmulationem provoco*, æmulationem excito (ex παρὰ & ζηλόω, æmulor.) Rom. 10, 19. παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, æmulationem in vobis excitabo (me ſcil. colendi,) in talibus, qui non ſunt populus meus. Sic c. 11, 11. 14. 2) *Ad iram provoco.* 1. Cor. 10, 22. ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον; aut num ad iram provocamus Dominum? 1. Reg. 14, 22. παρεζήλωσε τὸν Θεόν. Pſalm. 37, 8. μὴ παραζήλου, ὥστε πονηρεύεσθαι, ne ad iram incitare, ut malum agas.

Παραθαλάσσιος, ία, ὁ, ἡ, vel παραθαλάσσιος, ία, ον, *Maritimus*, ad mare ſitus, (ex παρὰ & θάλασσα mare.) Matth. 4, 13. Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν.

Παραθε-

Παραθεωρέω, ῶ, f. ήσω, *Despicio, adspernor*, inde pass. παραθεωρέομαι, ᾶμαι, despicior (ex παρὰ præter & θεωρέω, video, contemplor.) Act. 6, 1. ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν, quod viduæ ipsorum in largitione quotidiana despiciebantur. Hesychius: παρεθεωροῦντο, κατεφρονοῦντο. Vide Raphelium. Posses tamen, & quidem non incommode vertere, *negligere, omittere*, quemadmodum Germani dicunt, *sie wurden übersehen*, i. e. omittebantur, ut nihil acciperent.

Παραθήκη, ης, ἡ, 1) Res reposita & recondita. 2) Res deposita, *depositum*, (a παρατίθημι, appono.) 2. Tim. 1, 12. τὴν παραθήκην μου φυλάξαι, rem quam mihi recondendam tradidit (erat autem illa verbum divinum & doctrina evangelica) custodire. Utitur hac voce Aquila Genes. 41, 36.

Παραινέω, ῶ, f. ήσω, *Hortor, admoneo*, suadeo, præcipio, (ex παρὰ & αἰνέω, laudo.) Actor. 27, 9. 22. καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν, & in præsentia hortor vos bono animo esse.

Παραιτέομαι, ᾶμαι, 1) *Recuso, detrecto*, (ex παρὰ & αἰτέω, rogo.) Act. 25, 11. οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν, non recuso mori. Hebr. 12, 19. 2) *Vito, aversor*. 1. Tim. 4, 7. μύθους παραιτοῦ, fabulas vita. c. 5, 11. χήρας παραιτοῦ, viduas vita. 2. Tim. 2, 23. Tit. 3, 10. Hebr. 12, 25. 3) *Excuso, deprecor*. perf. pass. παρητημένος, excusatus. Luc. 14, 18. & 19. ἔχε με παρητημένον, habe me excusatum.

Παρακαθίζω, f. ίσω, 1) *Juxta me colloco*, adsidere jubeo. 2) *Juxta adsideo*, (ex παρὰ & καθίζω, colloco.) Luc. 10, 39. Μαρία, ἡ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, Maria, quæ etiam sederat ad pedes Jesu. Non tantum Doctores publici Judæorum locum altiorem habebant (de qua re Act. 22, 3. in vocabulo πούς,) sed idem quoque ritus intra privatos parietes observatus est.

Παρακαλέω, ῶ, f. έσω, 1) *Advoco*, (ex παρὰ & καλέω, voco.) *Ich ruffe zu.* 2) *Oro*, obsecro, *precor*. Matth. 8, 5. προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος, παρακαλῶν αὐτόν, accessit ipsi centurio, rogans ipsum. cap. 14, 36. 18, 29. 32. ἐπεὶ παρεκάλεσάς με, quoniam rogavisti me. c. 26, 53. &c. 3) *Hortor, admoneo*, (scil. hortando,) Rom. 12, 1. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, hortor itaque vos. c. 15, 30. 16, 17. 2. Cor. 9, 5. 10, 1. Ephes. 4, 1. Phil. 4, 2. & 1. Cor. 4, 13. βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, qui blasphemiis afficimur, alios monemus, bona ipsis verba damus. 4) *Consolor, solatio erigo*. 2. Cor. 1, 4. Deus ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς, qui solatur nos. c. 2, 7. 7, 6. ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς, ὁ Θεός, qui consolatur humiles, consolatus est nos, nempe Deus. Ephes. 6, 22. Coloss. 4, 8. 1. Thess. 2, 11. 3, 2. 2. Thess. 2, 17. passivum παρακαλέομαι, ᾶμαι, solatio erigor, recreor, consolationem habeo, Luc. 16, 25. νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, nunc vero hic solatio fruitur. 2. Cor. 1, 6. 13, 11. καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, perfectos

ctos vos reddite, solatio erigimini, vel vos ipsos etiam erigite. Perf. παρακέκλημαι. 2. Cor. 7, 13. διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα, propter hoc solatio fruiti sumus. aor. 1. παρεκλήθην. Actor. 20, 12. παρεκλήθησαν δὲ μετρίως, solatio erecti sunt non mediocriter. 2. Cor. 7, 7. Col. 2, 2. 1. Thess. 3, 7. Infin. παρακληθῆναι consolationem admittere. Matth. 2, 18. ἐκ ἤθελε παρακληθῆναι, noluit solatio erigi. Fut. 1. παρακληθήσομαι. Matth. 5, 4. αὐτοὶ παρακληθήσονται, illi solatio fruentur.

Παρακαλύπτω, f. ψω, *Velo*, obnubo, *obtego*, (ex παρὰ & καλύπτω, tego.) Perf. pass. partic. παρακεκαλυμμένος, άνη, ον, occultatus. Luc. 9, 45.

Παρακαταθήκη, ης, ἡ, *Depositum*, quod alicujus fidei commendatum est, (a παρακατατίθημι, depono apud aliquem, fidei alicujus committo, custodiendum trado, ex παρὰ & κατατίθημι, depono.) 1. Tim. 6, 20. & 2. Tim. 1, 14. τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον, bonum depositum custodi. Ubi utrobique doctrinam evangelicam semel traditam intelligit. Tob. 10, 12. ἰδὲ παρατίθεμαί σοι τὴν θυγατέρα μου ἐν παρακαταθήκῃ, ecce trado tibi filiam meam, tanquam depositum. Adde, quæ notat Perizonius ad Aelianum 4, 1.

Παράκειμαι, *Adjaceo*, *vicinus sum* & quasi juxta seu a latere, adhæreo, adsum. (ex παρὰ & κεῖμαι, jaceo.) Rom. 7, 18. τὸ θέλειν παράκειταί μοι voluntas adest mihi: & v. 21. ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, quoniam mihi malum adest, adhæret.

Παράκλησις, εως, ἡ, 1) Advocatio (a παρακαλέω.) *Petitio*, precatio. 2. Cor. 8, 4. μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ὑμῶν, cum multis precibus rogantes nos. 2) *Adhortatio*, exhortatio, *admonitio*. Rom. 12, 8. 1. Cor. 14, 3. 2. Cor. 8, 17. τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο, admonitionem quidem accepit. Phil. 2, 1. 1. Thess. 2, 3. 1. Tim. 4, 13. τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ, adhortationi, doctrinæ. Hebr. 12, 5. 13, 22. 3) *Consolatio*, *solatium*. Luc. 2, 25. * προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ, exspectans solatium Israëlis, h. e. Messiam in carne venientem videndi honorem cupiebat. Confer cum v. 38. Luc. 6, 24. ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν, jam accepistis solatium vestrum. 2. Thess. 2, 16. δὸς παράκλησιν αἰωνίαν dans solatium æternum, i. e. vitam æternam (coll. Luc. 16, 25.) Philem. v. 7. Hebr. 6, 18. ἵνα - ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν, ut validum solatium habeamus.

Παράκλητος, ήτου, ὁ, 1) Accersitus & rogatus, ut faveat & adsit alicui in judicio, *Advocatus*. 2) Metaph. *Consolator*, *paracletus* (a παρακαλέω.) & quidem α) est *Christus*. 1. Joann. 2, 1. ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον, si quis peccet, Advocatum habemus apud Patrem, nempe Jesum Christum benignum. β) Alter Advocatus est, *Spiritus S.* Joann. 14, 16. ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, alium Paracle-

racletum dabit vobis. Cæterum vox hæc פַּרְקְלִיט, etiam hebræis non incognita est. Vid Buxtorf. in Lexico Majori.

Παρακοὴ, ῆς, ἡ, *Inobedientia*, contumacia, (a παρακέω.) Rom. 5, 19. διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, per inobedientiam unius hominis. 2. Cor. 10, 6. Hebr. 2, 2. πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ, omnis transgressio & inobedientia.

Παρακολουθέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Subsequor*, *insequor*, (ex παρὰ & ἀκολουθέω, sequor.) Marc. 16, 17. σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι, ταῦτα παρακολουθήσει, signa vero cum illis, qui crediderunt, hæc statim vel juxta subsequentur. 1. Tim. 4, 6. καλῆς διδασκαλίας, ἣ παρηκολούθηκας, & bonæ doctrinæ, quam sectatus es. 2. Tim. 3. 10. 2) *Enarro*, *expono*. Luc. 1, 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, mihi, qui exposui superius omnia exquisite.

Παρακύω, f. ύσω, 1) Perperam & negligenter audio. 2) *Audire nolo*, dicto audiens non sum, non obtempero (ex παρὰ & ἀκύω audio.) Matth. 18, 17. ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, si vero non audiverit illos. Symmachus Psalm. 39, 13. μὴ παρακούσῃς, ne inauditum prætereas: in hebr. est: ne taceas.

Παρακύπτω, f. ψω, *Incurvo me* inclinato vel proclinato capite, adspicio, *introspicio*, (ex παρὰ & κύπτω, pronus sum.) Latet vero in hoc verbo ellipsis, ita, ut plene dicatur, παρακύπτειν ἑαυτόν.) Luc. 24, 12. καὶ παρακύψας (sc. ἑαυτὸν) βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, & cum incurvasset se, videt linteola posita sola. Joann. 20, 5. 11. Jacob. 1, 25. ὁ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τῆς ἐλευθερίας, qui introspexit in legem perfectam libertatis. 1. Petr. 1, 12. Angeli desiderant παρακύψαι in mysterium religionis Christianæ. Exempla ex aliis scriptoribus adfert Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 401. Adde 1. Paral. 15, 29. Siracid. 21, 25.

Παραλαμβάνω, f. λήψομαι, aor. 2. παρέλαβον. 1) *Sumo*, *assumo*, mecum sumo, (ex παρὰ & λαμβάνω. accipio.) Matth. 2, 13. παράλαβε τὸ παιδίον, sume tecum puerum. cap. 4, 5. & 8. παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος, secum sumit (i. e. tanquam comitem sibi jungit) illum diabolus. 2) Pro simplici *sumo*. Matth. 27, 27. παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν, cum sumsissent Jesum. Joann. 14, 3. παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν, sumam vos ad meipsum. cap. 19, 16. Act. 16, 33. 3) *Suscipio*, *excipio*, recipio. Marc. 7, 4. ἃ παρέλαβον κρατεῖν, quæ susceperunt tenere. Joann. 1, 11. οἱ ἴδιοι αὐτὸν [δὲ] παρέλαβον, sui ipsum non receperunt. 1. Cor. 15, 1. 3. Col. 4, 17. 4) *Adsumo*, *accipio*, *excipio*. Matth. 1, 20. & 24. παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, assumsit uxorem suam. c. 24, 40. ὁ εἷς & v. 41. μία παραλαμβάνεται, una excipitur. Luc. 17, 34. 35. 5) *Disco*, accipio per modum traditionis vel dogmaticæ vel historicæ. 1. Cor. 11, 23. παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ab ipso Domino didici c. 15, 1. 3. Gal. 1, 9. 12. Col. 2, 6. 1. Thess. 4, 1. 2. Thess. 3, 6. 6) *Sponsam domum duco*. Matth. 1, 20. μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου, ne timeas, domum ducere uxorem tuam. Exempla

alia

alia habet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 3. 7) βασιλέαν παραλαμβάνειν eſt *regnum adire*, & in illo ſuccedere. Hebr. 12, 28. διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, igitur, quum ad regnum immutabile pervenerimus. Adde eundem Elsnerum tom. 2. p. 378.

Παραλέγομαι, *Lego littus*, præternavigo, (ex παρὰ & λέγομαι, cubo, lego.) Act. 27, 8. 13. παραλεγόμενοι τὴν Κρήτην, præternavigantes Cretam.

Παράλιος, ία, ὁ, ἡ, *Maritimus*, mari adjacens, (ex παρὰ & ἅλς, mare.) Luc. 6, 17. τῆς παραλίας Τύρου, Tyri maritimæ. Occurrit etiam Joſuæ 9, 1. 11, 3.

Παραλλαγή, ῆς, ἡ, *Mutatio*, transmutatio, (a παραλλάττω, alterno, alternatim ſeu permutatim vario, ex παρὰ & ἀλλάσσω, alterno, muto.) Jac. 1, 17. παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγή, apud quem non eſt mutatio.

Παραλογίζομαι, f. ίσομαι, *Argumentando fallo*, ſubdola ſupputatione fallo, falſa argumentatione utens decipio, (ex παρὰ & λογίζομαι, ſupputo, ratiocinor.) Coloſſ. 2, 4. μήτις ὑμᾶς παραλογίζηται, ne quis vos decipiat. Jacob. 1, 22. Exempla alia dat Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 2. p. 261.

Παραλύω, f. ύσω, 1) *Diſſolvo*, diſſuo, reſigno, metaph. *debilito*, (ex παρὰ & λύω ſolvo.) Perf. part. paſſ. παραλελυμένος *paralyticus*, cujus nervi ita ſunt laxati, diſſoluti & debilitati, ut omnem amiſerint vim rem aliquam firmiter tenendi. Luc. 5, 18. 24. Act. 8, 7. παραλελυμένοι καὶ χωλοί, paralytici & claudi. cap. 7, 33. Vide Bartholinum de paralyticis N. T. 2) Eodem ſenſu ſed allegorice Hebr. 12, 12. παραλελυμένα γόνατα, genua ſoluta & infirma.

Παραλυτικός, ή, όν, *Paralyticus*, (a παραλύω.) Matth. 4, 24. & attulerunt ipſi - παραλυτικούς, paralyticos. c. 8, 6. 9, 2. 6.

Παραμένω, f. ενῶ, 1) *Permaneo*, maneo apud aliquem, (ex παρὰ & μένω, maneo.) 1. Cor. 16, 6. τυχὸν παραμενῶ, fortaſſe permanebo.) 2) *Vivus permaneo*. Hebr. 7, 23. διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν, quia (ſacerdotes) propter mortem diutius (in dignitate) permanere non poterant. 3) *Conſtans ſum*, perſevero. Jacob. 1, 25. καὶ παραμείνας, & qui conſtans (in lege divina) permanſit.

Παραμυθέομαι, ῆμαι, f. ήσομαι, 1) *Hortor*, *adhortor*. 2) *Conſolor*, (ex παρὰ & μυθέομαι, dico.) Joann. 11, 19. 31. 1. Theſſ. 2, 12. 5, 14. παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, conſolamini puſillanimes.

Παραμυθία, ίας, ἡ, *Exhortatio*, ſolatium, *conſolatio*, (ex παρὰ & μῦθος, verbum, oratio.) 1. Cor. 14, 3. ὅστις ἔχει παραμυθίαν καὶ παράκλησιν, ſi quis habet conſolationem & exhortationem.

Παραμύθιον, ίου, τὸ, *Solatium*, ſolamen, (ex iisdem.) Phil. 2, 1. εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, ſi quod ſolatium eſt amoris.

Παρανομέω, ῶ, f. ήσω, *Legem transgredior*, contra leges ago, (a παράνομος, ε, ὁ, ἡ, contra leges faciens, legum violator, (ex παρὰ

παρὰ & νόμος, lex.) Actor. 23, 3. παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι, contra legem agens jubes me verberari.

Παρανομία, ἰας, ἡ, *Transgressio legis*, *iniquitas*, (a παράνομος.) 2. Petr. 2, 15. ἔλεγξιν ἔσχεν ἰδίας παρανομίας, Bileamus in semetipso reprehensionem habuit transgressionis suæ.

Παραπικραίνω, f. ανῶ, *Exacerbo*, amaritudinem affero, ad iram concito, (ex παρὰ & πικραίνω, acerbo.) Hebr. 3, 16. τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκρανον, quidam enim cum audivissent, exacerbarunt (Dominum.) 1. Reg. 13, 21. ἀνθ' ὧν παρεπίκρανας τὸ ῥῆμα κυρίε, propterea quod exacerbasti verbum Domini. Confer & v. 26.

Παραπικρασμὸς, ὃ, ὁ, *Exacerbatio*, (a παραπικραίνω.) Hebr. 3, 8. 15. Intelligitur locus Massa in deserto, ubi Israëlitæ Deum ad iram provocarunt.

Παραπίπτω, aor. 2. παρέπεσον, 1) *Incido*, (ex παρὰ & πίπτω, cado.) 2) Prolabor, *offendo*, *pecco*. Hebr. 6, 6.

Παραπλέω, f. εύσω, *Præternavigo*, prætervehor, (ex παρὰ & πλέω, navigo.) Actor. 20, 16. decrevit Paullus παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον.

Παραπλήσιος, ία, ὁ, ἡ, *Proxime* ad aliquid *accedens*, adfinis, *similis*, (ex παρὰ & πλήσιος, propinquus.) Hinc παραπλήσιον, adv. proxime. Philipp. 2, 27. ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ægrotavit proxime ad mortem.

Παραπλησίως, adv. *Similiter*, eodem prope modo, (a παραπλήσιος.) Hebr. 2, 14. παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, similiter particeps factus est illorum, (carnis & sanguinis humani.)

Παραπορεύομαι, f. εύσομαι, 1) *Ad latus incedo*, deambulo, (ex παρὰ & πορεύομαι proficiscor.) 2) *Proxime prætereo*. Matth. 27, 39. οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, proxime vero prætereuntes convitiabantur ipsum. Marc. 11, 20. 15, 29. 3) Per locum aliquem *transeo*. Marc. 2, 23. 9, 30. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, iter faciebant per Galilæam.

Παράπτωμα, ώματος, τὸ, *Lapsus*, offensa, erratum, metaph. delictum, *peccatum*, (a παραπίπτω.) Matth. 6, 14. si enim remiseritis hominibus τὰ παραπτώματα αὐτῶν, delicta illorum. cap. 18, 35. Rom. 4, 25. Christus traditus est, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, ob peccata nostra cap. 5, 15. 11, 11. Ephes. 1, 7. ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, remissionem peccatorum. Col. 2, 13. Jacob. 5, 16.

Παραῤῥέω, *Perfluo*, prætерfluo, *excido*, (ex παρὰ & ῥέω, fluo.) aor. 2. pass. conj. παραῤῥυῶ. Hebr. 2, 1. μήποτε παραῤῥυῶμεν, verte: ne forte excidamus, nempe veritate religionis & gratia salvante. Symmachus utitur hoc verbo Prov. 3, 21. υἱὲ μὴ παραῤῥυῆς, fili, ne excidas. Hesychius: παραῤῥυῆς, μετεωρισθῆς, παρεπέσῃς. Metaphora itaque ab aquis depromta est, quas, cum in vas ingerere volumus, ex inadvertentia nonnunquam prætерlabi sinimus. Si ergo corda nostra vera cognitione Servatoris imple-

impleri debent, nos vero negligentes sumus, tunc verba divina παραῤῥέεσι & nos παραῤῥύομεν. Adde Vitringam Obs. S. lib. 1. diss. 3. c. 7. §. 3. Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 337.

Παράσημος, ε, ὁ, ἡ, *Signatus*, (ex παρὰ & σῆμα, signum.) *insigni notatus*. Act. 28, 11. ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκόροις, in navi insigni Dioscurorum, Castoris & Pollucis imagine signata. Confer hic Jo. Alberti Obs. Philol. p. 290. 3. Maccab. 2, 29. Jussit quoque χαράσσεσθαι καὶ διὰ πυρὸς εἰς τὸ σῶμα παρασήμῳ Διονύσε κισσοφύλλῳ, insigniri etiam per ignem in corpore insigni Bacchi folio hederæ. Cæterum de tutela navium plura dabunt Salmasius ad Solinum c. 34. p. 403. Interpretes Petronii c. 105. Heinsius & Cellarius ad Silium Italicum 14, 411.

Παρασκευάζω, f. άσω, *Præparo*, apparo, instruo, (ex παρὰ & σκευάζω, paro.) Act. 10, 10. med. παρασκευάζομαι, paro me. 1. Cor. 14, 8. τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; quis parabit se ad bellum? Perf. pass. παρεσκεύασμαι, paratus sum. 2. Cor. 9, 2. & part. παρεσκευασμένος, paratus, v. 3.

Παρασκευή, ῆς, ἡ, 1) Apparatus, *præparatio*, (ex παρὰ & σκευή, apparatus.) 2) *Parasceve*, dies, qui Sabbatum antecedit, in quo, quæ Sabbato vel diebus festis necessaria sunt, præparantur. Matth. 27, 62. Marc. 15, 42. Luc. 23, 54. ἡμέρα ἦν παρασκευή. Joann. 19, 14. 31. 42.

Παρατείνω, f. ενῶ, *Prolongo*, produco, (ex παρὰ & τείνω, tendo.) aor. 1. παρέτεινα. Act. 26, 7. παρέτεινέ τε τὸν λόγον, & produxit sermonem.

Παρατηρέω, ῶ, f. ήσω, *Observo* aliquem accurate & insidiose, (ex παρὰ & τηρέω, servo.) Marc. 3, 2. καὶ παρετήρεν αὐτὸν, εἰ τοῖς σάββασιν θεραπεύσει αὐτὸν, & insidiose observabant ipsum, num sabbato sanaturus esset. Luc. 6, 7. 20, 20. Act. 9, 24. Exempla alia habet Elsnerus tom. 1. Observ. sacr. p. 270. s. Historia Susannæ v. 16. οἱ πρεσβύτεροι ἦσαν παρατηροῦντες αὐτὴν, seniores erant observantes illam. Med. παρατηροῦμαι 1) idem notat Luc. 14, 1. 2) *Diligenter observo*. Gal. 4, 10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε, dies observatis.

Παρατήρησις, εως, ἡ, *Observatio*, notatio, animadversio, (a παρατηρέω.) Luc. 17, 20. οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως, non venit regnum Dei i. e. Messias in adventu suo in hunc mundum ita, ut a quovis, quasi pompa quædam Regis magni, oculis corporis observari possit, quod Judæi futurum falso sibi persuadebant.

Παρατίθημι, f. θήσω, 1) *Appono cibum*, (ex παρὰ & τίθημι, pono.) Marc. 6, 41. ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς, ut apponerent illis. c. 8, 7. Luc. 9, 16. 11, 6. partic. παρατιθέμενον, illud, quod apponitur. Luc. 10, 8. 1. Cor. 10, 27. 2) *Pono*. Actor. 16, 34. παρέθηκε τράπεζαν, posuit mensam. 3) *Docendo propono*. Matth. 13, 24. 31. ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, aliam para-

bolam propoſuit ipſis. Actor. 17, 3. 4) παρατίθεμαι, adſigno, *Commendo*. Luc. 12, 48. ᾧ παρέθεντο (ſc. ἄνθρωποι) πολύ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν, & cui mandaverunt homines multum, plus petent ab ipſo. Luc. 23, 46. Πάτερ, εἰς χεῖράς σε παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου, Pater, in manus tuas commendabo ſpiritum meum. Actor. 14, 23. παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, commendabant ipſos Domino. c. 20, 32. 2. Tim. 2, 2. 1. Petr. 4, 19.

Παρατυγχάνω, *Obvius fio*, (ex παρὰ & τυγχάνω, ſum.) Actor. 17, 17. πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας, ad obvios loquebantur.

Παραυτίκα, adv. 1) *Statim*, illico, continuo, (ex παρὰ & αὐτίκα, ſtatim.) 2) *In præſenti*. 2. Cor. 4, 17. τὸ παραυτίκα (ſc. ὂν) ἐλαφρὸν (μέρος) τῆς θλίψεως ἡμῶν, afflictio noſtra quæ in præſenti parva eſt. Adde Exempla in Obſ. ſacris Elsneri tom. 2. p. 145.

Παραφέρω, *Transfero*, abripio, (ex παρὰ & φέρω, fero.) aor. 2. παρήνεγκον. Marc. 14, 36. παρένεγκε (imper. aor. 2.) τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο, transfer poculum a me hoc. Infin. παρενεγκεῖν. Luc. 22, 42.

Παραφρονέω, ῶ, f. ήσω, *Deſipio, demens ſum*, (a παράφρων, ονος, ὁ, ἡ, amens, delirans, ex παρὰ & φρὴν, mens.) 2. Cor. 11, 23. παραφρονῶν λαλῶ, deſipiens hoc dico.

Παραφροσύνη, ας, ἡ, *Dementia*, (ab eodem,) 2. Petr. 2, 16. τὴν τοῦ προφήτου παραφροσύνην, prophetæ dementiam.

Παραχειμάζω, f. άσω, *Hiberno, hiemo*, tempus hiemis transigo, (ex παρὰ & χειμάζω, hiberno, & hoc a χειμὼν, hiems.) Actor. 27, 12. 28, 11. 1. Cor. 16, 6. Tit. 3, 12. ἐκεῖ κέκριπα παραχειμάσαι, ibi decrevi hiemare.

Παραχειμασία, ας, ἡ, *Hiematio*, (a præced.) Act. 27, 12. cum non aptus eſſet portus πρὸς παραχειμασίαν, ad hiemationem.

Παραχρῆμα, adv. *Extemplo*, continuo, *illico*, confeſtim, ſtatim, (ex παρὰ & χρῆμα, res, negotium.) Matth. 21, 19. ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ, exaruit ſtatim ficus. Luc. 1, 64. ἀνεῴχθη τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, apertum fuit os ejus ſtatim. c. 4, 39. 5, 25. 8, 44.

Πάρδαλις, εως, ἡ, *Pardalis, panthera*. Apoc. 13, 2. ἦν ὅμοιον παρδάλει, erat ſimile pardali.

Πάρειμι, f. ἔσομαι, *Adſum*, præſens ſum, interſum, (ex παρὰ & εἰμὶ, ſum.) Joann. 7, 6. καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστιν, tempus meum nondum adeſt. cap. 11, 28. Act. 10, 21. 33. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν, ante Deum præſentes ſumus. cap. 17, 6. Gal. 4, 18. 2. Petr. 1, 9. ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, cui enim non adſunt hæc. partic. παρὼν, *præſens*. 1. Cor. 5, 3. 2. Cor. 10, 2. 11, 9. παρὼν πρὸς ὑμᾶς, præſens apud vos. c. 13, 2. 10. Genit. παρόντος. Coloſſ. 1, 6. Evangelii, παρόντος εἰς ὑμᾶς, quod præſens eſt inter vos. plur. παρόντες, præſentes. 2. Cor. 10, 11. Fœmin. παροῦσα. 2. Petr. 1, 12. ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ, in præſenti (quam confitemur) veritate.

Neu-

Neutrum παρόν. Hebr. 12, 11. πρὸς μὲν τὸ παρὸν (sc. μέρος τῦ χρόνυ,) ad tempus præsens. cap. 13, 5. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν (sc. χρήμασιν,) contenti præsentibus bonis. 2) πάρειμι, *advenio* (quasi ex παρὰ & εἶμι, eo.) Matth. 26, 50. ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; amice, propter quid advenis? Hesychius: πάρει, ἦλθες. Luc. 13, 1. Actor. 12, 20. 24, 19. οὓς δεῖ ἐπὶ σοῦ παρεῖναι, quos oportet ad te advenire, vel apud te adesse.

Παρεισάγω, f. άξω, *Introduco*, subintroduco, (ex παρὰ & εἰσάγω, introduco.) 2. Petr. 2, 1. παρεισάξουσιν αἱρέσεις, clanculum introducent hæreses.

Παρείσακτος, ος, ον, ῆ, *Irreptitius*, qui se clam insinuavit, *subintroductus*, (a παρεισάγω.) Gal. 2, 4. διὰ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, propter clanculum introductos falsos fratres.

Παρεισδύω vel δύνω, f. ύσω, *Irrepo*, *subrepo*, fallo introëundo & me insinuando, (ex παρὰ & εἰσδύω, ingredior.) Judæ v. 4. παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, irrepserunt enim quidam homines.

Παρεισέρχομαι, f. ελεύσομαι, *Subingredior*, *irrepo*, intervenio (ex παρὰ & εἰσέρχομαι, ingredior.) aor. 2. παρεισῆλθον Rom. 5, 20. νόμος παρεισῆλθεν, lex vero intervenit. Gal. 2, 4.

Παρεισφέρω, 1) Legem cum lege, rogationem cum rogatione compono. 2) *Confero*, *adhibeo*, (ex παρὰ & εἰσφέρω, infero.) aor. 1. παρεισήνεγκα. 2. Petr. 1, 5. σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, omnem industriam adhibentes.

Παρεκτὸς, adv. 1) *Foris*, *extrinsecus*, (ex παρὰ & ἐκτὸς, extra.) 2. Cor. 11, 28. χωρὶς τῶν παρεκτὸς (sc. γινομένων,) præter ea, quæ extrinsecus contingere solent. 2) *Extra*, *præter*, *præterquam*. Et sic adsciscit genitivum. Matth. 5, 32. παρεκτὸς λόγυ πορνείας, præter in negotio scortationis. Actor. 26, 29. παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων, exceptis vinculis his.

Παρεμβολὴ, ῆς, ἡ, 1) *Immissio*, (a παρεμβάλλω, ex παρὰ & ἐμβάλλω, injicio.) 2) *Castra*. Act. 21, 34. 37. & 22, 24. εἰς τὴν παρεμβολὴν, in castra. Hebr. 13, 11. & 13. ἔξω τῆς παρεμβολῆς, extra castra. 3) *Exercitus*. Hebr. 11, 34. παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων, castra, (i. e. exercitus, qui in castris sunt,) declinare fecerunt peregrinorum.

Παρενοχλέω, ῶ, f. ήσω, *Obturbo*, *molestiam exhibeo*, negotium facesso, (ex παρὰ & ἐνοχλέω, turbo.) Cum dativo construitur vi præpositionis ἐν, sicut ἐνοχλέω. Act. 15, 19. μὴ παρενοχλεῖν (δεῖν) τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεὸν, non molestiam exhibendam illis, qui ad Deum conversi sunt. LXX Interpretes sæpius adhibent.

Παρεπίδημος, ος, ὁ, ἡ, *Peregrinus*, *advena*, (ex παρὰ & ἐπίδημος, advena, quod ex ἐπὶ & δῆμος, populus.) 1. Petr. 1, 1. ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις, electis peregrinis. metaph. Hebr. 11, 13. & confessi, ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς, quod peregrini & advenæ sint in terra. 1. Petr. 2, 11.

Παρέρχομαι, f. ελεύσομαι, 1) *Pretereo*, *transeo*, (ex παρὰ &

& ἔρχομαι eo, venio.) Matth. 8, 28. Marc. 6, 48. ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς, volebat præterire ipsos. Luc. 18, 37. ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται, quod Jesus Nazarenus pertranseat. Act. 16, 8. 24, 7. 2) *Prodeo, procedo*, accedo. Luc. 12, 37. 17, 7. παρελθὼν ἀνάπεσαι, accede & accumbe. 3) *Discedo*, abscedo. Matth. 26, 39. παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, discedat a me poculum hoc. v. 42. Marc. 14, 35. 4) Metaph. *Prætereo*, i. e. non amplius supersum, *desino*, non duro. Matth. 14, 15. ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν, tempus jam præteriit. c. 24, 34. Luc. 21, 32. Act. 27, 9. 2. Cor. 5, 17. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, vetera præterierunt, non amplius supersunt. Jacob. 1, 10. 1. Petr. 4, 3. Apoc. 21, 1. Alia exempla habet Jo. Albertus Obs. Philol. p. 35. 5) *Intereo, pereo*, Matth. 5, 18. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, donec interierit cœlum & terra, jota unicum aut unicus apiculus non interibit a lege. cap. 24, 35. Marc. 13, 30. 31. Luc. 16, 17. 21, 33. 2. Petr. 3, 10. Apoc. 21, 1. πρώτη γῆ παρῆλθε terra prima interiit. 6) *Transeo.* i. e. *omitto*, negligo. Luc. 11, 42. παρέρχεσθε τὴν κρίσιν, omittitis judicium s. justitiam. cap. 15, 29. οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, nunquam præceptum tuum transii vel neglexi.

Πάρεσις, εως, ἡ, 1) *Remissio, languor*, prætermissio, (a παρίημι.) 2) In specie: *Remissio* & condonatio *peccatorum*. Rom. 3, 25. Sunt ex Reformatis, qui inter πάρεσιν & ἄφεσιν differentiam statuerunt, quæ tamen ex scriptoribus bonis probari nequit.

Παρέχω, f. ξω, vel σχήσω, p. παρέσχηκα, 1) *Præbeo, porrigo*, (ex παρὰ & ἔχω, habeo.) Luc. 6, 29. πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, præbe etiam alteram. 2) Metaph. *exhibeo, tribuo*, adhibeo, præsto. Luc. 7, 4. ἄξιός ἐστιν, ᾧ παρέξῃ τοῦτο, dignus est, cui præstet hoc. Act. 16, 16. 17, 31. 22, 2. παρέσχον ἡσυχίαν, præstabant silentium. 1. Tim. 6, 17. τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν, qui præbet vel exhibet nobis largiter omnia ad fruitionem. Medium παρέχομαι, *præsto, exhibeo*. Act. 19, 24. παρεῖχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην, exhibebat artificibus lucrum non parvum. Coloss. 4, 1. Tit. 2, 7. 3) *Facesso, efficio*: in phrasi κόπους παρέχειν, negotium facessere vel molestias efficere. Matth. 26, 10. Marc. 14, 6. Luc. 11, 7. 18, 5. Gal. 6, 17. Et 1. Tim. 1, 4. αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον, ἢ οἰκοδομίαν, quæ quæstiones magis efficiunt, quam ædificationem.

Παρηγορία, ας, ἡ, *Solatium* (a παρήγορος, ος, ὁ, ἡ, hortator, hortatrix, consolator, trix, a παρηγορέω, consolor, hortor, ex παρὰ & ἀγορέω, loquor.) Coloss. 4, 11. οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία, qui fuerunt mihi consolationi.

Παρθενία, ας, ἡ, *Virginitas*, status, in quo virgines sunt, (a παρθένος.) Luc. 2, 36. ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς, a tempore virginitatis ejus.

Παρθένος, ος, ἡ, 1) *Virgo*. Matth. 1, 23. 25, 1. τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασι-

βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, tunc simile erit regnum cœlorum (i. e. homines ecclesiæ visibilis) decem virginibus. Quam parabolam eleganter ex ritu antiquarum nuptiarum illustrat Mart. de Roa Singularium scripturæ locorum Vol. 1. lib. 2. c. 21. & Ramiresius in Pentecontarcho c. 14. Act. 21, 9. 1. Cor. 7, 25. 28. 33. 36. 37. 2) Metaph. 2. Cor. 11, 2. Apoc. 14, 4. παρθένοι γάρ εἰσιν virgines enim sunt (sc. spirituales sive in anima ipsorum, quam non immundis carnis operibus polluerunt) quales etiam esse possunt conjuges. In oculis enim Dei conjuges quoque virgines sunt, conjugium caste colentes. Adde quæ Munkerus notat ad Antoninum Liberalem p. 97.

Πάρθος, ὁ, *Parthus*, incolæ regni Parthici. Act. 2, 9. Πάρθοι καὶ Μῆδοι.

Παρίστημι, vel παριστάνω, f. παραστήσω, 1) *Sisto, exhibeo*, præsento, (ex παρὰ & ἵστημι, sisto.) Matth. 26, 53. καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων, & exhibebit mihi plures quam duodecim legiones angelorum. Luc. 2, 22. παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, præsentare Domino. Act. 1, 3. 9, 41. 23, 24. 33. 27, 24. Rom. 6, 13. 19. 12, 1. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, proprio motu vos exhibere tanquam hostiam vivam, non coacti, prout animantia in Vet. Test. Namque hæc vox de victimis, quæ ad aram sistuntur, præcipue adhibetur. Exempla dabunt Elsneri Obs. sacræ tom. 2. p. 54. 2. Cor. 4, 14. καὶ παραστήσει (ἡμᾶς) σὺν ἡμῖν, & sistet nos vobiscum. cap. 11, 2. παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ, vos tanquam virginem puram sistere Christo, nam παραστῆσαι inter alia quoque denotat sponsam ad sponsum deducere, ut exemplis probat Elsnerus l. c. p. 156. Jo. Alberti Obs. Philol. p. 314. Ephes. 5, 27. ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, ut sistat illam sibi gloriosam. Coloss. 1, 22. 28. 2. Tim. 2, 15. Fut. 1. pass. παρασταθήσομαι. Rom. 14, 10. πάντες γὰρ παρασταθησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, omnes enim sistemur ad tribunal Christi. 2) *Advenio*, (quasi παρίστημι ἐμαυτόν.) Marc. 4, 29. ὅτι παρέστηκεν (sc. αὐτὸν) ὁ θερισμός, nam adventavit, stitit se messis. Act. 4, 26. 9, 39. 3) *Adsto*. Marc. 14, 47. 69. 70. οἱ παρεστῶτες ἔλεγον, qui adstabant, dicebant. c. 15, 35. 39. Act. 1, 10. 4, 10. 23, 2. 4. 27, 23. 4) *Adsto, præsto sum*, tanquam minister & famulus. Luc. 1, 19. ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ, ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ego sum Gabriel, adstans coram Deo. Stare coram Deo est ministrare, quod proprium est angelorum officium. Occurrit eadem phrasis in sacris 1. Reg. 10, 8. & 1, 2. 2. Reg. 12, 6. Esther. 4, 5. Job. 2, 1. & præcipue Daniel. 7, 10. 5) *Arguo*, clare & liquido *demonstro*. Act. 24, 13. οὔτε παραστῆσαί δύνανταί, ὧν &c. neque arguere possunt, quæ &c. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 265. 6) *Adsisto, adjuvo, ich stehe bey*. Rom. 16, 2. καὶ παραστῆτε αὐτῇ, & adsistatis ipsi. 2. Tim. 4, 17. ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη, Dominus vero mihi adstitit. 7) *Commendo*. 1. Cor. 8, 8. βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, cibus vero nos non commendat Deo.

Παρίημι, f. ήσω, *Remitto*, solvo, laxo, (ex παρὰ & ἵημι, mitto,) παρειμένος, remissus debilitatus. Hebr. 12, 12. τὰς παρειμένας χεῖρας ἀνορθώσατε, manus remissas recte reponite.

Παρμενᾶς, ᾶ, ὁ, *Parmenas*, nomen unius ex septem illis mensæ diaconis. Act. 6, 5. græcum, a παραμένω, permaneo.

Πάροδος, ε, ἡ, 1) *Via* ad locum aliquem ducens, aditus. 2) *Transitus*, (ex παρὰ & ὁδὸς, via.) 1. Cor. 16, 7. οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἐν παρόδῳ ἰδεῖν, nolo enim vos in transitu videre.

Παροικέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Juxta habito*, *accolo* vel incola sum, peregre adveni in aliquem locum habitandi caussa, (a πάροικος.) 2) *Peregrinor*. Luc. 24, 18. σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἰερουσαλήμ; an tu solus peregrinaris Hierosolymis? Hebr. 11, 9. πίστει παῴκησεν εἰς τὴν γῆν &c. fide peregrinus fuit in terra.

Παροικία, ας, ἡ, 1) *Commoratio*, *peregrinatio*, habitatio tempóraria in aliquo loco, (a παροικέω.) Act. 13, 17. ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, in peregrinatione in Aegypto. 2) Metaph. *vita humana*. 1. Petr. 1, 17.

Πάροικος, ε, ὁ, ἡ, *Advena*, *peregrinus*, (ex παρὰ & οἶκος, domus, qui domicilium juxtà indigenas collocat.) Actor. 7, 6. 29. Apud hebræos ita dicebatur גֵּר, peregrinus, proselytus, qui quidem verum Deum credebat, sed paria jura cum reliquis Israëlitis non habebat. 2. Sam. 1, 13. 4, 3. Metaph. Ephes. 2, 19. ἄρα οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, non amplius estis habendi tanquam peregrini, sed tanquam domestici. 1. Petr. 2, 11.

Παροιμία, ας, ἡ, 1) *Proverbium*, adagium, (ex παρὰ & οἶμος, via, semita.) 2. Petr. 2, 22. συμβέβηκε αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, contigit illis, quod vero proverbio continetur. 2) *Parabola*, *similitudo*. Joann. 10, 6. 16, 25*. ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν, hæc in parabolis locutus sum vobis. Respondet hebræo vocabulo מָשָׁל. Judæis enim duplex erat modus doctrinas suas proponendi, עַל דֶּרֶךְ מָשָׁל, per similitudines, & בְּפַרְהֶסְיָא, ἐν παῤῥησίᾳ, aperte, palam, quorsum adluditur hoc ipso capite v. 29.

Πάροινος, ε, ὁ, ἡ, *Vinosus*, *vinolentus*, (ex παρὰ & οἶνος, vinum.) 1. Tim. 3, 3. & Tit. 1, 7. Ecclesiæ ministrum non decet esse πάροινον. Vide Elsnerum tom. 2. p. 295.

Παροίχομαι, f. παροιχήσομαι, *Prætereo*, (ex παρὰ & οἴχομαι, abeo, discedo.) præter. pass. παροιχημένος, præteritus. Act. 14, 16. ἐν ταῖς παροιχημέναις γενεαῖς, generationibus præteritis.

Παρομοιάζω, f. άσω, *Similis sum*, (ex παρὰ & ὁμοιάζω, idem.) Matth. 23, 27. παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, similes estis sepulchris dealbatis.

Παρόμοιος, ε, ὁ, ἡ, *Adsimilis*, (ex παρὰ & ὅμοιος, similis.) Marc. 7, 8. 13. καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε, & talia his adsimilia multa facitis.

Παρο-

Παροξύνω, f. υνῶ, *Exacerbo*, *irrito*, ad iram concito, (ex παρὰ & ὀξύνω, acuo.) Pſalm. 10, 4. 13. παρώξυνε τὸν Κύριον ὁ ἁμαρτωλὸς, ad iram concitavit Dominum peccator. paſſ. παροξύνομαι Act. 17, 16. παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτῆ ἐν αὐτῷ, concitabatur Spiritus ejus in illo. 1. Cor. 13, 5. ἐ παροξύνεται (ſc. ἡ ἀγάπη,) non concitatur ad iram amor.

Παροξυσμὸς, ἔ, ὁ, 1) *Acceſſio*, ſeu particularis motus *morbi*, (a παροξύνω.) 2) *Exacerbatio*, *irritatio*, (nempe iræ) ſignificat ergo in partem malam. Act. 15, 39. ἐγένετο ἔν παροξυσμὸς, exiſtebat igitur exacerbatio animorum & diſſenſio. 3) *Incitatio* quævis, exſtimulatio, irritatio, incitamentum. Et ſic in bonam partem accipitur. Hebr. 10, 24. εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων, in exſtimulationem amoris & bonorum operum.

Παροργίζω, f. ίσω, 1) *Ad iram provoco*, concito, irrito, (ex παρὰ & ὀργίζω, irrito.) Epheſ. 6, 4. οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, patres, ne irritate liberos veſtros. Siracid. 4, 3. καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς, cor jam concitatum noli amplius perturbare. 2) Significatione molliore: *exſtimulo*, ad zelum & æmulationem provoco. Rom. 10, 19. ἵνα παροργιῶ, (fut. 1. atticum) ὑμᾶς, ut ad bonum excitem vos.

Παροργισμὸς, ἔ, ὁ, *Exacerbatio*, concitatio ad iram, (a παροργίζω.) Eph. 4, 26. ſol non occidat, ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, in ira veſtra.

Παροτρύνω, f. υνῶ, *Exſtimulo*, incito, concito, (ex παρὰ & ὀτρύνω, incito, urgeo. Act. 13, 50. παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας, concitarunt honeſtas mulieres.

Παρουσία, ας, ἡ, 1) *Præſentia*, (a πάρειμι, adſum, ejusque participio παρὼν, παροῦσα, παρόν.) 2. Cor. 10, 10. ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, præſentia vero corporis infirma eſt. Philipp. 2, 12. 2. Petr. 1, 16. 2) *Adventus* in genere 1. Cor. 16, 17. ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ, in adventu Stephanæ. 2. Cor. 7, 6. Phil. 1, 26. Cum vero de Chriſto adhibetur tunc denotat *a*) *Adventum in carnem*. 2. Petr. 1, 16. ἐγνωρίσαμεν Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, notam fecimus vobis Chriſti potentiam & adventum. *b*) *Ad judicium de Hieroſolymis & terrâ Judaica*. Matth. 24, 3. τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας; quod eſt ſignum adventus tui? v. 27. 37. 2. Theſſ. 2, 1. ſeqq. *c*) *Ad judicium extremum*. 1. Theſſ. 2, 19. 3, 19. 4, 15. 2. Petr. 3, 4. 12.

Παροψὶς, ίδος, ἡ, *Patina*, vas, in quo obſonia apponuntur, (ex παρὰ & ὄψον, obſonium.) Matth. 23, 25. 26. Heſychius: παροψίδες ἢ παροψίδες, τὰ μεγάλα τρυβλία. παροψὶς, ὀξυβάφιον ἢ ἐμβάφιον.

Παρρησία, ας, ἡ, 1) *Oratio libera* nihil reticens, quando quis omnia coram aliquo dicit, (ex πᾶς & ῥῆσις, dictio.) item quando aliquis publice ſine hæſitatione & trepidatione, ſed interritus orationem recitat, *libertas*, *in dicendo*. Act. 2, 29. 4, 13. 29. 31. καὶ ἐλάλεν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας, & loquebantur verbum Dei cum omni libertate dicendi. cap. 28, 31. 2. Cor.

7, 4. Ephes. 6, 19. Phil. 1, 20. Hesychius: παῤῥησία, ἐξουσία, ἄδεια. 2) *Fiducia quævis*, confidentia. 2. Cor. 7, 4. πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς (ἐστιν,) multa mihi erga vos est fiducia. Philem. v. 8. 3) *Prærogativa*. 1. Tim. 3, 13. 4) Speciatim: *fiducia & confidentia fidei*. Ephes. 3, 12. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν, per quem habemus fiduciam fidei. Hebr. 3, 6. 4, 16. 10, 19. 35. 1. Joann. 2, 28. 3, 21. παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, confidentiam habemus apud Deum. c. 4, 17. 5, 14. 5) *Evidentia*. Actor. 2, 29. ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς, liceat dicere cum evidentia ad vos. 2. Cor. 3, 12. πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα multa in loquendo evidentia utimur. Ita Beza vertit. Judaici vero Doctores, quos h. l. pungit, cum multa obscuritate loquebantur. Philipp. 1, 20. Inde παῤῥησίᾳ quod notat α) *Evidenter, aperte*. Marc. 8, 32. καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει & palam & aperte verbum hoc loquebatur, nullis verborum involucris aut figuris adhibitis. Joann. 10, 24. 11, 14. 16, 25. 29. νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς, nunce evidenter loqueris. Opponitur vero: ἐν παροιμίαις & ἐν παραβολαῖς. Judæi voce hac utuntur בפתרסיא, id est, libere, item sine involucro. β) παῤῥησίᾳ est *Publice, aperte, libere*. Joann. 7, 13. οὐδεὶς μέντοι παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ, nemo tamen loquebatur publice (aperte) de eo. v. 26. 10, 24. 11, 54. 18, 20. Et ἐν παῤῥησίᾳ est idem. Joann. 7, 4. καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, sed quærit ille in publica luce versari. Coloss. 2, 15. ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, ignominiæ exposuit publice. Exprimitur per verba ἐν τῷ φανερῷ Matth. 6, 4. 6. 8. Rom. 2, 28.

Παῤῥησιάζομαι, f. άσομαι, *Libere loquor*, ingenue planeque dico, palam & libere ago, fiducialiter ago, (a παῤῥησία.) Act. 9, 27. 28. παῤῥησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, libere loquens in nomine Domini Jesu. cap. 13, 46. 14, 3. 18, 26. 19, 8. 26, 26. Ephes. 6, 20. 1. Thess. 2, 2.

Πᾶς, πᾶσα, πᾶν, gen. παντὸς, πάσης, παντὸς. 1) *Omnis, quivis, unusquisque*. Marc. 9, 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται, omnis enim igne salietur, & (sicut) omnis hostia salietur. Πᾶς denotat omnes homines, qui in N. T. semetipsos Deo sacrificare debent. (coll. Rom. 12, 1.) neutrum, πᾶν omne Matth. 15, 17. πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, omne, quod ingreditur in os. c. 18, 34. Marc. 7, 18. Joann. 6, 37. πᾶν, ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, omne, quod dat mihi Pater, 1. Joann. 5, 4. πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ, omnis qui natus est ex Deo. Πᾶν pro κατὰ πᾶν. Joann. 17, 2. Διὰ παντὸς (sc. χρόνου,) semper, omni tempore. Matth. 18, 10. διὰ παντὸς βλέπουσι, semper vident faciem Patris mei. Act. 2, 25. 10, 3. 2. Thess. 3, 16. Hebr. 2, 15. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, per omne vitæ tempus, Ἐν παντὶ (subaudi: τρόπῳ s. μέρει, item pro re nata: καιρῷ vel τόπῳ,) omni ex parte, modo, tempore, loco. 1. Cor. 1, 5. ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, omni ex parte divites facti estis. 2. Cor. 4, 8. 6, 4. 7, 5. 11. 16. 8, 7. 9, 8. 11. 11, 6.

11, 6. 9. Ephes. 5, 24. Philipp. 4, 6. 12. 1. Thess. 5, 18. ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε, omni in re, modo, tempore, loco gratias agite. Πάντα, omnia, (sc. πράγματα, vel pro substrata materia χρήματα.) Matth. 4, 9. ταῦτα πάντα (sc. κτήματα vel χρήματα) σοι δώσω, hæc omnia tibi dabo. c. 6, 32. 33. ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν hæc omnia adponentur vobis. Πάντα pro κατὰ πάντα. Act. 20, 35. πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, omnia ostendi vobis. 1. Cor. 9, 25. (κατὰ) πάντα ἐγκρατεύεται, in omnibus continens est. Ephes. 4, 15. Phil. 3, 8. τὰ πάντα ἐζημιώθην, quoad omnia jacturam feci. Πάντων, rerum omnium. Actor. 3, 21. ἀποκαταστάσεως πάντων, restitutionis rerum omnium. 1. Cor. 9, 19. 1. Tim. 2, 1. πρῶτον πάντων primum rerum omnium. Inde περὶ πάντων, *a*) *De omnibus.* Luc. 3, 19. 7, 18. 24, 14. *b*) *Præ omnibus*, in primis. 3. Joann. v. 2. πρὸ πάντων, præ omnibus. Jacob. 5, 12. 1. Petr. 4, 8. Ἐν πᾶσιν, in rebus omnibus. Matth. 23, 20. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτῆ (sc. ἔσι πράγμασιν,) & per omnes res, quæ sunt super illo. 1. Cor. 15, 28. 2. Cor. 11, 6. 1. Petr. 4, 11. ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ Θεὸς, ut in rebus omnibus glorificetur Deus. Ἐπὶ πᾶσιν notat *a*) *Propter omnia*, de omnibus. Luc. 2, 20. αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἤκουσαν, laudantes Deum propter omnia, quæ viderant. c. 9, 43. 13, 17. *b*) *Insuper*, *adhæc.* Luc. 3, 20. 16, 26. ἐπὶ πᾶσι τούτοις, ad hæc omnia. Ephes. 6, 16. Col. 3, 14. 1. Petr. 5, 10. κατὰ πάντα, in omnibus. Actor. 17, 22. 25. &c. Deficit in formula. Ephes. 5, 33. οἱ καθ' ἕνα ad unum omnes. 2) *Totus*, *universus.* Matth. 8, 32. πᾶσα ἡ ἀγέλη, totus grex cap. 13, 2. 18, 16. 32. 21, 10. &c. Rom. 11, 26. πᾶς Ἰσραὴλ, totus Israël. 3) *Plurimus*, *plurima pars.* Matth. 2, 3. πᾶσα Ἱεροσόλυμα, maxima pars incolarum Hierosolymæ. c. 3, 5. πᾶσα Ἰουδαία καὶ περίχωρος, maxima pars Judææ & regionis vicinæ. 4) *Cum negativis.* πᾶς μὴ, nullus. Ephes. 4, 29. & πᾶν μὴ, nihil. Joann. 6, 39. πᾶς ἀ, nullus. Eph. 5, 5. 2. Petr. 1, 20. 1. Joann. 2, 21. 3, 6. Apoc. 22, 3. καὶ πᾶν κατανάθεμα ἐκ ἔσαι ἔτι, & nullum maledictum amplius erit. Sic πᾶς, ἀ μὴ, nullus prorsus. Apoc. 18, 22. πᾶν ἀδέποτε, nihil unquam. Actor. 10, 14. 11, 8. Similiter quando negatio præcedit: ut ἀ πᾶς, nullus. Matth. 24, 22. ἐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ, nullus prorsus homo servaretur. Marc. 13, 20. Luc. 1, 37. Rom. 3, 20. & Gal. 2, 16. ἀ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμε πᾶσα σὰρξ, nullus homo justificabitur ex operibus legis. Apoc. 7, 16. 9, 4. Et ἀ μὴ πᾶν, prorsus nihil. Apoc. 21, 27. Excipe ἀ πᾶς, non omnis. Matth. 7, 21. 1. Cor. 15, 39. 5) *Varius*, *omnis generis.* Matth. 4, 23. πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, omnis generis morbum & infirmitatem. Luc. 11, 42. 18, 12. Actor. 2, 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνες τῶν ὑπὸ τὸν ἡρανὸν (sc. ὄντων,) ab omnis generis natione, quæ sub cœlo sunt. Optime Lutherus: *allerley.* Ultimo adhuc generatim notatu dignam censeo annotationem, quam habet Noldius in Conc. partic. p. 382. nempe, voculam, omnis,

intelligendam, juxta subjectam materiam. Marc. 16, 15. πάσῃ τῇ κτίσει, omni creaturæ sc. rationali. Rom. 11, 26. πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, totus Israël salvabitur, nempe qui τέκνα ἐπαγγελίας sunt, (coll. Rom. 9, 6. 7. 8.) Et πᾶσα γνῶσις, qua ἐπλουτίσθημεν 1. Cor. 1, 5. non est sapientia hujus seculi, sed ἡ ἐν Χριστῷ v. 4. 5. 6. Cœlibatus suadetur omnibus. 1. Cor. 7, 7. Sed qui ἐγκρατεύονται, v. 9. quo dono qui carent, debent matrimonium inire. 1. Cor. 7, 2. 9. Ita πάντα ἔξεστι, omnia licent. 1. Cor. 6, 12. 10, 23. nempe adiaphora non scandalizantia &c. Gal. 5, 14. πᾶς νόμος, tota lex, i. e. lex secundæ tabulæ. Ephes. 1, 11. Operatur τὰ πάντα, i. e. (non mala culpæ, sed) quæ spectant ad πρόθεσιν in Christo, de qua sermo. Regula interpretandi hic habet locum: Sensus dictorum petendus est ex causis (i. e. intentione seu scopo) dicendi.

Πάσχα, τό, *Pascha*, *festum* illud, quod Deus Israëlitas in memoriam exitus ex Ægypto celebrare jussit: nomen indeclinabile hebraicum, פֶּסַח, transitus, a rad. פָּסַח, transiit, item claudicavit, quia angelus Ægyptiorum primogenitos percutiens, Israëlitarum domos sanguine agni paschalis conspersas & signatas transiit & Israëlitis pepercit; vel dicitur a claudicando, quia angelus modo hac, modo illa parte primogenitos cædens & percutiens, quasi claudicanti similem gessit. Denotat 1) *Festum Paschatis*. Matth. 26, 2. οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, scitis, quod post duos dies festum paschatis est. Marc. 14, 1. Luc. 2, 41. 22, 1. Joann. 2, 13. τῇ ἑορτῇ τῶν πάσχα, festo paschatis. 2) *Agnus Paschalis*, qui tunc mactabatur & comedebatur. Matth. 26, 17. φαγεῖν τὸ πάσχα, comedere agnum paschalem. Marc. 14, 12. 14. 16. Luc. 22, 7. 8. 11. 13. 15. Joann. 18, 28. Hebr. 11, 28. πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα, fide fecit seu sacrificavit agnum paschalem. 3) Metaphorice *Christus* vocatur Pascha, quia se immolavit pro peccatis nostris, & corpus suum nobis comedendum & sanguinem bibendum exhibet. 1. Corinth. 5, 7. τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη, Χριστός, agnus paschalis noster pro nobis mactatus est, Christus. Accuratissima erat Christi crucifixi per agnum paschalem præfiguratio, quam pluribus exsequuntur Hottingerus ad Goodwini Mosen & Aaron. 3. 4. 3. Edzardus ad Avoda Sara c. 2. p. 234. s. 281. 282. & Pfaffius in Institutionibus Theol. p. 331. 2.

Πάσχω, f. πάσομαι, perf. πέπονθα, aor. 2. ἔπαθον, part. παθών, 1) *Patior*, *adficior male vel bene*. Est enim vocabulum τῶν μέσων & non tantum notat, *mala pati*, sed etiam *beneficio mactari*, unde εὖ & κακῶς, ἀγαθὰ & κακὰ πάσχειν. Marc. 5, 26. καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, & multum passa erat a medicis. Gal. 3, 4. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ. Hæc verba duplicem admittunt sensum: sive subintellige, κακὰ, sensus erit, tanta mala perpessi estis frustra. Seu subaudi: ἀγαθὰ vel καλῶς, sensus est: An ergo vos tanta beneficia, nimirum justificationem ex fide, & bonum

in

in vita nova initium v. 3. 4. & 6. fruſtra in vos collata eſſe putatis? Exempla congeſſerunt Hombergius ad h. l. & L. Bos in Ellipſ. græcis p. 356. Adde Elsnerum tom. 2. p. 183. 2) In ſpecie: *Patior mala*: πάσχω (ſc. κακὰ vel κακῶς.) Luc. 13, 2. ὅτι ταῦτα πεπόνθασιν, quia hæc paſſi ſunt. 1. Cor. 12, 26. Integre Matth. 17, 15. καὶ κακῶς πάσχει, & male patitur, male adficitur. 3) *Tolero*. Matth. 27, 19. πολλὰ γὰρ ἔπαθον, multa enim toleravi per inſomnium. 4) Specialiſſime de *Chriſto*, qui pro nobis *paſſus* eſt. Luc. 24, 26. ἐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν Χριστόν; nonne hæc pati oportebat Chriſtum? Actor. 1, 3. μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, poſtquam ille paſſus erat.

Πάταρα, ἄρων, τὰ, *Patara*, urbs Lyciæ in Aſia minore. Act. 21, 1.

Πατάσσω, f. ξω, *Percutio*, pulſo, *ferio*. Matth. 26, 31. πατάξω τὸν ποιμένα, percutiam paſtorem. v. 51. πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, percuſſit ſervum ſummi ſacerdotis. Luc. 22, 49. 50. Act. 7, 24. 12, 7. 23. Apoc. 11, 6. 19, 15.

Πατέω, ῶ, f. ήσω, *Calco*, *conculco*, protero. Luc. 10, 19. τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, calcandi ſuper anguibus. Apoc. 11, 2. 19, 15. paſſ. πατούμαι. Luc. 21, 24. ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, conculcabitur a gentibus. 1. Maccab. 4, 60. μήποτε τὰ ἔθνη καταπατήσωσιν αὐτὰ, ne forte gentes conculcarent eos, ſc. muros. Apoc. 14, 20. ἐπατήθη ἡ ληνὸς, calcatum eſt torcular.

Πατὴρ, έρος, per ſyncopen πατρὸς ὁ, 1) *Pater*, genitor. Matth. 2, 22. &c. 2) Qui tantum eſt pater nomine, *loco patris*. Luc. 2, 48. ἰδοὺ ὁ πατήρ σε κἀγὼ, ecce pater & ego. Joann. 6, 42. ὃν ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα, cujus patrem nos novimus. 3) *Auctor generis*, ſive is, a quo gens & natio quædam originem ducit. Matth. 3, 9. πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ, patrem principem habemus Abrahamum. Marc. 11, 10. &c. Inde πατέρες ſunt majores. Matth. 23, 30. 32. Luc. 6, 23. &c. 4) Qui *adfectu paterno præditus* eſt. 1. Cor. 4, 15. ſi enim decies mille pædagogos habetis in Chriſto, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας, ſed non multos patres. 2. Cor. 6, 18. ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, ero vobis pater. Hebr. 1, 5. 5) *Auctor*. Joann. 8, 44. Hebr. 12, 9. τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, auctori omnium ſpirituum. Jacob. 1, 17. ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, ab auctore luminum. 6) *Anteſignanus*, cujus veſtigia alii ſequuntur, contra, qui alios ſequuntur, dicuntur filii. Sic Homerus pater eſt Poëtarum. Herodotus hiſtoriarum parens. Joann. 8, 41. ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, vos facitis opera patris veſtri. Rom. 4, 11. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων, ut eſſet ille pater omnium credentium. v. 12. 16. 17. 18. 7) *Deus pater* eſt, a qua omnis paternitas nominatur in cœlo & in terra, tum ratione æterni ſui filii, tum omnium fidelium, immo omnium hominum. Matth. 6, 4. 6. 8. 14, 18. ὁ πατήρ σε ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, pater tuus ſpectans in occultum. πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου, omnia

omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Rom. 1, 7. gratia & pax vobis ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, a Deo Patre nostro & Domini Jesu Christi. 2. Cor. 1, 3. εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, benedictus est Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi. Cognominatur, πατὴρ, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς vel ἐν οὐρανῷ, pater cœlestis: ad distinguendum illum a patribus terrenis, nec non a falsis gentilium diis, qui non in cœlo, sed in terra, mortales inter mortales, versati sunt. Matth. 5, 16. 45. 48. 6, 1. 9. Et οὐράνιος, Matth. 6, 15. 26. 32. 18, 35. ἐπουράνιος, Matth. 18, 35. Est nomen adfectuosum in formula: Ἀββᾶ, ὁ πατὴρ, Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. Vide in Ἀββᾶ. 8) *Doctores* Judaici a discipulis suis patres appellabantur. Inde Matth. 23, 9. πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς, patrem vestrum ne vocetis eum, qui in terra est. Solemne alias erat Judæis Doctores suos patris nomine vocare. Sic אַבָּא שָׁאוּל. Abba Saul, fæpissime in Pandectis Talmudicis occurrit. 9) πατέρες titulo honoris sunt *seniores*. Actor. 7, 2. & 22, 1. ἀδελφοὶ καὶ πατέρες. 1. Joann. 2, 13. 14.

Πάτμος, ου, ὁ, *Patmus*, nomen insulæ in mari Ægeo, una ex illis, quæ Sporades dicuntur, ubi Joanni visiones suæ sunt revelatæ. Apoc. 1, 9.

Πατραλῴης vel πατραλοίας, ου, ὁ, Patris percussor, *parricida*, (ab ἀλοάω vel ἀλοιάω, trituro, fruges excutio, item, cædo, percutio.) 1. Tim. 1, 9.

Πατριὰ, ᾶς, ἡ, *Familia*, cœtus eorum, qui communem patrem familias habent, tribus, genus, progenies, (a πατὴρ.) Luc. 2, 4. ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ, ex domo & familia Davidis. Act. 3, 25. Ephes. 3, 15. ἐξ ἧς πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, a quo omnis familia in cœlo & terra nominatur. Hesychius: πατριαὶ, φυλαί.

Πατριάρχις, ου, ὁ, *Patriarcha*, tribus seu familiæ alicujus princeps (ex πατριὰ & ἄρχων, princeps.) Act. 2, 29. περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβίδ, de patriarcha Davide. c. 7, 8. 9. Hebr. 7, 4.

Πατρικὸς, ὴ, ὸν, *Paternus*, *patrius*, (a πατὴρ.) Gal. 1, 14. τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων, paternarum mearum traditionum, h. e. a patribus s. majoribus meis traditis.

Πατρὶς, ίδος, ἡ, (sc. γῆ,) *Patria*, (ab eodem.) Matth. 13, 54. καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, & cum venisset in patriam suam. Joann. 4, 44. Hebr. 11, 14.

Πατρόβας, α, ὁ, *Patrobas*, nomen viri græcum. Rom. 16, 14.

Πατροπαράδοτος, ου, ὁ, ἡ, 1) *A patre traditus*, (ex πατὴρ & παραδίδωμι, trado.) 2) *A* patribus vel *majoribus traditus*. 1. Petr. 1, 18. ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, a conversatione s. vivendi ratione a majoribus accepta.

Πατρῷος, ῴα, ῷον, *Patrius*, *paternus*, (a πατὴρ.) Actor. 22, 3.

πατρῴᾳ

πατρῴα νόμα, legis a majoribus obſervatæ. c. 24, 14. τῷ πατρῴῳ Θεῷ, Deo a patribus culto.

Παῦλος, α, ὁ, *Paulus*, nomen latinum. 1) Paulli Sergii Proconſulis. Act. 13, 7. 2) Paulli Apoſtoli, qui alias etiam, nomine hebraico Saulus vocabatur. Act. 13, 9. Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος. Saulus vero, qui etiam Paullus. Apud Hebræos hebraicum, apud gentiles vero Romanum nomen Paullus uſurpavit. Id enim certum eſt, Judæos illis temporibus plerumque binomines fuiſſe, ita ut unum habuerint Hebraicum, alterum vero Græcum vel Romanum. Evolve Barthium Adverſ. 7, 4. Noldium Hiſtor. Idumæa p. 209. Nomen ipſius hoc quam ſæpiſſime occurrit in Actis Apoſtolorum. 1. Cor. 1, 12. & 3, 4. ἐγὼ μὲν εἰμι Παύλα, (pro ἐκ μέρας τᾶ Παύλα,) ego ſto a partibus Pauli. 1. Cor. 16, 21. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλα, ſalutatio manu mea Pauli. Hoc erat ſignum epiſtolarum ipſius, quod ipſarum eſſet auctor authenticus. Col. 4, 18. 2. Theſſ. 3, 17. Phil. v. 19.

Παύω, f. παύσω, 1) Finem impono. *Finio*, ceſſare ſeu deſiſtere facio. 2) *Reprimo coërceo*, ſedo. 1. Petr. 3, 10. παυσάντω τὴν γλῶσσαν αὐτᾶ ἀπὸ κακᾶ, coërceat linguam ſuam a malo. paſſ. παύομαι 1. Petr. 4, 1. ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας, (pro ἀπὸ ἁμαρτίας,) qui paſſus eſt in carne, coërcitus, repreſſus eſt a peccato. 3) παύομαι, med. *Ceſſo, deſino, quieſco.* In hac ſignificatione plerumque loco infinitivi, qui ordinarie requireretur, cum participio conſtruitur. Luc. 5, 4. ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, poſtquam vero deſierat loqui. Act. 5, 42. οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες, non ceſſabant docere. c. 6, 13. 13, 10. 20, 31. 21, 32. Epheſ. 1, 16. Col. 1, 9. Hebr. 10, 2. Adde Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 232. Abſolute ponitur Luc. 8, 24. καὶ ἐπαύσοντο, & quieſcebant, deſinebant. Act. 20, 1. 1 Cor. 13, 8.

Πάφος, α, ἡ, *Paphus*, urbs Cypri, cultu Veneris Paphiæ celebris, unde Horatius: O Venus, regina Cnidi Paphique. Actor. 13, 6. 13.

Παχύνω, f. υνῶ, 1) Craſſum reddo, *Pinguefacio.* παχύνομαι, *pinguesco*, (a παχὺς, εῖα, ὺ, craſſus, ſpiſſus, pinguis, obeſus, ſtupidus, hebes, tardus.) 2) *Stupidum, hebetem reddo.* Matth. 13, 15. ἐπαχύνθη ἡ καρδία τᾶ λαᾶ τάτα, ſtupidum redditum eſt cor populi hujus. Eſt e verſione τῶν ὁ, quæ etiam repetitur Act. 28, 27. In hebræo eſt, הַשְׁמֵן, fac cor ipſorum pingue, quo denotat actionem moralem, quam tamen neque Deus neque Propheta primario intendit. Videntur autem LXX. Senes legiſſe הַשְׁמַן, in Hophal, quia habuere Codicem non punctatum. Cæterum gentiles quoque obeſitatem & pinguedinem rationem deſtruere adſeverarunt, de quo vide Caſaubonum ad Perſii Satyr. 3. p. 351. & παχεῖς apud græcos dicuntur ſtupidi. Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 67. Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 96.

Πέδη,

Πέδη, ης, ἡ, *Pedica, compes*, vinculum pedum. Marc. 5, 4. Luc. 8, 29. καὶ πέδαις φυλασσόμενος, & compedibus custodiebatur.

Πεδινὸς, ἡ, ὸν, Campestris, planus, (a πεδίον, campus, planities, a πέδον solum,) Luc. 6, 17. ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, in loco campestri.

Πεζεύω, f. εύσω, *Terra iter facio*, pedes sum, (a πεζὸς, ὴ, ὸν, pedes, pedestris, qui pedibus iter facit.) Act. 20, 13. μέλλων αὐτὸς πεζεύειν, ipse terra & pedibus iter facturus.

Πεζῇ, sc. ὁδῷ, *Terrestri itinere*, (a πεζὸς, ἡ, ὸν, pedestris.) Matth. 14, 13. & Marc. 6, 33. καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, & terrestri itinere ab omnibus civitatibus concurrebant ibi. Nam inter illos, qui ad Jesum venerant, multi erant claudi & debiles, qui pedibus non venerunt, sed jumentis vecti. Homerus Iliad. 10. 438. ἐνδυκέως ἐν νηῒ θοῇ ἢ πεζὸς ὁμαρτέων, studiose in navi celeri, aut pedester (h. e. terrestri itinere) sequens. Adducunt alium locum ex Platone, ubi legitur ἀλκάζοντες κατὰ θάλασσαν καὶ πεζῇ, commeantes mari terraque. Adde Buxtorfii Catalect. c. 138.

Πειθαρχέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Pareo, obedio*, obsequor, (ex πείθω & ἄρχων, princeps, s. ἀρχὴ, principatus.) Notat igitur obedientiam superioribus præstandam. Act. 5, 29. πειθαρχεῖν δεῖ (ἡμᾶς) Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, obedire oportet (nos) Deo magis, quam hominibus. Sic Socrates in Apologia apud Platonem: ἐγὼ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι ὑμᾶς καὶ φιλῶ. Πείσομαι δὲ τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν. Tit. 3, 1. 2) *Morem gero*. Actor. 27, 21.

Πειθὸς, *Persuasorius*, persuadendi vim habens: pro πειθανὸς, ἡ, ὸν, verisimilis. (a πείθω.) 1. Cor. 2, 4. ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. Est ἅπαξ λεγόμενον.

Πείθω, f. πείσω, p. πέπεικα, 1) *Persuadeo, suadeo*, persuadere conor, oratione flecto, permoveo, convinco. Matth. 27, 20. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, summi sacerdotes vero & seniores persuaserunt populis. cap. 28, 14. Act. 14, 19. Rom. 2, 19. 1. Joann. 3, 19. καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν, & coram ipso convicturi sumus corda nostra. 2) *Persuadendo doceo*, docendo *convinco*. Act. 13, 43. ἔπειθον αὐτοὺς ἐμμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, persuadendo docebant illos, ut manerent s. perseverarent in gratia Dei, c. 18, 4. ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, docuit & Judæos & græcos s. gentiles. c. 19, 8. καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ (sc. ὄντα,) & docens ea, quæ ad regnum Dei vel Messiæ pertinent. c. 28, 23. 3) *Gratiam alicujus* sibi *conciliare*. 2. Cor. 5, 11. scientes igitur, Dominum timendum, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα, ita nobis conciliamus homines, ut Deo manifesti simus: commate sequenti dicit, ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν. Gal. 1, 10. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; utrum hominum, an Dei gratiam mihi conci-

ciliare conor? Ipse Paullus postea exponit per ἀρέσκειν ἀνθρώποις. Sic Actor. 12, 20. πείσαντες Βλάστον, cum Blasti sibi gratiam conciliassent. Hæc & plura Elsnerus tom. 2. Observ. Sacr. p. 172. 173. 4) Pass. πέποιμαι, *persuadeor*, *credo*. Luc. 16, 31. πεισθήσονται, credent. Act. 5, 36. 37. ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, quicunque credebant ipsi. c. 17, 4. 26, 26. 28. 24. Hebr. 11, 13. Sic perf. pass. πέπεισμαι, certo persuasus sum, certus sum, certo credo. Rom. 8, 38. πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος certus enim sum, quod neque mors &c. c. 14, 14. 15, 14. 2. Tim. 1, 5. 12. Hebr. 6, 9. πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν - τὰ κρείττονα, certo persuasi sumus vero de vobis meliora. Part. perf. Luc. 20, 6. πεπεισμένος γὰρ ἐστιν, certo enim persuasus est. Sic etiam perf. med. πέποιθα, certo credo, persuasum habeo. Rom. 2, 19. 2. Cor. 10, 7. Phil. 2, 24. Hebr. 13, 8. πεποίθαμεν γὰρ, ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, persuasum habemus enim, quod bonam conscientiam habeamus. Partic. πεποιθὼς. Philipp. 1, 6. 25. 5) πείθομαι, *Obedio*, *pareo*, obsequor. Quando enim pareo, tunc declaro, me esse persuasum. Actor. 5, 39. ἐπείθησαν δὲ αὐτῷ, obediverunt autem ipsi c. 21, 14. 23, 21. 27, 11. Rom. 2, 8. πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, parentibus vero injustitiæ. Gal. 3, 1. & 5, 7. τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, veritati Christianæ, non obedire. Hebr. 13, 17. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, obedite doctoribus vestris. Jacob. 3, 3. Plato in Apol. Socratis p. 23. πείσομαι θεῷ μᾶλλον, ἢ ὑμῖν, parebo Deo potius, quam vobis. 6) Perf. med. πέποιθα, *confido*, *confisus sum*, fretus sum. Matth. 27, 43. πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, confisus est in Deum. Marc. 10, 24. πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, qui confisi sunt in opibus. Luc. 1, 22. 18, 9. 2. Cor. 1, 9. 2, 3. 10, 7. Gal. 5, 10. Philipp. 1, 14. 3, 3. 4. πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, fiduciam ponere in carnem. 2. Thess. 3, 4. πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ, confidimus in Dominum. Phil. v. 21. Hebr. 2, 13. ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ, fiduciam collocabo in ipso, possum ipsi certo fidere. Sic Jesa. 8, 17. 12, 12.

Πεινάω, ῶ, f. άσω, 1) *Esurio*. Matth. 4, 2. ὕστερον ἐπείνασε, ultimum esurivit. Apoc. 7, 16. οὐ πεινάσουσιν ἔτι, non amplius esurient. 2) Metaph. *valde desidero*, appeto. Matth. 5, 6. οἱ πεινῶντες δικαιοσύνην, esurientes i. e. valde desiderantes justitiam, illud quod justum est. Adde Elsneri Obs. sacr. tom. 1. p. 21. Luc. 1, 53. 6, 21. Joann. 6, 35. ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ, qui venit ad me non esuriet, h. e. spirituale ipsius desiderium gratiæ divinæ explebitur & in Christo reficietur (coll. Matth. 11, 38.) 3) *Careo destituor*, inopia laboro. Luc. 6, 25. Væ vobis repleti, ὅτι πεινάσετε, nam inopia laborabitis. 1. Cor. 4, 11. Phil. 4, 12. didici & satur esse, καὶ πεινᾶν, & inopia laborare.

Πεῖρα, ας, ἡ, *Experimentum*, *documentum*, πεῖραν λαμβάνειν τινὸς, alicujus rei experimentum sive periculum facere, Hebr. 11, 29. item, rem aliquam experiri & sentire, ibid. v. 36. ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ludibria & flagella senserunt.

Παρά-

Παράζω, f. άσω, 1) *Tento, conor*, periculum facio, (a πεῖρα.) Act. 16,7. ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι, tentabant per Bithyniam proficiſci. cap. 24, 6. 2) *Tento*, ſollicitando ad aliquod ſcelus, in quo ſenſu ſæpiſſime *de diabolo* dicitur. Matth. 4,1. πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, tentari a diabolo, qui v. 3. ὁ πειράζων appellatur. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2. 1. Cor. 7, 5. ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς, ne tentet (ad malum ſ. aliquod ſcelus) vos Satanas. Sic. Gal. 6, 1. 1 Theſſ. 3, 5. Jacob. 1, 13. 14. ἕκαστος πειράζεται, unusquisque tentatur, a ſua ipſius cupiditate prava tractus. 3) *Captioſe & inſidioſe tento.* Matth. 16, 1. πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον, tentantes, rogabant ab ipſo miraculum. c. 22, 18. τί με πειράζετε ὑποκριταί; quid me tentatis, hypocritæ? Hebr. 3, 9. οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ubi tentarunt me patres veſtri. 4) *Exploro.* 2. Cor. 13, 5. ἑαυτοὺς πειράζετε, vos ipſos explorate. Apoc. 2, 2. 5) *Tento, probo, exploro* modo vario, imprimis cruce & adflictione. Joann. 6, 6. 1. Cor. 10, 13. ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι, ὑπὲρ ὃ δύνασθε, qui non ſinet vos tentari, ſupra quod poteſtis. Hebr. 2, 18. 4, 15. 11, 17. Apoc. 2, 10. 3, 10. 6) Singularis eſt ſignificatio vocis ἐπειράσθησαν, Hebr. 11, 37. de qua nolo ſententias commentatorum proferre. Probatiſſima huc usque fuit, ſanctos per varia tentationum genera tortos & afflictos fuiſſe. Mihi autem occurrit ſingularis locus Pſalm 35, 16. ἐπείρασάν με, ἐξεμυκτήρισάν με μυκτηρισμόν. Verte ſecundum hebraicam veritatem: inſultarunt mihi, vel contumeliis proſciderunt me, irriſione irriſerunt me.

Πειρασμὸς, οῦ, ὁ, 1) *Tentatio* ad mala perpetranda, (a πειράζω) Matth. 6, 13. μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ne inferas nos in tentationem (ſc. ad malum) cap. 26, 41. ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, ne ingrediamini in tentationem. Marc. 14, 38. Luc. 4, 13. 11, 4. 22, 40. 46. 1. Tim. 6, 9. 2) Dura & varia adflictio, & paſſiones, per quas Chriſtianus probatur & ad bonum impellitur. Luc. 8, 13. ἐν καιρῷ πειρασμοῦ, tempore adflictionis. c. 22, 28. ὑμεῖς διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου, in adflictionibus meis. Act. 20, 19. 1. Cor. 10, 13. Apoc. 3, 10. ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ, ex hora perſecutionis. 3) Aſſuta & hypocritica *tentatio Dei.* Hebr. 3, 8. κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ſecundum diem tentationis in deſerto, cum Iſraëlitæ Deum malitioſe tentaverunt.

Παιόω, ῶ, f. άσω, 1) *Conor, nitor*, periculum facio, (a πεῖρα.) Act. 24, 6. ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, qui etiam templum conatus eſt profanare. Formæ hujus verbi activæ potius ad παιράζω pertinent, ſub quo exſtant. Medium πειρῶμαι, conor, nitor. Act. 9, 26. ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς, conabatur adhærere diſcipulis. cap. 26, 21.

Πεισμονὴ, ῆς, ἡ, 1) *Perſuaſio*, (a πείθω, perſuadeo.) Gal. 5, 8. ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς, talis perſuaſio, (de qua loquitur Apoſtolus,) non eſt ab eo, qui vocavit vos. Hi-

Πέλαγος, εος, τὸ, 1) *Maris profunditas.* Matth. 18, 6. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. 2) *Pelagus, æquor, mare.* Act. 27, 5. Vide Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 115.

Πελεκίζω, f. ίσω, *Securi ferio*, percutio, (a πέλεκυς, εως, ὁ, ſecuris, bipennis.) perf. paſſ. partic. Apoc. 20, 4. καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων, & animas percuſſorum ob teſtimonium de Jeſu editum.

Πέμπλος, η, ον, *Quintus*, (a πέντε.) Apoc. 6, 9. τὴν πέμπλην σφραγίδα, quintum ſigillum. cap. 9, 1. ὁ πέμπλος ἄγγελος, quintus angelus.

Πέμπω, f. ψω, *Mitto, dimitto*, committo alicui aliquid. Matth. 2, 8. πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, poſtquam dimiſit, eos verſus Bethlehem. cap. 11, 2. Joannes, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, miſit duos diſcipulorum ſuorum. cap. 22, 7. Marc. 5, 12. Luc. 4, 26. 7, 6. 10. &c. Requirit ordinarie accuſativum, ſed nonnunquam objectum perſonale elliptice conticetur. Matth. 14, 10. καὶ πέμψας (ſc. τινα) ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην, & miſit aliquem & interfecit Joannem. Luc. 7, 19. ἔπεμψε (ſc. τινας) πρὸς τὸν Ἰησοῦν, miſit quondam ad Jeſum. Act. 10, 32. 33. 19, 31. πέμψαντες πρὸς αὐτὸν (ſc. ἀγγέλους,) & miſerunt ad ipſum nuncios. c. 10, 17. 23, 30. ἔπεμψα (ſc. αὐτὸν) πρός σε miſi ipſum ad te. 1. Theſſ. 3, 5. Et objectum reale ſubintelligitur. Act. 11, 29. decreverunt unusquisque illorum, εἰς διακονίαν πέμψαι (ſc. τι) ad menſæ miniſterium mittere aliquid. Philipp. 4, 16. Deus Pater filium ſuum miſiſſe legitur Joann. 4, 34. θέλημα τοῦ πέμψαντός με, voluntas illius, qui miſit me. c. 5, 23. 24. 30. 37. 6, 38. 39. 40. 44. Rom. 8, 3. &c. & Spiritum Sanctum. Joann. 14, 26.

Πένης, ητος, ὁ, ἡ, qui labore victum quærit, *pauper*, (a πένομαι, facio, ago, laboro.) 2. Cor. 9, 9. ἔδωκε τοῖς πένησι, dedit pauperibus.

Πενθερὰ ᾶς, ἡ, *Socrus*, uxoris mater, (a πενθερός.) Matth. 8, 14. εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ, (ſc. Πέτρε,) vidit ſocrum ipſius. cap. 10, 35. Marc. 2, 30. Luc. 4, 38. 12, 53.

Πενθερὸς, οῦ, ὁ, *Socer*, uxoris pater. Joann. 18, 13.

Πενθέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Lugeo.* Matth. 9, 15. μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν; num poſſunt filii thalami lugere? Marc. 16, 10. Luc. 6, 25. Jacob. 4, 9. Apoc. 18, 15. 19. Conſtruitur cum ἐπὶ Apoc. 18, 11. καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ, & lugebunt propter ipſam: item cum accuſ. 2. Cor. 12, 21. καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, & lugeam multos, qui antea peccaverunt. 2) *Spiritualiter* in anima de peccatis & animæ miſeria lugeo. Matth. 5, 4. μακάριοι οἱ πενθοῦντες, beati, qui lugent ſpiritu. 1. Cor. 5, 2. 2. Cor. 12, 21.

Πένθος, εος, τὸ, *Luctus*, *mœror*. Jacob. 4, 9. riſus veſter, εἰς πένθος μεταστραφήτω, in luctum transvertitor. Apoc. 18, 7. 8. 21, 4.

Πενιχρὸς, ὰ, ὸν, *Pauper*, inops, (a πένομαι.) Luc. 21, 2. χήραν πενιχρὰν, viduam pauperem.

Πεντάκις, adv. *Quinquies*, (a πέντε.) 2. Cor. 11, 24.

Πεντακισχίλιοι, αι, α, *Quinquies mille*, quinque millia, (ex πεντάκις & χίλιοι, mille.) Matth. 14, 21. ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, erant homines ferme quinquies mille. cap. 16, 9. Marc. 6, 44. 8, 19. Luc. 9, 14. Joann. 6, 10.

Πεντακόσιοι, αι, α, *Quingenti*, (a πέντε.) Luc. 7, 41. ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, debebat denarios quingentos. 1. Cor. 15, 6.

Πέντε, οἱ, αἱ, τὰ, *Quinque*. Matth. 14, 17. εἰ μὴ πέντε ἄρτους, nisi quinque panes. v. 19. 16, 9. cap. 25, 2. πέντε ἐξ αὐτῶν ἦσαν φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί, quinque ex illis erant prudentes, & quinque stultæ. v. 15. πέντε τάλαντα, quinque talenta.

Πεντεκαιδέκατος, Decimus quintus, (ex πέντε, καὶ, & δέκατος, decimus.) Luc. 3, 1.

Πεντήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, *Quinquaginta*, Marc. 6, 40. Luc. 7, 41. 9, 14. 16, 6. γράψον, πεντήκοντα, scribe, quinquaginta. Joann. 8, 57. πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, quinquaginta annos nondum habes. cap. 21, 11. Act. 13, 20.

Πεντηκοστή, ῆς, ἡ, (sc. ἡμέρα,) *Pentecoste*, dies quinquagesimus a festo Paschatis, a πεντηκοστός, ἡ, ὸν, quinquagesimus, (a πεντήκοντα.) Act. 2, 1. & 20, 16. 1. Cor. 16, 8. ἕως τῆς πεντηκοστῆς, usque ad pentecosten.

Πέποιθα, vide πείθω.

Πεποίθησις, εως, ἡ, *Persuasio* cum fiducia & animi confidentia, (a πέποιθα.) 2. Cor. 1, 15. καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει, & cum hac confidentia volui ad vos venire. cap. 3, 4. πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν, confidentiam vero hanc habemus per Christum ad Deum. cap. 8, 22. 10, 2. Eph. 3, 12. Phil. 3, 4.

Πέρ, Particula sive conjunctio expletiva & enclitica, aliis orationis partibus annecti solita. Marc. 15, 16. ὅνπερ ᾐτοῦντο, quem rogabant. Ἐάνπερ siquidem, si alias. Hebr. 3, 6. 14. 6, 3. ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεὸς, si permittat Deus. Vide plura in ἄπερ, ἐπείπερ, ἐπειδήπερ, ἥπερ, καθάπερ, καίπερ, ὥσπερ.

Πέραν, adv. *Trans*, *ultra*. Notat tum in loco, tum ad locum. Matth. 4, 15. πέραν τοῦ Ἰορδάνου, trans Jordanem. cap. 19, 1. Joann. 1, 28. 3, 26. 6, 1. πέραν τῆς θαλάσσης, trans mare v. 17. 22. 25. 10, 40. 18, 1. τὸ πέραν (sc. ὂν μέρος τοῦ τόπου.) idem. Matth. 8, 18. ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν, abire in partem fluminis ulteriorem. Marc. 4, 35. 5, 1. 21. 6, 45. 8, 13. 10, 1. διὰ τοῦ πέραν (supple: ὄντος τοῦ τόπου) τοῦ Ἰορδάνου, per illam partem regionis, quæ est trans Jordanem. Luc. 8, 22. εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, in ulteriorem partem lacus. πέραν (pro ἀπὸ τοῦ πέραν sc. ὄντος τοῦ τόπου.) Matth. 4, 25. & Marc. 3, 8. ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ab Idumæa & a regione Jordanis ulteriore.

Πέρας, ατος, τὸ, *Finis*, *terminus*, clausula. Hebr. 6, 16. πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας, omnis ipsis contradictionis finis est jura-

juramentum. τὰ πέρατα, fines, termini. Matth. 12, 42. & Luc. 11, 31. ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, ex finibus terræ. Rom. 10, 18.

Πέργαμος, ε, ἡ, *Pergamus*, urbs Asiæ minoris. Apoc. 1, 11. 2, 12. τῆς ἐν Περγάμῳ ἐκκλησίας, ecclesiæ, quæ est Pergami.

Πέργη, ης, ἡ, *Perge*, urbs Pamphyliæ. Act. 13, 13. 14. 14, 25.

Περὶ, Præpositio regens

I. GENITIVVM, & denotat

1) DE. Matth. 2, 8. ἠκρίβωσε περὶ τοῦ παιδίου, accurate exquisivit de puero. Joann. 1, 7. ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, ut testimonium ferret de lumine. Actor. 8, 12. τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ea, quæ de regno Dei agunt, vel, ad regnum Dei pertinent. cap. 23, 11. τὰ περὶ ἐμοῦ sc. ὄντα, ea, quæ de me agunt, vel ad me pertinent.

2) CONTRA. Matth. 20, 24. ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν, indignati sunt contra hos duos fratres. Joann. 6, 41. ἐγόγγυζον οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, murmurarunt Judæi contra ipsum. Actor. 25, 16. τόπον ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος, locum defensionis habeat (accusatus) contra accusationem.

3) ERGA, Matth. 9, 36. ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, misericordia motus est erga illos.

4) PRO, in commodum alicujus. Luc. 4, 38. ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς, rogarunt ipsum pro illa. Joann. 17, 9. περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ, ἐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, pro ipsis rogo, non vero pro mundo. Ephes. 6, 18. Col. 1, 3.

5) PRO, cum commutationem & expiationem denotat. Matth. 26, 28. αἷμα περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, sanguis, qui pro multis effunditur. Luc. 5, 14. περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, pro purgatione tua. Hebr. 10, 18. προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας, oblatio pro peccato. Et elliptice περὶ ἁμαρτίας, sc. θυσία. Rom. 8, 3.

6) PRO, Rom. 14, 12. περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει, pro se rationem reddet.

7) PROPTER. Matth. 4, 6. Angelis suis mandabit, περὶ σου, propter te. Luc. 2, 34. ut facerent secundum Legem περὶ αὐτοῦ, propter ipsum. Joann. 8, 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; quis ex vobis coarguet me propter peccatum commissum?

8) QVOD ADTINET AD, quantum ad. Matth. 24, 36. περὶ δὲ τῆς ἡμέρας, quod vero ad diem illum adtinet. Marc. 5, 16. καὶ περὶ τῶν χοίρων, & quod ad sues adtinet. Luc. 22, 37. τὰ περὶ ἐμοῦ (sc. ὄντα πράγματα) τέλος ἔχει, ea, quæ ad me pertinent, finem habent. Act. 21, 25. περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν, quod vero ad gentiles adtinet, qui fidem receperunt. 1. Cor. 8, 1.

II. ACCVSATIVVM, & notat

9) CIRCA, de loco. Matth. 3, 4. περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, circa femur suum. Marc. 8, 32. ὄχλος περὶ αὐτὸν, populus circa ipsum. Luc. 13, 8. σκάψω περὶ αὐτὴν, fodiam circa ipsam, sc. arborem.

10) CIRCA, de re. 1. Tim. 1, 19. περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, circa fidem, vel, quod ad fidem adtinet, naufragium fecerunt. cap. 6, 4. νοσῶν ἐστι περὶ ζητήσεις, ægrotans eſt (animo) circa quæſtiones & logomachias.

11) CIRCA, CIRCITER, de tempore. Matth. 20, 3. ſeqq. περὶ τὴν τρίτην, ἕκτην, ἐνάτην ὥραν, circa horam tertiam, ſextam, nonam. Marc. 6, 48. περὶ τετάρτην φυλακήν, circa quartam vigiliam. Act. 22, 6. περὶ μεσημβρίαν, circa meridiem.

12) IN, vel PER, Tit. 2, 7. περὶ πάντα, in omnibus, vel per omnia exhibe te.

13) CIRCVMSCRIBIT perſonam vel nomen proprium, ut οἱ περὶ τὸν Σωκράτην, Socrates, οἱ περὶ τὸν Κόμμοδον, Commodus, apud Herodianum. Sic Joann. 11, 19. ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, venerant ad Marthan & Mariam. Sed in duobus locis Act. 13, 13. & 21, 8. οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ſunt Paullus, & qui cum ipſo erant.

14) In compoſitione nonnunquam auget ſignificationem, ut περίλυπος, valde triſtis.

Περιάγω, f. ἄξω, 1) *Circumduco*, circumago, mecum duco, (ex περὶ & ἄγω, duco.) 1. Cor. 9, 5. γυναῖκα περιάγειν, uxorem mecum ducere. 2) *Circumeo*, obambulo, (quaſi περιάγω ἐμαυτὸν, circumduco meipſum.) Matth. 4, 23. περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, perambulavit totam Galilæam. cap. 9, 35. 23, 15. Marc. 6, 6. Actor. 13, 11.

Περιαιρέω, ῶ, f. ήσω, aor. 2. περιεῖλον, *Circumauffero*, vel in circuitu, circumcirca vel undique tollo, *auffero*, *adimo*, (ex περὶ & αἱρέω, tollo.) Act. 27, 20. περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς, ablata eſt omnis ſpes. 2. Cor. 3, 16. περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα, auffertur operimentum. Hebr. 10, 11. περιελεῖν ἁμαρτίας, tollere peccatum.

Περιαστράπτω, f. ψω, *Circumfulgeo*, ſplendore circumdo, illumino, (ex περὶ & ἀστράπτω, fulguro.) Act. 9, 3. περιήστραψεν αὐτὸν φῶς, circumfulſit ipſum lux. cap. 22, 6.

Περιβάλλω, f. αλῶ, 1) *Circumjacio*, (ex περὶ & βάλλω, jacio.) 2) *Ambio*, *cingo*, circumdo. Regit Dativum perſonæ. Luc. 19, 43. περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σε χάρακά σοι, circumdabunt hoſtes tui vallum tibi. 3) *Amicio*, *cooperior*, περιβάλλω (ſc. τὸ ἱμάτιον.) Adſciſcit accuſativum geminum, perſonæ & rei. Matth. 25, 36. γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με (ſc. ἱμάτιον,) nudus fui & amiciviſtis me. Apoc. 3, 18. ἱμάτια λευκὰ, ἵνα περιβάλῃ (ſubaudi σε αὐτὰ,) veſtes albas, ut amicias tibi illas. Adhuc in ſignificatione hac veſtiendi occurrit Luc. 23, 11. Joann. 19, 2. paſſ. περιβάλλομαι, amicior, veſtior. Matth. 6, 29. Luc. 12, 27. Apoc. 3, 5. ἵνα περιβαλῶνται ἐν ἱματίοις λευκοῖς, hic amicitur veſtimentis albis. Additur paſſivo huic accuſativus, ita ut περιβάλλομαι ἱμάτιον ſit pro περιβάλλομαι καθ' ἱμάτιον veſtior, idque more verborum veſtiendi. Matth. 6, 31. τί (pro κατὰ τί) περιβαλώμεθα; quid

quid induemus, quo veſtiemur nos? Actor. 12, 8. περιβαλοῦ (κατὰ) τὸ ἱμάτιόν, indue tibi veſtem. Apoc. 19, 8. (coll. cap. 3, 5.) perf. paſſ. partic. περιβεβλημένος, amictus, circumamictus, opertus. Eadem paſſivi conſtructio eſt Marc. 14, 51. περιβεβλημένος σινδόνα (pro κατὰ σινδόνα,) amictus ſindone. cap. 16, 5. Apoc. 7, 9. 13. 10, 1. 3. 12, 1. 18, 16. 19, 8. 13. (confer cum Apoc. 4, 4. & 17, 4.)

Περιβλέπω, f. ψω, Circumſpicio, circum adſpicio, (ex περὶ & βλέπω, video.) med. περιβλέπομαι idem. Marc. 3, 5. καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, & circumſpexit illos cum ira. v. 34. c. 5, 32. 9, 8. 10, 23. 11, 11. Luc. 6, 10.

Περιβόλαιον, αίου, τὸ, 1) *Amictus*, *veſtimentum*, (a περιβολὴ, veſtitus & cultus exterior, ſtola, a περιβάλλω.) Hebr. 1, 12. 2) *Velamen*. 1. Cor. 11, 15. ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ, coma loco velaminis datur ipſi.

Περιδέω, *Circumligo*, obligo. paſſ. περιδέομαι circumligor, (ex περὶ & δέω, ligo.) Joann. 11, 44. σουδαρίῳ περιεδέδετο, ſudario vinctus erat.

Περιδρέμω, quære in περιτρέχω.

Περιεργάζομαι, f. άσομαι, *Curioſus ſum*, curioſe ago, inaniter ſeu fruſtra ſatago, (a περίεργος.) 2. Theſſ. 3, 11. nihil operantes, ἀλλὰ περιεργαζομένους, ſed inaniter ſatagentes.

Περίεργος, ος, ον, ου, 1) *Curioſus*, *ſupervacaneus*, (a περὶ & ἔργον, opus, qui circa opus aliquod circumit, ſed illud non tangit, qui ſecundum admonitionem Paulli 2. Tim. 3, 17. non eſt πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος, ad omne opus bonum perfectus: vel ſi quis parerga tractat, primarium vero negligit.) 1. Tim. 5, 13. φλύαροι καὶ περίεργοι, nugatores & curioſi. 2) *Magicus*. Actor. 19, 19. ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, multi autem eorum, qui illa curioſa fecerant, h. e. magica, ut oſtendit Ramireſius Pentecont. c. 36. Epheſus vero magicis artibus erat percelebris, unde Ἐφέσια γράμματα apud Heſychium. Confer Urſinum Anal. 2, 2. 5. Grotium & Clericum ad Menandrum παιδίῳ. v. 4. Diogenianus Proverb. Cent. 4, 28. Appendix Vaticana Cent. 1, 95. Suidas Cent. 7, 29. περίεργον μαγγανείαν, curioſam incantationem Bileami vocat Gregorius Nyſſenus de vita Moſis p. 68. & magiam, quam δαιμόνων ἐνεργείᾳ exercuit, περιεργοτέρᾳ τινὶ δυνάμει tractaſſe ibidem dicitur.

Περιέρχομαι, f. ἐλεύσομαι, 1) *Circumeo*, obambulo, peragro, (ex περὶ & ἔρχομαι, venio.) Act. 19, 13. ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων, a Judæis circumvagantibus. 1. Tim. 5, 13. Hebr. 11, 37. 2) *Venio*. Actor. 28, 13. ὅθεν περιελθόντες, unde venientes.

Περιέχω, 1) *Contineo*, *comprehendo*, (ex περι & ἔχω, habeo, teneo.) Act. 23, 25. 1. Petr. 2, 6. διὸ καὶ περιέχει (ſc. ὁ Θεὸς) ἐν τῇ γραφῇ, ideo etiam comprehendit in ſcriptura. 2) *Occupo*, *circumdo*. Luc. 5, 9. θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν, ſtupor enim oc-

cupavit ipsos. Psalm. 30, 7. ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με, ab angustia, quæ circumdedit me.

Περιζωννύω vel περιζώννυμι, f. ζώσω, 1) *Cingo*, accingo, præcingo, (ex περὶ & ζωννύω, cingo.) medium περιζώννυμαι, præcingo me ipsum. Luc. 12, 37. ὅτι περιζώσεται καὶ ἀνακλινεῖ αὐτούς, præcinget se & discumbere faciet ipsos. Olim stolæ & vestes longæ in usu erant, inde necesse erat, ut se præcingerent. Sic cap. 17, 8. Act. 12, 8. Apoc. 1, 13. 15, 6. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς, cincti circa pectora zonis aureis. Atque propter hoc ipsum denotat 2) *Præparo*: Sicut etiam Latini dicunt: operi se accingere, h. e. præparare & paratum esse. Ephes. 6, 14. στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, state igitur cingentes vos secundum lumbum vestrum in veritate. Luc. 12, 35. ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμένοι, sunto vestri lumbi præcincti, h. e. estote parati in fide & spiritu vestro. Cæterum pro more verborum vestiendi admittit accusativum, ut loco c. Ephes. 6, 14. περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν (pro περὶ vel κατὰ τὴν ὀσφῦν.) Sic Apoc. 1, 13. 15, 6.

Περίθεσις, εως, ἡ, *Circumpositio*, actio circumponendi seu circumdandi sibi aliquid, (ex περὶ & τίθημι, pono.) 1. Petr. 3, 3. ubi modus vestium muliebrium describitur, κόσμος περιθέσεως χρυσίων, mundus circumponendi sibi vestes & ornamenta aurea.

Περίστημι, 1) *Circumsto*, circumdo, (ex περὶ & ἵστημι, sisto, sto.) Joann. 11, 42. ὄχλον περιεστῶτα, populum circumstantem. Act. 25, 7. 2) περίσταμαι, *Vito*, *devito*, aor. 2. imper. περίσασο, cohibe, vita, declina. 2. Tim. 2, 16. Tit. 3, 9. μάχας νομικὰς περίσασο, controversias legales devita. Hesychius: περίσασο, περίτρεπε, ἀνάφευγε.

Περικάθαρμα, ατος, τὸ, *Purgamentum*, lustramentum, (a περικαθαίρω, circumquaque purgo, Jesa. 6, 7. ex περὶ & καθαίρω, purgo.) 1. Cor. 4, 13. ὡς περικαθάρματα καὶ περιψήματα, Apostoli habiti sunt tanquam homines scelerati, qui civitatem morte sua purgare credebantur. Vide supra in κάθαρμα. Sunt, qui textum ita legunt, ὥσπερεὶ καθάρματα, sed his obstat, quod in versione LXX. virali compositum habetur. Proverb. 21, 18. περικάθαρμα δικαίῳ ἄνομος, impius est purgamentum justo, h. e. ab ipso, utpote homo sceleratissimus, evitatur.

Περικαλύπτω, f. ψω, p. κεκάλυφα, *Obtego*, *obvelo*, cooperio, obnubo, (ex περὶ & καλύπτω, tego.) Marc. 14, 65. περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον, obtegere faciem. Luc. 22, 64. Hebr. 9, 4. Arca fœderis erat περικεκαλυμμένη πάντοθεν χρυσίῳ, undique obducta auro.

Περίκειμαι, *Circumjaceo*, circumponor, circumdor. Marc. 9, 42. εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, si circumponatur lapis molaris circa collum ipsius. Luc. 17, 2. Hebr. 12, 1. νέφος μαρτύρων περικείμενον ἡμῖν, nubes s. magna multitudo testium nos circumstat. Deinde modo singulari verbum hoc con-

conſtruitur cum accuſativo, ut verba veſtiendi. Act. 28, 20. τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι, ſupple ita: περὶ τὴν ἅλυσιν, catenam hanc circumjaceo, vel hac catena circumdor. Sic Hebr. 5, 2. αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν ipſe circumdatus eſt infirmitate.

Περικεφαλαία, ας, ἡ, *Galea, caſſis*, (ex περὶ & κεφαλὴ, caput.) 1. Sam. 17, 49. In N. T. tantum metaphorice. Epheſ. 6, 17. περικεφαλαία τὸ σωτηρίε, galea ſalutis, h. e. ipſius Chriſti, (nam is σωτήριον dicitur. Luc. 2, 30.) Eadem phraſis exſtat Jeſa. 59, 17. Κύριος περιέθετο περικεφαλαίαν σωτηρίε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

Περικρατὴς, έος, ἔς, ὁ, ἡ, *Compos*, (ex περὶ & κρατέω, potens ſum, item apprehendo, teneo.) Actor. 27, 16. μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης, vix ſcaphæ compotes fieri poteramus.

Περικρύπλω, f. ψω, Circumocculto, *occulto*, (ex περὶ & κρύπλω, occulto.) Luc. 1, 24. περιέκρυβεν ἑαυτὴν, occultavit ſemet ipſam.

Περικυκλόω, ῶ, f. ώσω, *Circumdo, cingo*, (ex περὶ & κυκλόω, circulo concludo.) Luc. 19, 43. καὶ περικυκλώσουσί σε, & cingent te.

Περιλάμπω, f. ψω, *Circumfulgeo*, ſplendore ac lumine circumfundo, *undique illuſtro*, conluceo, (ex περὶ & λάμπω, ſplendeo.) Luc. 2, 9. δόξα κυρίε περιέλαμψεν αὐτὲς, gloria Domini circumluxit ipſos. Actor. 26, 13.

Περιλείπω, f. ψω, 1) *Relinquo*, reliquum facio, (ex περὶ & λείπω, linquo.) 2) περιλείπομαι, reliquus ſum, ſuperſum, ſuperſtes ſum. 1. Theſſ. 4, 15. 17. οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τῦ Κυρίε, qui vivi ſuperſunt ad adventum Domini.

Περίλυπος, ε, ὁ, ἡ, Summopere dolens, *undiquaque ſeu valde triſtis*, (ex περὶ & λύπη, dolor.) Matth. 26, 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μυ, valde triſtis eſt anima mea. Marc. 6, 26. 14, 34. Luc. 18, 23. 24. Pſalm. 42, 5. 11. ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μυ; cur tam valde triſtis es, anima mea? Ex profanis exempla habet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 120.

Περιμένω, *Exſpectо, maneo*, operior, (ex περὶ & μένω, maneo,) cum accuſativo. Act. 1, 4. Apoſtoli Hieroſolymis debebant περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν, exſpectare promiſſionem ſ. rem promiſſam, nempe Spiritum Sanctum.

Πέριξ, adv. *Circum*, circa, circumquaque, circumcirca, undique, (Attice pro περί.) Act. 5, 16. τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων (ſc. ἐσῶν,) multitudo, quæ circumquaque erant, civitatum.

Περιοικέω, ῶ, f. ήσω, *Circum habito*, accola ſum (ex περὶ & οἰκέω habito.) Luc. 1, 65.

Περιούσιος, ε, ὁ, ἡ, *Peculiaris, eximius*, præſtans, (a περίειμι, ſuperior ſum, antecello, abundo, reliquus ſum, ex περὶ & εἰμὶ, ſum.) Tit. 2, 14. καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων, & purget ſibi populum peculiarem, zeloten bonorum operum. Hebraice עם סגולה. Chriſtiani ſunt λαὸς περιούσιος: quidnam vero illi περιποιῆσιν ſ. adquirunt & adquirere debent?

Apostolus addit: sunt ζηλωταὶ καλῶν ἔργων. Illa vero non sibi adquirunt, sed Deo, cujus honor per illa amplificatur. Matth. 5, 16. Utuntur LXX. Exod. 19, 5. Deuter. 7, 6. 14, 2. 26, 18. Psalm. 135, 4. ἐξελέξατο Ἰσραὴλ εἰς περιούσιασμὸν ἑαυτῷ, elegit Israëlem in peculium sibi.

Περιοχὴ, ῆς, ἡ, 1) *Comprehensio*, complexio, ambitus, (a περιέχω, contineo.) 2) *Textus* scripti alicujus. Act. 8, 32. ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς αὕτη ἦν, textus vero scripturæ (quam tunc legebat) hic erat.

Περιπατέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Eo*, *ambulo*, (ex περὶ & πατέω, calco.) Matth. 4, 18. περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν, ambulans vero Jesus juxta mare. c. 9, 5. ἔγειραι καὶ περιπάτει, surge & ambula. c. 11, 5. χωλοὶ περιπατοῦσιν, claudi ambulant. 2) Usurpatur *de cursu* & transactione *vitæ*: *gero me*. Joann. 8, 12. ὃ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ non ambulabit in tenebris, h. e. in peccatis. Rom. 13, 13. εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, honeste nos geramus. Gal. 5, 16. πνεύματι περιπατεῖτε, Spiritu ambulate, h. e. secundum interiorem hominem. Ephes. 5, 2. περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, ambulate in amore.

Περιπείρω, *Circumcirca transfigo*, adfigo, (ex περὶ & πείρω, transfigo,) Metaph. 1. Tim. 6, 10. ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς, semetipsos cruciarunt doloribus multis.

Περιπίπτω, *Incido*, *irruo*, (ex περὶ & πίπτω, cado.) aor. 2. περιέπεσον. Luc. 10, 30. λῃσταῖς περιέπεσεν, in latrones incidit. Act. 27, 41. Jac. 1, 2. ἐὰν πειρασμοῖς περιπέσητε, si in tentationes incidatis.

Περιποιέω, ῶ, & περιποιέομαι, οῦμαι, *Adquiro*, *comparo*, vindico mihi, adsero mihi, (ex περὶ & ποιέω, facio.) Act. 20, 28. ἣν (ποίμνην) περιεποιήσατο, quem gregem Christus sibi sanguine suo acquisivit. 1. Tim. 3, 13. βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, gradum sibi bonum acquirunt. 1. Maccab. 6, 44. καὶ περιποιῆσαι ἑαυτῷ ὄνομα αἰώνιον, & acquirere sibi nomen æternum. Græci Interpretes V. T. hoc verbo quam sæpissime utuntur. Singulare vero est illud Genes. 12, 12. interficient me, σὲ δὲ περιποιήσονται, tibi vero vitam conservabunt. Confer Exod. 1, 16. 32, 14. Numer. 22, 33. Jos. 6, 17. 1. Sam. 15, 3. 15. Applicentur hæc ad locum Actorum modo adductum.

Περιποίησις, εως, ἡ, *Adquisitio*, vindicatio & adsertio, (a περιποιέω.) Ephes. 1, 14. εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, ad redemtionem adquisitionis, i. e. qua nos homines amissos sibi adquisivit. 1. Thess. 5, 9. εἰς περιποίησιν σωτηρίας, in adquisitionem salutis. 2. Thess. 2, 14. Hebr. 10, 39. εἰς περιποίησιν ψυχῆς, in adquisitionem animæ. 1. Petr. 2, 9. λαὸς εἰς περιποίησιν, populus ad adsertionem, h. e. quem sibi sangvine suo adseruit.

Περιῤῥήγνυμι vel περιῤῥηγνύω, *Circumrumpo*, circumcirca abrumpo, dirumpo, lacero, (ex περὶ & ῥήγνύω, rumpo. Act. 16, 22. περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, lacerantes ipsorum vestimenta.

Περι-

Περισπάω, ῶ, f. άσω, 1) *Circumcirca detrabo*, avello, deſtringo. 2) *Diſtrabo*, i. e. in diverſum traho. 3) *Diſtrabo in negotiis*, curis & negotiis onero, *diſtineo*, (ex περὶ & σπάω, traho.) Luc. 10, 40. Martha περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν, diſtrahebatur multo miniſterio. Eccleſiaſtæ 1, 13. Deus dedit homini περισπασμὸν πονηρὸν, τὸ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ, diſtractionem malam, ut diſtraherentur in illa. Adde c. 2, 26. 4, 8. 5, 13.

Περισσεία, ας, ἡ, *Abundantia*, (a περισσεύω.) 2. Cor. 10, 15. εἰς περισσείαν, in abundantiam. Rom. 5, 17. περισσεία τῆς χάριτος, abundantia gratiæ, h. e. gratia abundans. Sic 2. Corinth. 8, 2. Jacob. 1, 21.

Περίσσευμα, ατος, τὸ, 1) *Abundantia*, (ab eodem.) Matth. 12, 34. ἐκ τῆς περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ, ex abundantia cordis os loquitur. Luc. 6, 45. 2. Cor. 8, 13. 14. 2) *Reliquiæ*. Marc. 8, 8. ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ſuſtulerunt reliquias fragmentorum.

Περισσεύω, f. εύσω, 1) *Abundo, ſuperfluo*, (a περισσός.) Luc. 15, 17. μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύονται (ἐξ) ἄρτων, mercenarii patris mei ſuperfluos habent panes. 1. Cor. 14, 12. 15, 58. περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε, abundantes in opere Domini ſemper. 2. Cor. 1, 5. 4, 15. Epheſ. 1, 8. Phil. 1, 9. 26. Col. 2, 7. 1. Theſſ. 4, 1. 10. paſſ. περισσεύομαι, abundo, fut. Matth. 13, 12. & 25, 29. omni habenti dabitur καὶ περισσευθήσεται & abundabit. 2) *Superſum, reliquus ſum*. Joann. 6, 12. 13. ὃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν, quæ ſupererant illis, qui comederant. Sic in participio ſubſtantive uſurpatur τὸ περισσεῦον, illud quod ſupereſt, reliquiæ. Matth. 14, 20. τὸ περισσεῦον (ſc. μέρος) τῶν κλασμάτων, reliquum fragmentorum. c. 15, 27. Marc. 12, 44. Luc. 21, 4. Sic in aor. 1. περισσεῦσαι, illud, quod reliquum fuit. Luc. 9, 17. 3) *Præſtans & excellens ſum*, prærogativam habeo. Matth. 5, 20. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον, niſi præſtans ſit juſtitia veſtra plus. Rom. 3, 7. 1. Cor. 8, 8. 2. Cor. 3, 9. 4) *Abundare facio*. 2. Cor. 9, 8. Potens eſt Deus, πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, omnem gratiam abundanter exhibere vobis. 1. Theſſ. 3, 12.

Περισσὸς, ἡ ὸν, 1) *Præſtans, excellens*, egregius, qui præ ceteris aliquid habet, quo illis præſtet, (a περί.) Matth. 5, 47. τί περισσὸν ποιεῖτε; quid præſtantius facitis? poſitivus eſt pro comparativo. Comparat. περισσότερος, έρα, ον, præſtantior, excellentior, inſignior. Matth. 11, 9. καὶ περισσότερον προφήτου, etiam excellentiorem propheta. Luc. 7, 26. 1. Cor. 12, 23. 24. 2) *Redundans, copioſus*, multus, magnus, gravis: inde ἐκ περισσοῦ, abundanter, copioſe. Marc. 14, 31. λίαν ἐκ περισσοῦ, valde abundanter, copioſe. Marc. 6, 51. Et ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, ſuper abundanter Epheſ. 3, 20. 1. Theſſ. 3, 10. 5, 13. Sic in comparativo περισσότερος, abundantior, copioſior, major, gravior. Matth. 23, 14. λήψεσθε περισσότερον κρίμα, accipietis majorem ſ. graviorem damnatio-

nem. Marc. 12, 40. Luc. 12, 4. 48. neutrum περισσότερον adverbialiter: magis, abundantius, copiosius. Marc. 7, 36. περισσότερον ἐκήρυσσον, magis prædicabant. 1. Cor. 15, 10. Hebr. 6, 17. 7, 15. 3) *Modum excedens*, qui est ultra id, quod esse debet. Matth. 5, 37. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν, illud, quod supra hæc est, ex malo est. 4) *Superfluus*, *nimius*, supervacaneus, redundans. 2. Cor. 9, 1. περισσόν μοι ἐστὶ τὸ γράφειν ὑμῖν, superfluum mihi videtur scribere vobis. Tandem nec omittendum neutrum περισσὸν, τὸ, substantive sumi. α) *Præstantia*, *excellentia*, Rom. 3, 1. τί οὖν τὸ περισσὸν (sc. μέρος) τοῦ Ἰουδαίου; quæ igitur est excellentia Judæi? β) *Abundantia*, Joann. 10, 10. καὶ περισσὸν ἔχωσιν, & abundantiam habeant.

Περισσοτέρως, adv. 1) *Magis*, *vehementius*, (a compar.) περισσότερος.) Marc. 15, 14. περισσοτέρως ἔκραξαν, vehementius clamarunt. 2. Cor. 11, 23. 12, 15. 2) *Inprimis*, *præcipue*, potissimum. 2. Cor. 1, 12. περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς, præcipue vero apud vos. Hebr. 13, 19.

Περισσῶς, adv. *Valde*, *vehementer*, abunde, (a περισσός.) Matth. 27, 23. Marc. 10, 26. οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, illi vero valde percellebantur. Act. 26, 11.

Περιστερὰ, ᾶς, ἡ, *Columba*. Matth. 10, 16. ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί, innocentes sicut columbæ. cap. 21, 12. Marc. 11, 15. Luc. 2, 24. 16. Matth. 3, 16. καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, & vidit Spiritum Dei descendentem tanquam columbam. Disputant eruditi, utrum Spiritus S. tam celeriter, sicut columba, an in forma columbina se demiserit, sed non est, quod multam moveamus litem. Judæi jam olim crediderunt, columbam, quam Noachus ex arca emisit, hanc rem præfigurasse, nimirum Spiritum S. se sub columbæ specie manifestaturum esse, quemadmodum Pater per senem, & persona secunda per filium hominis conspiciendos se exhibuerunt. Daniel. 7, 13.

Περιτέμνω, f. εμῶ, 1) Amputo, *Circumcido*, (ex περὶ & τέμνω, seco.) In scriptura tantum usurpatur de ceremonia illa divinitus institutа, per quam Judæi fœderis cum Deo participes fiebant, & in populum ipsius initiabantur. Joann. 7, 22. περιτέμνετε ἄνθρωπον, circumciditis hominem. Act. 15, 5. 21, 21. aor. 2. περιέτεμον. Luc. 1, 59. & 2, 22. τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, circumcidendi caussa puerum. Act. 7, 8. 16, 3. καὶ λαβὼν (sc. αὐτὸν) περιέτεμεν αὐτὸν, postquam sumsit illum, circumcidit. Pass. περιτέμνομαι, circumcidor. Act. 15, 1. 24. λέγοντες περιτέμνεσθαι (sc. δεῖν,) dicentes, oportere circumcidi. 1. Cor. 7, 18. Gal. 2, 3. 2) Metaphorice de circumcisione spirituali: h. e. de mortificatione naturæ peccatis corruptæ, occurrit. Col. 2, 11. περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, circumcisi estis circumcisione non manibus facta.

Περιτίθημι, f. θήσω, aor. 2. περιέθην, part. περιθεὶς, *circumpono*, vel *circumdo*, (ex περὶ & τίθημι, pono.) Matth. 21, 33.

φραγμὸν

φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, sepem ipsi circumdedit. c. 27, 28. περιέθηκεν αὐτῷ χλαμύδα, circumdedit ipsi chlamydem. v. 48. καὶ περιθεὶς καλάμῳ (sc. σπόγγον,) & circumponens calamo spongiam. Marc. 12, 1. 15, 17. 36. Joann. 19, 29. 1. Cor. 12, 23.

Περιτομή, ῆς, ἡ, 1) *Circumcisio*, (a περιτέμνω.) Ceremonia illa Vet. T. quæ erat juris divini. Joann. 7, 22. Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, Moses tradidit vobis circumcisionem. Act. 7, 8. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς, & dedit ipsi fœdus circumcisionis. Rom. 4, 10. 11*. καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, & signum accepit circumcisionis. σημεῖον περιτομῆς, pro σημεῖον, quod est περιτομή. Buxtorf. Catalect. c. 7. conf. Primasium p. 36. 1. Cor. 7, 19. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, circumcisio nihil est. 2) Metaphorice, *circumcisio spiritualis*, mortificatio carnis ipsiusque cupiditatum. Rom. 2, 29. ἡ περιτομὴ τῆς καρδίας, circumcisio cordis. Col. 2, 11. 3) *Judaismus*, *Judæi circumcisi*, per metonymiam adjuncti pro subjecto, sicut per ἀκροβυστίαν, gentilismus intelligitur. Rom. 3, 30. ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, qui justificabit Judæos circumcisos ex fide. cap. 4, 9. 12. 15, 8. Gal. 2, 7. 8. 9. Ephes. 2, 11. Inde etiam οἱ ἐκ περιτομῆς, Judæi vocantur. Act. 10, 45. 11, 2. Gal. 2, 12. Col. 4, 11. Tit. 1, 10. 4) Ii, qui sunt spiritu circumcisi, h. e. qui carnem suam cum concupiscentiis, mortificant. Rom. 3, 30. Phil. 3, 3. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή, nos enim sumus tales circumcisi, qui spiritu Deo serviunt.

Περιτρέπω, f. ψω, Proprie, 1) *Circumverto*, circumago, ex περὶ & τρέπω, verto.) 2) *Induco*, *impello*, adigo. Act. 26, 24. τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει, multa te studia in emotionem mentis perduxerunt. Alias περιτρέπειν apud Interpretes Græcos est evertere, subvertere.

Περιτρέχω, *Circumcurro*, percurro, currendo circumeo, (ex περὶ & τρέχω, curro.) Marc. 6, 55. περιδραμόντες (aor. 2. part.) ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην)sc. χώραν, cum percurrissent totam circumjacentem illam regionem.

Περιφέρω, f. περιοίσω, 1) *Circumfero*, (ex περὶ & φέρω, fero.) Marc. 6, 55. τὰς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, male se habentes secum ferre. 2. Cor. 4, 10. 2) *Circumago*, *in errorem induco*, perturbo, inde pass. περιφέρομαι circumferor, circumagor, perturbor, in errorem inducor. Ephes. 5, 14. περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, in errorem inducti ab omni vento doctrinæ. Hebr. 13, 9. Judæ v. 12. Hesychius περιφέρεται, πλανᾶται. Adde Elsneri Obs. sacr. tom. 2. p. 214.

Περιφρονέω, ῶ, f. ήσω, 1) Circumquaque mentem verto, *contemplor*, inquiro. 2) *Contemno*, *despicio*, (a περίφρων, valde prudens, sapiens, item contemtor, superbus, (ex περὶ & φρὴν, mens.) Tit. 2, 15. μηδείς σε περιφρονείτω, nemo te contemnat. Hesychius: περιφρονεῖς, ὑπερφρονεῖς.

Περί-

Περίχωρος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Circumjacens*, finitimus, *vicinus*. 2) Περίχωρος (sc. ἡ γῆ,) *Circumjacens regio*. Substantive enim accipitur, (ex περὶ & χῶρος, locus.) Matth. 3, 5. καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου, & omnis Jordanis regio. cap. 14, 35. Marc. 1, 28. εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας, in totam circumjacentem Galilææ regionem. Luc. 3, 3. 4, 14. 37. 7, 17. 8, 37. Act. 14, 6.

Περίψημα, ατος, τὸ, 1) *Sordes* & *purgamenta* detersione & frictione detracta, (a περιψάω, circumquaque abstergo, seu defrico, (ex περὶ & ψάω, tergo.) 2) *Homo piacularis*, in quem omnium hominum peccata expianda quasi imponuntur. 1. Cor. 4, 13. πάντων περίψημα erant Apostoli, nempe ab omnibus tales fuerunt habiti. Occurrit Tobiæ 4, 18. sed inde nullam significationem exsculpes. Grotius locum allegat, quasi a Symmacho Jerem. 22, 24. productum, sed græca ejus ibi non exstant. Hesychius: περιψήματα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα.

Περπερεύομαι, *Effero me*, jactationi aut vanæ ostentationi deditus sum, item *perperam ago*, (a πέρπερος, quod idem est ac λάλος, loquax, item levis, temerarius, præceps, vanus.) 1. Cor. 13, 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, amor se non effert, perperam agit. Hesychius: περπερεύεται, κατεπαίρεται. Hæc vox scriptoribus græcis non admodum frequens est. Verbo compositio ἐμπερπερεύεσθαι utitur Cicero ad Atticum 1, 11. pro: laudibus se ipsum efferre & ostentare: quæ & vera hujus loci significatio est. Sceptici eam orationis texturam, quæ circa litterarum & syllabarum quantitatem versatur & concinnam partium orationis structuram vocabant, πέρπερον καὶ περιεργοτέραν. Sextus Pyrrhon. hypoth. 1, 33. Adde Is. Casauboni Epistolam de hac voce in Casaubonianis p. 180. seqq. ibi annotationes Wolfii p. 346. Bengelium ad Gregorii Thaumaturgi Panegyr. Origenis p. 141.

Περσὶς, ίδος, ἡ, *Persis*, nomen mulieris Christianæ. Rom. 16, 12. ἀσπάσεσθε Περσίδα, salutate Persida.

Πέρυσι, adverb. temporis: 1) *Anno præterito*, anno superiori. 2) *Ante hac*, ante hoc tempus, abhinc jam pridem. 2. Cor. 8, 10. 9, 2. Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι, Achaia præparata est jam pridem.

Πετάομαι, ῶμαι, *Volo*, particip. πεταόμενος, ώμενος, volans. Apoc. 4, 7. ἀετῷ πετωμένῳ, aquilæ volanti. c. 8, 13. 14, 6. 19, 17. Dicitur etiam πέτομαι, & πέταμαι, volo. Apoc. 12, 14. ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον, ut volet in desertum.

Πετεινὸς, ἡ, ὸν, *Volucris*, volucer, (a πετάομαι.) Hinc πετεινά, ῶν, τὰ (sc. ὄρνεα vel etiam ζῶα, animalia,) *volucres*, *aves*. Matth. 6, 26. ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, inspicite in volucres cœli. Luc. 8, 5. 9, 58. Jacob. 3, 7. omnis natura θηρίων τε καὶ πετεινῶν, animantium & volucrum.

Πέτρα, ας, ἡ, 1) *Petra*, saxum, rupes, (a πέτρος, lapis, saxum.) Matth. 7, 24. 25. τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, fundata enim

enim erat ſuper petram. Marc. 15, 46. Apoc. 6, 15. 16. 2) *Chriſtus* eſt petra ſpiritualis eccleſiæ ſuæ. 1. Cor. 10, 4.* ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. Bibebant enim ex ſpirituali ſequente petra: petra vero erat Chriſtus. Ex hoc loco patet, per petram hanc ſpiritualem, Chriſtum ſe intelligere, de qua ſermo eſt Matth. 16, 18. κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, & ego vero tibi dico, quod tu es Petrus, ſed ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam: ubi per Petram non Petrum, ſed ſeipſum & Petri de ipſo confeſſionem, quod nempe filius Dei vivi ſit, indigitat. Chriſtus, quum verba illa: ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ pronunciaret, digitum in ſemetipſum intendit, ſeque oſtendit: Sic David Pſalm. 34, 7. Joann. 2, 19. Solvite templum hoc, nimirum corporis, quod Chriſtus tunc indice digito ipſis oſtendit. Sic cap. 6, 50. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. (Plura vide in ἕτος.) Porro vox καὶ vertenda eſt *verum, ſed*, prout exempla quam plurima apud Noldium in Concord. particularum oſtendunt. Sic ergo ſenſus erit talis: Tu ſane es Petrus, vir nominis tui, & hac edita confeſſione oſtendiſti, te non algam eſſe, ſed Petram; verum in hac petra (ſeipſum vero indigitabat) ædificabo eccleſiam, non in te, qui tantum petra es petræ meæ ſuperſtruenda.

Πέτρος, ου, ὁ, *Petrus*, nomen primi inter diſcipulos Chriſti & præcipui Apoſtoli, græcum, quod ipſi a Jeſu fuit impoſitum, reſpondet nomini Syriaco Κηφᾶς, quod erat antea nomen ipſius, a כֵּיפָא, petra. Πέτρων vero Attici ſcriptores, Sophocles & Æſchines, etiam πέτρον dixerunt, quorum loca indicavit Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 111. Nec abludunt Interpretes Vet. Teſtamenti. Aquila Pſalm. 78, 15. ἔσχισε πέτρας ἐν ἐρήμῳ, ſcidit petras in deſerto. 2. Maccab. 1, 16. βάλλοντες πέτρας, projicientes lapides. c. 4, 41. συναρπάσαντες πέτρας, corripientes lapides. Matth. 4, 18. vidit duos fratres, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, Simonem, qui dicitur Petrus. c. 10, 2. 16, 18. ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, quod tu es Petrus: (de his verbis vide in πέτρα.) cap. 17, 1. 24. &c. Quia erat unus ex illis, quos Chriſtus ratione ordinis & temporis primos elegerat, inde inter diſcipulos plerumque ſermonem ducebat, atque ceteros ſæpius oratione præveniebat. Matth. 14, 28. 15, 15. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ, incepit vero loqui Petrus & dixit illi. cap. 16, 16. 22. 17, 4. &c. neque tamen exinde ad fictitium quendam primatum concludas.

Πετρώδης, εος, ὁ, ἡ, *Petroſus, ſaxoſus*, lapidoſus, (a πέτρα.) Marc. 4, 5. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες (ſubint. χωρίον vel μέρος τῆς τόπου,) alia vero ceciderunt ſuper petroſa loca. Sic in plural. τὰ πετρώδη (ſc. χωρία ſ. μέρη τῆς τόπου,) loca petroſa. Matth. 13, 5. 20. Marc. 4, 16.

Πήγα-

Πήγανον, ε, τὸ, *Ruta*, herbæ nomen, (a πήγνυμι.) Luc. 11, 42.

Πηγή, ῆς, ἡ, 1) *Fons*, ſcatebra, ſeu aqua ſaliens. Joann. 4, 5. ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ, erat vero ibi fons Jacobi. Jac. 3, 11. 12. 2. Petr. 2, 17. Apoc. 8, 10. 14, 7. 16, 4. 2) Catachreſtice Marc. 5, 29. ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς, fons ſanguinis ipſius, *profluvium*, morbus fœminarum. 3) Metaph. pro *verbo Evangelii*. Joann. 4, 14. γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένης εἰς ζωὴν αἰώνιον, fiet in ipſo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Targum Cant. 4, 15. legem vocat puteum aquæ viventis, quod Chriſtus optime ad evangelium ſuum applicat. Illud ſalit εἰς ζωὴν αἰώνιον, qua voce terminus ad quem & cauſſa finalis Evangelii oſtenditur. Apoc. 7, 17. 21, 6.

Πηγνύω ſeu πήγνυμι, f. πήξω, *Compingo*, *pango*, compingendo ſtruo & fabricor. Hebr. 8, 2. ἣν (σκηνὴν) ἔπηξεν ὁ Κύριος, quod tabernaculum compegit Dominus.

Πηδάλιον, ίε, τὸ, *Gubernaculum*, temo ſeu clavus navis, (a πῆδος, ε, vel πῆδον, ligni ſpecies: item remus, ex eo præſertim ligno.) Jacob. 3, 4. Actor. 27, 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων, laxantes vincula gubernaculorum. Nam naves veterum, majores præcipue, duo habebant gubernacula, unum in prora, alterum in puppi. Adde Elsneri Obſ. ſacras tom. 1. p. 488. & Jo. Alberti Obſ. Phil. p. 282.

Πηλίκος, η, ον, *Quantus*, (ab ἡλίκος, idem.) Hebr. 7, 4. θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος, videte vero, quantus ſit hic. Gal. 6, 11. πηλίκοις γράμμασιν, qualibus litteris.

Πηλὸς, οῦ, ὁ, 1) *Lutum*, cœnum, limus. Joann. 9, 6. ἐποίησε πηλὸν fecit lutum. 2) *Argilla*. Rom. 9, 21. aut annon habet ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, poteſtatem argillæ figulus.

Πήρα, ας, ἡ, *Pera*, *ſaccus*, inprimis qualem iter facientes geſtabant. Matth. 10, 10. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, non peram in iter. Marc. 6, 8. Luc. 9, 3. 10, 4. 22, 35. 36.

Πῆχυς, εως, ὁ, *Cubitus*, *ulna*, menſura ſeſquipedalis, menſura a cubito usque ad ſummum medii digiti. Matth. 6, 27. προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα, addere ad ſtaturam ſuam cubitum unum.

Πιάζω, f. άσω, 1) *Prehendo*, apprehendo. Act. 3, 7. καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε, &, poſtquam apprehendit dextra manu, erexit illum. 2) *Comprehendo*, *captivum duco*. Joann. 7, 30. 32. 44. 8, 20. οὐδεὶς ἐπίασεν αὐτὸν, nemo cepit illum. Act. 12, 4. 2. Cor. 11, 32. πιάσαι με θέλων, capere me volens. 3) *Capio*, ut piſces, animal &c. Joann. 21, 3. & illa nocte ἐπίασαν οὐδὲν ceperunt nihil. v. 10. Apoc. 19, 20. καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, & captum eſt animal.

Πιέζω, f. έσω, *Premo*. Luc. 6, 38. μετρὸν καλὸν πεπιεσμένον, menſuram bonam preſſam. Heſychius: πιέζειν, κατέχειν, θλίβειν, σφίγγειν, βαρεῖν,

Πλά-

Πιθανολογία, ας, ἡ, *Sermo plausibilis*, aut persuasibilis, oratio persuasoria, ad persuadendum accommodata, sermonis probabilitas, (ex πιθανὸς, persuasorius, quod est a πείθω, persuadeo, & λόγος, sermo.) Col. 2, 4. μή τις ὑμᾶς παραλογιζέτω ἐν πιθανολογίᾳ, nemo vos decipiat sermone persuasorio. Hesychius contrarium docet: πιθανολογία, διάλεξις, ἀληθής.

Πικραίνω, f. ανῶ, 1) *Amarum reddo*, amaritudinem adfero, (a πικρὸς.) Apoc. 8, 11. 10, 9. πικρανεῖ σε τὴν κοιλίαν, amarum reddet ventrem tuum: & v. 10. ἐπικράνθη ἡ κοιλία με, amarus redditus est venter meus. 2) Metaph. *Exacerbo.* πικραίνομαι, ad iram irritor & accendor. Col. 3, 19. καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτὰς, et ne ad iram irritamini erga illas.

Πικρία, ας, ἡ, 1) *Amarities, amarulentia*, amaror, (ab eodem.) 2) *Exacerbatio*, ad iram irritatio Act. 8, 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας ὁρῶ σε ὄντα, video enim te cum felle amaroris esse. Rom. 3, 14. Ephes. 4, 31. 3) Quævis *res mala in mente* existens. Hebr. 12. 15. μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, ne qua radix amarulentiæ succrescens vos turbet.

Πικρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Amarus, acerbus*, amarulentns. Jacob. 3, 11. τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν, dulce & amarum. 2) *Iratus.* Jac. 3, 14. εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε, si vero zelum virulentum habetis. Hesychius: πικρὸν, χαλεπὸν, ἀργαλέον.

Πικρῶς, adv. *Amare, acerbe.* Matth. 26, 75. & Luc. 22, 62. ἔκλαυσε πικρῶς, flevit amare. πικρὸν δάκρυον occurrit apud Homerum Odyss. 4, 153. Aquila, Symmachus, Theodotion & LXX. Jesai. 33, 7. κλαύσονται πικρῶς, hebr. מר, amare.

Πιλάτος, ε, ὁ, *Pilatus*, nomen præfidis Judææ latinum. Matth. 27, 2. Luc. 3, 1. &c.

Πιμπράω, πιπράω, & πίμπρημι, f. πρήσω, 1) *Incendo, comburo.* 2) *Uro, inflammo*, inflo. πίμπραμαι, inflammor, intumesco, (a πρήθω incendo, inflammo, item flo, inflo, tumidum reddo.) Actor. 28, 6. οἱ δὲ προσεδόκων, αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, illi vero putabant, ipsum inflammatum iri, (a morsu scil. viperæ.) Vide Elsneri Observ. sacr. tom. 1. p. 492. Hesychius: πιμπρᾷν, ἐμπυρίζειν, φυσᾷν, καίειν.

Πινακίδιον, ίε, τὸ, *Tabella*, (diminutivum a πίναξ.) Luc. 1, 63. αἰτήσας πινακίδιον, postulavit pugillarem (sc. libellum.)

Πίναξ, ακος, ὁ, 1) *Tabula, asser*, libellus. 2) *Catinus, patina.* Matth. 14, 8. 11. καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι, & allatum fuit caput ejus super patina. Luc. 11, 39.

Πίνω, fut. πώσομαι, perf. πέπωκα, aor. 2. ἔπιον, 1) *Bibo.* Matth. 11, 19. ἐδίων καὶ πίνων, comedens & bibens. c. 26, 27. πίετε ἐξ αὐτῆς πάντες, bibite ex illo omnes. 2) ἐδίειν καὶ πίνειν, sæpissime conjunguntur, & significatur hac phrasi: hilariter vivere, *convivari*, genio indulgere, & similia. Matth. 11, 18. ἦλθε Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, venit Joannes neque comedens, neque

neque bibens. i. e. converſationem cum aliis vitans. v. 19. 24, 38. 49. Marc. 2, 16. Luc. 5, 30. 33. 1. Cor. 15, 32. φάγωμεν καὶ πίωμεν, edamus & bibamus, i. e. laute vivamus. 3) *Calicem bibere* denotat varias afflictiones & mala ſuſtinere. Matth. 20, 23. τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, poculum quidem meum bibetis. Marc. 10, 39. Apoc. 14, 10. καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, & ille bibet ex vino iræ Dei. 4) *Imbibo*. Hebr. 6, 7. γῆ πιοῦσα τὸν ὑετὸν, terra, quæ imbibit pluviam. 5) Notetur phraſis judaica, πίνειν ἐκ τοῦ ὕδατός τινος, *bibere aquam alicujus*, i. e. diſcipulum eſſe alicujus. Joann. 4, 14.* Phraſis Judaica eſt: Diſcipuli tui ſumus, תַּלְמִידֶיךָ שׁוֹתִים אֲנַחְנוּ, & aquas tuas nos bibimus.

Πιότης, ητος, ἡ, *Pinguedo*, (ἀ πίων, ονος, pinguis.) Rom. 11, 17. τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας, pinguedinis oleæ.

Πιπράσκω, 1) *Vendo*, f. πράσω, perf. πέπρακα, paſſ. πέπραμαι, aor. 1. ἐπράθην, part. πραθεὶς, venditus, (a περάω, tranſeo.) Matth. 13, 46. πέπρακε πάντα, ὅσα εἶχε, vendidit omnia, quæ habuit. Act. 2, 45. 4, 34. 5, 4. καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε, & venditum in tua poteſtate fuit. 2) Senſu improprio. Rom. 7, 14. πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, venditus ſub poteſtatem peccati. Adluditur ad ſervitutem antiquorum, h. e. ſum mancipium peccati. Similis phraſis occurrit 1. Macc. 1, 15. καὶ ἐπράθησαν (ſc. ἕνεκα) τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν, & venditi ſunt male agendi cauſſa.

Πίπτω, f. πεσοῦμαι, perf. πέπτωκα, aor. 2. ἔπεσον, part. πεσὼν, lapſus. 1) *Cado*, *labor*, prolabor. Matth. 7, 25. 27. καὶ ἔπεσε, & cecidit (domus.) cap. 13, 4. ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, quædam ceciderunt juxta viam. Actor. 15, 16. Hebr. 11, 30. Apoc. 14, 8. 2) *Procido in genua*, in faciem. Matth. 2, 11. καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, & procidérunt & adoraverunt. c. 17, 6. ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, procidérunt in faciem ſuam. 3) *Decido*. Matth. 10, 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, & unum ex illis non decidet ſuper terram. cap. 15, 14. ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται, ambo in foveam decident. cap. 24, 29. οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ſtellæ decident de cœlo. 4) *Incido*, de improviſo venio. Act. 1, 26. καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, & cecidit ſors in Matthiam. Hebr. 4, 11. Jacob. 5, 12. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε, ne ſub judicium incidatis. Apoc. 7, 16. 11, 11. 5) *Pecco*, labor in peccata. Rom. 11, 11. 22. 14, 4. στήκει ἢ πίπτει, ſtat aut cadit. 1. Cor. 10, 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ, qui videtur ſibi ſtare, videat, ne cadat. Hebr. 4, 11. 6) *Deficio*, *intereo*. Luc. 16, 17. ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν, quam ut legis apicula una intereat, Act. 15, 16. Apoc. 11, 13. 14, 8. 16, 19. αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον, civitates gentium interierunt. 7) *Interficior*. Luc. 21, 24. πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, cadent ſ. interibunt ore gladii. 1. Cor. 10, 8. Hebr. 3, 17. Apoc. 17, 10.

Πισιδία, ας, ἡ, *Piſidia*, nomen regionis in Aſia minori. Actor. 13, 14. 14, 24.

Πι-

Πιστεύω, f. εὑσω, 1) *Credo, fidem habeo* alicui. Matth. 27, 42. καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ, & credemus ipsi. Marc. 16, 13. οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν, neque illis crediderunt. Joann. 2, 22. καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, & crediderunt scripturæ. cap. 5, 46. εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοὶ, si crederetis Mosi, crederetis mihi. cap. 12, 38. τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; quis fidem habuit prædicationi nostræ? Πιστεύομαι, credor. Rom. 10, 10. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται, corde enim creditur. 1. Tim. 3, 16. ἐπιστεύθη τῷ κόσμῳ, creditus fuit a mundo, fides ipsi a mundo habita fuit. 2) *Fidem salvificam habeo*, credo in Deum, Christum & doctrinam ejus, fido, confido Deo, Christo ipsiusque gratiæ, fiduciam pono in eo. Varie in hoc significatu constructur. Absolute. Matth. 21, 22. Marc. 5, 36. μόνον πίστευε, crede modo. c. 9, 23. 24. 16, 16. ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, qui credidit & baptizatus fuerit, salvabitur. Act. 13, 39. πᾶς ὁ πιστεύων δικαιῶται, omnis qui credit, justificatur. Cum Dativo. Gal. 3, 6. Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, Abraham credidit Deo. Tit. 3, 8. Jacob. 2, 23. 1. Joann. 3, 23. ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ut credamus nomini filii ejus. cap. 5, 10. Cum præpositione εἰς. Matth. 18, 6. τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, parvulorum horum, qui credunt in me. Joann. 3, 18. ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Cum ἐν. Marc. 1, 15. καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, & credite in Evangelium. Cum ἐπὶ tum Dativi, Luc. 24, 25. τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, credendi caussa omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. Rom. 9, 33. πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται, omnis, qui credit in illum, non ignominia adficietur. cap. 10, 11. 1. Tim. 1, 16. 1. Petr. 2, 6. tum accusativi. Actor. 16, 31. πίστευσον ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, crede in Dominum Jesum Christum. Rom. 4, 5. 24. 3) Sequor aliquem, *doctrinam alicujus suscipio* illique fidem habeo. Matth. 21, 25. & 32. καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ, (sc. Ἰωάννῃ,) & doctrinæ ejus non credidistis. cap. 24, 23. 26. 27, 42. Act. 8, 12. 4) *Fidem Christianam recipio*, converto me ad fidem. Marc. 16, 17. Joann. 2, 11. 23. πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, multi crediderunt in nomen ipsius. i. e. facti sunt sectatores Christi, ipsiusque confessores. c. 7, 31. 48. Act. 4, 32. τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων, multitudinis credentium s. Christianorum. cap. 9, 42. 19, 2. num dona Spiritus S. extraordinaria accepistis, πιστεύσαντες; cum fidem Christianam amplexi estis? Rom. 13, 11. νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, nunc enim propinquior nostra salus est, quam eo tempore, quo ad fidem Christianam conversi sumus. Et sic quoque Syrus. 5) *Fidem miraculosam habeo.* Matth. 9, 28. πιστεύετε, ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; num creditis, quod possim hoc facere? Marc. 5, 36. 9, 23. πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, omnia possibilia sunt credenti. 6) *Concredo, committo*, trado. Luc. 16, 11.

τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; verum quis vobis committet? Joann. 2, 24. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, ipse vero Jesus non tradebat seipsum illis. Plane singularis est usus passivi in hac significatione, πιστεύομαι, *concreditur mihi*, & cum accusativo construitur. 1. Cor. 9, 17. οἰκονομίαν πεπίστευμαι, œconomia concredita mihi fuit, vel quod adtinet ad œconomiam, fidelis habitus sum. Eadem constructio. Gal. 2, 7. πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, concreditum mihi est evangelium ad præputium, i. e. Judæos. 1. Thess. 2, 10. 2. Thess. 1, 10. 1. Tim. 1, 11. Tit. 1, 3. Adde Rom. 3, 2. ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, quia concredita sunt illis verba Dei. Alia exempla habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 300.

Πιστικὸς, ἡ, ὸν, *Sincerus, purus*, (a πίστις.) Marc. 14, 3. νάρδου πιστικῆς, nardi puri, quod non adulteratum est. Sic Joann. 12, 3. Anonymus Geographus dicit ea, quæ metro comprehenduntur, ἐστὶ καταοχεῖν εὐκοπῶς καὶ πιστικῶς, licet comprehendere facile & fideliter. Citat Salmasius ad Solinum c. 52. p. 750.

Πίστις, εως, ἡ, 1) *Plenissima persuasio*, & certitudo opinionis suæ, (a πείθω, persuadeo.) Rom. 14, 22. σὺ πίστιν ἔχεις, tu certo persuasus es. v. 23. ἐκ πίστεως, ex conscientia recta sive persuasione certissima. Hesychius: πίστις, ἀπόδειξις. πίστιν, γνώμην, βεβαίαν. 2) *Doctrina fidei Evangelicæ*. Act. 6, 7. ὑπήκουον τῇ πίστει, obediebant fidei, doctrinæ Evangelicæ, quæ vim habet plane divinam mentes hominum sibi conciliandi. cap. 14, 22. παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, adhortantes, ut manerent in doctrina Evangelii, Rom. 1, 5. εἰς ὑπακοὴν πίστεως, in obedientiam doctrinæ Evangelicæ, c. 3, 27. διὰ νόμου πίστεως. Gal. 1, 23. νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν. c. 3, 5. ἢ ἐξ ἀκοῆς τῆς πίστεως. v. 23. πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, antequam veniebat doctrina Evangelii, custodiebamur sub lege. 3) *Receptio, professio*, & perseveratio in doctrina *Evangelii*. Rom. 1, 8. ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, fides vestra, quam recepistis, nunciatur in toto mundo. 2. Cor. 1, 24. 10, 15. αὐξανόντων τὴν πίστιν ὑμῶν. 1. Thess. 1, 3. 8. 2. Thess. 1, 3. 1. Tim. 5, 12. τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. 4) *Fides salvifica*, quæ est operatio divina, quæ per Spiritum S. in cordibus piorum oritur, & in fiducia erga Dei gratiam in Christo consistit. Luc. 17, 5. πρόσθες ἡμῖν τὴν πίστιν, auge nobis fidem. Actor. 6, 8. πλήρης πίστεως, plenus fidei. cap. 14, 9. ὅτι πίστιν ἔχει (ἵνενα) τοῦ σωθῆναι, quod fidem habeat ad salutem. cap. 15, 9. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν, fide purgans corda ipsorum. c. 17, 31. πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, fidem exhibens omnibus. Rom. 3, 28. πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, fide justificari hominem. Gal. 5, 6. πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, fides, per amorem operans. Ephes. 2, 8. τῇ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, gratia estis salvati per fidem. 5) *Fides miraculosa*. 1. Cor. 12, 9. ἑτέρῳ δὲ πίστις, alii vero donatur fides miracula faciendi. cap. 13, 2. ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, si habeo

beo omnem fidem miraculosam. 6) *Fidelitas.* 2. Thess. 3, 2. ἐ γὰρ πάντων ἡ πίστις, non omnes homines nobis fidi sunt. Deus vero talis semper manet. 7) *Amor, benignitas*, & misericordia, quando de Deo adhibetur, hebr. אֱמוּנָה, item חֶסֶד וֶאֱמֶת. Rom. 3, 3. μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τ Θεᾶ καταργήσει; num incredulitas amorem Dei abolebit, derogabit? Inde dicitur Deus πιστὸς, quod vide.

Πιστὸς, ἡ, ὸν, 1) *Fidus, fidelis*, cui tuto aliquid concreditur, item *verax, sincerus*, (a πίστις.) Matth. 24, 25. ὁ πιστὸς δοῦλος, servus fidelis (Domino suo.) cap. 25, 21. δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, serve bone & fidelis, super pauca eras fidelis. Luc. 12, 42. ὁ πιστὸς οἰκονόμος, 1. Cor. 4, 2. requiritur in œconomis, ἵνα πιστός τις ἐυρεθῇ, ut fidus aliquis inveniatur. Ephes. 6, 21. πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ (sc. ὤν,) fidelis diaconus in Domino. Col. 1, 7. 4, 7. 9. 1. Tim. 3, 11. Hebr. 2, 17. πιστὸς ἀρχιερεὺς, fidus summus sacerdos. cap. 3, 2. 5. 1. Petr. 5, 12. Apoc. 2, 10. 2) *Credens in Deum* & Christum. Joann. 20, 27. καὶ μὴ γίνε ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς, & ne fias incredulus, sed credens. Act. 10, 45. οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, credentes ex Judaismo. Gal. 3, 9. σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραὰμ, cum fideli Abrahamo. Tit. 1, 6. si quis est - τέκνα ἔχων πιστὰ, liberos habens fideles. Apoc. 17, 14. ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοὶ, electi & credentes. Sic adverbialiter πιστόν. 3. Joann. v. 5. πιστὸν (sc. ἔργον) ποιεῖς, ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφούς, fideliter, i. e. Christiane, ut Christianum fidelem facere oportet & decet, agis, quodcunque exhibeas erga fratres. Sic Libanius: οὐχ ἑλληνικὸν τοῦτο ποιεῖς, hoc faciens, id facis, quod homine Græco indignum est. 3) *Firmus, stabilis, perpetuus.* Hesychius: πιστὰ, βέβαια. Actor. 13, 34. ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστὰ, dabo vobis sancta Davidis firma. hebr. הַנֶּאֱמָנִים, ex Esaia 55, 3. Sirac. 33, 3. Homo intelligens fidem habebit legi, καὶ ὁ νόμος αὐτῷ πιστὸς ὡς ἐρώτημα δίκαιον, & lex ipsi firma est, sicut fœdus legitimum. 4) *Fide dignus, certus.* 1. Tim. 1, 15. πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, verbum certum est illud, & omni receptione dignum. cap. 3, 1. 4, 9. 2. Tim. 2, 11. Tit. 1, 9. 3, 7. Apoc. 21, 5. 6. οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί εἰσι, sermones hi certi & veri sunt. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 395. 5) *Verax*, constans promissis. Hebr. 10, 23. πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος, verax enim est, qui promisit. cap. 11, 11. 6) *Benignus*, amans, cum de Deo dicitur. Deut. 32, 4. 1. Cor. 1, 9. 10, 13. πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, benignus vero est Deus, qui non sinit nos tentari. 2. Cor. 1, 18. 1. Thess. 5, 24. πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, benignus est, qui vocat vos. 2. Thess. 3, 3. 2. Tim. 2, 13. Hebr. 10, 23. 1. Petr. 4, 19. 1. Joann. 1, 9. si confitemur peccata nostra, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, misericors & benignus est. 7) *Christus* in specie sic vocatur. Apoc. 1, 5. a Jesu Christo (ὁ ὤν) ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, qui est testis verus. cap. 2, 13.

3, 14. 19, 11. & ſedens ſuper ipſo καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, erat, qui vocatur fidus & verus.

Πιστόω, ῶ, f. ώσω, *Fidem do*, fidem facio, i. e. confirmo, ſtabilio. πιστοῦμαι confirmor, (a πιστός.) 2. Tim. 3, 14. σὺ δὲ μένε, ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, tu vero mane in iis, quæ didiciſti & confirmatus es. Heſychius: πιστούμενος, βεβαιούμενος τὸ λεχθέν.

Πλανάω, ῶ, f. ήσω, 1) *A recto itinere abduco*, vagari facio, hinc πλανῶμαι, *vagor*, *erro*, (a πλάνη.) Matth. 18, 12. ζητεῖ τὸ πλανώμενον, quærit illud, quod erat. 1. Petr. 2, 25. ὡς πρόβατα πλανώμενα, tanquam oves errantes. 2) *Circumvagor*, nullam certam ſedem habeo. Hebr. 11, 38. ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι. 3) Metaphorice, mentem a recta via ſalutis abduco, *in errorem induco*, *fallo*, decipio. Matth. 24, 4. βλέπετε, μήτις ὑμᾶς πλανήσῃ, videte, ne quis vos decipiat, tanquam falſum Meſſiam ſe vobis exhibeat. c. 22, 29. πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, erratis, neſcientes ſcripturas. Joann. 7, 12. 47. μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; num etiam vos in errorem inducti eſtis? 1. Cor. 6, 9. 15, 33. μὴ πλανᾶσθε, a recta via Chriſti ne abducamini Gal. 6, 7. 2. Tim. 3, 13. πλανῶντες καὶ πλανώμενοι, errare facientes & ipſi errantes. Tit. 3, 3. Hebr. 3, 10. ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ ſemper errant corde. c. 5, 2. ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ignaris & errantibus. Jac. 1, 16. 5, 19. ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ſi quis inter vos erraverit a veritate. 2. Petr. 2, 15, 1. Joann. 1, 8. ἑαυτὸς πλανῶμεν, nos ipſos in errorem inducimus.

Πλάνη, ης, ἡ, 1) Circumvagatio. 2) *Error* mentis in doctrina & vita. 1. Theſſ. 2, 3. ἐκ ἐκ πλάνης, non ex errore & fraude. 2. Theſſ. 2, 11. mittet ipſis Deus ἐνέργειαν πλάνης, efficaciam erroris, h. e. errorem efficacem. Jacobi 5, 20. ἐκ πλάνης ὁδὸς αὐτοῦ, ex errore viæ ipſius, h. e. via ejus erronea. 2. Petr. 2, 18. 3, 17. 1. Joann. 4, 6. τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης, ſpiritus erroris & deceptionis. Judæ v. 11. 3) *Fraus*, *dolus*, impoſtura. Matth. 27, 64. καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης, & ſit dolus ultimus pejor primo. Epheſ. 4, 14. 1. Theſſ. 2, 3. 1. Joann. 4, 6.

Πλανήτης, ου, ὁ, *Errans*, *vagus*, erraticus (a πλανάομαι) metaph. Judæ v. 13. ἀστέρες πλανῆται ſtellæ erraticæ. Heſychius: πλανῆται, μεταναῦται, qui ex uno loco in alium migrant. τὰ πλανώμενα ſc. ἄστρα dixit Plato, teſte Diogene Laërtio in Vita.

Πλάνος, ου, ὁ, *Deceptor*, impoſtor, (ab eodem.) Matth. 27, 63. recordamur, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν, quod iſte impoſtor dixerit. 2. Cor. 6, 8. 2. Joann. v. 7. πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, multi deceptores ingreſſi ſunt (clam irrepſerunt) in mundum) - ἑτός ἐστιν ὁ πλάνος καὶ ἀντίχριστος. Adjective vel etiam per appoſitionem. 1. Tim. 4, 1. πνεύμασι πλάνοις. Heſychius: πλάνος, πλανήτης, ἀπατεών.

Πλάξ, ακὸς, ἡ, *Tabula*. Hebr. 9, 4. αἱ πλάκες τῆς διαθήκης, tabulæ fœderis. 2. Cor. 3, 3. ἐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, non in tabulis lapi-

lapideis, (ibidem metaph.) ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, sed in tabulis cordis carneis. Phrasis hæc ex Jer. 31, 33. & Prov. 7, 3. desumta, & a Judæis postea frequentata est. Adluditur ad morem veterem, leges tabulis publice propositis inscribendi, de quo Rupertus ad Florum 1, 24. 5. Patricius Junius ad Clementis 1. ad Corinthios p. 4.

Πλάσμα, ατος, τὸ, *Figmentum*, opus figlinum, (a πλάσσω.) Rom. 9, 20. μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτω; num dicet figmentum ei, qui finxit, quid me fecisti ita?

Πλάσσω, vel πλάττω, f. άσω, *Fingo*, i. e. figuli more formo, Rom. 9, 20. metaph. 1. Tim. 2, 13. Ἀδὰμ πρῶτος ἐπλάσθη, Adam prior formatus est.

Πλαστὸς, ἡ, ὸν, 1) *Fictus, fictilis*, (a πλάσσω.) 2) *Fictus, simulatus*, adulterinus, falsus. 2. Petr. 2, 3. in avaritia πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, fictis sermonibus vos negotiabuntur.

Πλατεῖα, ας, ἡ, (scil. ὁδὸς,) *Platea*, (a πλατύς.) proprie, lata via. Matth. 6, 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες, in angulis platearum stantes. c. 12, 19. Luc. 10, 10. 13, 26. 14, 21. Act. 5, 15. κατὰ τὰς πλατείας, in plateis singulis. Apoc. 11, 8. & 21, 21. ἡ πλατεία τῆς πόλεως. c. 22, 2.

Πλάτος, εος, τὸ, *Latitudo*, (ab eodem.) Apoc. 20, 9. ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, super latitudinem terræ. Improprie Ephes. 3, 18. μῆκος, πλάτος & ὕψος denotant omnia, quæ de Deo & gratia ejus dici possunt.

Πλατύνω, f. υνῶ, 1) *Dilato, late diduco*, amplum & spatiosum reddo, (ab eodem.) Matth. 23, 5. πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν dilatant phylacteria sua. 2) Metaph. usurpatur 2. Cor. 6, 11. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται cor nostrum dilatatum est. Hebr. רחב לב, cor dilatatum, Jes. 60, 5. Psalm. 119, 32. Sensus Apostoli est: Non verbis tantum liberalis sum in vos, sed & adfectu animi. Ita Grotius, qui & conferri jubet locum Rom. 5, 5. sic eodem cap. v. 13. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, dilatamini etiam vos, h. e. estote bono & amico erga me animo. Alias πλάτος καρδίας, denotat magnam sapientiam. 1. Reg. 2, 35.

Πλατὺς, εῖα, ὺ, *Latus, amplus*, spatiosus. Matth. 7, 13. ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, quia spatiosa est porta.

Πλέγμα, ατος, τὸ, Omne id, quod nexum seu contextum est, *textura*, (a πλέκω.) plur. πλέγματα, cincinni. 1. Tim. 2, 9. Similiter mulieres precari volo - μὴ ἐν πλέγμασιν, non in cincinnis: nam illi apud antiquos meretricum potius erant, quam honestarum matronarum, prout docet Mart. de Roa Singul. scripturæ locis Vol. 1. lib. 3. c. 15.

Πλείων, ονος, ὁ, ἡ, 1) *Major, abundantior, copiosior*. neutr. πλεῖον vel πλέον, *plus*, (est comparativus a πολὺς, multus.) Joann. 15, 2. ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ, ut majorem fructum ferat. Act. 18, 20. ἐπὶ πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, plus temporis

manere apud ipsos. Hebr. 3, 3. πλείονος γὰρ δόξης ἠξίωται, majori enim gloria dignus habitus est. plur. πλείονες, n. πλείονα. Matth. 21, 36. misit alios servos πλείονας τῶν πρώτων, plures, quam primi. Joann. 4, 1. ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει, ἢ Ἰωάννης. Act. 2, 40. ἐτῶν ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος, annorum plurium quam quadraginta erat homo. In nominativo plur. etiam invenies contr. οἱ πλείους. Joann. 4, 41. πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν, & multo plures crediderunt. Act. 19, 32. οἱ πλείους οὐκ ἤδεισαν, plures nescierant. c. 24, 11. 27, 12. 1. Cor. 15, 6. sic etiam in accusativo πλείας pro πλείονας. Matth. 26, 53. πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων, plures quam duodecim legiones angelorum. neutrum πλεῖον, *plus*. Marc. 12, 43. ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων βέβληκε, vidua hæc pauper plus omnium injecit. Luc. 7, 43. 9, 13. pro quo est πλέον. Luc. 3, 13. Act. 15, 28. ἐπὶ πλεῖον, plus. Act. 4, 17. 20, 9. διαλεγομένου Παύλου ἐπὶ πλεῖον, cum differeret Paullus diutius. cap. 24, 4. 2. Tim. 2, 16. 3, 9. Adverbialiter capitur Luc. 7, 42. τίς αὐτῶν πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; quis illorum plus ipsum amabit? Joann. 21, 15. plur. πλείονα, plura. Matth. 20, 10. ἐνόμισαν, ὅτι πλείονα λήψονται, putaverunt, quod plura accepturi sint. Luc. 11, 53. ἤρξαντο - ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, elicuerunt ipsum de pluribus (rebus.) 2) *Permulti, plurimi*. Act. 2, 40. 24, 17. 27, 12. 28, 33. 1. Cor. 9, 19. ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω, ut plurimos lucrifaciam. c. 10, 5. ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός. 3) *Melior, præstantior*. Hebr. 3, 3. 11, 4. πίονα πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ, fide præstantiorem victimam Abel præ Caino obtulit Deo. Sic in neutro πλεῖον, majus, præstantius. Matth. 6, 25. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; nonne vita melius & præstantius quid est cibo? cap. 12, 41. ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε, ecce majus quid (major) Jona hic est. Neutrum ponitur pro masculino. Marc. 12, 33. καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν - πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων, præstantius est, quam omnia holocausta. Adverbialiter. Matth. 5, 20. nisi abundaverit justitia vestra πλεῖον τῶν γραμματέων, præstantius, melius, quam scribarum. plur. Apoc. 2, 19. τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων, & ultima præstantiora sunt prioribus.

Πλέκω, f. ξω, *Necto, contexo*, plico. Matth. 27, 29. Marc. 15, 17. Joann. 19, 2. πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, postquam contexuerunt coronam ex spinis.

Πλεονάζω, f. άσω, 1) *Redundo, exubero*, plus habeo, copiosior aut major sum, quam necesse sit, (a πλέον.) Rom. 5, 20. ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ut exuberet lapsus (ut eo melius nobis adparerent peccata.) ubi vero redundavit peccatum. cap. 6, 1. ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ, ut gratia redundet. 2. Cor. 4, 15. 8, 15. qui multum collegit, οὐκ ἐπλεόνασε, non plus habuit. Phil. 4, 17. καρπὸν τὸν πλεονάζοντα, fructum redundantem. 2. Thess. 1, 3. πλεονάζει ἡ ἀγάπη, magna est caritas.

2. Petr.

2. Petr. 1, 8. *Multiplico, augeo.* 1. Theſſ. 3, 12. ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι (optat. aor. 1. activ.) καὶ περισσεῦσαι τῇ ἀγάπῃ, vos vero Dominus augeat & abundare faciat caritate.

Πλεονεκτέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Plus habeo*, ampliorem partem ſ. portionem habeo, (ex πλέον & ἔχω habeo.) 2) Plura habendi cupiditate flagro, *avarus ſum*, inde 3) *Quæſtui habeo* aliquem, præripio alicui commodum. 2. Cor. 7, 2. οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν, neminem quæſtui habuimus. cap. 12, 17. 18. 1. Theſſ. 4, 6. πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, quæſtui habere, decipere in negotio aliquo fratrem ſuum. 4) Metaph. *decipio, circumvenio*, fraudibus utor, quemadmodum avari ſolent, qui plerumque non tam aperta vi, quam fraudibus opes aliorum corradunt. Exempla hujus rei adduxit Salmaſius de fœnore Trapez. lib. 5. p. 170. ſeqq. 2. Cor. 2, 10. ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, ne deciperemur a Satana. Senſus eſt: nolui vobis contradicere in condonando, ne diabolus hac occaſione nos deciperet, aut per fraudem odium inter nos concitaret. In tertia & quarta ſignificatione poſſis etiam verbo tribuere notionem violentiæ. Heſychius: πλεονέκτα, βίαιε. Nam tum homines, tum diabolus nonnunquam violentia adhibita decipiunt.

Πλεονέκτης, ου, ὁ, *Avarus, avidus*, (a præc.) 1. Cor. 5, 10. 11. πόρνος ἢ πλεονέκτης, ſcortator aut avarus. cap. 6, 10. Epheſ. 5, 5.

Πλεονεξία, ας, ἡ, 1) *Avaritia*, cupiditas acquirendi & habendi facultates, (ab eodem.) Marc. 7, 22. πλεονεξίαι, πονηρίαι, avaritiæ, & malitiæ multa genera Luc. 12, 15. φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, cuſtodite vos ſ. cuſtodimini ab avaritia. Rom. 1, 29. Epheſ. 4, 19. ἐν πλεονεξίᾳ, una cum avaritia. c. 5, 3. πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, avaritia neque nominetur inter vos. Col. 3, 5. 1. Theſſ. 2, 5. 2. Petr. 2, 3. 14. 2) *Illud*, quod avare, vel cum avaritia datur. Adjunctum pro ſubjecto. 2. Cor. 9, 5. ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡσπερ πλεονεξίαν, tanquam in benedictione & non cum avaritia datum.

Πλευρά, ᾶς, ἡ, *Latus*. Joann. 19, 34. λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, lancea latus ejus pupugit. cap. 20, 20. Act. 12, 7. παταξας τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, percuſſit latus Petri.

Πλέω, f. πλεύσω, *Navigo*. Luc. 8, 23. πλεόντων αὐτῶν, navigantibus illis. Actor. 21, 3. ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, navigabamus in Syriam.

Πληγή, ῆς, ἡ, 1) *Plaga*, ictus, *verber*, (a πλήττω.) Luc. 12, 48. ποιήσας ἄξια πληγῶν, qui fecit digna verberibus. Apoc. 13, 3. 12. ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ſanatus eſt ictus, mortis ejus, h. e. ictus ipſius. Mortiferus. Ἐπιτιθέναι τινὶ πληγάς, adficere aliquem verberibus. Luc. 10, 30. Act. 16, 23. Omittitur in hoc ſignificatu per euphemismum Luc. 12, 48. δαρήσεται ὀλίγας (ſc. πληγάς,) cædetur ſeu adficietur paucis verberibus. 2. Cor. 11, 24. ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν (ſc. πληγήν)

ἔλαβον, a Judæis quinquies quadraginta præter unum (verber) accepi. 2) *Pœna*, plaga, *adflictio*, calamitas, quæ sunt Dei verbera, quibus homines castigat. Apoc. 9, 20. 11, 6. 13, 14. 15, 1. ἀγγέλους ἑπτὰ, ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, angelos septem, habentes plagas septem ultimas.

Πλῆθος, εος, τὸ, 1) *Multitudo*, copia, abundantia. Luc. 1, 10. πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, omnis multitudo populi. c. 2, 13. πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, multitudo cœlestis exercitus. cap. 5, 6. ἰχθύων πλῆθος, piscium copia. Luc. 19, 37. ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, universa multitudo discipulorum. Act. 6, 2. Jac. 5, 20. & 1. Petr. 4, 8. πλῆθος ἁμαρτιῶν, magna multitudo peccatorum. 2) *Frequentia populi.* Marc. 3, 7. πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, magna multitudo a Galilæa. Luc. 8, 37. Act. 2, 6. συνῆλθε τὸ πλῆθος, convenit frequentia populi. cap. 5, 16. &c. 3) *Conventus*, *cœtus.* Luc. 23, 1. καὶ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, & surgebat universus conventus ipsorum. Act. 15, 30. συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολὴν, congregato cœtu (sc. discipulorum s. Christianorum,) tradiderunt epistolam.

Πληθύνω, f. υνῶ, 1) *Multiplico*, *augeo*, amplifico, (a πλῆθος.) 2. Cor. 9, 10. πληθύναι (aor. 1. opt. act.) τὸν σπόρον ὑμῶν, augeat semen vestrum. Hebr. 6, 14. πληθύνων πληθυνῶ σε, augendo augebo te. Hebraismus. 2) Intransitive: *Augesco*, *augeor*, cresco. Act. 6, 1. πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, augentibus se discipulis. pass. πληθύνομαι, augeor, multus sum, abundo, multiplicor. Matth. 24, 12. διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, eo quod abundavit iniquitas. Act. 6, 7. ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν, augebatur numerus discipulorum. c. 12, 24. Verbum Dei crescebat καὶ ἐπληθύνετο, & multiplicabatur, augebatur. 1. Petr. 1, 2. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη, (aor. 1. pass. opt.) gratia vobis & pax augeatur. Sic 2. Petr. 1, 2. Judæ v. 2.

Πλήθω, f. ήσω, 1) *Impleo.* Luc. 5, 7. ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, impleverunt ambo navigia. Construitur cum genitivo, præpositione, quæ deficit, subaudienda. Matth. 27, 48. πλήσας τε ὄξους (pro: ἐξ ὄξους,) replevit aceto. Joann. 19, 29. Pass. πλήθομαι, repleor. Matth. 22, 10. καὶ ἐπλήθη ὁ γάμος (ἐξ) ἀνακειμένων, & repletæ sunt nuptiæ discumbentibus. Act. 19, 29. metaph. Luc. 1, 15. καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται, & Spiritu Sancto implebitur. Sic v. 41. 67. & Act. 2, 4. 4, 8. 3, 31. 9, 17. 13, 9. Luc. 4, 28. ἐπλήσθησαν πάντες (ἐν) θυμῷ, repleti sunt omnes ira. Act. 5, 17. & 13, 45. ζήλου. Luc. 5, 26. φόβου, timore Act. 3, 10. θάμβους καὶ ἐκστάσεως, stupore & ecstasi. Luc. 6, 11. αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν (ἐν) ἀνοίας, illi autem repleti sunt amentia. 2) *Consummationem & adventum temporis* denotat. Luc. 1, 23. ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, postquam consummati sunt dies muneris ipsius ecclesiastici. v. 57. τῇ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτήν, Elisabethæ impletum est tempus, ut pareret illa. Sic. cap. 2, 6. 21. 22.

Πλήκτης

Πλήκτης, ε, ὁ, 1) *Percussor.* 2) *Pugna*, (a πλήττω, percutio, ferio.) 1. Tim. 3, 3. oportet Episcopum esse μὴ πλήκτην, non pugnacem. Tit. 1, 7. Hesychius: πλήκτης, μάχιμος, ὑβριστής.

Πλημμύρα, ας, ἡ, Maris æstuantis accessus, *inundatio*, (a πλήμη s. πλήμμη, æstus maris accedens, a πλῆμι seu πλήθω.) Luc. 6, 48. πλημμύρας δὲ γενομένης, inundatione autem facta. Hesychius: πλημμύρα, ῥεῦσις ὕδατος.

Πλήν, 1) Cum genitivo: *Præter*, *præterquam*, sed tantum. Marc. 12, 32. καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος, πλὴν αὐτοῦ, & non est alius, præter ipsum. Joann. 8, 10. καὶ μηδένα θεασάμενος, πλὴν τῆς γυναικὸς, & neminem vidit, præter mulierem. Act. 8, 1. 15, 28. 27, 22. 2) Absolute: *sed*, *verum*, *tamen*, veruntamen. Matth. 18, 7. πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, sed væ homini illi, per quem veniunt scandala. cap. 26, 39. πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ, veruntamen, non sicut ego volo, sed ut tu. v. 64. Luc. 6, 24. 35. 10, 11. 3) *Cæterum*, *quin potius*. Luc. 6, 24. 35. πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, quin potius amate inimicos vestros. cap. 10, 11. 20. 22, 42. 23, 28. πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, cæterum, quin potius super vos ipsas flete. 4) *Nisi quod.* Act. 20, 23. πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, nisi quod Spiritus S. &c.

Πλήρης, ες, ες, ὁ, ἡ, 1) *Plenus.* Construitur cum genitivo propter præpositionem ἐκ deficientem. Matth. 14, 20. τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, (pro ἐκ τῶν κλασμάτων,) fragmentis duodecim corbes plenas. cap. 15, 37. Marc. 4, 28. εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ, deinde plenum frumentum in spica. Luc. 5, 12. ἀνὴρ πλήρης (ἐκ) λέπρας, vir plenus lepra. Metaph. Luc. 4, 1. πνεύματος ἁγίου πλήρης, Spiritu Sancto plenus. Sic Act. 6, 3. 7, 55. 11, 24. Joann. 1, 14. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, plenus gratia & veritate. Act. 6, 5. ἄνδρα πλήρη πίστεως, virum plenum fidei. v. 8. cap. 9, 36. πλήρης ἀγαθῶν ἔργων, plenus bonorum operum. cap. 13, 10. ὦ πλήρης παντὸς δόλου, o plene omni dolo. cap. 19, 28. καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, & facti pleni ira. 2) *Perfectus*, *integer.* 2. Joann. v. 8. ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν, sed mercedem perfectam accipiamus. Marc. 4, 28.

Πληροφορέω, ῶ, f. ήσω, *Plenam fidem facio*, plenum pondus adfero, (a πλήρης & φέρω, fero.) Cl. Jo. Alberti in Obs. Phil. p. 430. dicit, metaphoram deductam esse a plena mensura & pondere, quod græcis est πλήρης φορά. 2. Tim. 4, 5. τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, ministerio tuo plenam fidem facito, illud perfecte imple. passivum πληροφορέομαι, οῦμαι, certissimus sum, certissime novi & compertum habeo, plene persuasum habeo. Rom. 4, 21. καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι, ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι, & postquam plena fide certus factus erat, quod illud, quod promisit, potens sit etiam facere. cap. 14, 5. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω, unusquisque in propria mente certus sit & abundet. 2. Tim. 4, 17. ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ,

ut per me prædicatio (Evangelii) certa fide nitatur. Hinc Luc. 1, 1. πεπληροφορημένα sunt, quæ certo ita esse nobis relata vel ad nos adlata sunt. Cæterum hæc vox cum sequenti apud scriptores profanos non occurrit, nisi quod a Budæo & Jo. Alberti profertur locus Isocratis in Trapezitico p. 490. edit. græcæ Basil. per Mich. Isengrineum 1561. 8. p. 710. edit. græc. lat. Col. Allobr. 1636. 8. ἐμὲ δὲ πυθῶν ἀκηκόντων ἔξαρνον πληροφορηθεὶς γεγενῆθαι μηδὲν κεκτῆθαι, cum certissime persuasus esset, me multis audientibus negasse, quicquam me possidere. In edit. autem græco-lat. Hier. Wolfii Basil. 1594. 8. p. 858. in alia ejusd. Basil. per Waldkirchium 1602. 8. p. 704. vox πληροφορηθεὶς plane abest, & commode abesse potest.

Πληροφορία, ας, ἡ, *Plena & certa fides & persuasio*, plena certitudo, (a præced.) Col. 2, 2. εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, ad omnem abundantiam certæ persuasionis intelligentiæ. 1. Thess. 1, 5. Evangelium nostrum fuit apud vos ἐν πολλῇ πληροφορίᾳ, cum multa certitudine. Hebr. 6, 11. πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος, ad certam persvasionem spei. c. 10, 22. ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, in certitudine fidei. Hesychius: πληροφορία, βεβαιότης.

Πληρόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Impleo, repleo*, suppleo, compleo, (a πλήρης.) Matth. 13, 48. ὅτε ἐπληρώθη, cum repletum esset (sc. rete.) c. 23, 32. πληρώσατε τὸ μέτρον, implete mensuram. Luc. 3, 5. φάραγξ πληρωθήσεται, vallis implebitur. Joann. 12, 3. Act. 2, 2. 2) Metaphorice. Luc. 2, 40. πληρούμενον σοφίας, puer, qui implebatur sapientia. Joann. 16, 6. ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν, tristitia implevit (occupavit) vestrum cor. Act. 2, 28. πληρώσεις με εὐφροσύνης, replebis me lætitia. cap. 5, 3. 28. 13, 52. Rom. 1, 29. 15, 13. 14. 2. Cor. 7, 4. Ephes. 1, 23. 3, 19. 4, 10. 5, 18. Phil. 1, 11. Col. 1, 9. ἵνα πληρωθῆτε (κατὰ) τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, ut impleamini quoad cognitionem voluntatis ipsius. cap. 2, 10. 2. Tim. 1, 4. 3) *Perficio, efficio*, officium impleo, consummo. Matth. 3, 15. πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην, perficere omnem justitiam. c. 5, 17. Luc. 7, 1. ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ, postquam vero consummavit omnia verba sua. c. 9, 31. Act. 12, 25. πληρώσαντες τὴν διακονίαν, exhibentes Judæis collectam s. eleemosynam in ecclesia Alexandrina & Ægyptiaca acceptam. Rom. 13, 8. qui amat alterum, νόμον πεπλήρωκε legem implevit. Col. 4, 17. ἵνα πληροῖς τὴν διακονίαν, ut expleas munus tuum. 2. Thess. 1, 11. Exempla alia profert Jo. Alberti Obs. Philol. p. 383, 4. 4) *Comprehendo*. Gal. 5, 14. ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, tota enim lex in uno verbo comprehenditur. 5) *Compenso, expleo* inopiam alicujus rei. Phil. 4, 19. ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, Deus autem meus explebit omnem necessitatem vestram. 6) *Consummo*, i. e. perfectum reddo. Phil. 2, 2. πληρώσατέ μου τὴν χαράν, perfectum reddite meum gau-

gaudium. 2. Theſſ. 1,11. Hinc πληρόομαι, ῶμαι, perfectus reddor, conſummor. Joann. 3, 29. χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται, gaudium meum perfectum eſt. c. 15,11. καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ, & gaudium veſtrum conſummetur. 2. Cor. 10, 6. Part. perf. πεπληρωμένος, ένη, ον, perfectus, conſummatus. Joann. 16,24. ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη, ut gaudium veſtrum ſit perfectum. c. 17, 13. 1. Joann. 1, 4. 7) *Perfecte doceo* & explico. Matth. 5, 17.* ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι, non veni diſſolvendi, ſed perfecte docendi cauſſa. Significatio hebræo græca radicis גמר. Nota eſt formula, Talmudica, גמירי לה גמרא, traditio docet hoc. Porro vero hanc verbi notionem illud confirmat, quod ipſe Servator infra v. 19. λύειν & διδάσκειν dicit, quod hic λύειν & πληρῶσαι. Sic occurrit Rom. 15, 19. ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ita ut ego ab Hieroſolymis & in circuitu usque ad Illyricum perfecte docuerim Evangelium Chriſti. Col. 1, 25. πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Sic in paſſ. Coloſſ. 2, 10. καὶ ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι. Verto: vos per ipſum eſtis docti, & quidem perfecte edocti. Habes hic elegantem antanaclaſin: Per Chriſtum, in quo omne πλήρωμα, divinitatis habitat, vos eſtis πεπληρωμένοι, perfecte inſtructi. (Epheſ. 3, 19.) Sic cap. 1, 9. 4, 12. 8) *Exſequor.* Act. 3, 18. ἐπλήρωσεν οὕτω, exſecutus eſt ita. cap. 13, 27. κρίναντες ἐπλήρωσαν, dum judicaverunt exſecuti ſunt. Paſſ. πληρόομαι, ῶμαι, *exſecutioni mandor*, exſecutione impleor. Matth. 1, 22. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν, ut exſecutione impleatur illud, quod dictum eſt. cap. 2, 15. 26, 54. πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί; quomodo igitur implerentur ſcripturæ? Luc. 1,20. 4,21. &c. 9) πληροῦμαι, de tempore cum uſurpatur α) *Terminor.* Joann. 7, 8. Actor. 7, 23. 30. πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα, cum conſummati eſſent anni quadraginta. c. 24, 27. διετίας δὲ πληρωθείσης biennio autem conſummato. β) *Advenio.* Marc. 1, 15. πεπλήρωται ὁ καιρός. Luc. 21, 24. ἄχρι πληρωθῶσιν οἱ καιροὶ τῶν ἐθνῶν, donec conſummata fuerint, i. e. advenerint, tempora gentium. c. 22, 16. Joann. 7, 8. Act. 7, 23. ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος, cum vero inciperet ipſi quadraginta annorum tempus, (ſc. ab ejus nativitate.) conf. συμπληρόω. 10) Perf. paſſ. πεπλήρωμαι repletus ſum, i. e. *abundo*, abundantiam habeo, ſatis habeo. Phil. 4, 18.

Πλήρωμα, ατος, τὸ, 1) *Plenitudo*, abundantia, *multitudo*, (a πληρόω.) Marc. 8, 20. πληρώματα κλασμάτων, abundantia & multa fragmenta. Joann. 1, 16. ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, ex abundantia ipſius nos omnes accepimus. Rom. 11, 12. πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν, quanto magis multitudo ipſorum (ſc. Judæorum) v. 25. ἄχρις οὗ (χρόνε) τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, usque dum multitudo gentium ingreſſa fuerit. Gen. 48, 19. Jacobus ita de Manaſſe: frater ejus minor major erit

erit ipso, & semen ejus erit מלא הגוים impletio gentium. Græci vertunt πλῆθος ἐθνῶν. Hesychius: πλήρωμα, πλῆθος. Intelligitur autem per πλήρωμα, insignis multitudo, quæ finibus suis non contenta se ubivis dilatat, adeoque varias regiones implet. Rom. 15, 29. ἐν πληρώματι εὐλογίας, cum abundantia benedictionis evangelii Christi veniam. Ephes. 3, 19. ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ, ut impleatis omni abundantia Dei. Col. 1, 19. & 2, 9. ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, nam in ipsa habitat omnis plenitudo divinitatis, h. e. divinitas perfecta, absoluta, consummata. Sic Ephes. 4, 13. εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ad mensuram staturæ perfectionis seu perfectæ Christi. 2) *Supplementum.* Matth. 9, 16. αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, auffert supplementum ejus a vestimento. Paullo ante dicebatur ἐπίβλημα: adde Luc. 5, 36. 3) *Illud*, quod implet aliud, vel ab illo continetur. 1. Cor. 10, 26. & 28. γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, terra & quod continet illa. 1. Paral. 16, 32. θάλασσα σὺν τῷ πληρώματι, mare cum omnibus, quæ in eo sunt. 4) *Impletio temporis.* Gal. 4, 4. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, i.e. χρόνος πληρωθείς, quum tempus illud, quam diu lex durare debebat, elapsum esset. Ephes. 1, 10. 5) *Observatio, impletio legis.* Rom. 13, 10. πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη, observatio legis est amor.

Πλησίον, adv. 1) *Prope, juxta.* Regit genitivum. Joann. 4, 5. πλησίον τοῦ χωρίου juxta prædium. 2) ὁ πλησίον (sc. ὤν) propinquus, *proximus*, sensu theologico: omnes homines. (a πλήσιος, ία, ον, propinquus, vicinus.) Matth. 5, 43. 19, 19. 22, 39. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, amabis proximum tuum. Luc. 10, 29. τίς ἐστί μου πλησίον; quis est proximus meus? Act. 7, 27. Rom. 13, 9. 10. 15, 2. Ephes. 5, 25. ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, unusquisque cum proximo suo.

Πλησμονή, ῆς, ἡ, *Satietas, saturitas*, abundantia, plenitudo, repletio in corpore humano, (a πλήθω, repleo.) Col. 2, 23. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς, ad repletionem carnis s. corporis.

Πλήσσω, vel πλήττω, f. ξω, *Percutio*, ferio. Apoc. 8, 12. ἐπλήγη (aor. 2. pass.) τὸ τρίτον (sc. μέρος) τοῦ ἡλίου, percussa est tertia pars solis, h. e. obscurata est.

Πλοιάριον, ίου, τὸ, *Navicula*, cymba (diminutivum a πλοῖον.) Marc. 3, 9. 4, 36. Joann. 6, 22. 23. 21, 8. οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ (ἐν) πλοιαρίῳ ἦλθον, reliqui autem discipuli navi venerunt.

Πλοῖον, οίου, *Navis*, navigium. Matth. 4, 21. 22. ἀφέντες τὸ πλοῖον, relinquentes navem. cap. 8, 23. ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ipsi, cum conscenderet navem. Marc. 6, 32. ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον (ἐν) τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν, & abierunt in locum desertum navi privatim. confer. Matth. 14, 13.

Πλόος, contr. πλοῦς, πλόα, πλᾶ, *Navigatio*, (a πλέω, navigo.) Act. 21, 7. ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες, nos vero postquam naviga-

vigationem absolveramus. cap. 27, 10. Habet etiam in genitivo πλοὸς, ex tertia declin. Act. 27, 9. ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, cum navigatio jam fallax & periculosa esset.

Πλούσιος, ία, ον, & πλούσιος, ίε, ὁ, ἡ, 1) *Dives*, locuples, opulentus, (a πλοῦτος.) Matth. 19, 23. 27, 25. ἄνθρωπος πλούσιος, homo dives. Luc. 14, 12. μηδὲ γείτονας πλουσίους, neque vicinos divites. 1. Tim. 6, 17. τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, divitibus in hoc mundo. 2) Metaph. 2. Cor. 8, 9. ὅτι δὲ ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν, quod Christus propter vos pauper factus sit, dives existens, h. e. in statu suo beatissimo. 3) *Abundans* in aliqua re, magna alicujus rei *copia præditus*. Eph. 2, 4. ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, Deus vero abundans in misericordia. Jacob. 2, 5. πλουσίους ἐν πίστει, abundantes in fide. 4) *Dives spiritu*. Luc. 6, 24. οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, væ vobis divitibus spiritu. Pharisæi divites erant spiritu, animo & cogitationibus suis, non autem re ipsa. Apoc. 3, 17. Dicis, ὅτι πλούσιός εἰμι, dives sum: adde c. 2, 9.

Πλουσίως, adv. *Abunde*, *abundanter*, copiose, adfluenter, (a πλούσιος.) Col. 3, 16. ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, verbum Christi inhabitet inter vos copiose. 1. Tim. 6, 17. παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως, qui nobis omnia large exhibet. Tit. 3, 6. 2. Petr. 1, 11.

Πλουτέω, ῶ f. ήσω, 1) *Dives sum*, divitias possideo, (a πλοῦτος.) Luc. 1, 53. πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενοὺς, divites dimisit vacuos. 1. Tim. 6, 9. οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, qui vero volunt divites fieri. Apoc. 18, 3. 15. 19. 2) *In statu felici versor*. 1. Cor. 4, 8. ἤδη ἐπλουτήσατε; num jam in statu felici & exoptato versamini? 2. Cor. 8, 9. ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε, ut vos illius paupertate ditescatis. 3) Magna alicujus rei multitudine præditus sum, *abundo*. Luc. 12, 21. 1. Tim. 6, 18. πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, abundare in operibus bonis. Quando de Deo dicitur, magna ipsius benevolentia & amor describitur. Rom. 10, 12. ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν (sc. χρηστότητι) εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτὸν, ille enim est Dominus omnium, qui benevolus est & amans erga omnes, qui invocant ipsum. 4) *Dives sum* ratione *animæ*. Luc. 12, 21. μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν, qui non, prout Deus vult, dives est. 2. Cor. 8, 9. ἵνα τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε, ut ejus paupertate divites fiatis. 1. Tim. 6, 18. Apoc. 3, 17. 18.

Πλουτίζω, f. ίσω, *Dito*, *locupleto*, *divitem reddo*, (ab eodem.) Metaphorice semper occurrit. 2. Cor. 6, 10. ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες, tanquam pauperes, qui vero multos divites, (sc. quoad animam, institutione) reddunt. pass. πλουτίζομαι. 1. Cor. 1, 5. ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ditati estis in ipso. 2. Cor. 9, 11.

Πλοῦτος, ου, ὁ, 1) *Divitiæ*, opulentia, copia. Matth. 13, 22. ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, fallacia divitiarum, h. e. divitiæ fallaces. Luc. 8, 14. 1. Tim. 4, 17. ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, in incertitudine divi-

divitiarum, h. e. in divitiis incertis. Hebr. 11, 26. Jacob. 5, 2. Apoc. 18, 17. 2) *Multitudo, magnitudo.* Rom. 2, 4. πλῆτος τῆς χρηστότητος, magna benignitas. Sic πλῆτος τῆς χάριτος, multa gratia. Eph. 1, 7. 2, 7. τῆς δόξης. Rom. 9, 23. Eph. 1, 18. 3, 16. Col. 1, 27. His adde c. 2, 2. Vide πλήσιος in fignif. 3. 3) Specialiſſime ſimpliciter ſumtum πλῆτος etiam notat *magnum* & infinitum *amorem* ſ. dilectionem *Dei.* Rom. 11, 13. ὦ βάθος πλούτου, o profunditas divitiarum. Eph. 3, 8. Phil. 4, 19. Hinc partic. πλητῶν benevolum & amantem ſignificat. Rom. 10, 12. Adde Druſium ad Rom. 9, 23. 4) Incrementum, *commodum, felicitas.* Rom. 11, 12. bis. Hebr. 11, 26. μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος, qui majorem felicitatem exiſtimavit - ignominiam Chriſti 5) Eſt una ex proprietatibus Dei, quæ Apoc. 5, 12. cum reliquis Sephiroth conjungitur, quamvis alias in arbore Cabbaliſtica locum non habeat.

Πλύνω, f. υνῶ, *Lavo* veſtimenta. Apoc. 7, 14. ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, & laverunt ſtolas ſuas.

Πνεῦμα, ατος, τό, 1) *Spiritus* in genere. Luc. 9, 55. οὐκ οἴδατε, οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς (ſc. υἱοί;) an neſcitis, qualis ſpiritus liberi vos ſitis? 2) Speciatim nominatur ſpiritus, *Deus.* Joann. 4, 24. πνεῦμα ὁ Θεὸς, ſpiritus eſt Deus. 2. Cor. 3, 17. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν, Dominus (Jeſus) vero ſpiritus eſt. 3) κατ' ἐξοχήν, *Spiritus S.* πνεῦμα ἅγιον, de quo inferius, n. 22. 4) *Angeli* ſunt Hebr. 1, 7. πνεύματα & v. 14. λειτουργικὰ πνεύματα ſpiritus miniſteriales. 5) *Spiritus mali.* Matth. 8, 16. ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, ejecit ſpiritus malos verbo. Luc. 10, 20. ſed in hoc ne gaudete, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται, quod ſpiritus mali vobis ſubjecti ſint. Marc. 9, 17. πνεῦμα ἄλαλον, ſpiritus malus mutum reddens. v. 20. 25. Luc. 4, 33. ἔχων πνεῦμα δαιμονίου, habens ſpiritum dæmonii. Apoc. 16, 14. Luc. 9, 39. πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν, ſpiritus malus occupat ipſum. c. 13, 11. πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας, ſpiritum habens, qui imbecillem illam reddidit. Act. 16, 16. 18. 23, 8. 1. Petr. 3, 19. Matth. 10, 1. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, dedit ipſis poteſtatem ſpirituum impurorum. c. 12, 43. Marc. 1, 23. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ (ſcil. κατεχόμενος,) homo ſpiritu impuro occupatus. (cap. 5, 2.) Alias πνεῦμα πονηρὸν, Act. 19, 15. πνεύματα πονηρά, Luc. 7, 21. 8, 2. Act. 19, 12. 13. 16. Et diabolus dicitur. Eph. 2, 2. πνεῦμα τὸ νῦν ἐνεργοῦν ἐν τοῖς υἱοῖς ἀπειθείας, ſpiritus, qui jam operans, efficax eſt in filiis incredulitatis. 6) *Anima hominis,* & idem eſt ac καρδία. Matth. 5, 3. οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι pauperes ſpiritu. Luc. 1, 47. ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου, exultavit ſpiritus meus. Rom. 1, 9. ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, cui ſervio ſpiritu meo. c. 8, 16. συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, conteſtatur conſcientiæ noſtræ. 1. Cor. 5, 3. παρὼν τῷ πνεύματι, qui ſpiritu, h. e. conſilio, cura, & precibus meis ſemper apud vos ſum. c. 6, 20. ἐν τῷ σώματι ὑμῶν

ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, in corpore vestro & in anima vestra. 1. Petr. 4, 6. ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι, vivant vero secundum Deum quoad animam in vita æterna. 7) *Ventus.* Joann. 3, 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει πνεῖ, ventus, ubicunque vult, flat. 8) *Anima regenerata, renovata*, illuminata, illud, quod in anima hominis renati regenitum est. Matth. 26, 41. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, spiritus quidem promtus est, i. e. in quantum homo est regeneratus, in tantum promtus est in bonum. Luc. 1, 47. Joann. 3, 6. Rom. 8, 10. 1. Cor. 15, 45. Gal. 5, 17. ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς, caro concupiscit contra spiritum, spiritus vero contra carnem. v. 22. c. 6, 18. 1. Thess. 5, 23. 2. Tim. 4, 22. Philem. v. 25. Hebr. 4, 12. ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, cap. 12, 23. καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, & spiritibus justorum perfectorum. Intelliguntur homines spirituales, qui a Spiritu Dei aguntur & opera non carnis, sed spiritus peragunt. Judæ v. 19. πνεῦμα μὴ ἔχοντες, animam renovatam non habentes. 9) *Status regenerationis*, sive homo internus. Rom. 1, 9. 7, 6. ἐν καινότητι πνεύματος, in novitate spiritus. c. 8, 2. seqq. 2. Thess. 2, 13. 1. Petr. 1, 2. Opponitur τῇ σαρκὶ naturali hominis corruptioni. Spiritus enim est pars hominis melior, corpus deterior, hinc scriptura, quæ bona sunt spiritualia vocare solet, quæ sequius, carnalia. Gal. 3, 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε, incepistis spiritu, nunc carne perficitis. Sensus Pauli est: bene cœpistis, male definitis. Rom. 8, 1. μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, non secundum naturalem peccati statum se gerentibus, sed secundum regenerationem vel statum gratiæ. Gal. 5, 16. πνεύματι περιπατεῖτε καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε, vitam regeneratione dignam gerite, & concupiscentiam carnis, naturæ corruptæ minime perficite. v. 22. 25. 6, 8. 10) *Anima* hominis. Matth. 27, 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, dimisit animam. Luc. 8, 55. ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, reversa est anima ejus. cap. 23, 46. Joann. 19, 30. Act. 7, 59. Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου, Domine Jesu, suscipe animam meam. Jac. 2, 26. σῶμα χωρὶς πνεύματος, corpus sine anima vel vita. Apoc. 11, 11. 13, 15. 11) *Animus, mens.* Act. 17, 16. παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, exacerbabatur animus ipsius. c. 19, 21. Rom. 12, 11. πνεύματι ζέοντες, spiritu ferventes. Quæcunque suscipitis tum publice, tum privatim, cum quodam animi fervore agenda sunt. 2. Cor. 2, 13. 7, 13. 12) *Spiritus, genius*, dæmon. Luc. 24, 37. ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, putabant, se genium quendam videre. v. 39. Act. 16, 16. πνεῦμα Πύθωνος, dæmon Pythonis. cap. 23, 8. 9. 13) *Cultus internus.* Eph. 6, 4. precantes omni tempore ἐν πνεύματι, cultu interno, qui anima potius, quam labiis perficitur. Hinc opponitur cultui legali, qui res materiales & corporeas complectebatur, sed in N. T. Deum in nobis & mente nostra sine tali externo appa-

ratu

ratu colere possumus. Joann. 4, 23. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, in spiritu & veritate Novo Test. conveniente. Rom. 2, 29. ἐν πνεύματι οὐ γράμματι. 2. Cor. 3, 6. 8. διακονία πνεύματος ministerium N. T. Gal. 4, 29. 5, 5. 14) *Divina Christi natura.* Matth. 12, 31. ἡ δὲ κατὰ τοῦ πνεύματος βλασφημία, blasphemia vero adversus divinam Christi naturam, non remittetur hominibus. Sic v. 28. εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, si vero ego per virtutem divinæ naturæ ejicio dæmonia. Marc. 2, 8. καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, & statim cum cognovisset Jesus illud per divinam suam naturam. Sic 1. Cor. 15, 45. 1. Petr. 3, 18. ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι, vivificatus vero propter naturam divinam. 1. Tim. 3, 16. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, quæ verba ita verto: Deus quidem in humana carne hominibus sese manifestavit, interim tamen conciones ejus ab iis receptæ sunt, ipseque secundum naturam divinam ab hominibus justus pronuntiatus est. Eadem divinitas vocatur πνεῦμα ἅγιον. Matth. 12, 32. ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, quicunque vero dixerit aliquid contra divinam Christi naturam. Marc. 3, 19. Luc. 12, 10. Sic Act. 1, 1. ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, postquam mandaverat apostolis per divinitatem & Rom. 1, 4. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης secundum naturam divinam. Hebr. 2, 4. Inde factum, ut apud Patres Christus sæpissime appelletur Spiritus S. Vide Clementis, Ignatii & Barnabæ loca apud Albertum *zum Felde* Decade Obs. 5. e patribus apostolicis Obs. 3. Etiam πνεῦμα αἰώνιον Hebr. 9, 14. Χριστὸς, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, Christi, qui per æternam suam divinitatem seipsum obtulit inculpatum Deo. 15) *Dona Spiritus S.* quæ humanæ Christi naturæ sunt collata. Luc. 2, 40. ἐκραταιοῦτο πνεύματι, corroborabatur spiritu. Joann. 3, 34. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα, non enim secundum mensuram dat Deus Christo dona spiritualia. Act. 10, 38. ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ, quomodo unxerit ipsum Deus donis Spiritus S. secundum naturam humanam. 16) *Dona* seu *Charismata extraordinaria* Spiritus S. Numer. 11, 17. 25. 2. Reg. 2, 9. in N. T. visibiliter effusi, effusio Spiritus S. visibilis, quæ in prima ecclesia admodum erat familiaris. Joann. 7, 39. τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος, hoc vero dicebat de donis miraculosis Spir. S. quem accepturi erant credentes in ipsum. 1. Cor. 2, 4. ἐν ἀποδείξει πνεύματος, in demonstratione virtutis spiritualis. cap. 12, 7. 8. 14, 15. προσεύξωμαι τῷ πνεύματι, in demonstratione donorum spiritualium. Lightfoot. Gal. 3, 2. ἐξ ἔργων νόμου τὸ πνεῦμα ἐλάβετε; an ex operibus legis dona Spiritus S. effusi in vos accepistis, an vero ex prædicatione fidei? Rom. 8, 23. ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, primitias charismatum Spiritus S. habentes. Gal. 3, 14. ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως, i. e. τὸ πνεῦμα τὸ ἐπαγγελθὲν, ut

ut dona Spiritus S. promissa accipiamus. Adde 1. Cor. 12, 7. 8. 14, 12. Et Act. 2, 17. ἐκχεῶ ἀπὸ τᾶ πνεύματός μα (scil. τι) ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, effundam de donis spiritualibus meis super omnem carnem. Sic occurrit in plur. πνεύματα. 1. Cor. 12, 10. ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων (δίδοται) alii vero datur dijudicatio donorum spiritualium. c. 14, 12. ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε τῶν πνευμάτων, si quidem æmulatores estis donorum spiritualium. v. 32. καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, & dona spiritualia prophetarum prophetis subordinantur. Hæc dona etiam sub nomine πνεύματος ἁγίε insigniuntur. Joann. 7, 39. Act. 19, 2. 17. de quo infra ad num. 24. 17) *Singularis Spiritus S. instinctus* & impetus. Matth. 4, 1. Act. 8, 29. 39. πνεῦμα Κυρίε ἥρπασε τὸν Φίλιππον, Spiritus Domini abripuit Philippum. c. 10, 19. 11, 12. 16, 7. ἐκ εἴασεν αὐτὲς τὸ πνεῦμα, non sivit eos spiritus. 1. Thess. 5, 19. τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, spiritum ne extinguite. Admonet Apostolus Thessalonicenses, ne languore & socordia sua in doctoribus id efficiant, ut & ipsi & dona ipsorum extinguantur & langueant. 18) *Sensus*, quo quis adfectus & comparatus est. Ephes. 4, 3. 4. 23. ἀνανεᾶσθαι τῷ πνεύματι τᾶ νοὸς ὑμῶν, renovari sensu mentis vestræ. Philipp. 1, 27. στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, persistite in uno sensu. c. 2, 1. Jacob. 4, 5. 1. Cor. 2, 11. τίς οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τᾶ ἀνθρώπε, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τᾶ ἀνθρώπε τὸ ἐν αὐτῷ; nemo hominum de rebus alterius recte judicare potest, nisi gustum earum rerum habeat. 2. Cor. 12, 18. ἐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; nonne eodem sensu ambulavimus? Similiter 1. Cor. 2, 12. τὸ πνεῦμα τᾶ κόσμα, sensus sive gustus, quo homines mundani gaudent & delectantur: Sic Rom. 8, 15. πνεῦμα δελείας & υἱοθεσίας, spiritus servitutis & adoptionis. c. 11, 8. πνεῦμα κατανύξεως. 2. Tim. 1, 7. πνεῦμα δειλίας. 1. Cor. 4, 21. & Gal. 6, 1. ἐν πνεύματι πραότητος, in adfectu mansuetudinis. Sic Rom. 8, 9. πνεῦμα θεᾶ & πνεῦμα Χριτᾶ, gustus ille, quem Spiritus S. in cordibus piorum excitat, quod posterius v. 10. Χριτὸς ἐν ὑμῖν ἐτιν, exprimitur. 2. Corinth. 3, 17. 19) *Quod spiritualiter est intelligendum* & in spiritu fidei observandum. Joann. 6, 63. τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐτιν, verba, quæ ego loquor vobis, spiritualiter sunt intelligenda & implenda, quæ si sequamur, utique vitam æternam consequi possumus. Contra vero si verba Christi tantum carnaliter accipimus, tunc ista res nullam nobis utilitatem adfert. Rom. 2, 29. 2. Corinth. 3, 6. τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ, quando verbum spiritu intellectum observas, & spiritum Dei, seu mentem ad modum Christi conformatam, habes, tunc certe salutis tuæ certissimus esse potes. 20) *Virtus*. Luc. 1, 17. ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλία, in virtute spiritus & potentia Eliæ. 2. Thess. 2, 8. τῷ πνεύματι τᾶ τόματος αὐτᾶ, virtute spiritus oris sui. Apoc. 11, 11. πνεῦμα ζωῆς ἐκ τᾶ Θεᾶ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτές, virtus vitæ ex Deo ingressa est in eos.

21) *Doctores & præcones verbi divini.* 1. Corinth. 12, 10. 2. Theſſ. 2, 2. 1. Tim. 4, 1. προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, adtendentes doctoribus falſis, ſive per ſpiritus h. l. doctores falſos, ſive ipſos quoque diabolos intelligas, res eodem recidit. 1. Joann. 4, 1. μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, ne omni doctori credite, ſed explorate doctores. v. 3. 6. 22) Πνεῦμα ἅγιον notat *Spiritum Sanctum*, tertiam divinitatis perſonam. Matth. 1, 18. 20. illud enim quod in ipſa natum eſt, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου, ex Spiritu S. eſt. Joann. 14, 26. ὁ δὲ παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, paracletus vero Spiritus S. Dicitur πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Matth. 3, 16. 12, 18. Rom. 8, 11. 1. Cor. 6, 11. 7, 40. πνεῦμα Κυρίου, Luc. 4, 18. Act. 5, 9. Πνεῦμα τοῦ πατρός. Matth. 10, 20. &c. Elliptice ἅγιος omittitur & κατ' ἐξοχὴν nominatur πνεῦμα. Matth. 4, 1. ὑπὸ τοῦ πνεύματος, a Spiritu Sancto. cap. 22, 43. πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; quomodo igitur David per Spiritum S. Dominum ipſum vocat? (coll. Marc. 12, 36.) Rom. 8, 16. αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ille Spiritus S. conteſtatur ſpiritui noſtro. Gal. 5, 18. εἰ γὰρ πνεύματι ἄγεσθε, ſi enim Spiritu S. ducimini, non eſtis ſub poteſtate & maledictione legis. 2. Theſſ. 2, 13. & 1. Petr. 1, 2. ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, in ſanctificatione Spiritus Sancti. 1. Joann. 3, 24. ἐκ τοῦ πνεύματος, οὗ ἡμῖν ἔδωκεν, ex Spiritu S. quem dedit nobis. Apoc. 2, 7. & 3, 6. τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις, quid Spiritus S. dicat eccleſiis. 23) *Dona Spiritualia* extraordinaria, viſibilis Spiritus S. in prima eccleſia effuſio. Joann. 7, 39. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, (ſubaudi: ἐκχυνόμενον,) nondum enim erat Spiritus Sanctus effuſus. Verſio Vulgata apud Rupertum Tuitienſem legit: Nondum enim erat Spiritus S. datus. Act. 19, 2. εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐδὲ, εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν (ſcil. ἐκχυνόμενον,) ἠκούσαμεν. Quæſtio Apoſtoli erat: an dona Spiritus S. ſuper illos, cum fidem Chriſtianam receperint, fuerint effuſa? Ad quam hæc eſt reſponſio: Sed neque, Spiritus S. dona miraculoſo quodam more effundi, audivimus. Sic Matth. 3, 11. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, ille vos baptizabit Spiritu S. (effuſo) & igne. Actor. 10, 44. ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, cecidit Spiritus S. ſuper omnes audientes verbum (Dei.) 2. Cor. 6, 6. 1. Theſſ. 1, 5. Hebr. 2, 4. Elliptice occurrit in hac ſignificatione ſæpiſſime, quod vide num. 16. 24) *Impulſus, inſtinctus,* & virtus *Spiritus S.* Marc. 12, 36. αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ipſe enim David dixit impulſu Spiritus S. Rom. 9, 1. conteſtante mihi conſcientia mea ἐν πνεύματι ἁγίῳ, inſtinctu Spiritus S. cap. 14, 17. 1. Cor. 12, 3. 2. Tim. 1, 14. 2. Petr. 1, 21. Judæ v. 20. ἐν πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, inſtinctu Spiritus S. precantes. Elliptice. Matth. 4, 1. 22, 43. Luc. 2, 27. ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερὸν, venit impulſu Spiritus S. in templum.

c. 4,

c. 4, 1. 14. Joann. 4, 23. Actor. 18, 25. Rom. 8, 9. 13. Gal. 3, 5. Eph. 3, 5. 16. 5, 9. 18. 1. Timoth. 4, 12.

Πνευματικὸς, ἡ, ὸν, 1) *Spiritualis*, (a πνεῦμα.) 1. Cor. 15, 44. σῶμα πνευματικὸν, corpus ſpirituale, h. e. quod proprietatibus ſpiritualibus præditum eſt, ita ut æque ac ſpiritus neque edere, nec dormire cogatur, ſeque ab uno loco ad alium facile movere poſſit. Epheſ. 6, 12. πρὸς τὰ πνευματικὰ (ſc. πράγματα) τῆς πονηρίας, adverſus ſpiritualia malitiæ, h. e. malitiam diaboli ſpiritualem. 2) *Ad animam pertinens* & a Spiritu S. proveniens. Rom. 1, 11. ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, ut aliquod communicem vobis chariſma ſpirituale. cap. 15, 27. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς (ſc. χρήμασιν) αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ſi enim iis, quæ ad animæ ſalutem pertinent, bonis cum illis participarunt gentes. 1. Cor. 2, 13. 9, 11. εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν. Epheſ. 1, 3. ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, qui benedixit nobis varia benedictione ad animam ſpectante. Col. 1, 9. Epheſ. 5, 19. & Col. 3, 16. ᾠδαῖς πνευματικαῖς. 3) *Per Spiritum S. regeneratus.* 1. Cor. 2, 13. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, cum ſpiritualibus ſpiritualia dijudicantes, conferentes. v. 15. c. 3, 1. & ego fratres, non potui λαλῆσαι ὑμῖν, ὡς πνευματικοῖς, loqui ad vos, tanquam Spiritu renatis. 4) *Ad dona Spiritus S. extraordinaria pertinens.* 1. Cor. 12, 1. περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν (ſc. χαρισμάτων) de donis vero ſpiritualibus extraordinariis. cap. 14, 1. ζηλᾶτε δὲ τὰ πνευματικὰ, æmulamini vero dona Spiritus S. extraordinaria, & v. 37. his donis præditus vocatur πνευματικός. 5) *Quod habet ſenſum ſpiritualem*, & quoque talem obſervationem requirit. Rom. 7, 14. ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν, lex non eſt ſecundum externum ſenſum litteralem explicanda, & adeo tantum ad corpus referenda, ſed ſpiritualiter eſt intelligenda, requirens perfectam obedientiam, præcipue internam, deinceps etiam externam. 6) *Quod habet ſenſum typicum.* 1. Cor. 10, 3.* καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, & omnes eundem cibum ſpiritualem comederunt. Judæi quoque ſic vocant לֶחֶם רוּחָנִי & מָזוֹן רוּחָנִי. Panis quidem tunc fuit naturalis, ſed typum ſimul habebat Chriſti, qui eſt panis ſpiritualis: ſic v. 4. καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. 7) *Quod habet ſenſum myſticum & allegoricum.* 1. Petr. 2, 5. οἶκος πνευματικὸς, domus ſpiritualis, ibid. ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, offerre victimas ſpirituales.

Πνευματικῶς, adv. 1) *Spiritualiter*, (a præced.) 2) *Ut regenerationi ſpirituali convenit.* 1. Cor. 2, 14. ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται, quia doctrina evangelii nititur ratiocinationibus non carnalibus, & quæ præſentia ſpectant, ſed ſpiritualibus, & quæ rerum futurarum ac inconſpicuarum cognitionem complectitur. Ita Clericus ad Hammondum. 3) Spiritualiter, *typi-*

ce, myſtice, allegorice. Apoc. 11, 8. ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα, quæ allegorice vocatur Sodoma.

Πνέω, f. πνεύσω, *Flo, ſpiro.* Matth. 7, 25. & 28. καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, & ſpirarunt venti. Luc. 12, 55. Joann. 3, 8. Actor. 27, 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ (ſcil. αὔρᾳ,) levato artemone ſecundum auræ flatum. Apoc. 17, 1.

Πνίγω, f. ξω, 1) *Strangulo*, coarcto, *comprimo.* Matth. 18, 28. κρατήσας ἔπνιγε αὐτὸν, tenuit & coarctavit ipſum. 2) *Suffoco* in aqua. Marc. 5, 13. ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ſuffocabantur in mari.

Πνικλὸς, ἡ, ὸν, *Suffocatus*, ſtrangulando enectus. Πνικλὸν, ὃ, τὸ, animal ſuffocatum, (a πνίγω.) Act. 15, 20 & 29. τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τοῦ πνικλοῦ, abſtinendi cauſſa ab animali ſuffocato. c. 21, 25. Arbitror præcipue alludi ad carnem ſuillam, in eaque ad vulvas & ſumen, de quibus Apicius de arte coquinaria 7, 1. 2.

Πνοὴ, ῆς, ἡ, 1) *Flatus*, *ventus*, aura, (a πνέω.) Actor. 2, 2. ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, ſicut flatus violenti, qui ferebatur. 2) *Spiritus*, ſpiraculum, *halitus.* Act. 17, 25. αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν, ille dans omnibus vitam & halitum.

Ποδήρης, εος, ὁ, ἡ, ad ipſos pedes pertingens, ſeu dependens, veſtis talaris, (ex πούς & ἄρω, necto, apto.) Apoc. 1, 13. ἐνδεδυμένον ποδήρη (ſc. χιτῶνα, ſeu ἐσθῆτα,) indutum veſte talari. Suidas: ποδήρης, ἕως τῶν ποδῶν χιτών.

Πόθεν, adv. 1) *Unde?* undenam? (ab ὅθεν.) Matth. 13, 27. πόθεν ἔχει τὰ ζιζάνια; unde habet zizania? cap. 15, 33. 21, 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; baptismus Joannis unde erat? Luc. 1, 43. Joann. 1, 48. 19, 9. Jac. 4, 1. Apoc. 7, 13. 2) *Quomodo?* Marc. 12, 37. πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; quomodo filius ejus eſt? 3) Citra interrogationem. Luc. 13, 25 & 27. ἐκ οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ, non novi vos, unde ſitis. Joann. 2, 9. 3, 8. 7, 27. 28. 8, 14.

Ποιέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Facio*, *condo*, *compono.* Matth. 17, 4. ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, fabricabimur hic tria tabernacula. Joann. 2, 15. ποιήσας φραγέλλιον, poſtquam fecit flagellum. cap. 9, 6. ἐποίησε πηλὸν, fecit lutum. cap. 18, 18. ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, qui ſtruem carbonum fecerant. Act. 7, 40. ποίησον ἡμῖν θεούς, fabricare nobis Deos. c. 9, 39. 19, 24. Hebr. 8, 5. Apoc. 13, 14. metaph. Joann. 14, 23. μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα, manſionem apud ipſum faciemus. 2) *Operor*, *laboro.* Matth. 20, 12. οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, hi ultimi unicam horam laborarunt. 3) *Facio*, i. e. *ago.* Marc. 2, 23. ὁδὸν ποιεῖν, iter facere. conf. Luc. 13, 22. Marc. 3, 6. συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, conſilium agebant contra ipſum. cap. 15, 1. Adde Act. 23, 12. 13. 25, 3. ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν, inſidias ſtruentes interficiendi ipſum. Luc. 18, 7 & 8. ποιήσει ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει, aget vindictam ipſorum in celeritate. Sic Act. 7, 24. Joann. 5, 27, κρίσιν ποιεῖν, judicium exſequi. Judæ v. 15. Apoc. 11, 7. ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, geret bellum

cum

cum illis. v. 17. 13, 5. 7. 19, 19. Matth. 6, 1. ποιεῖν ἐλεημοσύνην, erogare eleemosynas. v. 2. 3. Act. 9, 36. 10, 2. 24, 17. Act. 15, 3. ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς, excitabant gaudium magnum omnibus Christianis. cap. 24, 12. non invenerunt me - ἐπισύσασιν ποιοῦντα τὸν ὄχλον, seditionem populi moventem. Matth. 27, 22. τί ἓν ποιήσω Ἰησοῦν; quid faciam de Jesu? Joann. 13, 27. ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον, quod vis facere, celerius fac. Præsens pro futuro: sic Matth. 26, 18. Plura hujus significationis vide infra in ποιέω. 4) *Paro, apparo.* Matth. 22, 2. ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, qui fecit nuptias filio suo. Marc. 6, 21. δεῖπνον ἐποίει, cœnam faciebat. Luc. 5, 29. 14, 12. 13. 16. Joann. 12, 2. 5) *Creo.* Marc. 10, 6. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, marem & fœminam creavit illos. Luc. 11, 40. Act. 4, 24. Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, Domine, tu es Deus, qui creavit cœlum & terram. Hebr. 1, 2. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, per quem etiam mundum fecit. Descriptio Dei omnipotentis, qui Judæis sæpe numero dicitur עֹשֵׂה שָׁמַיִם vel עֹשֵׂה עוֹלָמִים. Adde Act. 7, 50. 14, 15. 15, 17. 17, 24. 26. Hebr. 1, 7. Apoc. 14, 7. 21, 5. 6) *Comparo mihi,* Luc. 12, 33. ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια, comparate vobis crumenas. 7) *Facio, perago,* officium exsequor, & impleo. Matth. 7, 21. ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου, qui exsequitur voluntatem Patris mei. c. 12, 49. 19, 16. τί ἀγαθὸν ποιήσω; quid boni peragam? cap. 21, 31. Marc. 6, 20. ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, postquam audiverat ipsum, multa peragebat. Luc. 2, 27. 6, 46. 49. 8, 21. 10, 28. 12, 47. 22, 19. Joann. 3, 21. ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, exsequens veritatem. Hebr. 10, 7. 9. 36. Jac. 3, 18. 1. Joann. 1, 6. 2, 17. 29. ὁ ποιῶν δικαιοσύνην, qui peragit quod justum est. cap. 3, 7. 10. 22. Apoc. 17, 17. 22, 15. ποιῶν ψεῦδος, faciens mendacium. Restat adhuc locus Matth. 5, 19. ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, quicunque autem fecerit & docuerit. Ubi nota, Servatorem τὸ ποιεῖν præponere non ratione ordinis, sed ratione dignitatis, ea de caussa, ut ostendat, se non tam eos amare, qui multa sapienter de voluntate divina dicere possent, quam potius illos, qui re ipsa id præstant, vel quia, qui alios vult docere, prius ipse doctrinas & officia proponenda perficere debet. Sic Act. 1, 1. ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. conf. Exod. 24, 7. 8) *Patro,* res magnas edo. Matth. 7, 22. δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν ἐν τῷ ὀνόματί σου, potentias multas edidimus in nomine tuo. cap. 13, 58. Marc. 6, 5. 9, 39. Act. 19, 11. Apoc. 13, 12. καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ, & potentiam prioris animalis omnem patrat. Joann. 2, 11. 23. videntes miracula ejus, ἃ ἐποίει, quæ edebat. Act. 6, 8. ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ, patrabat prodigia & miracula magna in populo. Joann. 5, 36. αὐτὰ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, ipsa opera, quæ ego patro, testantur de me. 9) *Peccatum committo.* Matth. 13, 41. ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, facientes peccatum. conf. Joann. 8, 34. 1. Joann. 3, 8. 9.

Adde Matth. 27, 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; quid enim mali commisit? Marc. 15, 7. οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν, qui in seditione cædem perpetraverant. 1. Cor. 5, 2. ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας, qui opus hoc malum fecit. 10) *Exhibeo*, vel *præsto alicui officium*, gero me erga aliquem. Matth. 18, 35. Sic etiam Pater meus cœlestis ποιήσει ὑμῖν, geret se erga vos. c. 20, 32. 25, 40. 45. Marc. 7, 12. 5, 19. ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε, quanta tibi Dominus exhibuerit. Jacob. 2, 13. τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος, illi, qui non exercuit misericordiam. 11) *Mala alicui exhibeo*. Matth. 17, 12. 21, 36. 40. τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς; quid faciet agricolis? Marc. 9, 13. ἐποίησαν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν, fecerunt ipsi, quæcunque voluerunt. Luc. 2, 48. 6, 11. 23. 12, 4. 19, 48. 20, 15. Joann. 15, 21. ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν, hæc omnia facient vobis. Hebr. 13, 6. τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος; quid mali faciet mihi homo? 12) *Efficio*, *reddo*, *constituo*. Matth. 3, 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, rectas reddite semitas ipsius. cap. 5, 36. quia non potes unicum capillum λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιήσαι, albam aut nigram reddere &c. 13) *Caussa sum*, *occasionem* & subsidia *præbeo* alicujus rei. Adhibetur cum verbo insequente loco conjugationis Hiphil hebraicæ. Matth. 5, 32. ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι, efficit, ut illa mœcha fiat. Marc. 1, 17. 8, 25. ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, effecit, ut ille visum reciperet. Luc. 5, 34. Joann. 6, 10. Apoc. 3, 9. 13, 12. 13. 15. 16. 14) *Constituo*, *muneri præpono*, eligo. Matth. 4, 19. ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, faciam vos piscatores hominum. Marc. 3, 14. καὶ ἐποίησε δώδεκα, & elegit duodecim. Luc. 15, 19. Joann. 4, 1. 6, 15. Adde Elsneri Observ. sacras tom. 1. p. 138. 15) *Prædico*. Joann. 5, 18. 8, 53. τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς; quem teipsum tu prædicas? cap. 10, 33. 16) *Dego*, *commoror*, ποιῶ (sc. χρόνον.) 2. Cor. 11, 25. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα (scil. χρόνον,) nocte dieque in profundo commoratus sum. Plene Act. 15, 33. ποιήσαντες δὲ χρόνον. cap. 18, 23. Sic. v. 21. oportet me omnino τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, festum futurum celebrare Hierosolymis. cap. 20, 3. ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, postquam commoratus eram menses tres. Jac. 4, 13. * καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, & degemus ibi annum unum. Significatio hebræis, græcis & latinis usitata. Exemplum Demosthenis adducit Elsnerus tom. 1. p. 430. adde Raphelii annot. ex Polybio ad Act. 15, 33. & Drusium ad Ruth. 2, 19. 17) *Progenero*, *frustum fero*. Matth. 3, 10. πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, omnis arbor non ferens fructum bonum. c. 7, 17. 18. 19. 13, 23. καὶ ποιεῖ, ὃ μὲν ἑκατὸν, & fert aliud centum. Marc. 4, 32. ποιεῖ κλάδους μεγάλους, profert ramos magnos. Luc. 3, 9. 6, 43. 8, 8. 13, 9. Jac. 3, 12. Apoc. 22, 2. Metaph. Matth. 3, 8. ποιήσατε οὖν καρποὺς, proferte igitur fructus dignos pœnitentia. cap. 21, 43. Luc. 3, 8. 18) *Celebro festum*. Matth. 26, 18. πρὸς σὲ ποιῶ πάσχα, apud te celebrabo pascha. Hebr. 11, 28. Act. 18, 21. 19) καλῶς ποιῶ notat

α) *Bene*

α) *Bene ago*, generatim. Act. 10, 33. καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος, bene egisti, quod adveneris. 1. Cor. 7, 37. 38. Phil. 4, 14. Jac. 2, 8. 19. 2. Petr. 1, 19. 3. Joann. v. 6. ἃς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ, bene ages, si eos comitaberis, ut verum Dei cultorem decet. β) *Beneficentia prosequor*. Luc. 6, 27. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, benefacite odio habentibus vos. Marc. 14, 7. & quando vultis, potestis αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι, illis benefacere. 20) *Lucrifacio*. Matth. 25, 16. ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα, lucratus est alia quinque talenta. Luc. 19, 18. 21) ἔξω ποιῆσαι, notat *educere*, *abducere*, *hinaus schaffen*. Act. 5, 34. ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι, jussit Apostolos parumper secedere. Sic Aristoteles Oeconom. lib. 2. p. 598. Exempla alia habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 385. Jobi 11, 14. τὸ ἄνομον πόρρω ποίησον ἀπὸ σοῦ, quod contra legem est, procul remove a te. cap. 22, 23. πόρρω ἐποίησας ἀπὸ διαίτης σε ἄδικον, procul removisti a conversatione tua injustum. 22) ποιεῖσθαι medium, notat idem, quod activum in significatu 3. *perago*. Luc. 5, 33. δεήσεις ποιοῦνται, preces peragunt. Sic Phil. 1, 4. 2. Tim. 2, 1. Luc. 13, 22. πορείαν ποιούμενος, iter faciens. Act. 1, 1. λόγον ἐποιησάμην, historiam composui. c. 8, 2. ἐποιήσαντο κοπετὸν, fecerunt luctum. c. 20, 24. ἀδενὸς λόγον ποιοῦμαι, nullius rei rationem habeo. Rom. 1, 9. μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι, memoriam vestri facio: sic Ephes. 1, 16. 1. Thess. 1, 2. Philem. v. 4. Porro Rom. 13, 14. πρόνοιαν ποιήσασθαι, curam habere. cap. 15, 26. κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι, communicationem quandam habere. Ephes. 4, 16. Hebr. 1, 3. 2. Petr. 1, 10. 15. Judæ v. 3. πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος, omnem industriam adhibens. perf. pass. πεποιημένος, factus, creatus. Hebr. 12, 27.

Ποίημα, ατος, τὸ, *Opus*, (a ποιέω.) speciatim, *opus creationis*. Rom. 1, 20. τοῖς ποιήμασι νοούμενα, operibus creationis intelliguntur. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 6. metaph. Ephes. 2, 10. αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, ipsius enim opus sumus, creati (h. e. regenerati) in Christo Jesu.

Ποίησις, εως, ἡ, *Opus*, *actio*, observatio & impletio verbi divini, (a ποιέω.) Jac. 1, 25. οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται, talis beatus in actione sua erit.

Ποιητὴς, οῦ, ὁ, 1) *Poëta*, (ab eodem.) Act. 17, 28. ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, sicut etiam quidam apud vos poëtarum dixerunt. 2) *Observator*. Rom. 2, 13. οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου, observatores legis, qui agunt ea, quæ in lege præscribuntur. 1. Maccab. 2, 67. Jacob. 1, 22. γίνεσθε ποιηταὶ λόγου, estote observatores verbi divini. cap. 4, 11.

Ποικίλος, η, ον, *Varius*. Matth. 4, 24. ποικίλαις νόσοις, variis morbis. 2. Tim. 3, 6. ἐπιθυμίαις ποικίλαις, concupiscentiis variis. Tit. 3, 3. Hebr. 2, 4. 13, 9. διδαχαῖς ποικίλαις, doctrinis variis. Jac. 1, 2. ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις, quando incidistis in

varias tentationes. Sic. 1. Petr. 1, 6. cap. 4, 10. tanquam boni dispensatores ποικίλης χάριτος Θεοῦ, variæ gratiæ Dei.

Ποιμαίνω, f. ανῶ, 1) *Pasco*, proprie pecudem, (a ποιμήν.) Luc. 17, 7. 1. Cor. 9, 7. τίς ποιμαίνει ποίμνην; quis pascit gregem? 2) Met. *Curam corporis habeo.* Judæ v. 12. ἀφόβως ἑαυτὰς ποιμαίνοντες, sine timore seipsos foventes & alentes. 3) *Verbo divino* animam *pasco*, doceo eam & curam salutis ipsius gero. Joann. 21, 16. ποίμαινε τὰ πρόβατά μκ, salutis ovium mearum curam gere. Actor. 20, 28. 1. Petr. 5, 2. 4) *Rego, guberno.* Matth. 2, 6. ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μκ τὸν Ἰσραὴλ, qui gubernabit populum meum Israëlem. Apoc. 7, 17. ibid. c. 2, 27. & 12, 5. ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, qui cohibebit omnes gentes baculo ferreo. cap. 19, 15.

Ποιμήν, ένος, ὁ, 1) *Pastor*, opilio. Matth. 25, 32. Luc. 2, 8. 15. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες, homines pastores. Matth. 9, 36. ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα, quasi oves non habentes pastorem. 2) *Curator animarum.* Joann. 10, 2. ποιμὴν ἐστι τῶν προβάτων, pastor est ovium. Eph. 4, 11. τὰς δὲ ποιμένας κ) διδασκάλκς, alios vero constituit pastores & doctores. 3) *Christus*, qui est archipastor, atque salutem nostrarum animarum miserandarum procurat. Matth. 26, 31. πατάξω τὸν ποιμένα, percutiam pastorem. Joann. 10, 11. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ego sum ille pastor bonus. Hebr. 13, 20. τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, pastorem illum ovium magnum.

Ποίμνη, ης, ἡ, 1) *Grex ovium.* (a ποιμήν.) Luc. 2, 8. 1. Cor. 9, 7. 2) *Cœtus fidelium*, & filiorum Dei. Matth. 26, 31. Joann. 10, 16. γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμὴν, fiet unus grex & unus pastor.

Ποίμνιον, ἰκ, τὸ, 1) *Grex ovium*, (diminutivum a ποίμνη.) 2) *Cœtus ecclesiæ Dei* vel piorum. Luc. 12, 32. μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον, ne timeas, o parvule grex. Act. 20, 28. cavete igitur vobis κ) παντὶ τῷ ποιμνίῳ, & toti Christianorum ecclesiæ. 1. Petr. 5, 2. 3. ἀλλὰ τύποι γενόμενοι τοῦ ποιμνίκ, sed tanquam typi facti ecclesiæ.

Ποῖος, ποία, ποῖον, 1) *Qualis*, (ab οἷος.) Joann. 12, 33. 18, 32. & 21, 19. ποίῳ θανάτῳ, quali morte. Rom. 3, 27. διὰ ποίκ νόμκ; per qualem legem? 1. Cor. 15, 35. ποίῳ τῷ σώματι ἔρχονται; quali corpore futuri sunt? sc. mortui. Jac. 4, 14. ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; qualis seu quomodo comparata est vita vestra? 2) *Quis.* Matth. 24, 42. nescitis, ποίκ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται, qua hora Dominus vester veniat v. 43. Joann. 10, 32. διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον; propter quodnam illorum operum? Act. 23, 34. Luc. 5, 19. & non inveniebant, διὰ ποίας (sc. ὁδοῦ seu χώρας) εἰσενέγκωσιν αὐτὸν, per quam viam, seu quomodo, qua ratione inferrent ipsum.

Πολεμέω, ῶ, f. ήσω, *Bello, bellum gero*, (a πόλεμος.) Jacob. 4, 2. μάχεσθε κ) πολεμᾶτε, pugnatis & dimicatis. Apoc. 2, 16. 12, 7.

Mi-

Michaël & angeli ejus ἐπολέμησαν κατὰ τοῦ δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε, pugnaverunt contra draconem, & draco pugnavit.

Πόλεμος, ου, ὁ, 1) *Bellum*, prœlium, pugna. Matth. 24, 6. audietis πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, bella & famam bellorum. 1. Cor. 14, 8. Hebr. 11, 34. ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, facti sunt fortes in bello. 2) Metaph. pro *contentione* & *dissidio*. Jac. 4, 1. πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι; Apoc. 9, 7. 9. 11, 7. 12, 7. ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ, fiebat bellum in cœlo, h. e. in ecclesia.

Πόλις, εως, ἡ, 1) *Urbs*, *civitas*, oppidum. Matth. 23, 34. ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, ab urbe in urbem. Luc. 8, 1. διώδευε κατὰ πόλιν, proficiscebatur oppidatim. Sed Act. 24, 12. οὔτε κατὰ τὴν πόλιν, expone, neque in urbe. Luc. 13, 22. κατὰ πόλεις, per singulas civitates. Act. 26, 11. εἰς τὰς ἔξω (sc. ἄσας) πόλεις, in exteriores civitates. Act. 7, 58. ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν, ejiciebant extra urbem & lapidabant. Ex more antiquo & novo. Sic Deus Levit. 24, 14. Educ blasphemantem extra castra. 2) *Incolæ civitatis*, per metonymiam. Matth. 8, 34. πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν, omnes incolæ civitatis egressi sunt. c. 10, 15. 11, 20. ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, increpuit civitates. 3) κατ' ἐξοχὴν, *urbs Hierosolyma*. Matth. 28, 11. Luc. 19, 41. ἰδὼν τὴν πόλιν, vidit Hierosolymam urbem. Hebr. 13, 14. οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, non enim habemus hic manentem civitatem. Adludit Apostolus ad paullo post futuram eversionem Hierosolymorum, quam κατ' ἐξοχὴν urbem vocant, sicut Romani Romam, Græci Constantinopolim. Quum huic urbi adligatus esset cultus divinus, ejus quoque finem ipsis proponit, ne diutius ipsi adhæreant, sed potius civitatem futuram quærant. Matth. 4, 5. & 27, 53. Apoc. 11, 2. ἡ πόλις ἡ ἁγία, civitas sancta. 4) Metaphorice *ecclesia* tum adhuc militans, tum triumphans. Apoc. 21, 10. ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ. v. 15. 16. 18. 19. 21. 23. 22, 14. Hebr. 11, 10. 16. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν, præparavit enim illis civitatem. cap. 12, 22. accessistis - πόλει Θεοῦ ζῶντος, civitati Dei viventis. Apoc. 3, 12. 11, 2. 21, 2. 22, 19. 5) ἡ πόλις ἡ μεγάλη primum est Hierosolyma, Apoc. 21, 10. deinde per eam intelligitur sedes ecclesiæ falsæ. Apoc. 11, 8. ἐπὶ τῆς πλατείας πόλεως τῆς μεγάλης, in platea civitatis magnæ - ubi Dominus noster crucifixus fuit. c. 14, 8. 16, 19. 17, 18. 18, 10. 18. 19. 21.

Πολιτάρχις, ου, ὁ, Urbis præfectus, (ex πόλις & ἄρχων, princeps.) Actor. 17, 6. 8.

Πολιτεία, ας, ἡ, 1) *Administratio reipublicæ*, (a πολιτεύω.) 2) *Civitas*, *jus civitatis*. Act. 22, 28. πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην, hoc jus civitatis magno pretio acquisivi. Metaph. Ephes. 2, 12. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, abalienati a jure civitatis Israëlis, ecclesiæ veræ.

Πολίτευμα, ατος, τὸ, 1) *Administratio reipublicæ*. 2. Maccab. 12, 7. (ab eodem.) 2) *Vita civilis*, *civitas*.

3) Utrumque notat, tum *jus civitatis*, tum *converſationem* ex jure civitatis. Et quidem metaph. Philipp. 3, 20. ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, jus civitatis noſtrum & converſatio ſecundum illud in cœlis eſt. Πολίτευμα denotat h. l. converſationem hominis ſive Judæi in V. T. ſive Chriſtiani in regno gratiæ. confer vocem ſequentem. Adde Caſaubonum ad epiſt. Gregorii Nyſſeni ad Euſtathiam p. 65. ſ. Dilherrum Diſpp. tom. 1. p. 96. 97. Raphelii annot. in N. T. ex Arriano & Polybio.

Πολιτεύω, f. εύσω, 1) *Rempublicam gero* ſeu adminiſtro. Medium πολιτεύομαι idem, *rempublicam guberno*, magiſtratu fungor, (a πολίτης.) 2) *In republica verſor* ut civis, gero me ut civem. 3) Uſurpatur de quavis converſatione & vitæ genere, de moribus, quibus aliquis ſe gerit. Philip. 1, 27. μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε, tantummodo digne evangelio Chriſti converſamini, vos gerite, ut veris Reipublicæ eccleſiæ Chriſtianæ membris dignum eſt. Act. 23, 1. ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, ego omni conſcientia bona converſatus ſum, me geſſi in honorem Dei usque ad hanc diem. Joſephus Antiqv. 3, 5. 8. τόν τε τρόπον, καθ' ὃν εὐδαιμονήσασι, πολιτευόμενοι, λέγων, αὐτῷ κατὰ ταύτας ὑποθέσθαι τὰς ἡμέρας. Moſes de monte diſcedens populo dixit, per illos dies ſibi modum a Deo revelatum eſſe, ſecundum quem ſi converſarentur, felices futuri eſſent. Et 4, 21. τήν τε σάσιν, καὶ ὅσα μετὰ ταύτην Μωϋσῆς ἐπολιτεύσατο, διηγήσομαι, ſeditionem vero Coræ, & quemadmodum Moſes poſt eam verſatus ſit, enarrabo.

Πολίτης, ου, ὁ, *Civis*, (a πόλις.) Luc. 15, 15. 19, 14. Act. 21, 39. Paullus erat οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης, non ignobilis urbis civis.

Πολλά vide in πολύς.

Πολλάκις, adv. *Sæpe*, ſubinde, frequenter, (a πολλά, idem) Matth. 17, 15. πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ, ſæpe enim cadit in ignem, & ſæpe in aquam. Hebr. 10, 11. τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, easdem ſæpius offerens victimas.

Πολλαπλασίων, ονος, ὁ, ἡ, *Multiplex*, admodum varius, item multo amplior, multo plus, (a πολύς.) Luc. 18, 30. ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα (ſc. μέρη,) qui non recipiat multiplicia vel multipliciter, tempore hoc.

Πολυλογία, ας, ἡ, *Verboſitas*, *multiloquium*, loquacitas, (ex πολὺς & λόγος, ſermo.) Matth. 6, 7. gentiles putant, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται, fore, ut in loquacitate ſua exaudiantur.

Πολυμερῶς, adv. *Multifariam*, (a πολυμερὴς, multis partibus conſtans, in multas partes diviſus, multiplex, ex πολὺς & μέρος, pars.) Hebr. 1, 1.

Πολυποίκιλος, ου, ὁ, ἡ, *Admodum varius*, *multifarius*, multimodus, (ex πολὺς & ποικίλος, varius.) Epheſ. 3, 10. ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, multifaria ſapientia Dei.

Πο-

Πολὺς, πολλὴ, πολὺ, gen. πολλοῦ, πολλῆς, πολλοῦ, 1) *Multus*, numerosus. Matth. 3, 7. πολλοὺς τῶν Φαρισαίων, multos Pharisæorum. Luc. 12, 47. δαρήσεται πολλὰς (sc. πληγὰς,) vapulabit multis plagis. Marc. 3, 7. & 8. πλῆθος πολὺ, multitudo magna & numerosa. Act. 11, 21. πολὺς ἀριθμὸς, magnus numerus. c. 18, 10. λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, populus multus est mihi in urbe hac. Marc. 6, 35. καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, & cum jam tempus multum præterlapsum esset. Joann. 12, 24. πολὺν καρπὸν φέρει, numerosum fructum fert. c. 15, 5. 8. Hinc πολλῷ, (pro ἐν πολλῷ μέρει, seu μέτρῳ,) præponitur comparativis, ut in πολλῷ μᾶλλον. Matth. 6, 30. οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς; Marc. 10, 48. ὁ δὲ (ἐν) πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, ille vero multo magis clamabat. Rom. 5, 9. 10. 15. 17. &c. Sic Joann. 4, 41. καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν, & multo plures crediderunt. 2) *Magnus*, *amplus*, spatiosus, quod longe se extendit. Matth. 2, 18. ὀδυρμὸς πολὺς, ejulatus longe se extendens. cap. 5, 12. ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, merces vestra magna est in cœlis. cap. 9, 37. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, messis quidem longe se extendit. cap. 13, 5. οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν, non habebat terram amplam. Luc. 10, 40. περὶ πολλὴν διακονίαν, circa ministerium longe se extendens. Act. 15, 32. διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν, per sermonem uberiorem adhortati sunt. Rom. 9, 22. ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ in magna longanimitate. 1. Petr. 1, 3. κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος, secundum magnam ipsius misericordiam. Sic Matth. 26, 9. potuisset hoc unguentum πραθῆναι πολλοῦ (sc. τιμήματος,) vendi magno pretio. 3) *Multus*, *vehemens*, potens. Matth. 2, 18. Joann. 7, 12. γογγισμὸς πολύς. Act. 15, 7. πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, vehementi vero disputatione facta. Apoc. 1, 15. ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν, sicut sonus aquarum multarum & potentium. 4) *Longus*. Matth. 25, 19. μετὰ δὲ χρόνον πολὺν, post tempus vero longum. Joann. 5, 6. Act. 27, 14. μετ' οὐ πολὺ δὲ (sc. μέρος τοῦ χρόνου,) non adeo multo post. c. 28, 6. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, diu vero illis exspectantibus. 5) πολλοὶ, *omnes*. Matth. 20, 28. λύτρον ἀντὶ πολλῶν, pretium redemtionis pro omnibus, quippe qui sunt multi. v. 16. πολλοὶ γάρ εἰσι πλητοὶ, omnes enim sunt vocati. c. 26, 28. sanguis Christi περὶ πολλῶν, i. e. pro omnibus effunditur in remissionem peccatorum. Marc. 10, 45. 14, 24. Hebr. 9, 28. Rom. 5, 15. οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, omnes homines mortui sunt in Adamo. Adde Rom. 8, 29. 1. Cor. 10, 33. 6) Neutrum πολὺ adverbialiter, *multum*, *valde*, pro κατὰ πολὺ μέρος. Marc. 12, 27. πολὺ πλανᾶσθε, valde erratis seu fallitis vos ipsos. Luc. 7, 47. ὅτι ἠγάπησε πολὺ, ideo amavit valde. Sic 2. Cor. 8, 22. νυνὶ δὲ (κατὰ) πολὺ (μέρος) σπουδαιότερον, nunc vero magna ex parte strenuiorem. 1. Petr. 1, 7. πολὺ τιμιότερον χρυσίου, multo præstantius auro. Act. 26, 29. ἐν πολλῷ (sc. μέρει,) magna ex parte. Plural. πολλὰ α) *Multum*, *valde*, pro κατὰ πολλὰ μέρη. Marc. 1, 45. 3, 12. πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς,

τοῖς, valde increpabat illos. cap. 5, 10. παρεκάλει αὐτὸν πολλά, rogabat eum multum. v. 23. 1. Cor. 16, 19. Adde Marc. 5, 38. 43. 9, 26. 15, 3. Jacob. 5, 16. Apoc. 5, 4. Adde etiam Elsneri Obſ. ſacras tom. 1. p. 145. β) *Sæpe*, frequenter, plerumque. Matth. 9, 14. cur nos & Phariſæi νηστεύομεν πολλά, jejunamus frequenter. Jacob. 3, 2. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες, multum & ſæpe labimur omnes. Sic τὰ πολλὰ (pro κατὰ τὰ πολλὰ μέρη τῆς χρόνε.) Rom. 15, 22. διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ, ideo etiam impeditus fui ſæpiſſime.

Πολύσπλαγχνος, ε, ὁ, ἡ, *Valde & multum miſericors*, (ex πολὺς & σπλάγχνα, viſcera, miſericordia) Jacob. 5, 11. ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ Κύριος. Vide σπλάγχνα.

Πολυτελὴς, ές, ὁ, ἡ, *Pretioſus*, lautus, magnos ſumtus poſtulans, (ex πολὺς, & τέλος, vectigal.) Marc. 14, 3. νάρδε πιστικῆς πολυτελοῦς, nardi puri pretioſi. 1. Tim. 2, 9. ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, aut in veſtitu pretioſo. 1. Petr. 3, 4. ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελὲς, quod eſt coram Deo pretioſum. Heſychius: πολυτελῆ, πολυδάπανα, ἢ τὰ πολλοῦ ἄξια, ἤγουν τίμια.

Πολύτιμος, ίμε, ὁ, ἡ, *Valde pretioſus*, (ex πολὺς & τιμὴ, pretium.) Matth. 13, 46. ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, qui inveniebat valde pretioſum unionem. Joann. 12, 3.

Πολυτρόπως, adv. *Multis modis*, (a πολύτροπος, ε, ὁ, ἡ, cui multi ſunt modi, multiplex, varius, ex πολὺς & τρόπος, modus, ſeu τροπὴ, converſio.) Hebr. 1, 1. Heſychius: πολυτρόπως, διαφόρως, ποικίλως.

Πόμα, ατος, τὸ, 1) *Potio, potus*, (a πίνω, bibo.) Hebr. 9, 10. μόνον ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, tantummodo in cibis & potibus. 2) *Chriſtus*. 1. Cor. 10, 4. καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.

Πονηρία, ας, ἡ, *Improbitas, nequitia*, ſcelus, verſutia, prava machinatio, (a πονηρὸς.) Matth. 22, 18. γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, cum vero Jeſus nequitiam ipſorum cognoviſſet. Marc. 7, 22. Luc. 11, 39. Act. 3, 26. ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. Rom. 1, 29. 1. Cor. 5, 8. Eph. 6, 12. πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, adverſus ſpiritus malitiæ, h. e. malos homines, qui ſe ſpirituales quidem profitentur.

Πονηρὸς, ά, όν, 1) *Improbus*, ſceleſtus, *malus*, (a πονέω, laboro, item laceſſo, & hoc a πόνος.) Matth. 5, 11. πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, omne improbum verbum. v. 45. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ſuper malos & bonos. cap. 7, 17. 18. καρποὺς πονηροὺς, fructus malos. Sic ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος. Matth. 12, 35. 2. Theſſ. 3, 2. 2. Tim. 3, 13. Et πνεῦμα πονηρὸν, diabolus. Luc. 7, 21. 8, 2. Actor. 19, 12. 13. 15. 16. &c. Neutrum τὸ πονηρὸν, malum. Rom. 12, 9. ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, odio proſequentes malum. 2. Theſſ. 3, 3. καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, & cuſtodiet a malo. Plural. Matth. 9, 4. ἱνατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρά; cur vos cogitatis mala? cap. 12, 35. ἐκβάλλει πονηρὰ, profert mala. Marc. 7, 23. Luc. 3, 19. Comparativus πονηρότερος.

Matth.

Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. 2) ὁ πονηρὸς in specie est *Satanas*, seu *Diabolus*, omnis malitiæ & infortunii auctor. Matth. 13, 19. ἔρχεται ὁ πονηρὸς. v. 38. τὰ δὲ ζιζάνια, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ, zizania vero sunt filii diaboli. Ephes. 6, 16. 1. Joann. 2, 13. 14. 5, 18. 19. 3) *Avarus, invidus.* Matth. 6, 23. ὀφθαλμὸς πονηρὸς, homo avarus. cap. 20, 25. Marc. 7, 22. Luc. 11, 34. Vide in ὀφθαλμός. 4) *Malignus.* miser. Apoc. 16, 2. ἕλκος κακὸν καὶ πονηρόν, ulcus malum & malignum. 5) Significatione molliore: *Non tam bonus*, item laboriosus, quasi ponatur pro πόνηρος. Matth. 7, 11. εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, si igitur vos non tam boni existentes. Luc. 11, 13. Sic Gal. 1, 4. αἰὼν ἔτος πονηρὸς dicuntur tempora V. T. longe inferiora temporibus N. T. & quibus propter onus legis ceremonialis multa mala erant sustinenda. Hesychius: πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ.

Πόνος, ου, ὁ, 1) *Labor, studium* & opera rei alicui impensa, (a πένομαι, facio, ago.) 2) *Labor, & molestia*, ærumna, calamitas, morbus, dolor. Apoc. 16, 10. 21, 4. οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, neque luctus, neque clamor, neque ærumna unquam erit amplius.

Ποντικὸς, ῆ, όν, *Ponticus*, incola Ponti. Act. 18, 2.

Πόντιος, ίου, ὁ, *Pontius*, nomen familiæ Pilati, Judææ præsidis, latinum. Matth. 27, 2. Luc. 3, 1. Act. 4, 27. 1. Tim. 6, 13.

Πόντος, ου, ὁ, *Pontus*, regio Asiæ minoris. Act. 2, 9. 1. Petr. 1, 1.

Πόπλιος, ίου, ὁ, *Publius*, nomen viri latinum, a publicus. Actor. 28, 7. 8.

Πορεία, ας, ἡ, 1) *Via, iter*, item profectio, ipsa, (a πορεύομαι.) Luc. 13, 22. πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλήμ, iter faciens Hierosolymam. 2) Metaph. *actiones*, quas aliquis suscipit. Jacob. 1, 11. οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ, sic etiam dives in viis suis.

Πορεύομαι, f. εύσομαι, 1) *Iter facio, proficiscor*, (a πόρος, transitus, meatus.) Matth. 2, 8. 9. 20. καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραὴλ, & proficiscere in terram Israëlis &c. 1. Cor. 16, 4. 6. ut vos me comitemini, ἐὰν πορεύομαι, quocunque iter facio. 2) *Eo, abeo*, ad aliquem. Matth. 8, 9. πορεύθητι καὶ πορεύεται, vade & vadit. c. 9, 13. πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν, abeuntes vero discite, quid sit. Formula Judaica in disputationibus & demonstrationibus frequenter adhibita, צֵא וְלַמֵּד, abi & disce. &c. 1. Cor. 10, 27. si vero quis invitat vos paganorum, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, & vultis ire ad eum. 1. Petr. 3, 19. τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, spiritibus (i. e. hominibus,) qui nunc sunt in inferni carcere, aliquando vero in terra viventes erant, continuo prædicavit. Notandus hic est hebraismus, quo verbum הלך cum alio quodam verbo constructum, continuationem & progressum ejus rei, de qua sermo est, indicat. Genes. 8, 13.

8, 13. & reverſæ ſunt aquæ de ſuperficie terræ הָלוֹךְ וְשׁוֹב, eundo & revertendo. 2. Samuel. 3, 1. 5, 10. & ivit David הָלוֹךְ וְגָדוֹל, eundo & creſcendo, h. e. creſcendo quotidie continuavit. LXX. καὶ διεπορεύετο Δαβὶδ πορευόμενος, καὶ μεγαλυνόμενος, καὶ ὁ οἶκος Σαὰλ ἐπορεύετο καὶ ἠδένει. Adde Maji Obſ. ſacras libr. 1. p. 119. 3) *Diſcedo, abeo.* Matth. 24, 1. ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, abibat a templo. cap. 25, 41. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, diſcedite a me maledicti. Actor. 16, 36. πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ, diſcedite in pace. 4) *Ex vivis, diſcedo.* Luc. 22, 22. ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται, filius hominis quidem abit ex vivis. Joann. 14, 2. πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, abeo præparandi cauſſa locum vobis, ibidem v. 3. 12. 28. cap. 16, 7. 28. Act. 1, 25. Adde Act. 1, 10. 11. 1. Petr. 3, 22. Adde Elsneri Obſ. ſacr. tom. 1. p. 241. 5) Metaph. uſurpatur *de vitæ tranſactione* vel bona vel mala. Luc. 1, 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς, ambulantes in omnibus mandatis. c. 8, 14. 21, 8. Act. 9, 31. ἐκκλησίαι - πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, eccleſiæ ambulabant in timore Domini. c. 14, 16. Deus ſivit omnes gentes πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, ambulare, vitam tranſigere in viis actionum ſuarum. 1. Petr. 4, 3. πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ambulantes in laſciviis. 2. Petr. 2, 10. 3, 3. Jud. v. 11. 16. 18.

Πορθέω, ῶ, f. ήσω, Diruo, everto, vaſto, (a πέρθω, idem.) Act. 9, 21. ὁ πορθήσας ἐν Ἰερουσαλὴμ, qui diripuit Hieroſolymis invocantes nomen hoc. Gal. 1, 13. καὶ ἐπόρθουν αὐτήν, & devaſtabam illam, ſc. eccleſiam. Heſychius: πορθεῖν, προνομεύειν, ὀλλύειν. πόρθησις, ἐρήμωσις, καθαίρεσις, ἁρπαγή.

Πορισμός, οῦ, ὁ, Ipſa actio acquirendi, *Quæſtus, adquiſitio,* (a πορίζω, acquiro.) 1. Tim. 6, 6. ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια, eſt vero quæſtus magnus pietas Chriſtiana: ibid. v. 5. quidam putant πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν, fidem Chriſtianam quæſtus cauſſa eſſe tractandam. Heſychius: πορίζει, κερδαίνει. Confer Kuſterum de verbis mediis p. 44. ſeqq.

Πόρκιος, ίου, ὁ, *Porcius*, nomen Feſti, præſidis Judææ, origine latinum, a porcus. Actor. 24, 27. Πόρκιον Φῆστον.

Πορνεία, ας, ἡ, 1) *Scortatio*, fornicatio, (a πορνεύω.) Matth. 5, 32. 15, 19. 19, 9. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, niſi propter ſcortationem. Joann. 8, 41. ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα, nos ex ſcortatione non nati ſumus. Epheſ. 5, 3. πορνεία καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ſcortatio & omnis impuritas. Actor. 15, 20. Synodus jubet ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς πορνείας, ut abſtinerent a ſcortatione. Hæc quidem legibus Chriſtianis jam erat illicita, ut novo interdicto opus non fuiſſet, ſed apud gentiles putabatur adiaphoron quid, inde verbis diſertis hoc interdictum ſapienter adjecerunt. 2) Omnis generis *impudicitia.* 1. Cor. 5, 1. Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι ὀνομάζεται, omnino auditur inter vos immundities, & talis quidem immundities, quæ ne quidem inter gentiles nominatur. Corinthii libidinibus tan-

tantopere dediti erant, ut τὸ κορινθιάζειν in proverbium abierit, pro: vagis libidinibus inhærere. cap. 6, 13. 18. 3) *Libido procreandi naturalis* & omnibus ingenerata. 1. Cor. 7, 2. διὰ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, verte: propter exercendam libidinem, h. e. ut libidinem licite & sine peccato exercere liceat, unusquisque suam uxorem habeat. Hæc notio probatur *a*) Ex hebræo, ubi זנה est libidinem exercere. Hos. 4, 10. *b*) Ex locutione Judaica, qua dicebant, solere quosdam uxores ducere לשם זנות, nomine sive titulo fornicationis, h. e. explendæ tantum libidinis caussa. Tobiæ 8, 7. ἃ διὰ πορνείαν ἐγὼ λαμβάνω τὴν ἀδελφήν μκ ταύτην, non propter libidinem exercendam ego duco sororem meam hanc. 4) Metaph. *Idololatria*, defectio a Deo & ipsius conjunctione spirituali. Apoc. 2, 21. 14, 8. 17, 2. 4. 18, 3. 19, 2. nam judicavit meretricem illam magnam, quæ corrupit terram ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, in scortatione idololatrica sua.

Πορνεύω, f. εύσω, 1) *Scortor*, (a πόρνη.) 1. Cor. 6, 18. ὁ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, scortans, in proprium suum corpus peccat. 2) *Cum falsæ religioni addictis ago.* 1. Cor. 10, 8. μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, neque idololatriam foveamus, (ubi præcipue participatio eorum, quæ diis immolata erant, indigitatur:) quemadmodum quidam illorum idola coluerunt. Apoc. 2, 14. 20. 17, 2. & 18, 3. 9. μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, cum qua (meretrice & Babylone) scortati sunt reges terræ: h. e. se ad religionem & praxin illius accommodarunt.

Πόρνη, ης, ἡ, 1) *Meretrix, scortum.* Matth. 21, 31. 32. αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ, meretrices crediderunt ipsi. Luc. 15, 30. 1. Cor. 6, 15. 16. ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, adhærens scorto. Hebr. 11, 31. Ῥαὰβ ἡ πόρνη.) Jacob. 2, 25. 2) Sub forma meretricis describitur *ecclesia falsa*, quæ idololatriam & falsam doctrinam docet. Apoc. 17, 1. τὸ κρῖμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, judicium (pœnam) meretricis magnæ. ibid. v. 5. 15. 16. 19, 2.

Πόρνος, ου, ὁ, *Scortator.* 1. Cor. 5, 9. μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, non conversari cum scortatoribus. v. 10. 11. ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης. cap. 6, 9. ἔτε πόρνοι, ἔτε εἰδωλολάτραι Eph. 5, 5. 1. Tim. 1, 10. Hebr. 12, 16. μήτις πόρνος ἢ βέβηλος, ne quis scortator aut profanus. c. 13, 4. Apoc. 21, 8. 22, 15.

Πόρρω, adv. *Procul, longe*, porro. Matth. 15, 8. cor ipsorum πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ, procul abest a me. Luc. 14, 32. ἔτι αὐτοῦ πόρρω ὄντος, cum ille adhuc procul abesset. Comparativus Luc. 24, 28. simulabat πορρωτέρω πορεύεσθαι, se longius proficisci.

Πόρρωθεν, adv. *Procul*, e longinquo, eminus, (a πόρρω.) Luc. 17, 12. οἳ ἔστησαν πόρρωθεν, qui steterunt procul. Hebr. 11, 13.

Πορφύρα, ας, ἡ, 1) *Purpura.* 2) *Vestis purpurea.* Marc. 15, 17.

15, 17. ἐνδύσιν αὐτὸν πορφύραν, induunt ipsi purpuram. v. 20. Luc. 16, 19. ἐνεδιδύσκετο (κατὰ) πορφύραν, vestiebat se purpura. Apoc. 17, 4. 18, 12. βύσσε καὶ πορφύρας, byssi & purpuræ.

Πορφύρεος, έα, vel έη, εον, contr. πορφυρᾶς, ᾶ, ᾶν, *Purpureus*, (a πορφύρα.) Joann. 19, 2 & 5. ἱμάτιον πορφυρᾶν, vestem purpuream. Apoc. 18, 16.

Πορφυρόπωλις, δος, ἡ, *Quæ purpuram* sive lanam aut vestem purpuream *vendit*, (ex πορφύρα & πωλέω, vendo.) Act. 16, 14. Λυδία πορφυρόπωλις.

Ποσάκις, adv. interrog. *Quoties*, (a πόσος.) Matth. 18, 21. 23, 37.

Πόσις, εως, ἡ, *Potus*, *potio*, (a πίνω.) Joann. 6, 55. Rom. 14, 17. regnum Dei seu Christi in Novo Test. non est βρῶσις καὶ πόσις, esca aut potus.

Πόσος, η, ον, 1) *Quantus*? Matth. 6, 23. τὸ σκότος πόσον; tenebræ quantæ sunt? cap. 27, 13. πόσα σε καταμαρτυροῦσι, quæ & quanta contra te testentur. Marc. 9, 21. πόσος χρόνος ἐστίν; quantum tempus est? i. e. quamdiu est? Luc. 16, 5. 7. 2. Cor. 7, 11. Πόσῳ (pro ἐν πόσῳ μέρει) quanto? Matth. 12, 12. πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτε; quanto igitur præstat homo ove? Hebr. 10, 29. Sic in πόσῳ μᾶλλον; quanto magis? Matth. 7, 11. 10, 25. Luc. 11, 13. 12, 24. 28. &c. 2) *Quot*? Matth. 15, 34. πόσους ἄρτους ἔχετε; quot panes habetis? cap. 16, 9. 10. Luc. 15, 17. πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου; quot mercenarii patri meo sunt? Act. 21, 20.

Ποταμὸς, οῦ, ὁ, 1) *Fluvius*, *flumen*. Matth. 7, 25 & 27. καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, & venerunt fluvii. Marc. 1, 5. ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, in Jordane fluvio. 2) Metaph. Joann. 7, 38. ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος, fluvii aquæ viventis de ventre ejus fluent: h. e. qui in me credit, multas bonas doctrinas & bona opera proferet, & aliis proderit. Apoc. 22, 1. 2.

Ποταμοφόρητος, ε, ὁ, ἡ, *Qui a fluvio auffertur*, vel abripitur, (ex ποταμὸς & φορητὸς, qui ferri potest.) Apoc. 12, 15. ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ, ut hanc reddat fluvio abripiendam. Hesychius: ἀπόερσεν, ἀπέπνιξε, τατέσι ποταμοφόρητον ἐποίησε. Alias hæc vox in nullo auctore occurrit, teste Jo. Alberti Observ. Philol. p. 489.

Ποταπὸς, ἡ, ὸν, *Qualis* & *quantus*. Matth. 8, 27. ποταπός ἐστιν οὗτος; qualis & quantus hic est? Marc. 13, 1. ποταποὶ λίθοι, καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί. Luc. 1, 29. 7, 39. 1. Joann. 3, 1. Videte, ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατὴρ, qualem & quantum amorem exhibuerit nobis Pater. 2. Petr. 3, 11. ποταπὰς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς; quales vos oportet esse?

Ποτὲ, adv. indefinite 1) *Aliquando*, & agit de tempore futuro. Luc. 22, 32. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, & tu, si quando te converteris, confirma fratres tuos. Rom. 1, 10. 2) *Olim*, *aliquando*, antea, cum usurpatur de præterito. Joann. 9, 13. τὸν ποτε τυφλὸν, qui antea cœcus erat. Rom. 7, 9. 11, 30. Gal. 1, 13. 23. 2. 6. Ephes.

Ephes. 2, 2. 3. 11. 13. 5, 8. Phil. 4, 10. &c. Perizonius ad Aelianum V. H. 1, 18. 3) *Antea*, & *adhuc*. Agit de tempore præterito, præsenti & futuro. 1. Cor. 9, 7. Ephes. 5, 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, nemo enim unquam suam ipsius carnem odio habuit, habet, nec habebit. 2. Petr. 1, 10. 21. 4) μή ποτε *ne forte*. Act. 28, 27. μή ποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ne forte unquam videant oculis. Hebr. 2, 1. 4, 1.

Πότε, adv. *Quando*, (ab ὅτε,) significat 1) Interrogative. Matth. 24, 3. πότε ταῦτα ἔσται; quando hæc fient? cap. 25, 37. sic ἕως πότε, quousque? Matth. 17, 17. ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; quousque ero vobiscum? Joann. 10, 24. Apoc. 6, 10. 2) Determinative Marc. 13, 33. nescitis enim, πότε ὁ καιρός ἐστιν; quando tempus illud sit? Luc. 12, 36.

Πότερον, *Utrum*, *num*, an (est neutrum a πότερος, α, ον, uter?) Joann. 7, 17. cognoscet, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, num a Deo sit, scil. doctrina mea.

Ποτήριον, ίκ, τό, 1) *Poculum*, *calix*, (a πίνω, bibo.) Matth. 23, 25. τὸ ἔξωθεν, & v. 26. τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίκ, (sc. ὂν μέρος,) exterior pars poculi. c. 26, 27. Marc. 7, 4. 8. Apoc. 17, 4. 18, 6. 2) Illud, *quod in eo continetur*. Matth. 10, 42. ποτήριον ψυχροῦ μόνον (sc. ὕδατος,) poculum aquæ frigidæ, coll. 9, 41. Luc. 22, 20. 1. Cor. 10, 16. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, ad poculum s. vinum benedictionis quod adtinet, cui benedicimus. 3) *Cœna Domini*, per Synecdochen, partis pro toto. Luc. 22, 10. 1. Cor. 10, 21. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίκ πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων, non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum. Apud gentiles enim in honorem deastrorum bibitum esse ostendit Dempsterus ad Rosinum 5, 30. & Keyslerus Ant. septentr. p. 352. cap. 11, 26. 27. 28. 4) *Portio*, inde 5) poculum seu *portio crucis* & calamitatum, immo & pœnarum alicui a Deo decreta. Matth. 20, 22. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίειν; potestisne bibere (sustinere) calicem (crucis,) quem ego bibiturus sum. cap. 26, 39. Pater, si fieri potest, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, prætereat a me calix hic, præsens cruciatus. Luc. 22, 42. Joann. 18, 11. De pœnis agit locus Apoc. 14, 10. ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, in calice (portione) iræ ipsius. cap. 16, 19.

Ποτίζω, f. ίσω, 1) *Potum præbeo* seu ministro, (a πότος.) Matth. 10, 42. 25, 35. ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, sitivi & potum præbuistis mihi. c. 27, 48. Luc. 13, 15. Rom. 12, 20. ἐὰν διψᾷ πότιζε αὐτόν, si sitit (inimicus tuus,) pota ipsum. 2) Metaph. 1. Cor. 3, 2. γάλα ἐπότισα ὑμᾶς, lac vobis dedi bibendum, h. e. in primis rudimentis Christianismi vos instituti. 1. Cor. 3, 6. Ἀπολλὼς ἐπότισεν, Apollo rigavit. v. 7. 8. cap. 12, 13. πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν, omnes in unum spiritum, vel in uno spiritu potati sumus. Apoc. 14, 8. Babylon ex vino cupiditatis scortationis suæ πεπώτικε πάντα τὰ ἔθνη, inebriavit omnes gentes.

Ποτίολοι, ων, οἱ, *Puteoli*, orum, urbs Campaniæ. Act. 28, 13.

Πότος, ε, ὁ, *Potatio, compotatio*, (a πίνω, poto, bibo.) 1. Petr. 4, 3. ἐν - κώμοις καὶ πότοις, in comessationibus & potationibus.

Πῃ, adv. encliticum. 1) *Alicubi*, *uspiam*, usquam. Hebr. 2, 6. 4, 4. εἴρηκε γάρ πῃ, dixit enim aliquo loco scripturæ. 2) *Fere*, *circiter*. Rom. 4, 19. ἑκατονταέτης πῃ ὑπάρχων, centum annorum cum fere esset.

Πῆ, adv. interrog. 1) *Ubi?* Matth. 2, 2. πῆ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ubi est natus rex Judæorum? cap. 26, 17. 1. Cor. 1, 20. 12, 17. 19. 15, 55. indefinite seu determinative occurrit. Matth. 2, 4. percontabatur ex illis, πῆ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, ubi Christus nascatur. Marc. 15, 47. Joann. 1, 39. 11, 57. Apoc. 2, 13. 2) *Quo*, *quorsum*, quem in locum? Marc. 14, 12. Joann. 7, 35. πῆ ἔτος μέλλει πορεύεσθαι; quorsum hic vult abire? c. 11, 34. 16, 5. hoc idem determinative Matth. 8, 20. Luc. 12, 17. ἐκ ἔχω, πῆ συνάξω τὰς καρπάς μου, non habeo, quo colligam fruges meas. Joann. 3, 8. 8, 14. 12, 35. 14, 5. ἐκ οἴδαμεν, πῆ ὑπάγεις, nescimus, quorsum abeas. cap. 20, 2. Hebr. 11, 8. 1. Joann. 2, 11.

Πάδης, ητος, ὁ, *Pudens*, nomen proprium latinum. 2. Tim. 4, 21.

Πούς, alii πάς, ποδὸς, ὁ, 1) *Pes*. Joann. 11, 44. δεδεμένος (κατὰ) τὰς πόδας, vinctus quoad pedes. Act. 5, 9. ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ecce pedes eorum, qui sepeliverunt maritum tuum. Matth. 18, 29. πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, cecidit igitur conservus ipsius ad pedes ejus. Est itaque *a*) ad pedes alicujus prolabi signum *submissionis*. Marc. 5, 22. 7, 25. Luc. 7, 38. 8, 35. 41. 17, 16. Act. 10, 25. Apoc. 1, 17. 3, 9. 19, 10. Sic. Act. 22, 3. ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, educatus ad pedes Gamalielis. Scilicet Rabbini sedebant in loco excelsiore, discipuli vero in demissiore. Idem quoque ritus inter privatos parietes observatus est. Luc. 10, 39. ἣ καὶ (scil. Μαρία) παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, quæ Maria etiam collocavit se ad pedes Jesu & audiebat verbum ejus. Luc. 8, 35. vide annotationem Hottingeri ad Goodwini Mosen & Aaronem lib. 1. c. 7. *b*) Pedes denotant *potestatem* in aliquem Rom. 16, 20. Deus pacis conteret satanam ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν, sub pedes vestros, i. e. in potestatem vestram. 1. Cor. 15, 25. 27. πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, omnia subordinavit sub pedes ejus. Ephes. 1, 22. Hebr. 2, 8. 10, 13. Adde Matth. 22, 44. Apoc. 3, 9. *c*) Notat *curam* & *custodiam* alicujus rei. Act. 4, 34. καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων, & ponebant ad pedes (h. e. in custodiam) Apostolorum. c. 5, 2. 7, 58. καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου, & testes deponebant vestes suas ad pedes juvenis, ut illas custodiret. Νίπτειν τοὺς πόδας, occurrit sensu proprio. Joann. 13, 5. ὅτε ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, cum laviss set pedes eorum. 1. Tim. 5, 10. εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, si sanctorum (Christianorum) pedes lavit. Lotio pedum in regionibus Orienta-

entalibus & calidioribus officium humanitatis erat primum, quod peregrinis domum ingredientibus exhibebatur. Necessarium vero ideo, ut pedes eorum, qui iter fecerant, post nimium calorem aliquantum refrigerarentur, & a pulvere purgarentur. Deinde hæc eadem locutio per synecdochen est obvia Joann. 13, 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τὰς πόδας, ubi sensus est: etiam vos debetis vobis invicem quævis charitatis & humanitatis officia præstare. 2) *Locum* denotat Actor. 7, 5. ἐδὲ βῆμα ποδὸς, neque passum pedis terræ. 3) Metaphorice pro *cursu vitæ*, Luc. 1, 79. τὰς κατευθύναι τὰς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης, dirigendi caussa cursum pedum nostrorum in viam pacis. Ephes. 6, 15. καὶ ὑποδησάμενοι τὰς πόδας, & succincti quoad pedes: i. e. parati ad omnia. Hebr. 12, 13. 4) Pes ponitur pro *integro homine*. Rom. 10, 15. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην; quam pulchri sunt illi homines, qui pacem nobis annunciant?

Πρᾶγμα, ατος, τὸ, 1) Generatim: *Res*, *negotium*, *factum* quodlibet, (a πράσσω.) Matth. 18, 19. περὶ παντὸς πράγματος, de quavis re. Luc. 1, 1. Act. 5, 4. Rom. 16, 2. ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι, in quocunque negotio vestri indiget. 2. Cor. 7, 11. Hebr. 6, 18. 10, 1. 11, 1. Jacob. 3, 16. καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα, & quodvis pravum negotium. 2) In specie, *negotium mercatorium*, & idem est quod πραγματεία, hebr. פְּרַקְמַטְיָא. 1. Thess. 4, 6. πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτὲ, defraudare in negotiatione fratrem suum. 3) Negotium judiciale, *lis*, *caussa*. 1. Cor. 6, 1. πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, litem habens adversus alterum.

Πραγματεία, ας, ἡ, *Negotiatio*, mercatura, nundinatio, (a sequente.) 2. Tim. 2, 4. nemo, qui certamen init, ἐμπλέκεται ταῖς τὲ βίε πραγματείαις, implicat se vitæ negotiationibus. פְּרַקְמַטְיָא, sæpius occurrit in Pandectis Talmudicis pro mercatura.

Πραγματεύομαι, negotior, (a πρᾶγμα.) Luc. 19, 13. πραγματεύσασθε, ἕως ἔρχωμαι, negotiamini, donec veniam.

Πραιτώριον, ἰε, τὸ, *Prætorium*, (vox origine latina, a Prætor:) locus ubi habitat Præses provinciæ, & cohortes prætorianæ stationem habuerunt. Vide Perizonium diss. 2. de Prætorio §. 5. Matth. 27, 27. tunc milites sumebant Jesum εἰς τὸ πραιτώριον, in prætorium. Marc. 15, 16. Joann. 18, 28. 33. 19, 9. Actor. 23, 35. ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τὲ Ἡρώδε φυλάσσεσθαι, jussit eum in prætorio Herodis custodiri. Philipp. 1, 13. ita ut vincula mea manifesta fierent, ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, in toto prætorio.

Πράκτωρ, ορος, ὁ, *Exactor*, *lictor*, viator, (a πράττω.) Luc. 12, 58. καὶ ὁ κριτής σε παραδῶ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλῃ εἰς φυλακὴν, & judex te tradat lictori, & lictor te conjiciat in custodiam. Hesychius: πράκτορες, ἀπαιτηταί. Sophocles Electra p. 59. a. edit. Brubach. ἔχον ἐλπίδας, φόνε ποτ' αὐτὸν πρά-

κτορ ἴζεσθαι πατρὸς, habebant ſpem, cædis paternæ ultorem ad ipſum perventurum: ubi Scholiaſtes: πράκτορα, ἔκδικον.

Πρᾶξις, εως, ἡ, 1) *Actio, actus*, (a πράττω.) Matth. 16, 27. & tunc retribuet unicuique κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, ſecundum actionem ejus. Luc. 23, 57. Rom. 8, 13. εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ſi vero ſpiritu actiones corporis mortificatis. cap. 12, 4. Coloſſ. 3, 9. exuentes veterem hominem σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, cum actionibus ejus. 2) Πράξεις ſunt *res geſtæ*. Actor. 19, 18. ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν, referentes res geſtas ipſorum. Hinc, Acta Apoſtolorum, πράξεις τῶν Ἀποστόλων.

Πρᾶος & πρᾷος, α, ον, *Lenis, mitis*, manſuetus. Matth. 11, 29. diſcite a me, ὅτι πρᾶός εἰμι, nam manſuetus ſum.

Πραότης, ητος, ἡ, *Lenitas, manſuetudo*, (a πρᾶος.) 1. Cor. 4, 21. ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πραότητος, in amore & ſpiritu lenitatis, i. e. leni. 2. Cor. 10, 1. Gal. 5, 23. 6, 1. Epheſ. 4, 2. Coloſſ. 3, 12. 1. Tim. 6, 11. 2. Tim. 2, 25. Tit. 3, 2. πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους, omnem oſtendentes lenitatem erga omnes homines.

Πρασιὰ, ᾶς, ἡ, *Area*, ſeu areola in horto. Heſychius: πρασιαὶ, αἱ ἐν τοῖς κήποις τετράγωνοι λαχανιαί. Marc. 6, 40. καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ, πρασιαὶ, & diſcubuerunt areolatim. Hebraiſmus. πρασιαὶ ſunt ordines ſodalitatum συμποσίων, & ſic ab illis differunt, ut hæ non confuſe, prout quisque ſolebat, ſed ordine obſervato conſtituerentur.

Πράσσω & πράττω, f. ξω, ſignificat in genere *Facio, ago*. 2. Cor. 5, 10. ut reportet unusquisque τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, ſecundum ea, quæ per vitam ſuam egit. 1) Uſurpatur *de actionibus bonis*. Act. 5, 35. τί μέλλετε πράσσειν, quid facturi ſitis. cap. 15, 29. a quibus cuſtodientes vos, εὖ πράξετε, bene agetis. c. 15, 20. ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας, convenientia pœnitentiæ opera agentes. Rom. 2, 25. ἐὰν νόμον πράσσῃς, ſi legem obſerves. cap. 7, 15. 9, 11. 1. Cor. 9, 17. Epheſ. 6, 21. Philipp. 4, 9. 1. Theſſ. 4, 11. 2) *Perpetro, committo*, de actionibus malis. Luc. 22, 23. 23, 15. ἀδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ, nihil quod morte ſit dignum, factum eſt ab ipſo. v. 41. Joann. 3, 20. πᾶς ὁ φαῦλα πράσσων, omnis, qui mala committit, odit lucem. c. 5, 29. Act. 3, 17. 16, 28. 17, 7. 19, 19. 36. 25, 11. 25. 26, 9. πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι, multa contraria facere, adverſus nomen Chriſti. cap. 26, 31. Rom. 1, 32. 2, 1. 2. 3. 7, 19. οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω, quod non volo malum, illud facio. c. 13, 4. 2. Cor. 12, 21. Gal. 5, 21. 3) *Ago*, ſum hac vel illa conditione. Eph. 6, 21. ut vero etiam ſciatis vos res meas, τί πράσσω, quidnam agam, qua ſorte jam ſim. Exempla alia habet Elsnerus tom. 2. p. 234. 4) *Exigo, poſtulo* ab aliquo Luc. 3, 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε, non plus, præter quam

quod

quod constitutum est vobis, exigite, (scil. in telonio.) Luc.19,23. ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό, ego, si rediissem, cum fœnore exegissem, postulassem a te illud. Exempla ex profanis vide in Elsneri Observ. sacris tom. 1. p. 193. Duporto ad Theophrasti Characteres p. 325.

Πρᾶϋς, εῖα, ὺ, Gen. έος, είας, έος, *Lenis*, mitis, *mansuetus*, (a πρᾶος.) Matth. 5,5. μακάριοι οἱ πραεῖς, beati sunt mansueti. c.21,5. dicite filiæ Sioni, ecce rex tuus, ἔρχεταί σοι πρᾶϋς, venit tibi (tua caussa & in tuum commodum) mansuetus. 1. Petr. 3,4.

Πρᾳΰτης, ητος, ἡ, *Lenitas*, *mansuetudo*, (a præced.) Jac. 1,21. ἐν πρᾳΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, cum mansuetudine recipite verbum inter vos plantatum. cap. 3,13. ἐν πρᾳΰτητι σοφίας, in lenitate sapientiæ, h. e. sapientia leni. 1. Petr. 3,16.

Πράω, vide πιπράσκω.

Πρέπω, *Decorus* seu conspicuus *sum*, excello. Hinc imperf. πρέπω, *decet*, *convenit*, dignum est. Ephes. 5,3. καθὼς πρέπει ἁγίοις, sicut decet Christianos. 1. Tim. 2,10. Tit. 2,1. λάλει ἃ πρέπει, loquere, quæ decent. Hebr. 2,10. 7,26. τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεύς, talis nos decebat summus sacerdos. Particip. πρέπον, decens est. Matth. 3,15. 1. Cor. 11,13.

Πρεσβεύω, f. εύσω, 1) *Senior sum*, natu major sum, sum in honore & pretio, gravitatem senis præ me fero. 2) *Legatione fungor*, (a πρεσβεία.) metaph. 2. Cor. 5, 20. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, loco Christi igitur legatione fungimur, (scil. per verbum Dei ad homines, in prædicatione Evangelii.) Eph. 6,20. ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, pro quo legatione fungor in catena. Alia exempla dabunt Elsneri Obs. sacr. tom. 2. p. 233.

Πρεσβυτέριον, ίου, τὸ, *Presbyterium*, *collegium Presbyterorum*, ordo seniorum, senatus ecclesiasticus, (a πρεσβύτερος.) 1) In ecclesia *Judaica* in Synedrio Hierosolymitano. Luc. 22, 66. συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, congregatus est ordo seniorum populi. Actor. 22, 5. 2) In Ecclesia *Christiana* Apostolica. 1. Tim. 4,14. quod (charisma) datum est tibi, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου, una cum impositione manuum cœtus seniorum Apostolici. Adde Buxtorfium Catalect. c. 231.

Πρεσβύτερος, έρα, ον, *Senior*, natu major, (est comparativus a πρέσβυς, εως, senex.) 1) Significatione propria Luc. 15, 25. ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ, erat vero filius ejus senior in agro. Hebr. 11,2. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι, per hanc enim (fidem) bonum testimonium nacti sunt antiqui. 2. Joann. v. 1. ὁ πρεσβύτερος τῇ ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, Grandævus Apostolus salutem dicit electæ Dominæ: non vertendum est Presbyter, sed senex vel senior. Sic 3. Joann. v. 1. Indicat enim Joannes illo titulo, ætatem suam provectam morisque tum fuisse, cum appellitari honoris ac reverentiæ caussa senem, sive seniorem, vel etiam senem Apostolum, cum post mortes cæterorum

Apostolorum tamdiu esset superstes. conf. Joann. 21, 22. 23. 1. Tim. 5, 2. πρεσβυτέρας, ὡς μητέρας, natu majores (adhortare) tanquam matres. 1. Petr. 5, 5. ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις, similiter vos juniores subjecti estote senioribus. 2) Est nomen dignitatis & notat *assessorem* & membrum *Synedrii Hierosolymitani*. Matth. 15, 2. διατί οἱ μαθηταί σε παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; cur discipuli tui transeunt traditionem seniorum? qui vocantur πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ. Matth. 21, 23. 26, 3. 47. 27, 1. πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων. Luc. 7, 3. Act. 25, 15. πρεσβύτεροι Ἰσραήλ. Actor. 4, 8. 3) Seniores Apostolici, quos singulis ecclesiis præponebant. Act. 14, 23. χειροτονήσαντες αὐτοῖς πρεσβυτέρους, adsignaverunt ipsis presbyteros, Tit. 1, 5. Actor. 11, 30. ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, miserunt ad presbyteros per manum Barnabæ & Sauli. cap. 15, 2. 4. 6. 22, 23. 16, 4. 20, 17. 21, 18. 1. Tim. 5, 1. πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, seniorem ne increpueris. cap. 5, 17. 19. Jac. 5, 14. 1. Petr. 5, 1.

Πρεσβύτης, ου, *Senex*, *senior*, longævus, grandævus, (a πρέσβυς.) Luc. 1, 18. Tit. 2, 2. πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι (sc. δεῖν,) senes sobrios esse decere. Philem. v. 9. ὡς παῦλος πρεσβύτης, ut Paulus senex.

Πρεσβύτις, ιδος, ἡ, *Vetula*, *anus*, (a præc.) Tit. 2, 3. πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς (εἶναι δεῖν,) similiter vetulas in habitu sanctos decente esse oportere.

Πρηνὴς, ές, ὁ, ἡ, *Pronus*, *præceps*, in caput propendens. Actor. 1, 18. καὶ πρηνὴς γενόμενος, & cum præceps factus esset. Hesychius: πρηνὴς, ἐπὶ πρόσωπον πεπλωκώς. Syrus: & cecidit super faciem suam. Alia exempla hujus notionis dabunt Elsneri Observ. sacræ tom. 1. p. 458. Sapient. 4, 19. ῥήξει αὐτὰς ἀφώνους πρηνεῖς, dejiciet ipsos mutos & præcipites.

Πρίζω, f. ίσω, Serro, serra seco seu findo, (a πρίων idem, quod a πρίων, ονος, ὁ, serra) Hebr. 11, 37. ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, lapidati sunt, serra fissi sunt. Narrant Judæi Jesaiam Prophetam diro hoc supplicio interemtum fuisse.

Πρὶν, adv. & πρὶν ἤ, *Priusquam*, *antequam*. Regit plerumque post se Infinitivum. Matth. 26, 34. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, antequam gallus cecinerit. Joann. 4, 49. 8, 58. 14, 29. Act. 2, 20. πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τοῦ κυρίου τὴν μεγάλην, antequam veniat dies (judicii) Domini magnus. c. 7, 2. πρὶν ἢ etiam habet Conjunctivum. Luc. 2, 26. πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν κυρίου, prius quam viderit Messiam Domini. Luc. 22, 34. Etiam optativum. Actor. 25, 16. πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, priusquam, qui accusatur, coram facie habeat accusatores.

Πρίσκα, ης, ἡ, *Prisca*, nomen mulieris latinum, (a priscus.) 2. Tim. 4, 19. quæ alias diminutive, dicitur.

Πρίσκιλλα, ης, ἡ, *Priscilla*, uxor Aquilæ Christiana. Act. 18, 2. 18. 26. Rom. 16, 3. 1. Cor. 16, 19.

Πρίω

Πρίω, Vide πρίζω.

Πρό, Præpositio regens Genitivum, significat PRO, ANTE & 1) est *temporis*. Matth. 5, 12. τὰς προφήτας τὰς πρὸ ὑμῶν (scil. ὄντας,) prophetas, qui erant ante vos. c. 8, 29. πρὸ καιροῦ, ante tempus constitutum. c. 24, 38. πρὸ τῆ κατακλυσμῶ, ante diluvium. Luc. 21, 12. πρὸ δὲ τέτων ἁπάντων, ante hæc vero omnia. Joann. 5, 7. πρὸ ἐμῶ καταβαίνει, prius, quam ego, descendit. cap. 10, 8. ὅσοι πρὸ ἐμῶ ἦλθον, quotquot ante me venerunt. Habet singularem constructionem Joann. 12, 1. πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῶ πάσχα. naturali ordine esse debebat: ἓξ ἡμέρας πρὸ τῆ πάσχα, sex dies ante Pascha. Sic LXX. Amos. 1, 1. πρὸ δύω ἐτῶν τῆ σεισμῶ, duos annos ante motum terræ. 2) Præponitur Infinitivis & significat *antequam*. Matth. 6, 8. πρὸ τῆ ὑμᾶς αἰτῆσαι, antequam vos petitis. Luc. 2, 21. πρὸ τῆ συλληφθῆναι αὐτόν, priusquam conceptus est ille. c. 22, 15. πρὸ τῆ με παθεῖν, antequam ego paterer. Joann. 13, 19. 17, 5. Act. 23, 15. Gal. 2, 12. 3, 23. 3) Est *loci*. Act. 5, 23. πρὸ τῶν θυρῶν, ante fores. 12, 6. 14. 14, 13. Jacob. 5, 9. Matth. 11, 10. ego mitto angelum meum πρὸ προσώπε με, ante faciem meam. Marc. 1, 2. Luc. 1, 76. 4) *Præ*. Jacob. 5, 12. πρὸ πάντων δὲ, præ omnibus vero, fratres mi, ne jurate neque per cœlum. 1. Petr. 4, 8.

Προάγω, f. ξω, 1) *Profero*, *produco*, (ex πρὸ & ἄγω, duco.) Act. 12, 6. ὅτε δὲ ἤμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, cum vero vellet eum producere Herodes. cap. 16, 35. 25, 26. 2) *Præeo*, *præcedo*. Matth. 2, 9. stella quam viderunt in Oriente, προῆγεν αὐτὸς, præivit illos. cap. 21, 9. ὄχλοι οἱ προάγοντες, populi præeuntes. c. 28, 7. Marc. 10, 32. Luc. 18, 39. 1. Tim. 5, 24. quorundam hominum αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγσαι εἰς κρίσιν, peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium. Judæi dicunt, bona & mala opera nos & præcedere & sequi, de qua phrasi multa in Horis hebr. ad Apoc. 14, 13. 3) προάγων, ουσα, ον, *Præcedens*, *præteritus*. 1. Tim. 1, 18. κατὰ τὰς προαγούσας ἐπί σε προφητείας, secundum antecedentes ad te factas prophetias. Hebr. 7, 18.

Προαιρέω, ῶ, f. ήσω, *Constituo*, certa deliberatione antea facta aliquid facio, (ex πρὸ & αἱρέω, capio, eligo.) 2. Cor. 9, 7. ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῆ καρδίᾳ, unusquisque (eleemosynas eroget,) sicut sibi proponit corde. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 151.

Προαιτιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, *Ante accuso*, ante culpabilem judico, (ex πρὸ & αἰτιάομαι accuso, quod est ex αἴτιον, noxa, culpa.) Rom. 3, 9. προητιασάμεθα γὰρ τὲς Ἰεδαίες τε τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, antea culpabiles judicavi Judæos & gentiles, eos scil. esse sub potestate peccati.

Προακούω, άσω, *Prius* seu prior *audio*, ante audio & cognosco, (ex πρὸ & ἀκούω, audio.) Coloss. 1, 5. ἣν προηκούσατε ἐν τῶ λόγῳ τῆς ἀληθείας, quam (spem) antea audivistis in verbo veritatis.

Προαμαρτάνω, f. ήσω, *Antea pecco*, (ex πρὸ & ἁμαρτάνω, pecco.) 2. Cor. 12, 21. καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, & lugeam multos eorum, qui ante peccaverunt. cap. 13, 2.

Προαύλιον, ίε, τὸ, *Aulæ veſtibulum*, (ex πρὸ & αὐλὴ, aula palatii.) Marc. 14, 68. καὶ ἐξῆλθον ἔξω εἰς τὸ προαύλιον, & exierunt foras in veſtibulum aulæ.

Προβαίνω, f. ήσομαι, 1) *Procedo, progredior*, (ex πρὸ & βαίνω, gradior.) Matth. 4, 21. καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, & hinc progreſſus Marc. 1, 19. 3) Speciatim: *Aetate provehor*, procedo. Luc. 1, 7. ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν, ambo provecti erant diebus ſuis. v. 18. cap. 2, 36.

Προβάλλω, 1) *Projicio*, violenter & per vim profero, produco, (ex πρὸ & βάλλω, jacio.) Act. 19, 33. προβαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, projicientibus ipſum Judæis. 2) *Progermino, profero fructus* ſeu folia, ſubaudi vero καρπὸν ſeu φύλλα. Luc. 21, 30. ὅταν προβάλωσιν ἤδη (ſcil. τὸν καρπὸν ſeu φύλλα,) quando jam progerminaverit folia.

Προβατικὸς, ἡ, ὸν, *Ad oves pertinens*. Hinc προβατικὴ, ῆς, ἡ, (ſcil. πύλη,) porta oviaria ſeu pecuaria, (a πρόβατον.) Joann. 5, 2. eſt Hieroſolymis ἐπὶ τῇ προβατικῇ (πύλῃ) κολυμβήθρα, apud portam oviariam piſcina. Probatica dicebatur propter forum ovium, tum quoque, quia oves per eam portam ad templum deductæ ſunt. Memoratur Nehem. 3, 1. & 12, 39. & ad occaſum meridionalem ſita fuiſſe videtur.

Πρόβατον, ου, τὸ, 1) *Ovis*. Matth. 7, 15. qui veniunt ad vos ἐν ἐνδύμασι προβάτων in veſtibus ovium. 2) *Verum eccleſiæ veræ membrum* ſ. homo pius. Joann. 10, 2. ſeqq. v. 27. τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσιν, oves meæ vocem audiunt eique obſequuntur. cap. 21, 16. ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, paſce oves meas. Matth. 25, 33. καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, & ſiſtet oves a dextris ſuis. Hebr. 13, 20. 3) *Membrum eccleſiæ* externum. Matth. 10, 6. πρὸς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ, ad oves perditas domus Iſraëlis. cap. 15, 24. Joann. 10, 16. καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, etiam alias oves habeo, quæ non ſunt ex hac caula. Intelliguntur gentiles ad religionem Chriſtianam convertendi. 1. Petr. 2, 25. 4) *Membrum cujusvis ſocietatis* & cœtus. Matth. 26, 31. percutiam paſtorem, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης, & diſpergentur oves gregis, (ſcil. diſcipulorum Chriſti.) Marc. 14, 27.

Προβιβάζω, f. άσω, 1) *Facio prodire, produco*, (ex πρὸ & βιβάζω, admitto, quod eſt a βαίνω eo.) Actor. 19, 33. ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, ex populo vero produxerunt Alexandrum. 2) *Ante inſtituo, informo*. Matth. 14, 8. ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, illa vero prius inſtituta a matre ſua. Heſychius: προβιβασθεὶς, προαχθείς.

Προγι-

Προγινώσκω, 1) *Prænosco, præcognosco*, ante cognosco, (ex πρὸ & γινώσκω, cognosco.) Actor. 26,5. προγινώσκοντες με ἄνωθεν, antea cognoscentes me. 2. Petr. 3,17. ὑμεῖς οὖν, ἀγαπητοὶ, προγινώσκοντες (sc. τοῦτο,) φυλάσσεσθε, vos igitur, fratres, antea scientes hoc, custodite. 2) De Deo: *ante decernere.* 1. Petr. 1,20. de Christo agno, προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, ante constituti quidem ante fundationem mundi. 3) Usurpatur *de decreto electionis & prædestinationis* ad salutem æternam. Rom. 8,29. οὓς προέγνω, καὶ προώρισε, quos præcognovit, etiam præordinavit. cap. 11,2. non rejecit Deus populum, ὃν προέγνω, quem ante decrevit ad salutem æternam.

Πρόγνωσις, εως, ἡ, *Præcognitio, decretum*, (a προγινώσκω.) Act. 2,23. προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον, decreto, Dei antea facto expositum. 2) Notat æternum *prædestinationis & electionis decretum.* 1. Petr. 1,2. κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ Πατρὸς, secundum decretum Dei patris. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 1. p. 370.

Πρόγονος, ὁ, 1) *Progenitor*, ante genitus, πρόγονοι, ων, majores, (a πρὸ & γίνομαι, sum, nascor.) 2. Tim. 1,3. ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων, cui servio a majoribus. 2) *Parentes.* 1. Tim. 5,4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, retributionem reddere parentibus.

Προγράφω, f. ψω, 1) *Ante scribo*, (ex πρὸ & γράφω, scribo.) Ephes. 3,3. καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ, sicut antea scripsi paucis. Rom. 15,4. ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, quæcunque enim antea scripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt. 2) *Publice propono.* Gal. 3,1. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, quibus Jesus Christus ita perspicue ante oculos pictus est, ac si inter vos cruci adfixus esset. Illustrat hæc Ursinus Anal. tom. 1. lib. 1. cap. 53. 3) *Designo* Judæ v. 4. ἄνθρωποι οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, homines, qui olim designati sunt ad hanc pœnam. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 427.

Πρόδηλος, ος, ὁ, ἡ, *Antea manifestus*, perspicuus, evidens, (ex πρὸ & δῆλος, manifestus.) 1. Tim. 5,24. τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, quorundam hominum peccata jam antea nota sunt. v. 25. Hebr. 7,14. πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος, evidens enim fuit, quod ex tribu Juda exortus est Dominus Messias.

Προδίδωμι, f. δώσω, *Prius vel prior do*, (ex πρὸ & δίδωμι, do.) Rom. 11,35. τίς προέδωκεν αὐτῷ; quis prior dedit ipsi, ut retribuatur ipsi?

Προδότης, ου, ὁ, *Proditor*, (a προδίδωμι, prodo.) Luc. 6,16. Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης, Judam Iscarioten, qui etiam factus est proditor. Act. 7,52. τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε, justi (Messiæ,) cujus nunc vos proditores & interfectores facti estis. 2. Tim. 3,4.

Προδρέμω vide προτρέχω.

Πρόδρομος, ε, ὁ, ἡ, *Prodromus, præcursor*, (ex πρὸ & τρέχω, curro.) Hebr. 6, 29. ὅπε πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησᾶς, quo (sc. in cœlum) præcursor pro nobis ingressus est Jesus.

Προείδω, vel προειδέω, f. είσομαι, 1) *Prævideo, præscio*, (a πρὸ & εἴδω.) Act. 2, 31. προιδὼν (sc. Δαβὶδ) ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τᾶ Χριστᾶ, cum præsciviſſet David, locutus est de resurrectione Christi. 2) *Præsignifico*. Gal. 3, 8. προιδᾶσα δὲ ἡ γραφὴ, præsignificabat autem scriptura.

Προελπίζω, f. σω, *Ante vel prior spero*, (ex πρὸ & ἐλπίζω, spero.) Ephes. 1, 12. τὰς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ, nos, qui speravimus in Christum.

Προέπω, 1) *Prædico*, dico, quod futurum est, (ex πρὸ & ἔπω, dico.) Act. 1, 16. oportebat impleri scripturam hanc, ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, quam prædixit Spiritus S. Gal. 5, 21. ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, quæ prædico vobis, sicut etiam prædixi. 2) *Ante dico*, ratione ordinis verborum. 1. Thess. 4, 6. καθὼς καὶ προείπαμεν ὑμῖν, sicut etiam prædiximus vobis, (scil. verbis præteritis.)

Προενάρχομαι, f. ξομαι, *Ante incipio*, (ex πρὸ, ἐν & ἄρχομαι, incipio.) 2. Cor. 8, 6. ἵνα, καθὼς προενήρξατο, ἅτω καὶ ἐπιτελέσῃ, ut, sicut ante incepit, sic etiam perficiat.

Προεπαγγέλλομαι, *Ante promitto*, (ex πρὸ & ἐπαγγέλλομαι, promitto.) Rom. 1, 2. εἰς ἐυαγγέλιον Θεᾶ, ὃ προεπηγγείλατο, ad Evangelium Dei, quod ante promisit.

Προερέω, prædico, f. προερήσω, Ionice προερῶ, inde perf. προείρηκα. 1) *Jam dixi*, (ex πρὸ & ἐρέω. dico.) 2. Cor. 7, 3. Gal. 1, 9. ὡς προειρήκαμεν, quemadmodum jam diximus. Hebr. 10, 15. 2) Antea dixi, antequam aliquid fiat, *futurum prædixi*. Matth. 24, 25. ἰδὲ προείρηκα ὑμῖν, ecce prædixi vobis. Marc. 13, 23. Rom. 9, 29. 2. Cor. 13, 2. Part. perf. pass. προειρημένος, prædictus. 2. Petr. 3, 2. Judæ v. 17.

Προέρχομαι, f. ελεύσομαι, 1) *Progredior, procedo*, (ex πρὸ & ἔρχομαι, venio.) Matth. 26, 39. καὶ προελθὼν μικρὸν, & progressus paullulum. Marc. 14, 35. Act. 12, 10. 2) *Præcedo, præeo* aliquem. Construitur cum genitivo vi præpositionis πρὸ: Luc. 22, 47. προήρχετο αὐτῶν, præibat illos. Sine casu Luc. 1, 17. καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτᾶ, & ille præibit coram illo. Act. 20, 5. 13. 2. Cor. 9, 5. 3) *Prævenio, anteverto*, præcurro, cum accusativo: Marc. 6, 33. καὶ προῆλθον αὐτὰς, & præcucurrerunt illos.

Προετοιμάζω, f. άσω, *Præparo*, (ex πρὸ & ἑτοιμάζω, paro.) Rom. 9, 23. ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν, quæ (vasa misericordiæ) præparavit in honorem. Ephes. 2, 10.

Προευαγγελίζομαι, f. ίσομαι, *Ante annuncio*. Gal. 3, 8. ἡ γραφὴ - προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ, scriptura ante evangelizavit Abrahamo.

Προ-

Προέχω, 1) ante habeo, (ex πρὸ & ἔχω, habeo.) 2) *Præsto, primas teneo*, in aliqua re, præcello, antecello, Med. προέχομαι, idem. Rom. 3, 9. τί οὖν; προεχόμεθα; quid igitur? num præcellimus? Symmachus Eccles. 10, 10. προέχει ὁ γοργευσάμενος εἰς σοφίαν, excellit agilis ad sapientiam.

Προηγέομαι, ἥσομαι, f. ἡσομαι, *Præeo, præcedo, antecedo*, (ex πρὸ & ἡγέομαι, duco.) Rom. 12, 10. τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, honore vos invicem præeuntes.

Πρόθεσις, εως, ἡ, 1) *Propositio*, (ex πρὸ & τίθημι, pono.) Matth. 12, 4. καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, & panes propositionis comedit. hebr. לֶחֶם פָּנִים, panes facierum. Hebr. 9, 2. ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, propositio panum, i. e. panes propositi. 2) *Propositum, voluntas.* Act. 11, 23. τῇ προθέσει τῆς καρδίας, proposito cordis. cap. 27, 13. 2. Tim. 3, 10. Hesychius: πρόθεσις, προαίρεσις. 3) *Aeternum Dei decretum* & consilium de æterna nostra salute. Rom. 8, 28. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν, illis, qui secundum æternum Dei consilium vocati sunt. cap. 9, 11. ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις; est hypallage pro: ἐκλογὴ τοῦ Θεοῦ κατὰ πρόθεσιν, ut electio Dei secundum propositum ejus maneat.

Προθέσμιος, ία, ον, *Præstitutus*, ante constitutus seu statutus, (a προτίθημι, propono.) Inde προθεσμία, ας, ἡ, (scil. ἡμέρα sive ὥρα,) *tempus præstitutum.* Gal. 4, 2. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός, usque ad tempus a patre præstitutum. Symmachus Jobi 28, 3. קֵץ, finem, vertit προθεσμίαν, LXX. τάξιν. Exempla ex profanis exhibent Elsneri Obs. sacræ tom. 2. p. 188. Hesychius: προθεσμία, καιρὸς, ὅρισις, δωρία, ὅρισμα.

Προθυμία, ας, ἡ, *Promtitudo, studium, cupiditas*, desiderium, animi alacritas vel præsentia, (a πρόθυμος.) Actor. 17, 11. Beræenses receperunt verbum μετὰ πάσης προθυμίας, cum omni alacritate. 2. Cor. 8, 11. 12. 19. 9, 2. Hesychius: προθυμία, χαρά.

Πρόθυμος, ε, ὁ, ἡ, *Animum alacrem habens* ad aliquid, *promtus*, alacris sedulus, (ex πρὸ & θυμὸς, animus.) Matth. 26, 41. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, spiritus quidem promtus est. Neutrum τὸ πρόθυμον (sc. ἦθος,) *promtitudo.* Rom. 1, 15. οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον (sc. ἦθός ἐστιν,) sic in me promtitudo est.

Προθύμως, adv. *Promte, alacri animo*, (a πρόθυμος.) 1. Petr. 5, 2. μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλὰ προθύμως, non coacte, sed animo lubenti. Hesychius: προθύμως, ἱλαρῶς.

Προΐστημι, 1) *Præficio*, προέστησε præfecit. 2) *Præsideo, præsum*, (ex πρὸ & ἵστημι, sisto, sto.) med. προΐσταμαι præsum, Rom. 12, 8. ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ, qui præest (obeat munus suum) cum diligentia. 1. Thess. 5, 12. 1. Tim. 5, 17. Construitur cum genitivo vi præpositionis πρό. 1. Tim. 3, 4. τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, qui proprie domui bene præest. v. 5. 12. Tit. 3, 8. 14.

Προ-

Προκαλέω, ῶ, Proprie, *Prius voco.* Medium προκαλέομαι, ῶμαι, *provoco, lacesso,* irrito, (ex πρὸ & καλέω, voco.) Gal.5,26. ne fiamus vanæ gloriæ cupidi, ἀλλήλους προκαλέμενοι, nos invicem lacessentes.

Προκαταγγέλλω, *Prænuncio,* ante denuncio, (ex πρὸ & καταγγέλλω, annuncio.) Actor. 3,18.24. προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας, ante denunciarunt hos dies. cap. 7,52. Perf. pass. part. προκατηγγελμένος, ante denunciatus. 2. Cor. 9,5.

Προκαταρτίζω, f. ίσω, *Præparo,* (ex πρὸ & καταρτίζω, absolvo, perficio.) 2. Cor. 9,5. καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν, & eleemosynam prius denunciatam præparent.

Πρόκειμαι, f. κείσομαι, 1) *Propositus sum,* publice expositus sum, (ex πρὸ & κεῖμαι, jaceo.) Jud.v. 7. πρόκεινται δεῖγμα, propositæ sunt tanquam exemplum. Partic. πρόκειμενος, propositus. Hebr. 6,18. κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος, firmiter tenere propositam spem. c. 12,1.2. Hesychius: προκείμενα, παρακείμενα. Exempla ex profanis habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 479. 2) *Adsum.* 2. Corinth. 8,12. εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, si enim promtitudo adsit. Hesychius: πρόκειται, παράκειται.

Προκηρύσσω vel ύττω, f. ξω, 1) Per præconem significo vel indico, (ex πρὸ & κηρύσσω prædico, a κῆρυξ præco.) 2) *Ante prænuncio,* ante prædico. Act. 13,24. προκηρύξαντος Ἰωάννου. Perf. pass. part. προκεκηρυγμένος, ante prænunciatus, antea prædicatus. Act. 3,20.

Προκοπή, ῆς, ἡ, *Profectus,* progressus, incrementum, (a προκόπτω.) Phil. 1,12. εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου, ad progressum evangelii. v. 25. 1. Tim. 4,15. Hesychius: προκοπῆς, αὐξήσεως.

Προκόπτω, f. ψω, 1) Proprie, *præseco, præcido,* præscindo, (ex πρὸ & κόπτω, cædo, item impello.) 2) *Proficio, procedo,* promoveo, progressus facio. Luc. 2, 52. καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, & Jesus proficiebat sapientia & ætate. Gal. 1, 14. προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, proficiebam in Judaismo. 2. Tim. 2, 16. 3, 9. 13. προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, procedent in pejus. Alio sensu Rom.13, 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, nox processit, h. e. magnam partem præteriit. Sic quoque Josephus de bello Jud. 4, 17. dixit, νυκτὸς προκοπῆσης. Adde Cellarii diss. de vigiliis & lucubrationibus Vet. §.19.20.

Πρόκριμα, ατος, τὸ, *Præjudicium,* (a προκρίνω, præjudicio præpono, ex πρὸ & κρίνω, judico.) 1. Tim. 5,21. ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, ut hæc observes sine præjudicio.

Προκυρόω, ῶ, f. ώσω, *Ante sancio,* (ex πρὸ & κυρόω, sancio.) Perf. part. pass. προκεκυρωμένος, prius sanctus. Gal. 3,12. διαθήκην προκεκυρωμένην, fœdus ante sancitum.

Προλαμβάνω, f. λήψομαι, 1) *Antecapio, anticipo,* (ex πρὸ & λαμβάνω, sumo.) 1.Cor.11,21. τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει, propriam cœnam ante capit. 2) *Prævenio, anteverto.* Marc.14,8.

προ-

προέλαβε μυρίσαι με τὸ σῶμα, antevertit ungere (ante voluit ungere) corpus meum. 3) *Occupo* præter opinionem, *circumvenio*. Pass. προλαμβάνομαι. Gal. 6, 1. ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, si etiam occupatus sit (lapsus sit) homo in aliquo lapsu. Exempla ex profanis habet Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 198.

Προλέγω, f. ξω, 1) *Ante dico, prænarro, prædico*, (ex πρὸ & λέγω, dico.) 2. Cor. 13, 2. προείρηκα καὶ προλέγω, jam prædixi & adhuc prædico. Gal. 5, 21. ἃ προλέγω ὑμῖν, de quibus prædico vobis. 1. Thess. 3, 4.

Προμαρτύρομαι, *Ante testor, prænuncio*, (ex πρὸ & μαρτύρομαι, testor.) 1. Petr. 1, 11. προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, ante testatus (sc. Spiritus Christi) de passionibus Christi.

Προμελετάω, ῶ, f. ήσω, *Præmeditor*, (ex πρὸ & μελετάω, meditor.) Luc. 21, 14. Cogitate igitur, μὴ προμελετᾶν (sc. δεῖν) ἀπολογηθῆναι, non opus esse, ut vos defensionem vestram præmeditemini.

Προμεριμνάω, ῶ, f. ήσω, *Ante* seu prius *sum sollicitus*, (ex πρὸ & μεριμνάω curo, sollicite ago. Marc. 13, 11. μὴ προμεριμνήσητε, τί λαλήσητε, ne curetis, quid locuturi sitis.

Προνοέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Mente præcipio*, prævideo. 2) *Provideo, prospicio*, consulo, (ex πρὸ & νοέω, cogito, intelligo.) Construitur cum genitivo vi præpositionis. 1. Tim. 5, 8. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων, οὐ προνοεῖ, si vero quis propriis & præcipue domesticis non prospicit. Hesychius: προνοεῖ, ἐπιμελᾶται. 3) Med. προνοέμαι, *rationem habeo, procuro* & diligenter prospicio. Cum accusativo. Rom. 12, 17. προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, rationem boni habentes coram omnibus hominibus. Sic 2. Cor. 8, 21.

Πρόνοια, ας, ἡ, *Providentia, cura*, prudentia, (a πρόνοος, contr. πρόνως, ῶ, ὁ, ἡ, providus, prudens.) Act. 24, 2. διὰ τῆς σῆς προνοίας, per tuam providentiam. Rom. 13, 14. τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν, carnis seu corporis curam ne agite ad concupiscentiam. Hesychius: πρόνοια, προενθύμησις, ἐπιμέλεια, φροντίς.

Προοράω, ῶ, f. άσω, 1) *Prævideo*, antea video, prius video, (ex πρὸ & ὁράω, video.) Actor. 21, 29. 2) *Ante me video*: Sic in medio. Act. 2, 25. προορώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ante me videbam Dominum coram me semper.

Προορίζω, f. ίσω, *Prædestino, decerno, præfinio*, prius definio, prius constituo, (ex πρὸ & ὁρίζω, definio, termino, ab ὅρος, ου, terminus, finis.) Act. 4, 28. Rom. 8, 29. 30. οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, quos vero prædestinavit, hos etiam vocavit. 1. Cor. 2, 7. Ephes. 1, 5. προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, qui prædestinavit nos ad adoptionem. Aor. 1. pass. part. προορισθείς, prædestinatus. Eph. 1, 11.

Προπάσχω, *Ante patior*, vel prior patior, (ex πρὸ & πάσχω, pati-

patior.) aor. 2. προέπαθον. 1. Thess. 2, 2. ἀλλὰ καὶ προπαθόντες, sed etiamsi antea passi sumus.

Προπέμπω, f. ψω, 1) *Præmitto*, mitto ante, (ex πρὸ & πέμπω mitto.) 2) *Deduco, prosequor, comitor.* Act. 15, 3. οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, illi igitur comitatu adfecti sunt ab ecclesia. c. 20, 38. προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, comitabantur illum in navem. c. 21, 5. Rom. 15, 24. 1. Cor. 16, 6. 2. Cor. 1, 16. 3) Aliquem deducendum alio curo, *dimitto hospitem* hospitaliter & benefice. 1. Cor. 16, 11. προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, deducendum in pace (incolumitate) illum curate. Tit. 3, 13. Zenam legis peritum & Apollinem σπουδαίως πρόπεμψον, diligenter cura, ut deducatur. 3. Joann. v. 6. ὃς καλῶς ποιήσεις, προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ, quos, si, ut decet Deum, deducendos curabis, bene ages, ut nihil scil. ipsis deficiat.

Προπετὴς, ἐος, ὁ, ἡ, 1) *Prociduus*, prominens, præceps, proclivis, (ex πρὸ & πέτομαι, volo.) 2) *Protervus, temerarius.* 2. Tim. 3, 4. προδόται, προπετεῖς, proditores, temeratores. Act. 19, 36. καὶ μηδὲν προπετὲς πράττειν, & nihil temerarium agere. Plura ex profanis adfert Jo. Alberti Obs. Philol. p. 260.

Προπορεύομαι, f. εύσομαι, *Præeo, præcedo*, antecedo, procedo, (ex πρὸ & πορεύομαι eo,) Luc. 1, 76. προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, præcedes enim ante faciem Domini. Act. 7, 40. ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν, fac nobis Deos, qui præibunt nos.

Πρὸς, præpositio regens plerumque ACCVSATIVVM. 1) AD. Et quidem notat motum & terminum, ad quem. Matth. 2, 12. μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, non reverti ad Herodem. cap. 3, 14. καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; & tu venis ad me? Luc 18, 7. τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, clamantium ad ipsum die nocteque. Rom. 10, 1. ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, precatio ad Deum. Ephes. 5, 31. καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, & adhærebit, propensus erit ad uxorem suam. 1. Cor. 13, 12. τότε πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, tunc faciem ad faciem. 3. Joann. v. 10. καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν, & ab ore ad os, i. e. coram, loquemur.

2) AD, notat *finem.* Luc. 14, 32. ἐρωτᾷ τὰ πρὸς τὴν εἰρήνην (sc. ὄντα s. δέοντα,) rogat ea, quæ ad pacem spectant. cap. 19, 42. τὰ πρὸς εἰρήνην σοι, ea quæ ad salutem tuam conducunt. Joann. 4, 35. regiones λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη, albæ sunt, ut jam demeti possint. 1. Cor. 10, 11. ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, scriptum vero est in admonitionem nostram. 1. Tim. 4, 7. γύμναζε σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν, omnia exercitia tua dirige ad pietatem. 2. Tim. 3, 16. Joann. 11, 4. αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, hic morbus non est ad mortem, i. e. ut mors sequatur. 1. Joann. 5, 16. & 17. ἁμαρτία πρὸς θάνατον, peccatum ad mortem ferens, i. e. peccatum in Spiritum S. Hinc πρὸς τί, cur? Joann. 13, 28. Præponitur in hoc significatu infinitivis. Matth. 6, 1. 13, 30. ligate zizania in vin-

vincula, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά, ad comburenda ea. cap. 23, 5. 26, 12. Marc. 13, 22. Luc. 18, 1. Eph. 6, 1. 1. Theſſ. 2, 9. 2. Theſſ. 3, 8. Jacob. 3, 3.

3) AD, quando objectum definit. Matth. 3, 15. εἶπε πρὸς αὐτὸν, dixit ad illum. &c. Luc. 1, 73. 2, 18. 20. καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτὲς, ſicut dictum fuit ipſis.

4) AD, de tempore. Luc. 8, 13. οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύσι, qui ad tempus aliquod opportunum credunt. Joann. 5, 35. πρὸς ὥραν, ad tempus aliquod. Luc. 24, 29. Hebr. 12, 10. Jac. 4, 14.

5) ANTE. Marc. 2, 2. τὰ πρὸς τὴν θύραν (ſc. μέρη,) loca, quæ ante oſtium erant. cap. 11, 4. Luc. 16, 20. πρὸς τὸν πυλῶνα, ante veſtibulum.

6) APVD, PROPE. Matth. 26, 55. πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην, apud vos ſedebam. Marc. 9, 19. ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς; quousque ero apud vos? Joann. 1, 1. ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, verbum erat apud Deum. Rom. 5, 1. εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, pacem habemus apud Deum. &c.

7) CONTRA. Luc. 23, 12. ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτὲς, in inimicitia verſantes contra ſemet invicem. Act. 6, 1. ἐγένετο γογγισμὸς τῶν Ἑλληνικῶν πρὸς τὲς Ἑβραίας, fiebat murmuratio helleniſtarum contra Hebræos. cap. 9, 5. πρὸς κέντρα λακτίζειν, contra ſtimulum calcitrare. Epheſ. 6, 11, 12. &c.

8) CORAM. Luc. 1, 80. ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ, usque ad diem oſtenſionis coram Iſraël. Act. 22, 1. ἀκέσατέ μὲ τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας, audite meam nunc coram vobis defenſionem. v. 15. c. 23, 22. Rom. 4, 2. 2. Cor. 4, 2. Phil. 4, 5. 1. Theſſ. 4, 12.

9) CVM. Luc. 24, 14. Act. 3, 25. ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς ὑμᾶς, quod pepigit Deus vobiſcum. c. 11, 2. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν, altercati ſunt cum eo. cap. 17, 17. 24, 12. Rom. 5, 1. 2. Cor. 6, 14. 15. Hebr. 10, 16.

10) DE. Luc. 20, 19. Rom. 8, 31. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; quid igitur dicemus de his? Hebr. 1, 7. 8. 13. 4, 13. πρὸς ὃν ἡμῖν λόγος, de quo nobis ſermo eſt.

11) E, EX. Epheſ. 3, 4. προέγραψα ἐν ὀλίγῳ, πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι, antea ſcripſi paucis, ex quibus, cum legitis, poteſtis intelligere.

12) ERGA. Act. 24, 16. Gal. 6, 10. ἐργαζόμενοι τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τὲς οἰκείς τῆς πίστεως, operantes bonum erga omnes, maxime vero erga domeſticos fidei. Phil. 2, 30, 4, 5. 1. Theſſ. 4, 12. 5, 14. 2. Tim. 2, 24. Tit. 3, 2. Philem. v. 5.

13) IN, motum ad locum. Matth. 4, 6. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σε, ne forte impingas in lapidem pedem tuum. Luc. 12, 3. ὃ πρὸς τὸ ἓς λαλήσατε, quod in aurem locuti eſtis.

14) IN, cum ablativo. 2. Cor. 4, 2. συνιστῶντες ἑαυτὲς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων, commendantes nos ipſos in omni conſci-

scientia hominum. Hebr. 12, 11. πρὸς τὸ παρὸν, in præsenti. Marc. 9, 10. Luc. 24, 12.

15) INTER. Marc. 1, 27. ὥστε συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς, ita ut disputarent inter seipsos. c. 8, 16. διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους, ratiocinabantur inter se invicem. cap. 9, 34, 10, 26. 14, 4. 15, 31. 16, 3.

16) PROPTER. Matth. 19, 8. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, propter duritiem cordis vestri. Marc. 10, 5.

17) QVANTVM AD. Rom. 15, 17. τὰ πρὸς Θεὸν, quantum ad Deum attinet. Hebr. 2, 17. 5, 1. Sic Matth. 27, 4. τί πρὸς ἡμᾶς; quod ad nos pertinet? Joann. 21, 22. 23. Act. 23, 30.

18) SECVNDVM. Luc. 12, 47. μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, neque fecit secundum voluntatem ejus. 2. Cor. 5, 10. Gal. 2, 14.

19) Denotat COMPARATIONEM. Rom. 8, 18. ἐκ ἄξια - πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν, non dignæ sunt (passiones hujus temporis,) si compares cum futura gloria.

20) REDVNDAT seu explet dativum Marc. 10, 7. καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, & adhærebit uxori suæ. Ephes. 5, 21. (coll. Matth. 19, 5. Actor. 5, 36.) Luc. 1, 73. ὅρκον, ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ, juramentum, quod juravit Abrahamo.

21) τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, denotant cultum divinum. Hebr. 5, 1. omnis enim summus sacerdos ex hominibus qui sumitur, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, pro hominibus ad id constitutus est, ut cultum divinum exerceat. Exemplis hoc comprobat Elsnerus Obs. sacr. t. 2. p. 343.

22) Cum GENITIVO constructa notat AD. Actor. 27, 34. τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει, hoc enim ad salutem vestram conducit.

23) Cum DATIVO: AD, IVXTA Joann. 18, 16. ὁ δὲ Πέτρος εἰστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω, Petrus vero stabat ad januam foris. cap. 20, 12. & videt duos angelos in albis vestibus sedentes, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, unum ad caput & alterum ad pedes.

24) AD, APVD, VSQVE AD. Luc. 19, 37. ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, cum vero jam appropinquaret ad descensum montis olearum. Apoc. 1, 13. καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν, & circumcinctum ad mammillas zona aurea.

Προσάββατον, ου, τὸ, *Dies Sabbatum antecedens*, (ex πρὸ & σάββατον, Sabbatum.) Marc. 15, 42. ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον, quoniam erat parasceve, quæ est ante Sabbatum.

Προσαγορεύω, f. εύσω, *Appello, nomino*, pass. προσαγορεύομαι, nominor, cognominor, (ex πρὸς & ἀγορεύω, dico.) Hebr. 5, 10. προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεύς, nominatus a Deo summus sacerdos.

Προσάγω, f. ξω, 1) *Adduco*, (ex πρὸς & ἄγω, duco, ago.) Luc. 9, 41. προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου, adduc huc filium tuum.

Actor.

Actor. 16, 20. 2) *Adpello*, *appropinquo*, (quasi προσαγω ἐμαυτὸν, adduco, offero me.) Act. 27, 27. ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν (subint. αὐτὴν) τινὰ αὐτοῖς χώραν, cogitabant nautæ appropinquare vel offerre se ipsis quandam regionem. 3) *Aditum paro*, 1. Petr. 3, 18. ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ, ut nobis accessum pararet apud Deum.

Προσαγωγὴ, ῆς, ἡ, *Accessus*, accessio, aditus, (a προσάγω.) Hesychius: προσαγωγὴ, προσέλευσις. Rom. 5, 2. per Christum τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, accessum habemus fide ad gratiam hanc. Ephes. 2, 18. 3, 12. προσάγειν proprie dicuntur, qui accessum faciunt ad principes, & προσαγωγεῖς erant introductores, ut hodie vocant, legatorum ad reges vel principes. Vide Lamb. Bos Obs. c. 17.

Προσαιτέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Insuper peto*, (ex πρὸς & αἰτέω, peto.) 2) *Mendico*, stipem peto. Marc. 10, 46. παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν, juxta viam mendicans. Joann. 9, 8.

Προσαίτης, ε, ὁ, *Mendicus*, qui stipem petit, (a προσαιτέω.) Joann. 9, 8. ὅτι προσαίτης ἦν, plerique Codices legunt: ὅτι τυφλὸς ἦν. Hesychius: προσαίταις, πλωχοῖς.

Προσαναβαίνω, f. βήσομαι, *Adscendo*, (ex πρὸς & ἀναβαίνω, idem.) aor. 2. imp. προσανάβηθι, adscende. Luc. 14, 10.

Προσαναλίσκω, f. ἀναλώσω, *Impendo*, insuper consumo, (ex πρὸς & ἀναλίσκω, consumo.) Luc. 8, 43. quæ medicis προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, impenderat totam vitam, h. e. omnes opes.

Προσαναπληρόω, ῶ, f. ώσω, *Suppleo*, (ex πρὸς & ἀναπληρόω, repleo.) 2. Cor. 9, 12. & 11, 9. τὸ γὰρ ὑστέρημά μὲ προσανεπλήρωσαν, defectum meum suppleverunt fratres venientes e Macedonia.

Προσανατίθημι, f. θήσω, 1) *Impono*. 2) *Communico*, & confero cum aliquo, (ex πρὸς & ἀνατίθημι, impono & expono,) aor. 2. med. Gal. 1, 16. οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, non contuli cum carne & sanguine. cap. 2, 6. οὐδὲν προσανέθεντο, nihil mecum communicarunt.

Προσαπειλέω, ῶ, f. ήσω, Insuper minitor, *minas addo*, (ex πρὸς & ἀπειλέω, minor.) Act. 4, 21. οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτὲς, illi vero, postquam minas addiderant, dimiserunt illos.

Προσδαπανάω, ῶ, f. ήσω, Insuper insumo, *plures sumtus facio*, (ex πρὸς & δαπανάω, insumo.) Luc. 10, 35. ὅ, τι προσδαπανήσῃς, quodcunque insuper insumseris.

Προσδέομαι, f. δεήσομαι, 1) *Insuper rogo*, supplex sum. 2) *Egeo*, (ex πρὸς & δέομαι, egeo.) Construitur ut δέομαι, cum genitivo, qui vero a substantivo hujus verbi cognato & per ellipsin suppresso regitur. Act. 17, 25. προσδεόμενός τινος, (sc. δέησιν,) egens ullius.

Προσδέχομαι, f. ξομαι, 1) *Recipio*, *excipio*, *admitto*, (ex πρὸς & δέχομαι, capio.) Luc. 15, 2. ἕτος ἁμαρτωλὲς προσδέχεται, hic

peccatores excipit. Rom. 16, 2. Phil. 2, 29. Hebr. 10, 34. 11, 35. ἐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, qui non receperunt liberationem, (etiam si ipsis contingere potuisset.) 2) *Expecto*, operior. Marc. 15, 43. ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τ῀ Θε῀, qui etiam ipse expectabat regnum Dei, h. e. adventum Christi, ut ipsi Christum in carne videre contingeret. Luc. 2, 25. 38. 12, 36. 23, 51. Act. 23, 21. 24, 15. Tit. 2, 13. προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, expectantes beatam spem.

Προσδοκάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Expecto*. Matth. 11, 3. 2) ἕτερον προσδοκῶμεν; an alium expectemus? Luc. 1, 21. 3, 15. 8, 40. Act. 10, 24. 27, 33. 28, 6. 2. Petr. 3, 12. 13, 14. 2) *Spero*. Act. 3, 5. προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν, sperans aliquid ab ipsis accipere. 2. Petr. 3, 12. 13. 14. 3) *Puto*, *arbitror*. Matth. 24, 50. ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐ προσδοκᾷ, die quo non sperat seu putat. Luc. 12, 46. Act. 28, 6. οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, illi vero putabant fore, ut ille intumescat. Luc. 3, 15. προσδοκῶντος τ῀ λα῀, cum populus in ea esset opinione.

Προσδοκία, ας, ἡ, *Exspectatio*, (a προσδοκάω.) Usurpatur nonnunquam de metu rerum futurarum Luc. 21, 26. ἀπὸ - προσδοκίας τῶν ἐρχομένων, præ exspectatione eorum, quæ supervenient. Actor. 12, 11. Exempla alia habet Elsnerus Observ. sacr. tom. 1. p. 275.

Προσδρέμω vide προστρέχω.

Προσεάω, ῶ, 1) *Insuper sino*. 2) *Sino*, *permitto*, (ex πρὸς & ἐάω, sino.) Act. 27, 7. μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τ῀ ἀνέμου, cum non permitteret nobis ventus.

Προσεγγίζω, f. ίσω, *Appropinquo*, *accedo*, (ex πρὸς & ἐγγίζω, idem.) Marc. 2, 4. & cum non possent προσεγγίσαι αὐτῷ; appropinquare ipsi propter turbam populi.

Προσεδρεύω, f. εύσω, *Adsideo*, adsiduus, gnaviter incumbo, (ex πρὸς & ἕδρα, sedes:) deinde *insidior*. 1. Cor. 9, 13. οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, qui ad altare incumbunt. Demosthenes de corona n. 79. p. 201. edit. Stubel. ταῖς πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων. conf. reliqua. Significat: *dass man recht begierig aufwartet*, *etwas zu fangen*. Hesychius: προσεδρεύει, σχολάζει. πρόσεδρος, ὁ παρακαθήμενος, σχολάζων.

Προσεργάζομαι, f. άσομαι, *Praeterea facio*, seu efficio, insuper lucrifacio, (ex πρὸς & ἐργάζομαι, operor.) Luc. 19, 16. ἡ μνᾶ σε προσειργάσατο δέκα μνᾶς, libra tua insuper lucrifecit decem libras.

Προσέρχομαι, f. ελεύσομαι, aor. 2. προσῆλθον, 1) *Accedo*, *adeo*, (ex πρὸς & ἔρχομαι, venio.) Matth. 4, 11. ἄγγελοι προσῆλθον, angeli accesserunt. cap. 9, 20. προσελθοῦσα ὄπισθεν, accedebat retrorsum. cap. 26, 50. 28, 2. προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον, accedebat & devolvit lapidem. v. 9. Marc. 1, 31. Luc. 7, 14. 8, 44. 9, 42. 10, 34. 23, 36. Act. 7, 31. 8, 29. 12, 13. Construitur ut plurimum cum

cum dativo. Hebr. 12,18.22. προσεληλύθατε (perf. med.) Σιὼν ὄρει, acceſſiſtis Sioni monti. 2) *Conſentio alicui*, accedo ad partes alicujus. 1. Tim. 6,3. ſi quis aliter docet, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς (ἔσι) τᾶ Κυρίᾳ ἡμῶν Ἰησᾶ Χριςᾶ, & non conſentit ſanis ſermonibus, qui ſunt Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Προσευχὴ, ῆς, ἡ, 1) *Petitio*, precatio, (ex πρὸς & εὐχὴ, votum.) Matth. 17,21. hoc genus non exit, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηςείᾳ, niſi per preces & jejunium. cap. 21,13. domus mea, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται, domus precationis nominabitur, i. e. erit. Luc. 6,12. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τᾶ Θεᾶ, & pernoctabat in precatione ad Deum. cap. 22,45. ἀναςὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, cum ſurrexiſſet a precatione. Act. 10,4.31. 12,5. Rom. 1,10. 15,30. 1. Tim. 2,1. 5,5. 1. Petr. 3,7. 4,7. Apoc. 5,8. αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, precationes ſanctorum. cap. 8,3.4. Act. 1,14. & 2,42. occurrit: προσκαρτερεῖν τῇ προσευχῇ vel τοῖς προσευχαῖς, incumbere in preces & in illis aſſiduum eſſe. Sic Rom. 12,12. Col. 4,2. 2) *Proſeucha*, *domus orationis*, locus, qui alias a Judæis dicitur Synagoga, in eoque differt, quod ad Synagogam lectionis, ad proſeucham vero tantum orationis cauſſa convenerunt. Act. 16,13. ἧ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι, ubi exiſtimabatur proſeucha eſſe. v. 16. Occurrit apud Juvenalem Satyr. 3,296. - in qua te quæro proſeucha? Multa Politianus Miſc. c. 30. Paull. Leopardus Emend. 3,4. & quos citat Wolfius ad Caſauboniana. Præcipue ad fluvios & fontes erant ſitæ. Leopardus l. c. Steph. le Moyne ad epiſt. Polycarpi p. 71. ſ. Barthius Adv. 2,21.

Προσεύχομαι, f. ξομαι, *Precor*, *preces fundo*, oro, (ex πρὸς & εὔχομαι, precor.) Matth. 5,44. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, precamini pro infeſtantibus vos. cap. 14,23. adſcendit in montem olearum, κατ' ἰδίαν, προσεύξαθαι, ſeorſim, ut oraret. cap. 26,39. cecidit ſuper faciem ſuam, προσευχόμενος, preces fundens. v. 41. γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, vigilate & precamini. Luc. 18,1. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, quod oporteret ſemper orare. v. 11. Phariſæus, qui ſtiterat ſe, πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο, apud ſemetipſum hæc orabat. Luc. 22,44. & cum eſſet in agone, ἐκτενέςερον προσηύχετο, intentius orabat. Act. 6,6. προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας, precati impoſuerunt ipſis manus. cap. 13,3. Act. 9,11. ἰδὲ γὰρ προσεύχεται, ecce enim precatur. Rom. 8,26. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ, ἐκ οἴδαμεν, quid enim precemur, ſecundum quod decet, neſcimus. 1. Cor. 14,13. inde qui loquitur lingua (peregrina,) προσευχέσθω, ἵνα διερμηνεύῃ, precibus a Deo roget, ut interpretationis quoque donum nanciſcatur, alioqui ſi vel optimas ad Deum preces lingua peregrina loquitur, motus quidem a Spiritu S. afflatus orat, mens vero nihil a ſe excogitatum profert. Ita παραφράζει Grotius. v. 14.15. 1. Theſſ. 5,17. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ſine intermiſſione precamini. Jac. 5,17. Elias προσευχῇ προσηύξατο, precibus

rogavit. Conſtruitur cum dativo. Matth. 6, 6. προσευξαι τῷ Πατρί σε, ora ad patrem tuum in occulto. 1. Cor. 11, 13.

Πωρόω, ῶ, f. ώσω, *Induro*, obduro, callo obduco, (a πῶρος, callus, porus, lapis species. Hesychius: πώρινος, λίθινος. Vide

ibi annot. Schrevelii. Porro etiam πῶρος denotat callum, sive duritiem illam, quæ ossa fracta conjungit. Hesychius: πώρωσις, ἕξις ὀστέων σύμφυσις καὶ σύνδεσμος, λέγοιτο δὲ καὶ ἐπὶ σαρκῶν πῶρος ἡ ἀναισθησία.) Metaphorice ad animum applicatur. Joann. 12, 40. καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, & vecors reddidit cor ipsorum. Pass. πωρῶμαι, stupidus sum, vecors sum. Rom. 11, 7. οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν, reliqui autem indurati sunt. 2. Cor. 3, 14. ἀλλ' ἐπωρώθησαν τὰ νοήματα αὐτῶν, sed induratæ sunt mentes ipsorum. Perf. pass. part. πεπωρωμένος, induratus. Marc. 6, 52. ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη, erat enim cor ipsorum induratum. c. 8, 17.

Πώρωσις, εως, ἡ, *Induratio*, excœcatio, (a πωρόω.) Marc. 3, 5. συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, contristans de induratione cordis ipsorum. Rom. 11, 25. Ephes. 4, 18.

Πως, adv. Vox enclitica, indefinite: *Quodammodo*, aliquo modo. Hinc ἔπως, si forte. Act. 27, 12. Rom. 1, 10. &c. Et μή πως ne forte. Actor. 27, 29. Rom. 11, 21. μήπως οὐδὲ σὲ φείσηται, ne forte neque tibi parcat.

Πῶς, adv. *Quomodo*? Habet 1) vim interrogationis, & quidem α) simplicis. Matth. 22, 43. 45. πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; quomodo filius ejus est? Luc. 10, 26. πῶς ἀναγινώσκεις; quomodo legis? β) Habet vim admirantis. Luc. 1, 34. πῶς ἔσται τοῦτο; qua ratione fiet hoc? Joann. 3, 12. 6, 42. 52. 7, 15. πῶς οὗτος γράμματα οἶδε; quomodo hic novit scripturas? c. 8, 33. 14, 5. 9. Act. 2, 8. Rom. 8, 32. 1. Cor. 15, 12. 2. Cor. 3, 8. Gal. 4, 9. γ) Conquerendi. Matth. 16, 11. πῶς οὐ νοεῖτε; quomodo non intelligitis? Marc. 4, 13. 40. πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; quomodo non habetis fidem? cap. 8, 21. 10, 23. 24. Luc. 12, 50. 56. 18, 24. Actor. 8, 31. πῶς γὰρ ἂν δυναίμην; quomodo enim possem? δ) Expostulandi & indignandi. Matth. 22, 12. ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε; amice, quomodo ingressus es huc? ε) Dehortandi Rom. 6, 2. πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; quomodo adhuc vellemus vivere in eo, (peccato?) ζ) Negandi. Matth. 7, 4. πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου; quomodo dices fratri tuo? i. e. non dicere poteris fratri tuo. c. 12, 26. 29. 34. πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν; non potestis bona loqui. Rom. 10, 14. 15. &c. 1. Joann. 3, 17. πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ; quomodo amor Dei manet in ipso? i. e. non manet in ipso. c. 4, 20. 2) Notat determinative. Matth. 6, 28. considerate lilia agri, πῶς αὐξάνει, quomodo crescant. c. 10, 19. 12, 4. Marc. 5, 16. 9, 12. 11, 18. & quærebant, πῶς αὐτὸν ἀπολέσωσιν, quomodo ipsum interficerent. &c. Apoc. 3, 3. recordare igitur, πῶς εἴληφας, quomodo acceperis. (i. e. didiceris.)

P.

Ῥαάβ, ἡ, *Rachab*, nomen mulieris Jerichuntinæ, quæ exploratores Israëlitas excepit, (a radice רָחַב, dilatatus est.) Hebr. 11, 31.

πίστει

πίστα ἡ Ῥαὰβ ἡ πόρνη, fide Rachab meretrix non una peribat cum incredulis. Jacob. 2, 25. Vide & Ῥάχαβ.

Ῥαββεῖ, *Rabbi, magiſter*. Vox Syriaca indeclinabilis, רַב & רָבָא magnus, item magiſter, cum affixo primæ perſonæ eſt רַבִּי, magiſter mi. Joann. 1, 38. dixerunt ipſi: Ῥαββεῖ, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε, Rabbi, quod dicitur ſi interpreteris, magiſter. Matth. 26, 25. 49. χαῖρε Ῥαββεῖ, ſalve magiſter. cap. 23, 7. 8. ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε Ῥαββεῖ, vos vero ne appellemini Rabbi. Non ſimplex nomen rejiciebat Servator, quippe quod ipſe quoque admiſiſſe legitur, neque quenquam increpuit, qui ſe ſic compellaverit. Sed ſpiritum & faſtum Rabbinicum abolere vult, qui apud Judæos tantus fuit, ut eum ne in extremo quidem periculo deponerent.

Ῥαββουνὶ & Ῥαββουνεί, *Magiſter*. Eadem vox Syriaca, רִבּוֹן, & cum affixo רִבּוֹנִי. Marc. 10, 51. ῥαββουνὶ, ἵνα ἀναβλέψω, magiſter, ut rurſus videam. Joann. 20, 16. Ῥαββουνεί, ὃ λέγεται, διδάσκαλε, Rabbi, quod dicitur, magiſter.

Ῥαβδίζω, f. σω, *Virgis cædo*, (a ῥάβδος.) Act. 16, 22. 2. Cor. 11, 25. τρὶς ἐῤῥαβδίσθην, ter virgis cæſus ſum.

Ῥάβδος, ε, ἡ, 1) *Baculus*, ſcipio, *virga*. Matth. 10, 10. μηδὲ ῥάβδον, neque ſcipionem in viam. Hebr. 9, 4. καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, & virga Aaronis. cap. 11, 21. Jacob moriens προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, incurvavit ſe ad ſummitatem baculi ſui. In hebræo exſtat Gen. 47, 31. & incurvavit ſe Jacob אֶל רֹאשׁ הַמִּטָּה, ad ſummitatem lecti. Onkelos vertit: עַל רֵישׁ עַרְסָא, ad ſummitatem ſpondæ. Aquila & Symmachus vocem κλίνης retinuerunt. Sed LXX. ſic vertunt, ut in N. T. eſt, quaſi codicem habuerint, in quo non מִטָּה, ſed מַטֶּה, baculus, lectum fuerit. Sententia noſtra eſt: Apoſtolus lectionem græcam LXX. Senum retinuit tum, quia ad ſcopum ejus fecit, tum etiam, quia cum veritate conſentanea fuit. Jacobus, quum adventum Joſephi audiret, in lecto ſe erexit, pedesque extra lectum habuit, quod inde probamus, quia poſt abitum Joſephi & reliquorum filiorum pedes ad jacendum rurſus compoſuit. Gen. 49, 33. Sic ergo ſedens, & baculo propter infirmitatem innixus, cum Joſepho & aliis filiis locutus eſt, precesque ad Deum fundens benedictionem impertiit. Apoc. 11, 1. κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, arundo ſimilis baculo. 2) *Metonymice*. 1. Cor. 4, 21. ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς; num cum baculo veniam ad vos? Virga ſive baculus eſt ſervorum pœna & ſervilium ingeniorum: liberi vero & ingenui verbis emendantur. Hæc ergo ſcribit Paullus Corinthiis, admonens, ſe ipſorum patrem eſſe, ipſos vero ſic ſe agere debere, ne pœna ſervili ad officium reduci debeant. Apoc. 2, 27. 12, 5. 19, 15. αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτὰς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ille paſcet illos virga ferrea. i. e. duritie erga illos utetur. 3) *Sceptrum*.

ptrum. Hebr. 1, 8. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου, sceptrum rectitudinis (i. e. rectum) est sceptrum regni tui. Esther 4, 1. ἐξέτεινε τὴν ῥάβδον τὴν χρυσῆν, extendit sceptrum aureum.

Ῥαβδοῦχος, ου, ὁ, *Lictor, viator.* Horum insigne erant fasces baculorum, quos magistratibus præferebant, (ex ῥάβδος, virga, baculus, & ἔχω, habeo.) Act. 16, 35. ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους, miserunt duces exercitus lictores. Adde Lipsium Elect. 1, 23. Everh. Ottonem de ædilibus coloniarum cap. 12. p. 365. s.

Ῥαγαῦ, *Ragau*, nomen viri hebraicum ἄκλιτον. Luc. 3, 35. hebr. רְעוּ, Genes. 11, 18. Illud ע olim & hodie multi per g pronunciant.

Ῥᾳδιούργημα, ατος, τὸ, *Facinus, scelus, flagitium*, (a ῥᾳδιουργέω, facile ad scelus aliquod patrandum prorumpo.) Act. 18, 14. ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, flagitium malitiosum. Hesychius: ῥᾳδιουργεῖ, ῥᾳδίως ποιεῖ, κακοποιεῖ, δεινοποιεῖ. ῥᾳδιουργὸς, πονηρὸς, πολυμήχανος.

Ῥᾳδιουργία, ίας, ἡ, 1) Quando quis promtus & facilis est ad opus, vox μέση, (ex ῥᾴδιος, facilis, & ἔργον, opus.) 2) *Facinus, scelus, versutia*, Act. 13, 10. ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, plene omnis doli & omnis maleficentiæ. Non est convitium, sed objurgatio. Buxtorfius Catal. cap. 207. Locutio autem occurrit. Siracid. 1, 30.

Ῥακά, Vox convitii, chald. רֵיקָא, hebr. רִיק, *Vacuus* (scil. mente,) *vilis*, contemtus. Matth. 5, 22. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακά, quicunque dixerit fratri suo, vilis, contemtus, & vacuus mente es. Hesychius: ῥακκὰ, κενός.

Ῥάκος, εος, τὸ, *Pannus, frustum panni*, (a ῥήσσω, rumpo.) Matth. 9, 16. ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου, additamentum panni impexi, i. e. novi. Marc. 2, 21. Hesychius: ῥάκος, διερρωγὸς ἱμάτιον. Esther. 14, 16. βδελύσσομαι αὐτὸ ὡς ῥάκος καταμηνίων, abominor illud tanquam vestem menstruorum.

Ῥαμὰ, ἡ, *Rama*, urbs Judææ in tribu Benjamin. Matth. 2, 18. φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, vox in Rama audita est.

Ῥαντίζω, f. ίσω, *Adspergo*, inspergo, (a ῥαίνω, perfundo.) Hebr. 9, 13. ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, adspergens & purificans impuros. v. 19. 21. cap. 10, 22. ἐῤῥαντισμένοι (κατὰ) τὰς καρδίας, adspersi & purificati quoad corda a conscientia mala.

Ῥαντισμὸς, οῦ, ὁ, *Adspersio*, perfusio, *purificatio*, (a ῥαντίζω.) Hebr. 12, 24. καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ, & per sanguinem purificationis. 1. Petr. 1, 2. ad obedientiam καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, & purificationem sanguinis Jesu Christi.

Ῥαπίζω, f. ίσω, *Virga vel baculo cædo*, percutio, *alapam infligo*, (a ῥαπὶς, ίδος, ἡ, virga, fustis, bacillus.) Matth. 5, 29. ὅστις σε ῥαπίσει, quicunque te percutiet in dextram tuam maxillam. cap. 26, 67. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, illi vero virgis cæciderunt.

Ῥά-

Ῥάπισμα, ατος, τὸ, *Ictus*, qui virga aut baculo incutitur, item *alapa*, colaphus, (a ῥαπίζω.) Marc. 14, 65. οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον, miniſtri ictibus ipſum jaciebant. Joann. 18, 22. ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, dedit ictum Jeſu. cap. 19, 3.

Ῥαφὶς, ίδος, ἡ, *Acus*, ſubula, (a ῥάπτω, ſuo.) Matth. 19, 24. διὰ τρυπήματος ῥαφίδος, per foramen acus.

Ῥαχὰβ, ἡ, *Rachab*, nomen mulieris hebr. vide ſupra Ῥαάβ. Matth. 1, 5.

Ῥαχὴλ, ἡ, *Rachel*, nomen uxoris Jacobi, hebraicum רָחֵל, agnus. Matth. 2, 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, Rachel flens filios ſuos.

Ῥεβέκκα, ἡ, *Rebecca*, uxor Iſaaci: nomen eſt hebraicum ἄκλιτον רִבְקָה, a rad. רבק, ſaginavit, unde עֵגֶל מְרֻבָּק, vitulus ſaginatus. Rom. 9, 10. ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα, ſed etiam ad Rebeccam quod adtinet.

Ῥέδα vel Ῥέδη, ης, ἡ, *Rheda*, vehiculum penſile, pilentum. Apoc. 18, 13.

Ῥεμφὰν, ὁ, *Remphan*, nomen idoli hebraicum ἄκλιτον. Act. 7, 43. & ſuſcepiſtis - τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, ſidus Dei veſtri Remphan. Hebraice eſt כִּיּוּן, quod LXX. fortaſſe legerunt רִיּוּן, pronunciationem deinde juvantes ſcripſerunt Remphan. Kijun vero eſt nomen idoli, cujus formam & vultum neſcimus. Aquila vertit ἀμαύρωσιν, obſcuritatem. Add. Pocockius not. miſc. c. 3. p. 39. Steph. le Moyne Diſſ. de Jehovah juſtitia noſtra p. 51. 2. qui ſtatuit, ῥηφὰν Aegyptiis eſſe Saturnum. Contra Paull. Ern. Jablonski ſingulari libello oſtendit, Remphah Aegyptiis eſſe Solem. Prodiit Franc. ad Viadr. 1731. 8.

Ῥέω, f. ῥεύσω, *Fluo*. Joann. 7, 38. ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, fluvii ex ventre ejus fluent aquæ viventis.

Ῥέω, *Dico, loquor*. Tantum in uſu eſt aor. 1. paſſ. ἐῤῥήθην vel ἐῤῥέθην, ſignificatu vario. Matth. 1, 22. 2, 15. 17. 23. ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν, & impleatur quod dictum eſt. c. 3, 3. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου, hic enim eſt qui dictus deſcriptus eſt ab Eſaia. Significatione *præcipiendi*, Matth. 5, 21. ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, præceptum fuit ab antiquis. v. 27. 31. 33. 38. 43. Apoc. 9, 4. In ſignificatione *promittendi*, Rom. 9, 12. 26. Gal. 3, 16. τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐῤῥήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, Abrahamo dictæ ſunt promiſſiones. Apoc. 6, 11.

Ῥήγιον, ου, τὸ, *Rhegium*, nomen urbis in ultimo Italiæ angulo verſus Siciliam ſitæ. Actor. 28, 13. (a ῥήσσω, rumpo, quia quondam per terræ motum a Sicilia abrupta eſt.

Ῥῆγμα, ατος, τὸ, 1) *Quod ruptum eſt.* 2) *Ruptura*, fractura, ruina, (a ῥήγνυμι.) Luc. 6, 49. καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα, & erat ruina domus illius magna.

Ῥήγνυμι vel Ῥυγνύω, & ῥήσσω, f. ῥήξω, *Rumpo*, *frango*. Matth. 7, 6. 9, 17. ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ disrumpuntur utres. Luc. 9, 42. ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, rupit ipsum diabolus. Gal. 4, 27. ῥῆξον καὶ βόησον ἡ ἐκ ὠδίνουσα, prorumpe & jubila, quæ non paris. Hesychius: ῥηξάτω, κραξάτω. ῥῆξαι, κράξαι.

Ῥῆμα, ατος, τὸ, 1) *Verbum*. Matth. 12, 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ad omne verbum inutile quod adtinet, quodcunque locuti fuerint homines. cap. 27, 14. Jesus respondit πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, neque ad unicum verbum. 2) *Dictum*, *sententia*. Matth. 26, 75. recordatus est Petrus τοῦ ῥήματος Ἰησοῦ, dicti Jesu. Luc. 2, 50. Act. 11, 16. 28, 25. Judæ v. 17. 3) *Sermo*, *oratio*. Luc. 7, 1. ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ, postquam consummavit omnes sermones suos. c. 20, 26. Joann. 3, 34. 5, 47. 6, 63. 68. Actor. 5, 20. 13, 42. Rom. 10, 8. 2. Petr. 3, 2. 4) *Promissum*. Luc. 2, 29. nunc dimittis servum tuum, Domine, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, secundum promissionem tuam. 5) *Jussum*, *mandatum*. Luc. 3, 2. ἐγένετο ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην, factum est mandatum Dei ad Joannem. c. 5, 5. ἐπὶ τῷ ῥήματί σου, in jussum tuum demittam rete. Hebr. 1, 3. 11, 3. 6) κατ' ἐξοχὴν *Verbum Dei*. Ephes. 5, 26. καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, qui purgavit lavacro aquæ per verbum Dei. Rom. 10, 8. Plene ῥῆμα τοῦ Θεοῦ. Rom. 8, 17. Ephes. 6, 17. Hebr. 6, 5. 1. Petr. 1, 25. 7) *Decretum*. Apoc. 17, 17. ἄχρι τελεσθῇ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ, usque dum impleta fuerint pronunciata (decreta) Dei. 8) *Res ipsa*, negotium hebr. דָּבָר. Matth. 4, 4. homo non solum vivit pane, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, sed omni re egrediente per os Dei, i. e. quam Deus jubet hominum cibum esse, ita ut, si Deus vellet, lapidibus, ligno, cæterisque ad sustentationem uti possemus. Desumta sunt hæc verba ex Deuter. 8, 3. ubi vox ῥῆμα non habetur, addidit tamen Onkelos, Paraphrastes Chaldaicus. Cæterum phrasis integra cum voce דָּבָר occurrit Deut. 34, 4. Jerem. 44, 17. Thren. 3, 38. Matth. 5, 11. 18, 16. ἵνα - σταθῇ πᾶν ῥῆμα, ut consistat tota res. Marc. 9, 32. Luc. 1, 37. non impossibile erit παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, apud Deum quodvis negotium. c. 2, 15. 17. 4, 4. 18, 34. Act. 10, 37. ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα, vos scitis rem, quæ gesta est. 2. Cor. 13, 1.

Ῥησά, *Resa*, nomen unius ex Genealogia Christi. Luc. 3, 27. forte est Chald. רֵישָׁא, caput.

Ῥήσσω vide ῥήγνυμι.

Ῥήτωρ, ορος, ὁ, *Rhetor*, *declamator*, *orator*, (a ῥέω.) Act. 24, 1.

Ῥητῶς, adv. *Diserte*, *manifeste*, certis verbis, (a ῥητὸς, dicendus, certus, ratus.) 1. Tim. 4, 1. τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, Spiritus vero diserte dicit. Hesychius: ῥητῶς, φανερῶς.

Ῥίζα, ης, ἡ, 1) *Radix*. Marc. 11, 20. ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν, quæ exaruerat radicitus. 2) Metaphorice, *origo* & *fundamentum*

mentum alicujus rei. Rom. 11, 16. 17. 18. ἐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σε, non tu radicem portas, ſed radix te, i. e. tu non prior ad Eccleſiam veram perveniſti, ſed illi, utpote gentilis nativitate, tantum inſertus es. 1. Tim. 6, 10. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, origo & fundamentum omnium malorum eſt amor pecuniæ. 3) *Proles, progenies, germen.* Rom. 15, 12. ἔσαι ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, erit progenies Jeſſæ. Apoc. 5, 5. 22, 16. Chriſtus dicitur ῥίζα καὶ γένος τοῦ Δαβὶδ, radix & genus David, quod explica per ἐν διὰ δυοῖν, radicem ex genere David, h. e. ſurculum ex radice generis Davidici ortum.

Ῥιζόω, ῶ, f. ώσω, 1) Radicibus firmo, *radico*, (a ῥίζα.) 2) Metaph. *Confirmo, ſtabilio*, corroboro. Epheſ. 13, 17. ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι, (part. perf. paſſ.) in amore ſtabiliti. Col. 2, 7.

Ῥιπὴ, ῆς, ἡ, 1) *Impetus* ejus, quod projicitur, *ictus* ſeu jactus teli miſſi, (a ῥίπτω.) 2) *Momentum temporis.* 1. Cor. 15, 52. ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, in ictu oculi. Heſychius: ῥιπῇ, ὁρμῇ, βολῇ, ῥοπῇ.

Ῥιπίζω, f. ίσω, *Ventilo*, jacto, (a ῥιπὶς, flabellum, vel ῥίπτω.) Jacob. 1, 6. ſimilis eſt fluctui maris ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ, qui ventis agitatur & jactatur. Heſychius: ῥιπίζει, φυσᾷ, πνοεῖ, πνοὴν πέμπει.

Ῥίπτω, f. ψω, 1) *Jacio, dejicio, projicio*, Matth. 27, 5. καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, & cum jeciſſet nummos argenteos in templum. Luc. 4, 35. ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον, projecit ipſum diabolus in medium. cap. 17, 2. Actor. 27, 19. 29. 2) *Diſrumpo.* Act. 22, 23. καὶ ῥιπτόντων τὰ ἱμάτια, & cum rumperent veſtes. 3) *Colloco.* Matth. 15, 30. καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, & collocarunt illos ad pedes Jeſu. 4) *Disjicio, diſſipo.* Matth. 9, 36. καὶ ἐῤῥιμμένοι (part. præt. paſſ.) ὡσεὶ πρόβατα, & disjecti ſicut oves.

Ῥοβοὰμ, ὁ, *Roboam*, Rehabeam, filius Salomonis. Matth. 1, 7. hebr. רְחַבְעָם, a רָחַב, latus fuit, & עָם, populus.

Ῥόδη, ης, ἡ, *Rhode*, nomen ancillæ græcum, ab appellativo ῥόδη, frutex roſas producens. Act. 12, 13.

Ῥόδος, ου, ἡ, *Rhodus*, inſula notiſſima. Act. 21, 1.

Ῥοιζηδὸν, adv. *Cum ſtridore*, cum magno impetu, (a ῥοιζέω, ſtridorem edo, a ῥοῖζος, ſtridor, ſibilus, impetus.) 2. Petr. 3, 10. ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, quo die cœli cum ſtridore præteribunt. Heſychius: ῥοιζηδὸν, σφοδρῶς ἠχητικόν. ῥοῖζος, ψόφος, ἦχος, πνεῦμα σφοδρόν.

Ῥομφαία, ας, ἡ, 1) *Gladius*: proprie Apoc. 6, 8. ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ, interficere gladio & fame. 2) Metaph. Apoc. 1, 16. 2, 12. 16. ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου, gladio oris mei. cap. 19, 15. 21. 3) *Dolor, acerbiſſimus.* Luc. 2, 35. σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, tuam ipſius animam pertranſibit gladius.

Ῥυ-

Ῥαβήν, ὁ, *Ruben*, nomen filii Jacobi primogeniti ex Lea, hebr. רְאוּבֵן, videte filium: quæ vox erat mulierum puerperæ adsistentium, ex בן filius & ראה vidit, respexit. Apoc. 7, 5. ἐκ φυλῆς Ῥαβήν, ex tribu Ruben.

Ῥάθ, ἡ, *Ruth*, nomen mulieris Moabitidis hebraicum indeclinabile. Matth. 1, 5. Dicunt esse quasi ראות, spectabilem, speciosam, ab eodem radice.

Ῥᾶφος, ε, ὁ, *Rufus*, nomen viri Latinum. Marc. 15, 21. Rom. 16, 13. ἀσπάσασθε Ῥᾶφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ (scil. ὄντα,) salutate Rufum electum, qui est Christianus.

Ῥύμη, ης, ἡ, 1) *Platea*, vicus, (a ῥύω, fluo vel traho.) Luc. 14, 21. ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως, egredere statim in plateas & vicos urbis. Actor. 9, 11. 12, 10. 2) *Tractus loci*, longus quidem sed angustus. Matth. 6, 2. ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in templi tractibus. Intelligo loca in templo & Synagogis, per quæ deambulari potest, per quæ introeuntes & redeuntes irent, quæque non incommode quis cum plateis conferret. Hesychius: ῥύμι, φυλακή, ἀπὸ τοῦ ῥύεσθαι.

Ῥυπαρία, ας, ἡ, *Sordes*, *spurcitia*, (a ῥυπαρὸς.) metaph. de anima. Jacob. 1, 21. διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν, propterea deponite omnem sordem (sc. vitiorum & peccati.)

Ῥυπαρὸς, ά, όν, *Sordidus*, squalidus, (a ῥύπος.) Jacob. 2, 2. ingrederetur vero etiam pauper ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, in veste sordida.

Ῥύπος, ε, ὁ, *Sordes*, *squalor*. 1. Petr. 3, 21. ἀ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, non depositio sordium corporis.

Ῥυπόω, ῶ, f. ώσω, *Sordesco*. Metaph. de animo. Apoc. 22, 11. καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι & sordescens (scil. peccatorum sordibus) sordescat amplius.

Ῥύσις, εως, ἡ, *Fluor*, *fluxus*, (a ῥέω, fluo.) Marc. 5, 25. ἔσα ἐν ῥύσει αἵματος, quæ erat in fluore sanguinis. Luc. 8, 43. 44.

Ῥυτὶς, ίδος, ἡ, *Ruga*, (a ῥύω, traho.) Metaph. *vitium quodlibet*. Ephes. 5, 27. ecclesiam non habentem σπῖλον ἢ ῥυτίδα, maculam aut rugam. Hesychius: ῥυτίδα, σπῖλον.

Ῥύω vel potius, ῥύομαι, f. ύσομαι, *Libero*, *eripio*, redimo. Usurpatur tam de liberatione corporis externa, quam animæ interna. Matth. 6, 13. ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, libera nos a malo. Hesychius: ῥῦσαι, φυλάξαι. quod huc non satis quadrat. cap. 27, 43. confisus est in Deum, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, eripiat nunc ipsum. Luc. 1, 74. ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, ex manu inimicorum nostrorum liberatos. Col. 1, 13. ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, qui liberavit nos ex potestate tenebrarum. Inde ὁ ῥυόμενος, liberator, vindex. Rom. 11, 26.

Ῥω-

Ῥωμαϊκὸς, ἡ, ὸν, *Romanus*, latinus. Luc. 23, 38.

Ῥωμαῖος, αία, ον, *Romanus*. Joann. 11, 48. ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, venient Romani. Act. 16, 21. & annunciant mores, quos non licet nobis recipere, neque facere, Ῥωμαίοις ἔσι, qui Romanis addicti & subditi sumus. Nam coloniæ Romanæ Romanum quoque cultum observarent, necesse erat. Everh. Otto de ædilibus coloniarum & municipiorum c. 1. p. 15. Actor. 22, 29. ἐφοβήθη ἐπιγνὰς, ὅτι Ῥωμαῖός ἐσι, timuit, cum cognosceret, quod Romanus (& quidem provincialis) esset.

Ῥωμαϊςὶ, Romane, *latine*. Joann. 19, 20.

Ῥώμη, ης, ἡ, *Roma*. Act. 18, 2. 19, 21. δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν, oportet me etiam Romam videre.

Ῥώννυμι & ἔρωννύω, f. ἐρώσω, *Confirmo, roboro*. Pass. ἐρώννυμαι, corroboror, reficior. Hinc perf. ἔῤῥωμαι, *valeo*, prospera valetudine fruor. Imper. ἔῤῥωσο, vale. Act. 23, 30. & plural. ἔῤῥωσθε, valete. Act. 15, 29.

Σ.

Σαβαχθανὶ, Vox Syriaca שְׁבַקְתָּנִי *dereliquisti me*, a radice Syriaca שבק dimisit, remisit, & affixo נִי, me: radix hebræa עזב idem denotat. Matth. 27, 46. Marc. 15, 34.

Σαβαὼθ, *Exercitus, uum*, vox hebraica ἄκλιτος, est plur. צְבָאוֹת, a singul. צָבָא, exercitus. Rom. 9, 29. Κύριος Σαβαὼθ, Dominus exercituum, Jacob. 5, 4.

Σαββατισμὸς, ᾶ, ὁ, *Sabbatismus, quies*, (a σαββατίζω septimo die requiesco, ferior, quiesco. 2. Maccab. 6, 6. ἦν δὲ ἄτε σαββατίζειν, licebat vero neque Sabbathum celebrare. Exod. 16, 30. a σάββατον.) Hebr. 4, 9.* ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τᾶ Θεᾶ, igitur relinquitur quies populo Dei. Ipsi Judæi quoque agnoverunt, quietem diei septimi præfigurare quietem gloriosiorem in vita æterna.

Σάββατον, ᾰ, τὸ, 1) *Sabbatum*, cessatio & requies a labore, (Est vocabulum hebraicum, שַׁבָּת, quies.) 2) *Septimus* quisque *dies* quieti ab omnibus operibus destinatus, *Sabbatum Judæorum* a Deo ipsis præscriptum. Matth. 12, 2. ὃ οὐκ ἔξεσι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ, quod non licet facere in Sabbato. v. 8. κύριος γάρ ἐσι καὶ τᾶ σαββάτα ὁ υἱὸς τᾶ ἀνθρώπα, Dominus enim est etiam Sabbati filius hominis. Luc. 6, 1. ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, in sabbato secundo primo. Plur. σάββατα, ων, τὰ, idem. Luc. 4, 16. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, in die Sabbati. Act. 13, 14. 16, 13. Dativus plur. fere semper: σάββασι. Matth. 12, 10. εἰ ἔξεσι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; num licet Sabbato sanare? v. 11. 12. 3) *Hebdomas, septimana*. Matth. 28, 1. ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκάσῃ (sc. ἡμέρᾳ) εἰς μίαν σαββάτων, sero vero Sabbati cum dies illucesceret in primum diem septimanæ, i. e. diem solis vel dominicam.

Marc.

Marc.16,2.9. Luc.18,12. νηστεύω δὶς τῶ σαββάτῳ, jejuno bis in hebdomade cap. 24,1. Joann. 20,1.19. Act. 13,42. 20,7. ἐν δὲ τῇ μιᾷ (ἡμέρᾳ) τῶν σαββάτων, primo vero die septimanæ, h. e. die Dominica. 1. Cor. 16,2. Vide ἐς.

Σαγήνη, ης, ἡ, *Sagena*, genus retis piscatorii, (a σάττω, onero, refercio.) Matth. 13,47. Hesychius: σαγήνη, πλέγμα τι ἐκ καλάμων, εἰς θήραν ἰχθύων.

Σαδδουκαῖοι, ων, οἱ, *Sadducæi*, una ex sectis, quæ tempore Christi in populo Dei vigebant. Matth. 3,7. 16,1. Act. 4,1. 5,17. αἵρεσις τῶν σαδδουκαίων, secta Sadducæorum. Nomen ducunt a quodam Zadok, qui non adeo male adfectus discipulis suis injungebat, ne essent ut servi, & virtutis studium tantum ob præmii expectationem colerent, sed illud ex adfectu libero & utilitatis propriæ experte amplecterentur. Hi vero falsam conclusionem inde colligebant, nullum prorsus præmium fidei & virtutis dari, ac resurrectionem & vitam æternam esse negabant. Matth. 22,23. σαδδουκαῖοι, λέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, Sadducæi, dicentes, resurrectionem non esse. Ex hoc eodem principio nihil de angelis bonis & malis statuebant. Act. 23,8.

Σαδώκ, ὁ, *Zadok*, nomen viri hebraic. ἄκλιτον צָדוֹק, justus. Matth. 1,14.

Σαίνω, *Quatio*, *concutio*, proprie, *adulor*, blandior. σαίνομαι *commoveor*, *perturbor*, (a σείω, moveo.) 1. Thess. 3,3. τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις, ut nemo perturbetur in adflictionibus his. Hesychius: σαίνεται, κινεῖται, ταράττεται. Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 275. utramque significationem conjungit, nimirum hostes veritatis primum blandiri, quibus blandimentis animi valde etiam turbantur, deinde quoque vim & persecutionem addere.

Σάκκος, ου, ὁ, *Saccus*. Matth. 11,21. ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν, in sacco & cinere pœnitentiam egissent. Intelligitur ex more Hebræorum vestis ex materia crassa, quæque non laxa esset, sed corpus fere premeret. Apoc. 6,12. 11,3.

Σαλὰ, ὁ, *Sala*, nomen viri ἄκλιτον hebr. שֶׁלַח, telum missile, vel etiam emissio aquarum. Luc. 3,35.

Σαλαθιήλ, ὁ, *Salathiel*, nomen viri hebr. שְׁאַלְתִּיאֵל rogavi Deum, ex שָׁאַלְתִּי, petii, a radice שָׁאַל, & אֵל Deus. Matth. 1,12. Luc. 3,27.

Σαλαμὶς, ῖνος, ἡ, *Salamis* vel Salamin & Salamina, urbs primaria insulæ Cypri. Actor. 13,5.

Σαλεὶμ, ὁ, Salim, nomen loci juxta Aenon, ubi Joannes baptizavit. Joann. 3,23.

Σαλεύω, f. εύσω, 1) *Moveo*, commoveo, *agito*, quatio concutio. Matth. 11,7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον, calamum a vento agitatum: cap. 24,29. δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, vires cœlo-

cœlorum agitabuntur. Luc. 6, 38. μέτρον - σεσαλευομένον, menſuram agitatam. v. 48. Act. 4, 31. & cum precati illi eſſent ἐσαλεύθη ὁ τόπος, commotus eſt locus. vide Dougtæum Anal. S. N. T. Exc. 48. 2) σαλευόμενα ſunt *Res inſtabiles* & mutabiles. Hebr. 12, 27. δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα, manifeſtat rerum inconſtantium mutationem, tanquam factarum, ut maneant, quæ non ſunt inconſtantes. 3) *Ad tumultum concito.* Act. 17, 13. σαλεύοντες τὰς ὄχλους, agitantes populos. Vide Elsnerum tom. 1. p. 445. 4) Metaph. *Moveri* ab aliqua re. Actor. 2, 25. a dextris meis eſt Dominus, ἵνα μὴ σαλευθῶ, ne movear. 2. Theſſ. 2, 2. εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, ut non ſtatim agitemini vos a mente. Illuſtrat hæc rurſum Elsnerus tom. 2. p. 282.

Σαλήμ, ἡ, *Salem*, nomen urbis Cananææ ἄκλιτον hebraic. a שָׁלֵם, pacificus, Hebr. 7, 1. 2. ſucceſſu temporis dicta eſt Hieroſolyma.

Σαλμών, ὁ, *Salmon*, nomen viri indeclin. hebr. שַׁלְמָה & שַׁלְמוֹן, quod veſtem denotat. Ruth. 4, 20. 21. Matth. 1, 4. Luc. 3, 32.

Σαλμώνη, ης, ἡ, *Salmone*, promontorium Cretæ. Act. 27, 2.

Σάλος, ου, ὁ, *Salum, ora maris.* Luc. 21, 25. θαλάσσης καὶ σάλου.

Σάλπιγξ, γος, ἡ, 1) *Tuba, buccina*, Matth. 24, 31. μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, cum tuba vocis magnæ. 1. Cor. 14, 8. 1. Theſſ. 4, 16. Hebr. 12, 19. 2) *Sonus, ſonitus* vel cantus *tubæ.* 1. Cor. 15, 52. ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, in noviſſimo cantu tubæ. 1. Theſſ. 4, 16. καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, & in cantu tubæ Dei, (i. e. cantu tubæ magno) deſcendet de cœlo.

Σαλπίζω, f. ίσω, 1) *Tuba cano, buccino*, (a σάλπιγξ.) 1. Cor. 15, 52. Apoc. 8, 6. 7. 8. 10. 12. 13. 9, 1. 13. 10, 7. 11, 15. 2) Facio ut tubæ ſonum edant, *tinnitum excito.* Matth. 6, 2. ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, quando igitur facies eleemoſynam, ne tinnitum excites ante te. Malo ſententiæ virorum doctorum ſuſcribere, qui de שׁוֹפָרוֹת, h. e. foraminibus ciſtarum ſuperius patentioribus, inferius vero anguſtioribus explicant. Nimirum שׁוֹפָרוֹת erant ciſtæ, in quas pecuniæ pro ſanctuario & pauperibus immittebantur. Vide Lexicon Buxtorf. majus. Qui ergo pecuniam in hujusmodi ciſtas cum aliqua violentia injiciebant, ut nummi tinnitum ederent, hos Servator dicit שָׁפַר, σαλπίζειν.

Σαλπιστής, οῦ, ὁ, *Tubicen*, tuba canens, (a σαλπίζω.) Apoc. 18, 22.

Σαλώμη, ης, ἡ, *Salome*, nomen mulieris hebraicum שְׁלֹמִית, perfecta, integra, a rad. שלם, completum eſt. Marc. 15, 40. 16, 1.

Σαμάρεια, ας, ἡ, 1) *Samaria*, urbs nota, hebr. שֹׁמְרוֹן, a rad. שָׁמַר, cuſtodivit. Act. 8, 5. Philippus autem poſtquam per-

pervenit εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, in ipsam urbem Samariæ, quæ tunc dicebatur Sebaste. Buxtorfius Catalect. c. 7. 2) Nomen regionis, cujus illa urbs caput fuit. Luc. 17, 11. διὰ μέσε Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας, per mediam Samariam & Galilæam. Joann. 4, 5. εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχὰρ, in urbem Samariæ, dictam Sichar. Act. 1, 8. 8, 1. 14.

Σαμαρείτης, ε, ὁ, *Samaritanus*, populus vilis & a Judæis despectus, quia non erant ex semine Abraham, atque adeo ad populum Dei non referebantur. Matth. 10, 5. Luc. 9, 52. Inde etiam Judæi ad Jesum ipsum dicebant: Joann. 8, 48. ἢ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σύ. Luc. 10, 33. Samarita homini vulnerato plus auxilii ferebat, quam Sacerdos & Levita. Luc. 17, 16. καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης. Hæc verba ideo adduntur, ut gratiarum actio, quam Jesu persolverat, magis conspicua fieret, cujus reliqui novem, Judæi religione, non erant memores. Joann. 4, 9. οὐ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, non conversantur Judæi cum Samaritanis. Alias quidem in rebus civilibus Judæi cum Samaritanis consuetudinem habere poterant, fructus quoque & cibi ipsorum, ut ex v. 8. constat, non prorsus erant interdicti. Hoc vero erat illicitum, cibis Samaritico modo præparatis ex eadem patina cum iisdem uti.

Σαμαρεῖτις, ιδος, ἡ, *Samaritana*. Joann. 4, 9.

Σαμοθράκη, ης, ἡ, *Samothrace*, insula maris Aegei, sita ad Thraciam, ubi Hebrus se in mare exonerat. Incolitur a Samiis & Thracibus. Act. 16, 11.

Σάμος, ε, ἡ, *Samus*, nomen insulæ sitæ in mari Aegeo juxta Ephesum. Act. 20, 15. Notum ab ea est lutum Samium, unde fecerunt fictilia; & testa Samia.

Σαμουὴλ, ὁ, *Samuel*, nomen prophetæ primi hebraicum indecl. (ex שָׁמַע, audivit, & אֵל, Deus.) Actor. 3, 24. 13, 20. Hebr. 11, 32.

Σαμψὼν, ὁ, *Simson*, nomen herois V. T. hebraicum indecl. Hebr. 11, 32. שִׁמְשׁוֹן, a שֶׁמֶשׁ, sol.

Σανδάλιον, ίε, τὸ, *Sandalium*, calceamenti genus. Marc. 6, 9. Act. 12, 8. ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σε, subliga calceamenta tua.

Σανὶς, ίδος, ἡ, *Tabula*, *asser*. Act. 27, 44. ἂς μὲν ἐπὶ σανίσιν, quosdam super asseribus.

Σαοὺλ, ὁ, 1) *Saul*, nomen primi Regis Israëlitici, indec. hebr. שָׁאוּל petitus. Part. paul a rad. שאל, petiit. Actor. 13, 21. & dedit ipsis Deus τὸν Σαοὺλ, υἱὸν Κὶς. 2) Nomen Judaicum Paulli Apostoli. Act. 9, 4. Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Saul, Saul, quid me persequeris? Quod est etiam Σαῦλος, de quo inferius.

Σαπρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Putris putridus*, (a σήπω, putrefacio.) Matth. 7, 17. 18. σαπρὸν δένδρον, putris arbor. cap. 12, 33. καρπὸν σαπρὸν, fructum putridum. cap. 13, 48. τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον, pa-

putrida vero foras jecerunt. 2) Metaph. *Fœdus, obscœnus*, spurcus. Ephes. 4, 29. πᾶς λόγος σαπρὸς, quodvis obscœnum verbum. Hesychius: σαπρὸν, παλαιὸν, αἰσχρὸν, ἀκάθαρτον. Adde Jo. Alberti Obs. Philol. p. 371. 372.

Σαπφείρη, ης, ἡ, *Sapphira*, nomen mulieris, uxoris Ananiæ. Act. 5, 1. ab hebr. שַׁפִּיר, pulcher.

Σάπφειρος, ε, ἡ, *Sapphirus*, nomen gemmæ. Apoc. 21, 19.

Σαργάνη, ης, ἡ, *Sporta, corbis*, (descendit a radice hebr. סרג, implexum esse.) 2. Cor. 11, 33. ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην, in corbe demissus sum. Lucas σπορίδα dixit.

Σάρδεις, ῶν, αἱ, *Sardes, ium*, urbs Asiæ. Apoc. 1, 11. 3, 1. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας, & Episcopo, ecclesiæ, quæ est Sardibus.

Σάρδινος, ε, ὁ, *Sardinus*, genus gemmæ. Apoc. 4, 3. λίθῳ Ἰάσπιδι καὶ σαρδίνῳ, lapidi jaspidi & sardino.

Σάρδιος, ίε, ὁ, (sc. λίθος,) *Sardius*, gemma. Apoc. 21, 20.

Σαρδόνυξ, υχος, ὁ, *Sardonyx*, gemma, (ex σάρδιος & ὄνυξ, unguis, quod colorem habet unguis humani.) Apoc. 21, 20.

Σάρεπτα, ων, τὰ, *Sarepta*, nomen urbis. Luc. 4, 26. hebr. צָרְפַת, a צרף, fudit, quia ibi fuerunt officinæ metallicæ & fusoriæ.

Σαρκικὸς, ἡ, ὸν, 1) proprie, *Carneus*, (a σάρξ.) 2) *Corporalis*, quod ad corpus pertinet. Rom. 15, 27. ὀφείλεσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς (sc. χρήμασι) λειτουργῆσαι αὐτοῖς, debent etiam corporalibus bonis ministrare ipsis. 1. Cor. 9, 11. 3) *Carnalis*, peccaminosa naturali corruptione infectus, quatenus homo non est in statu regenerationis. Rom. 7, 14. ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, ego vero carnalis sum, venundatus sub potestatem peccati. 1. Cor. 3, 1. 3. 4. ἐτι σαρκικοί ἐστε; annon adhuc irregeniti estis? 1. Petr. 2, 11. 4) *Humanus, naturalis*, quando revelationi opponitur. 2. Cor. 1, 12. οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, non in sapientia humana. 5) *Corporeus, externus*. 2. Cor. 10, 4. τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, arma dimicationis nostræ non sunt corporea. 6) *Legalis*, quia lex ceremonialis plerumque in rebus materialibus, corporeis & externis consistebat. Hebr. 7, 16. κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς, secundum morem præcepti externi.

Σάρκινος, ίνη, ον, *Carneus*, carne constans, (ab eodem.) met. 2. Cor. 3, 3. ἀλλὰ ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, sed in tabulis cordis carneis.

Σὰρξ, σαρκὸς, 1) *Caro*, sensu physico. Luc. 24, 38. 1. Cor. 15, 39. οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων: non omnis caro eadem est caro, sed alia quidem caro hominum est, alia vero caro jumentorum, alia vero piscium. Hebr. 2, 14. Jac. 5, 3. Apoc. 17, 16. 19, 18. 21. 2) *Corpus humanum*. Actor. 2, 31. οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε

εἶδε διαφθοράν, neque corpus humanum Christi vidit corruptionem. Rom. 8, 3. ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, in similitudine corporis humani peccaminosi. cap. 13, 14. τῆς σαρκὸς πρόνοιαν, corporis curam. 2. Cor. 4, 11. ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν, in mortali corpore nostro. Sic κατὰ σάρκα, ad corpus quod adtinet. Rom. 1, 3. 4, 1. 9, 3. 1. Cor. 10, 18. 3) *Humana Christi natura.* Rom. 9, 5. 1. Tim. 3, 16. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, Deus manifestatus est in humana natura vel humano corpore. 1. Petr. 3, 18. Χριστὸς θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, Christus interfectus quidem est secundum naturam humanam. cap. 4, 1. 1. Joann. 4, 1. 2. 3. 2. Joann. v. 7. Act. 2, 30. 4) *Vita* in hoc mundo mortalis. Gal. 2, 20. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, quod vero nunc vivo in vita. Phil. 1, 22. Hebr. 5, 7. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, in diebus vitæ humanæ suæ. 1. Petr. 4, 2. 5) *Homo.* Matth. 24, 22. οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ, nullus homo servaretur. Luc. 3, 6. Joann. 1, 14. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, filius Dei homo factus est. cap. 17, 2. Act. 2, 17. ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, super omnem hominem. Rom. 3, 20. 1. Cor. 1, 29. Gal. 2, 16. Ephes. 6, 12. non est nobis lucta πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, adversus nudos homines & infirmos. 1. Petr. 1, 24. 6) *Genus, consanguinitas.* Rom. 11, 14. εἴ πως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, an forsan ad æmulationem provocaverim genus meum. 7) *Externa rerum conditio*, & fortuna, quæ oculos hominum capit. 1. Cor. 1, 26. οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, non multi sapientes. κατὰ σάρκα addit Apostolus, ut ostendat differentiam V. & N. T. In illo dona prophetiæ & Spiritus S. non data esse deprehenduntur, nisi viris nobilitate generis, divitiarum amplitudine, & humana sapientia instructis, quod ex inductione patet. Vide Vitringam Obs. S. 3, 2. 2. Cor. 5, 16. ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα, itaque nos inde ab hoc tempore non æstimamus quenquam e divitiis aut eruditione, quæ sunt res carnales, i. e. hujus seculi. Ita recte Grotius & Hammondus. cap. 11, 18. ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, quoniam multi gloriantur de rebus externis & naturalibus, & ad gloriam non Dei, sed propriam, pertinentibus. 2. Cor. 10, 2. Gal. 6, 12. ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, *sie wollen eine grosse Figur machen in äusserlichen Dingen.* Philipp. 4, 3. 4. Adde Rom. 4, 1. 8) *Externa conditio.* Ephes. 6, 5. τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, dominis corporalibus. Col. 3, 22. conf. Gal. 4, 13. 23. 29. 9) *Res externæ.* Philem. v. 16. ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ, fratrem dilectum, tum in rebus externis, tum ratione Christianismi. 10) *Lex cerimonialis* V. T. quoniam est res vilioris conditionis, quam res Nov. T. Hebr. 9, 10. δικαιώμασι σαρκὸς, ritibus legalibus. v. 13. τῆς σαρκὸς καθαρότητα, munditiem legalem. 11) *Natura hominis corrupta & peccaminosa*, homo exterior corruptus, conditio, in qua sumus nati, illud, quod in homine corruptum ac depravatum est. Matth. 16, 17. σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι,

caro

caro & sanguis (intellectus natura occœcatus) non revelavit tibi. cap. 26, 41. ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς, homo, quatenus non regeneratus est, infirmus & sine viribus est. Joann. 1, 13. οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, neque ex voluntate naturæ peccaminosæ. cap. 3, 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, qui natus est ex homine peccaminoso, homo est peccaminosus. cap. 6, 63. Rom. 7, 18. 25. 8, 1. seqq. 9, 8. 1. Cor. 15, 50. 12) *Corrupta hominis ratio* & intellectus. Matth. 16, 17. Rom. 6, 19. διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, propter imbecillem intellectum vestrum. 13) *Status peccati*, in quo versatur homo non renatus. Rom. 7, 5. ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, cum enim essemus in statu peccati. cap. 8, 8. 9. 14) *Adfectus carnales*. Joann. 8, 15. ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, vos ex adfectibus carnalibus me judicatis, & nudum hominem putatis. 15) *Membrum virile*, per Euphemismum. Ephes. 2, 11. Levit. 15, 2. 19. Ezech. 16, 26. 23. 10. Adde Interpp. ad Joann. 1, 13. Drusium de quæsitis per epistolas n. 63. 16) *Circumcisio*, quæ in hoc membro peragitur. Gal. 6, 8. 13. ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται, ut in vestra carne glorientur: nempe, quod eos ad circumcisionem & Judaismum perduxerunt. Philipp. 3, 3. καὶ ἐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες, & non qui de circumcisione & fœdere cum Abrahamo gloriabantur. Rom. 2, 28. ἡ ἐν σαρκὶ περιτομή. Adde Braunii Selecta sacra p. 83.

Σαρὲχ, ὁ, *Saruch*, nomen viri indeclin. hebr. Luc. 3, 35. alii legunt ζαρέχ. Forte est a rad. זרח, ortus est.

Σαρόω, ῶ, f. ώσω, *Verro, mundo*, scopis purgo, (a σαίρω, idem.) Matth. 12, 44. οἶκον σεσαρωμένον domum mundatam. Luc. 15, 8. σαροῖ τὴν οἰκίαν, scopis verrit domum. Hesychius: σαρῶ, κοσμίζω.

Σάρρα; ας, ἡ, *Sara*, nomen uxoris Abrahami hebraicum, (a שָׂר, fœm, שָׂרָה, princeps.) Rom. 4, 19. 9, 9. 1. Petr. 3, 6.

Σάρων, ωνος, ὁ, *Saron*. Actor. 9, 35. Est regio campestris circa Lyddam & Joppen late se diffundens, & multis viculis repleta, nobilis quoque vino Saronitico & floribus amœnissimis. Hebraice שָׁרוֹן notat regionem campestrem pascuosam, a שרר pecus emittere. Plura Lightfoot Centur. Chorogr. Matthæo præfixa c. 17. & Bochartus Hieroz. 1, 2. 31. Wichmannshausen de Samaria §. 13. Drusius Misc. 2, 27.

Σατᾶν, *Satan*. 2. Cor. 12, 7. ἄγγελος Σατᾶν.

Σατανᾶς, ᾶ, ὁ, 1) *Adversarius, quilibet*, vocabulum. hebr. שָׂטָן, a radice שָׂטַן, adversari. Sic Matth. 16, 23. Jesus dixit Petro: ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, abi post me, qui adversaris mihi. 2) *Princeps angelorum malorum*. Matth. 4, 10. ὕπαγε Σατανᾶ, abi Satana. Luc. 10, 18. 1. Cor. 5, 5. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, tradere talem Satanæ ad perniciem corporis. Singularis hæc erat Apostolorum prærogativa, ut reos quosdam diabolo plagisque illius corpori infligendis, tradere possent.

Σάτον, ε, *Sesquimodius*, mensura frumenti tertiam partem Ephæ continens, hebr. סְאָה. Matth. 13, 33. εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, in farinæ sesquimodios duos.

Σαῦλος, ε, ὁ, *Saulus*, nomen Pauli Apostoli hebraicum. Actor. 7, 58. 8, 1. 3. 9, 1. seqq. Alias Σαοὺλ, hebr. שָׁאוּל, petitus, rogatus.

Σαυτᾶ vide σεαυτᾶ.

Σβέννυμι sive σβεννύω, f. σβέσω, 1) *Extinguo*, restinguo. Matth. 12, 29. 25, 8. ὅτι αἱ λαμπάδες σβέννυνται, nam lampades nostræ extinguuntur. Marc. 9, 44. 46. 48. καὶ τὸ πῦρ ἀ σβέννυται, & ignis (inferni) non extinguitur. Hebr. 11, 34. 2) Metaph. *compesco, comprimo.* Ephes. 6, 16. 3) *Supprimo.* 1. Thess. 5, 19. τὸ μὴ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, spiritum (propheticum) ne supprimite. Hesychius: σβέσαι, παῦσαι.

Σεαυτᾶ, ῆ, ὸν, item σαυτᾶ, ῆ, ὸν, *Tui ipsius*, (ex σέο pro σᾶ, & αὐτᾶ, ipsius.) 1) Ponitur pro reciproco. Matth. 19, 19. 22, 39. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σε, ὡς σεαυτὸν, amabis proximum tuum, sicut teipsum. cap. 27, 40. σῶσον σεαυτὸν, serva te ipsum. Luc. 4, 23. Joann. 1, 22. 8, 13. &c. Rom. 14, 22. κατὰ σαυτὸν ἔχε, apud te ipsum habe. 2) Pro personali simplici. Matth. 4, 6. βάλε σεαυτὸν κάτω, dejice te deorsum. cap. 8, 4. σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, ostende te sacerdoti. Joann. 7, 4. φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ, manifesta te mundo.

Σεβάζομαι, *Veneror, adoro*, colo, (a σέβομαι.) Rom. 1, 25. καὶ ἐσεβάσθησαν, & venerati sunt creaturam.

Σέβασμα, ατος, τὸ, 1) *Veneratio*, (a præc.) 2) *Cultus divinus.* 2. Thess. 2, 4. ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, super omnem, qui dicitur Deus aut cultus divinus. σεβάσματα, sacra. Act. 17, 23.

Σεβασὸς, ὴ, ὸν, 1) Veneratione & adoratione dignus, *venerandus*, adorandus, (ab eodem.) 2) *Augustus*, cognomen Imperatorum Romanorum. Hinc Actor. 27, 1. σπείρης Σεβαστῆς, cohortis Cæsareæ.

Σεβαστὸς, ε, ὁ, *Augustus*, cognomen Imperatoris Romani. Act. 25, 21. 25. ἐπικαλεσαμένε τὸν Σεβαστὸν, cum provocaret ad Imperatorem.

Σέβω & σέβομαι, *veneror, colo*, adoro, observo. Matth. 15, 9. μάτην δὲ σέβονταί με, frustra vero colunt me. Act. 16, 14. Lydia, σεβομένη τὸν Θεὸν, venerans Deum. c. 18, 7. 13. 19, 27. ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκυμένη σέβεται, quam tota Asia & orbis terræ colit. Σεβόμενος, *religiosus.* Act. 13, 43. πολλοὶ - τῶν σεβομένων προσηλύτων, multi religiosorum proselytorum. Iidem sunt, qui εὐλαβεῖς & φοβούμενοι τὸν Θεόν. Sic v. 50. c. 17, 4. 17.

Σειρὰ, ᾶς, ἡ, *Catena*, funis. 2. Petr. 2, 4. σειραῖς ζόφε, catenis caliginis. ἄλυσις ζόφε de tenebris Ægyptiacis occurrit Sapient. 17, 17. Hesychius: σειρὴ, ἄλυσις, δεσμός.

Σεισμὸς

Σεισμὸς, ὁ, *Terræ motus.* Matth. 8, 24. σεισμὸς μέγας ἐγένετο. cap. 24, 7. καὶ ἔσονται - σεισμοὶ κατὰ τόπους (sc. ἑκάστους,) & erunt terræ motus in singulis locis. c. 27, 54. 28, 2. Apoc. 6, 12. 8, 15. 11, 13. 19. 16, 18.

Σείω, f. σείσω, *Moveo*, quatio. 1) Physice seu proprie Matth. 27, 51. καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, & terra mota est. Apoc. 6, 13. 2) *Metu moveo, percello.* Matth. 28, 4. ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, a timore vero ipsius perculsi sunt custodientes. 3) *Admiratione moveo.* Hebr. 12, 26. ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ego in admirationem conjicio non solum terram. Matth. 21, 10. ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, commota est omnis civitas.

Σεκοῦνδος, ου, ὁ, *Secundus*, nomen viri latinum. Act. 20, 4.

Σελεύκεια, ας, ἡ, *Seleucia*, urbs Syriæ, ad exitum fluvii Orontis sita. Act. 13, 4. Meminit ejus Mela. 1. 12. 23.

Σελήνη, ης, ἡ, *Luna.* Matth. 24, 29. ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος, luna non dabit splendorem. Luc. 21, 25. Act. 2, 20.

Σεληνιάζομαι, *Lunaticus sum*, morbo per certa lunæ intervalla redeunte adficior, (a σελήνη.) Matth. 17, 15. Domine, miserere filii mei, ὅτι σεληνιάζεται, quia lunaticus est. Matth. 4, 24. καὶ σεληνιαζομένους, & lunaticos. In N. T. speciem aliquam obsessionis Satanæ simul denotat. Bartholinus de morbis biblicis c. 8. Johrenius de Christo medico §. 6.

Σεμεΐ, ὁ, *Semei*, nomen viri ἄκλιτον, hebr. שִׁמְעִי, a rad. שָׁמַע, audivit. Luc. 3, 26.

Σεμίδαλις, εως, ἡ, *Simila, similago*, farina ex tritico. Apoc. 18, 13.

Σεμνὸς, ἡ, ὸν, *Venerabilis, honestus, gravis*, castus, pudicus. Philipp. 4, 8. ὅσα σεμνὰ, quæ sunt honesta. 1. Tim. 3, 8. διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, diaconos oportet similiter esse honestos. v. 11. γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, mulieres oportet esse similiter pudicas. Tit. 2, 2. Hesychius: σεμνὴ, τιμία, σώφρων.

Σεμνότης, ητος, ἡ, *Gravitas*, sanctimonia, *honestas, pudicitia*, (a σεμνός.) 1. Tim. 2, 2. ut vitam transigamus ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, in omni pietate & honestate. c. 3, 4. Tit. 2, 7.

Σέργιος, ου, ὁ, *Sergius*, nomen proconsulis in insula Papho. Act. 13, 7. ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, proconsuli Sergio Paullo.

Σήθ, ὁ, *Sethus*, nomen filii Adami indecl. hebraic. (a rad. שָׁת, posuit.) Luc. 3, 38.

Σήμ, ὁ, *Sem*, filius Noachi, nomen indecl. hebraic. שֵׁם, nomen. Luc. 3, 36.

Σημαίνω, f. ανῶ, *Significo*, declaro, per certa signa aperio, (a σῆμα, signum, nota. Joann. 12, 33. 18, 32. 21, 19. Actor. 11, 28. ἐσήμανε διὰ τοῦ πνεύματος, significavit per Spiritum (sc. Sanctum) cap. 25, 27. Apoc. 1, 1.

Σημεῖον, ου, τὸ, 1) *Signum, nota*, argumentum. Matth. 12, 39. τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ signum Jonæ. Quod est ipse Jonas;

quemadmodum signum filii hominis. c. 24, 30. nemo est alius, nisi ipse Filius hominis, s. Messias. cap. 16, 3. 24, 3. τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας; quodnam est signum, (nota) adventus tui? cap. 26, 48. ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, dedit illis notam. Marc. 13, 4. Luc. 2, 12. 34. 11, 30. Act. 4, 16. 1. Cor. 14, 22. 2. Cor. 12, 12. 2. Thess. 3, 17. 2) *Signum miraculosum*, *miraculum*, prodigium. Matth. 12, 38. 39. 16, 1. ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον, rogarunt ab ipso miraculum. Joann. 2, 11. ἀρχὴν τῶν σημείων, principium miraculorum, i.e. prima miracula. 1. Cor. 1, 22. Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, Judæi signum miraculosum petunt. 3) *Signum extraordinarium* & supernaturale, *portentum*. Luc. 21, 11. 25. ἔσονται σημεῖα ἐν ἡλίῳ, fient portenta in sole. Act. 2, 19. Apoc. 12, 1. 3. 15, 1. 4) *Signaculum*, sigillum. Rom. 4, 11. * σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, signaculum accepit circumcisionis. Hesychius: σημεῖον, σφραγίς. Sacra enim sunt sigilla, quæ Deus tabulis fœderis, nobiscum initi, appendit.

Σημειόω, ῶ, med. σημειόομαι, ῶμαι, *Note, signo*, denoto, designo, (a σημεῖον.) 2. Thess. 3, 14. τοῦτον σημειοῦσθε, hunc notate.

Σήμερον, adv. 1) *Hodie*. Matth. 16, 3. σήμερον χειμὼν (sc. ἔσται,) hodie tempestas erit. Luc. 23, 43. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ, hodie mecum eris in Paradiso. Actor. 19, 40. κίνδυνος περὶ τῆς σήμερον (scil. ἔσης,) de seditione hodierna. cap. 20, 26. ἐν τῇ σήμερον (ἔσῃ) ἡμέρᾳ, hodierno die. 2) Sumitur pro *tempore præsenti* & ejus aliqua continuatione. Hebr. היום. Matth. 6, 30. χόρτον ἀγροῦ σήμερον ὄντα, gramen agri hodie existens. Luc. 4, 21. 13, 32. 33. σήμερον καὶ αὔριον, jam & in futurum. Hebr. 13, 8. Jac. 4, 13. Actor. 22, 3. καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον, sicuti omnes vos jam estis. 2. Cor. 3, 15. ἕως σήμερον, usque ad præsens tempus. Hinc ἡ σήμερον (sc. ἡμέρα,) tempus præsens. Matth. 11, 23. ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον (sc. ἡμέρας,) mansissent usque ad hoc tempus præsens. cap. 27, 8. 28, 15. 2. Cor. 3, 14. plene Rom. 11, 8. 3) *Quotidie*. Matth. 6, 11. panem nostrum quotidianum δὸς ἡμῖν σήμερον, da nobis quotidie. Hebr. 3, 7. σήμερον, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, quotidie, si vocem ejus audieritis. 4) *Ab æterno*, *in æterno*, ad æternum, *semper* cum adhibetur de Deo. Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. 5, 5. tu filius meus es, σήμερον γεγέννηκά σε, hodie (i. e. ab æterno) genui te.

Σημικίνθιον vide Σιμικίνθιον.

Σήπω, f. ψω, med. σήπομαι, *Putrefio*, *putresco*. Jacob. 5, 2. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, divitiæ vestræ putruerunt.

Σηρικὸς, ἡ, ὸν, 1) *Sericus*. Hinc Σηρικὸν, οῦ, τὸ, (sc. ἔνδυμα) vestis serica, (a σῆρες, ων, ἡ, Seres, gens Asiæ.) 2) *Bombyces*, vermes. Apoc. 18, 12.

Σὴς, σητὸς, ὁ, *Tinea*, vermiculus vestibus noxius, *rubigo*, omne id quod corrodit. Matth. 6, 19. σὴς καὶ βρῶσις. Jobi. 27, 18. ᾠκοδόμησεν ὁ οἶκος αὐτοῦ ὡσεὶ σῆτες, καὶ ὡσεὶ ἀράχνη, transiit domus ejus

ejus ſicut tineæ, & ſicut araneæ. cap. 32, 22. καὶ ἐμὲ σῆτες ἔδονται, & me vermes comedunt.

Σητόβρωτος, ε, ὁ, ἡ, *A tinea adeſus* ſeu *corroſus*, (ex σὴς & βρωτὸς, comeſtus.) Jacob. 5, 2. τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. Jobi 13, 28. παλαιᾶται ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον, veteraſcit, ſicut veſtis a vermibus corroſa. Heſychius: σητόβρωτα, ὑπὸ σκώληκος βεβρωμένα.

Σθενόω, ῶ, f. ώσω, *Roboro*, *confirmo*, (a σθένος, robur.) 1. Petr. 5, 10. σθενώσαι, (aor. 1. optat.) Deus vos roboret. Heſychius: σθενώσει, ἐνισχύσει, δυναμώσει.

Σιαγὼν, όνος, ἡ, *Mala*, *maxilla*. Matth. 5, 39. Luc. 6, 29.

Σιγάω, ῶ, f. ήσω, *Taceo*, *ſileo*. Luc. 9, 36. 20, 26. Act. 12, 17. 15, 12. ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, ſiluit vero tota multitudo. 1. Cor. 14, 28. 30. 34. αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν, mulieres veſtræ in eccleſiis taceant. σεσιγημένος tacitus, abſconditus. Rom. 16, 25. μυστηρίε χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένε, myſterii temporibus æternis abſconditi.

Σιγὴ, ῆς, ἡ, *Silentium*, (a σιγάω.) Actor. 21, 40. Apoc. 8, 1. ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ, fiebat ſilentium in cœlo.

Σίδηρος, ε, ὁ, *Ferrum*. Apoc. 18, 12. χαλκὸν καὶ σιδήρε, æris & ferri.

Σιδήρεος, έα, εον, contr. σιδηρᾶς, ᾶ, ᾶν, 1) *Ferreus*. Actor. 12, 10. πύλην τὴν σιδηρᾶν, portam ferream. Apoc. 9, 9. 2) Metaph. Apoc. 2, 27. 12, 5. 19, 15. ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, baculo ferreo, i. e. imperio duro & ſimul firmo.

Σιδὼν, ῶνος, ἡ, *Sidon*, urbs Phœnices, hebr. צִידוֹן, a rad. צוּד, venari, piſcari: nam ibi erant primum domunculæ piſcatorum.) Matth. 11, 21. ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι: cap. 15, 21. εἰς τὰ μέρη Τύρε καὶ Σιδῶνος, in partes (regiones) Tyri & Sidonis.

Σιδώνιος, ε, ὁ, *Sidonius*, Sidonis civis aut incola. Actor. 12, 20.

Σικάριος, ίε, ὁ, *Sicarius*, vox latina, a ſica. Actor. 21, 38. ἄνδρας σικαρίων.

Σίκερα, τὸ, *Sicera*, vox indeclin. hebraica, שֵׁכָר, quivis potus inebrians præter vinum, (a radice שָׁכַר, ebrius fuit.) Luc. 1, 15. οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, vinum & potum inebriantem non bibet. Heſychius: σίκερα, πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλε δὲ, σκευασὸν, σύνθετον.

Σίλας, α, ὁ, *Silas*, nomen viri Apoſtolici. Actor. 15, 22. 16, 19. 17, 4. 18, 5. Origo eſt incerta. Poteſt eſſe hebraica, שְׁלַח, telum miſſile; vel latina, a Silius, ſicut habemus alia nomina hujus terminationis, Amplias, Junias.

Σιλουανὸς, ᾶ, ὁ, *Silvanus*, nomen viri latinum, (a ſilva.) 2. Cor. 1, 19. δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ, per me & Silvanum. 1. Theſſ. 1, 1. Παῦλος καὶ Σιλουανός. 2. Theſſ. 1, 1. 1. Petr. 5, 12.

Σιλωὰμ, ὁ, *Siloam*, nomen fontis Hierosolymæ ad portam probaticam (a rad. שָׁלַח, misit, sic enim ipse Spiritus S. explicat Joann. 9, 7.) Luc. 13, 4. ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ, turris juxta Siloam. Joann. 9, 11. εἰς τὴν κολυμβήθραν τῆ Σιλωὰμ, in piscina Siloæ. Vide Lightfooti Disquisitionem Chorographicam Joanni præmissam cap. 5. & Centuriam Chorogr. Matthæo præmissam. cap. 25. Drusium Obs. 5, 17. Possini Spicil. Evang. cap. 69.

Σιμικίνθιον, ἰε, τὸ, sed & rectius Σημικίνθιον, scribitur: *Semicinctium*, *succinctorium*, subligaculum, (vox latina ex semi & cingo.) Act. 19, 12. σκυτάρια ἢ σιμικίνθια. Hesychius: σιμικίνθια, φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. Habet duplicem significatum. 1) *Orarii*, *eines Schnupftuches*. 2) Quod partes anteriores opificum cingit. Petronius c. 94. Et jam semicinctio stantem ad parietem spondam vinxeram: ubi vide Interpp. Plura Dilherrus Disp. tom. 1. p. 230. s. du Fresne in Gloss.

Σίμων, ωνος, ὁ, *Simon*, nomen proprium hebraicum שִׁמְעוֹן, a radice שמע, audivit, obedivit. 1) *Simon Petrus*, Apostolus, filius Jonæ, frater Andreæ, antea piscator. Matth. 16, 17. Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, Simon filius Jonæ. cap. 17, 25. τί σοι δοκεῖ Σίμων; quid tibi videtur, Simon? Marc. 1, 16. 29. 30. 36. 14, 37. Σίμων, καθεύδεις; Simon, num dormis? Luc. 5, 3. 22, 31. 24, 34. Joann. 1, 41. 42. 21, 15. Σίμων Ἰωνᾶ (sc. υἱὲ,) ἀγαπᾶς με; Simon, Jonæ fili, num amas me? Act. 10, 5. μεταπέμψαι Σίμωνα, accerse Simonem. Dicitur idem Σίμων ὁ Πέτρος, Matth. 4, 18. 10, 2. 16, 16. &c. 2) *Simon Cananites*, pariter Apostolus, Matth. 10, 4. vel Zelotes. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. 3) *Simon*, frater Judæ, consanguineus Christi. Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. 4) *Simon* leprosus. Matth. 26, 6. 5) *Simon* Cyrenæus. Matth. 27, 32. 6) *Simon*, pater Judæ Ischariotæ. Joann. 6, 71. 12, 4. Ἰούδας Σίμωνος (sc. υἱὸς) Ἰσκαριώτης, Judas Simonis filius Ischariota. cap. 13, 26. 7) *Simon*, Pharisæus quidam. Luc. 7, 40. 43. 44. 8) *Simon*, coriarius Cæsareæ. Act. 9, 43. 10, 6. 17, 32. 9) *Simon* magus. Actor. 8, 9. seqq. Primus fuit hæreticus & pater omnium reliquorum, qui post ipsum surrexerunt, præcipue Gnosticorum. Cæterum, quod Justinus Martyr & alii quidam ex Patribus dicunt, Simonem Romanis pro Deo habitum, eique aram cum inscriptione positam fuisse, hoc falsum est. Nam inscriptio fuit: SEMONI SANCO FIDIO. Vide dissertationem Ant. van Dalen de statua Simoni mago, ut prætenditur, erecta, quæ legitur sub finem libri de oraculis.

Σινᾶ, ὁ, *Sina*, nomen montis Arabiæ indeclinabile. Actor. 7, 30. ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆ ὄρους Σινᾶ, in deserto montis Sina. Gal. 4, 24. 25. Exod. 3, 1. est Horeb. Sed mons ille magnus, qui erat in Arabiæ Petræ deserto, habebat duo cacumina, quorum alterum dicitur Horeb, alterum Sina.

Σίνα-

Σίναπι, ἄπεως, τὸ, *Sinapi*, est Dorice pro σίνηπι. Matth. 13, 21. simile est regnum cœlorum κόκκῳ σινάπεως, grano sinapis. cap. 17, 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, si habetis fidem tanquam granum sinapis. Planta est longe alia, quam in nostris oris: nam post multos demum annos fructum profert, & in maximæ arboris altitudinem excrescit. Adde Buxtorfii Lex. Talm. col. 822. Jo. Gregorium not. & Obs. c. 13. Vorstium de adagiis N. T. c. 2.

Σινδών, όνος, ἡ, *Sindon*, linteum pertenue, amictus ex lino Aegyptiaco. Matth. 27, 59. ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, involvit illud linteo puro. Marc. 14, 51. περιβεβλημένος σινδόνα, amictus linteo pertenui. Adde Dilherrum Dispp. tom. 1. p. 448. 494. 509. Cuperum Obs. 1, 7.

Σινιάζω, f. άσω, *Cribro purgo*, ventilo. Luc. 22, 31. τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον, cribrandi caussa tanquam triticum. Hesychius: σινιάσαι, σῆσαι, κοσκινεῦσαι. καὶ τὸ κόσκινον δὲ σινιατήριον.

Σιτευτὸς, ἡ, ὸν, *Saginatus*, altilis, (a σιτεύω, frugibus fagino, pinguefacio, a σῖτος.) Luc. 15, 23. 27. 30. τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, vitulum saginatum.

Σιτιστὸς, ἡ, ὸν, Altilis, saginatus, (a σιτίζω, fagino.) Matth. 22, 4. καὶ τὰ σιτιστὰ (sc. ζῶα) τεθυμένα, & altilia sunt mactata. Hesychius: σιτίζειν, ψωμίζειν.

Σιτομέτριον, ίε, τὸ, *Frumenti & cibi dimensum*, illiusque distributio, (ex σῖτος & μέτρον, mensura.) Luc. 12, 42. τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον, dandi caussa in tempore (oportuno & constituto) cibi dimensum. Illustrat hoc Elsnerus tom. 1. p. 236. Genes. 47, 12. καὶ ἐσιτομέτρει Ἰωσὴφ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, & victum exhibuit Josephus patri suo.

Σῖτος, ε, ὁ, 1) *Frumentum*. Matth. 3, 12. συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ, colliget frumentum suum. Marc. 4, 28. πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ, plenum frumentum in arista. Luc. 16, 7. Actor. 7, 12. cum vero audivisset Jacob, ὄντα σῖτον ἐν Αἰγύπτῳ, esse frumentum in Ægypto. 2) Speciatim *triticum*. 1. Cor. 15, 37. εἰ τύχοι σίτου, forsan tritici. Apoc. 18, 13. Matth. 13, 25.

Συχὰρ, ἡ, *Sichar*, nomen oppidi in regione Samaritana hebraicum indeclinabile. Joann. 4, 5. idem quod Sichem, sed more Judaico depravatum, a rad. שכר, inebriare, quia Israëlitæ ibi propter idololatriam prorsus inebriati fuerant. Conf. alias Rolandi dissert. 3. §. 9.

Σιὼν, ὁ, 1) *Sion*, nomen montis in urbe Hierosolymitana indecl. hebraicum, צִיּוֹן, (a צִיָּה siccitas.) 2) Per metonymiam subjecti: *Sedes ecclesiæ veræ* in V. T. Judaicæ, in N. Christianæ. Matth. 21, 5. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, dicite filiæ Sion, h. e. omnibus veræ ecclesiæ membris. Joann. 12, 15. Rom. 9, 33. τίθημι ἐν Σιὼν λίθον, pono in Sion lapidem. c. 11, 26.

1. Petr. 2, 6. Hebr. 12, 22. προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, acceſſiſtis eccleſiæ veræ. Apoc. 14, 1.

Σιωπάω, ῶ, f. ήσω, *Sileo, taceo.* Matth. 20, 31. 26, 63. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα, Jeſus vero tacebat. Marc. 3, 4. 4, 39. σιώπα, πεφίμωσο, tace, & obmuteſce. Luc. 1, 20. ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ λαλῶν, tacebis & non loqui poteris. c. 19, 40. ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, ſi hi ſiluerint. Actor. 18, 9. λάλει καὶ μὴ σιωπήσῃς, loquere & non taceas.

Σκανδαλίζω, f. ίσω, 1) *Offendere* ſ. *impingere facio*, (a σκάνδαλον.) 2) In N. T. ſemper accipitur de *Scandalo*, & quidem ſenſu theologico: *Scandalum do* ſeu adfero, præbeo occaſionem ad lapſus peccati. Uſurpatur de ſcandalo dato: Matth. 5, 29. 30. εἰ ἡ δεξιά σε χεὶρ σκανδαλίζει σε, ſi dextra manus tua ſcandalo tibi eſt. cap. 18, 6. 8. 9. 3) De ſcandalo accepto. Matth. 17, 27. ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτὰς, ne vero in cauſſa ſimus, ut ſcandalum a nobis ſumant. Joann. 6, 61. τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; num hoc efficit, ut ſim vobis ſcandalo? 1. Cor. 8, 13. Paſſ. σκανδαλίζομαι, ſcandalizor, ſumo ſcandalum. Matth. 11, 6. beatus eſt, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοὶ, quicunque non ſumit ſcandalum in me. cap. 13, 21. 57. 15, 12. 24, 10. 26, 31. 33. Joann. 16, 1. hæc locutus ſum vobis, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε, ne ſcandalum accipiatis. Rom. 14, 21. 2. Cor. 11, 29.

Σκάνδαλον, ε, τὸ, 1) *Offendiculum*, (a σκάζω, claudico.) cujus aor. 2. eſt ἔσκαδον.) Heſychius: σκάνδαλος, ἐμποδισμός. Levit. 9, 14. καὶ ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον, & coram cœco non propones offendiculum. Judith. 5, 1. ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα, poſuerunt (tempore belli) in campis offendicula. 2) *Scandalum*, impedimentum ſeu obſtaculum, quod alicui obvertitur, quo minus in re ſibi propoſita procedere poſſit. Matth. 16, 23. σκάνδαλόν μου εἶ, obſtaculo mihi es. Rom. 9, 33. πέτραν σκανδάλου, petram offenſionis. c. 11, 9. 14, 13. 16, 17. 1. Cor. 1, 23. Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Judæis eſt ſcandalum. Gal. 5, 11. κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ, abolitum eſt ſcandalum de cruce. 1. Petr. 2, 10. Apoc. 2, 14. 3) *Peccatum* quodvis, quo alii pejores fiunt, ſcandalum datum. Matth. 13, 41. & colligent ex regno ipſius πάντα τὰ σκάνδαλα, omnia peccata. Matth. 18, 7. οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται, væh homini illi, per quem ſcandalum venit. 1. Joann. 2, 10. καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, & ſcandalum in ipſo non eſt.

Σκάπτω, f. ψω, *Fodio.* Luc. 6, 48. 13, 8. ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν, usque dum fodero circa ipſam. c. 16, 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, non habeo tantum robur, ut fodere queam. Eſt agricolarum & vinitorum, quod docet Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 251. cui loca plurima ex Luciano addi poſſent. Adde Kuſteri præfat. ad N. T. Millianum.

Σκά-

Σκάφη, ης, ἡ, *Scapha, cymba,* linter, (a σκάπτω. Act. 27, 26. 30.

Σκέλος, εος, τὸ, *Crus,* Joann. 19, 31. 32. 33. ἔ κατέαξαν αὐτῦ τὰ σκέλη, non confregerunt ipsius crura.

Σκέπασμα, τος, τὸ, *Tegumentum,* velamen, amictus, (a σκεπάζω, tego, cooperio.) 1. Tim. 6, 8. ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, habentes nutrimenta & tegumenta.

Σκευᾶς, ᾶ, ὁ, *Sceva,* nomen summi sacerdotis, originis dubiæ. Actor. 19, 14.

Σκευὴ, ῆς, ἡ, 1) *Apparatus,* quo aliquis instructus est, habitus cultusque corporis omnia gestaminum genera complectens, (a σκεῦος.) 2) *Quivis apparatus.* Actor. 27, 19. τὴν σκευὴν τῦ πλοίε ἐῤῥίψαμεν, apparatum navis, quo erat instructa, abjecimus. Hesychius: σκευὴ, ὅπλισις, στολή. Adde Elsnerum tom. 1. Obs. sacr. p. 485.

Σκεῦος, εος, τὸ, 1) *Vas,* vasis, sive sit magnum sive parvum. Luc. 8, 16. καλύπλει αὐτὸν σκέυει, tegit illum (lychnum) vase. Joann. 19, 29. σκεῦος ἔκειτο ὄξες μεστὸν, vas aderat aceto plenum. Act. 10, 11. σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, vas aliquod, ut linteum magnum. Rom. 9, 21. εἰς τιμὴν σκεῦος, vas ad honorem. 2. Tim. 2, 20. Apoc. 2, 27. 18, 12. 2) Unumquodque *instrumentum, utensile* quodvis. hebr. כְּלִי. Hesychius: σκεύος, ἀγγεῖον ἅπαν. Matth. 12, 29. καὶ τὰ σκεύη αὐτῦ διαρπάσαι, & utensilia ipsius diripere. Marc. 11, 16. & non sinebat, ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τῦ ἱερῦ, ut aliquis perferret aliquod vas per templum. Luc. 17, 31. qui erit super tecto domus, καὶ τὰ σκεύη αὐτῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, & utensilia ejus in domo. Hebr. 9, 21. πάντα τὰ σκεύη τῆς λατρείας, omnia utensilia cultus Levitici. 3) *Velum.* Act. 27, 17. χαλάσαντες, τὸ σκεῦος, postquam demiserunt velum. Exempla quædam adfert Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 484. 4) *Corpus.* 2. Cor. 4, 7. habemus vero thesaurum hunc ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, in fictilibus vasis. Corpora nostra propter fragilitatem cum vasis fictilibus conferuntur, quod facile intellectu est. 5) *Homo,* cujus ministerio aliquid effici potest. Actor. 9, 15. σκεῦος ἐκλογῆς, (h. e. ἐκλεκτὸν,) μοί ἐστιν ἕτος, instrumentum electissimum mihi est hic. Sic Rom. 9, 22. σκεύη ὀργῆς, instrumenta iræ sunt, in quibus Deus iram suam juste exercet: & v. 23. σκεύη ἐλέες, in quibus misericordiam ostendit. 2. Tim. 2, 21. ἔσαι σκεῦος εἰς τιμὴν, erit instrumentum ad honorem. Inde 6) *Mulier.* 1. Thess. 4, 4. * ut sciat unusquisque vestrum, τὸ ἑαυτῦ σκεῦος κλᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, uxorem suam possidere in sanctitate & honore, castitate & puritate. 1. Petr. 3, 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκύει τῷ γυναικείῳ, tanquam infirmiori instrumento muliebri. Nam & Judæi uxorem vocant כלי.

Σκηνὴ, ῆς, ἡ, 1) *Tabernaculum,* (a σκηνέω, tentorium figo.) Matth.

Matth. 17, 4. ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, faciemus hic t[a]rnacula tria. Hebr. 11, 9. ἐν σκηναῖς κατοικήσας, qui in tabernac[u]lis habitavit. Act. 7, 43. καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, & suscepistis tabernaculum Molochi. 2) *Tabernaculum foederis V. Test.* Hebr. 8, 5. Moses μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν, qui confecturus erat tabernaculum. cap. 9, 1. 2. 6. 8. 21. quod appellatur Act. 7, 44. ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, tabernaculum testimonii, & Apoc. 15, 5. Pars ejus est Hebr. 9, 3. σκηνὴ, ἡ λεγομένη Ἅγια ἁγίων, tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum. Hujus antitypus in ecclesia N. T. ipsiusque cultus vocatur Hebr. 8, 2. σκηνὴ ἡ ἀληθινὴ, cap. 9, 11. τελειοτέρα σκηνὴ, perfectius tabernaculum. Apoc. 15, 5. 3) Metaph. *vita æterna.* Luc. 16, 9. ἵνα δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς, ut recipiant vos in æterna tabernacula. 4) Actor. 15, 16. ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, rursus ædificabo tabernaculum Davidis, h. e. Rempublicam Judaicam, quæ per captivitatem Babylonicam erat desolata. 5) *Schechina.* Apoc. 13, 6. blasphemare nomen Dei καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, & Schechinam ejus. c. 21, 3. ἰδὲ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, ecce tabernaculum (Schechina) Dei est apud homines.

Σκηνοπηγία, ἴας, ἡ, 1) Tabernaculi compactio, tabernaculorum fixio. 2) *Festum tabernaculorum*, quod Judæi in memoriam commorationis ipsorum sub tentoriis celebrarunt & adhuc celebrant, (ex σκηνὴ & πήγνυμι, figo.) Joann. 7, 2. erat vero propinqua ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ σκηνοπηγία. De hoc festo præter Gvaltperium ad h. l. & scriptores antiquitatum Judaicarum agit Gabr. Groddeck in diss. de ceremonia palmarum, Lipsi. 1694. & Jo. Wilh. de Neve de festo tabernaculorum. Berolin. 1714.

Σκηνοποιὸς, οῦ, ὁ, *Qui tentoria conficit*, fabricator tabernaculorum, (ex σκῆνος, vel σκηνὴ, tentorium, & ποιέω, facio.) Act. 18, 3. ἦσαν σκηνοποιοὶ (κατὰ) τὴν τέχνην, erant tentoriorum confectores opificio. Statuit Schurzfleischius disp. 96. quæ est de Paullo σκηνοποιῷ, quod fecerit tentoria e corio, quia fuit natione Cilix, qui rebus ex corio conficiendis victum quærebant. Aelianus V. H. 2, 1. dixit σκηνοῤῥάφον, quasi dicas eum, qui σκηνὰς consuit. Sed ego explico textorem, *einen Zeugmacher.* Nam σκῆνος notat omne, quod induere possumus. Adde Zeltnerum de ברכת המינים. p. 53. 54. 55.

Σκῆνος, εος, τὸ, 1) *Tentorium*, *tabernaculum*, umbraculum, (a σκηνή.) 2) *Corpus.* 2. Cor. 5, 1. ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, etsi terrestris nostra domus tabernaculi dissolvatur. v. 4. Etiam gentiles corpus nostrum σκῆνος vocant. Hippocrates. Aphor. 8, 18. ἀπολείπουσα ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος σκῆνος. Aeschines Socraticus Dial. 3, 5. τὸ δὲ σκῆνος τοῦτο πρὸς κακοῦ περιήρμοσεν ἡ φύσις, hoc vero tentorium malo nostro natura nobis circumdedit.

Σκη-

Σκηνόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Tentorium figo.* 2) *In tabernaculo habito*, commoror, (a σκηνή.) Apoc. 12, 12. καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες, & qui in cœlis habitatis. cap. 13, 6. Joann. 1, 14. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, & habitavit inter nos (ſcil. ὁ λόγος.) Arbitror hic alludi ad Schechinam ſive majeſtatem divinam, quæ Iſraëlitis in V. T. erat notiſſima, a rad. שָׁכַן, habitavit, a quo & verbum hoc deſcendere videtur. Sic Apoc. 7, 15. 21, 3. καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, & habitabit tanquam Schechina cum illis.

Σκήνωμα, ατος, τὸ, 1) *Tentorium, tabernaculum*, domicilium, (a σκηνόω.) Actor. 7, 46. ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ, rogavit invenire tentorium Deo Jacobi. Heſychius: σκήνωμα, οἴκημα, οἶκος, τόπος. 2) Etiam de *corpore humano.* 2. Petr. 1, 13. 14. ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, depoſitio corporis mei.

Σκιὰ, ᾶς, ἡ, 1) *Umbra.* Marc. 4, 32. ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ, ſub umbra ejus. Act. 5, 15. 2) Met. σκιὰ θανάτου, umbra mortis. Matth. 4, 16. Luc. 1, 29. hebr. צַלְמָוֶת. 3) *Adumbratio*, ſciagraphia. Col. 2, 17. ἃ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, quæ ſunt adumbratio & typus futurorum. Hebr. 8, 5. 10, 1.

Σκιρτάω, ῶ, f. ήσω, *Salio, exſilio, exſulto*, (a σκαίρω, ſalio, tripudio.) Luc. 1, 44. ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου, exſiliit cum exultatione infans in utero meo. Geneſ. 25, 22. ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ, exſilierunt vero infantes illa. Sermo ibi eſt de Rebecca. Metaph. Luc. 6, 23. Heſychius: σκιρτᾶτε, ἅλλεται, κινεῖται, ὀρχεῖται. Gaudete illo die καὶ σκιρτήσατε, & exſultate.

Σκληροκαρδία, ας, ἡ, *Durities cordis*, i. e. animi, (ex σκληρὸς & καρδία, cor.) Matth. 19, 8. Μωσῆς, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν, Moſes propter duritiem cordis veſtram permiſit vobis. Marc. 16, 14.

Σκληρὸς, ὰ, ὸν, 1) *Durus, rigidus*, (a σκλῆμι vel σκλέω, durus ſum ex nimia ariditate.) Metaph. 2) *Vehemens, validus.* Jac. 3, 4. ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων, a vehementibus ventis. 3) *Severus, auſterus.* Matth. 25, 24. ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, quod ſeverus ſis homo. 4) *Difficilis intellectu*, & qui repugnantia aſſerere videtur. Joann. 6, 60. σκληρός ἐστιν ὅστις ὁ λόγος. 5) *Noxium, difficile factu.* Actor. 9, 5. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. 6) *Malus.* Jud. v. 15. περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν, de omnibus malis, quæ locuti ſunt.

Σκληρότης, ητος, ἡ, *Durities, rigor*, (a σκληρὸς.) Rom. 2, 5.

Σκληροτράχηλος, ε, ὁ, ἡ, 1) *Duram cervicem habens*, (ex σκληρὸς & τράχηλος, cervix.) 2) Metaph. *Contumax*, pertinax, præfractus, duræ cervicis homo. Metaphora deſumta eſt a juvencis & equis, quorum cervices duræ ſunt, quando nondum ſunt domiti. Act. 7, 51. hebr. קשי ערף, duri cervi-

ce.

ce. Jesa. 48,4. Jerem. 5,5. Nehem. 9,29. &c. Adde Bochartum Hieroz. 1. 2. 41.

Σκληρύνω, f. υνῶ, *Duro*, obduro, *induro*, (a σκληρός.) Hebr. 3,8. μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ne indurate corda vestra. 4,7. Rom. 9,18. ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει, quem vero vult, in perverso & reprobo sensu permittit. Attribuitur autem hoc ipsi Deo tanquam caussæ morali, quia non est obstans. Posset enim quoque impios revocare in viam, sed justitia summa id non permittit. Act. 19,9. ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο, cum vero aliqui indurarentur, & etiam se ipsos indurarent.

Σκολιὸς, ὰ, ὸν, 1) *Obliquus*, *tortuosus*. Luc. 3,5. καὶ ἔσαι τὰ σκολιὰ (scil. μέρη τῆ τόπε) εἰς εὐθείαν (scil. ὁδὸν,) & erunt tortuosa in rectam viam. Hesychius: σκολιὰ, ἀκ ὀρθὰ, δυσχερῆ, ἐπικαμπῆ, ἄνισα, δύσκολα. 2) *Pravus*, *perversus*, perplexus, versutus. Act. 2,40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης, servamini a generatione perversa hac. Phil. 2,15. 3) *Asper*, *difficilis*. 1. Petr. 2,18. non solum bonis & mitibus Dominis, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς, sed etiam difficilibus.

Σκόλοψ, οπος, ὁ, *Palus præacutus*, sudes. Hesychius: σκόλοπες, ὀξέα ξύλα ὀρθά. Hinc ἀναισκολοπίζεθαι, palo infigi. Metaph. denotat afflictionem, *dolores & cruciatus summos*, qui homini inferri possunt. 2. Cor. 12,7. ἐδόθη μοι σκόλοψ τῆ σαρκὶ, h.e. adflictio quædam erat externa, quæ non spiritum, sed carnem Apostoli premebat: *es that ihm so weh*, *als wenn er am Spiesse stæcke*. σκόλοψ tamen etiam festucam & aculeum denotat, qui nonnunquam carni nostræ imprimitur, *ein Splitter*, quod ex profanis & Numer. 33,55. probat Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 167. & sic bene conveniunt duæ voces ἐν σαρκὶ.

Σκοπέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Speculor*, *contemplor*, intueor, video, observo, animadverto, (a σκέπομαι circumspicio, speculor.) Luc. 11,35. σκόπει ἂν, μὴ τὸ φῶς &c. attende igitur, ne lux &c. Rom. 16,17. σκοπεῖν τὰς τὰς διχοσασίας - ποιῦντας, observare eos, qui seditiones faciunt. Gal. 6,1. σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῆς, observans te ipsum, ne etiam tu tenteris. Phil. 3,17. σκοπεῖτε τὰς ἅτω περιπατᾶντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς, considerate, contemplamini, sic ambulantes, quemadmodum habetis nos typum. 2) *Rationem alicujus rei habeo*. 2. Cor. 4,18. μὴ σκοπέντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, dum non rationem habemus, nihil curamus, negligimus, ea, quæ conspiciuntur. Philipp. 2,4. μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκασος σκοπεῖτε, ne ea, quæ sunt sui ipsius, quisque vestrum curate.

Σκοπὸς, ὃ, ὁ, 1) *Finis*, *scopus*, *meta*, ad quam sagittarii missilia sua dirigunt. 2) *Scopus*, *finis*, *intentio*, (a σκέπομαι.) Philipp. 3,14. κατὰ σκοπὸν διώκω, metam versus persequor.

Σκορ-

Σκορπίζω, f. ίσω, 1) *Diſſipo, diſpergo.* Matth.12, 30. μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει, non colligens mecum, diſſipat. Joann.10,12. σκορπίζει τὰ πρόβατα, diſpergit oves. cap. 16,32. ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια (ſcil. κλήματα vel οἰκήματα,) ut diſſipemini unusquisque in ſuas poſſeſſiones. 2) *Largiter diſtribuo.* 2. Cor. 9,9. ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, diſperſit, dedit pauperibus.

Σκορπίος, ίε, ὁ, *Scorpius.* Luc. 10,19. ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, ſuper anguibus & ſcorpiis. cap. 11,12. μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον; num dabit ipſi ſcorpium? Græcorum alias eſt proverbium: ἀντὶ πέρκης σκορπίον, pro perca ſcorpionem, ἐπὶ τῶν τὰ χείρονα αἱρεμένων ἀντὶ βελτιόνων, de iis pro melioribus deteriora capiunt. Vide Zenobium Proverb. Centur. 1, 88. Diogenianum Cent. 1, 76.

Σκοτεινὸς, ἡ, ὸν, *Tenebroſus.* obſcurus, (a σκότος.) Matth.6,23. ὅλον τὸ σῶμά σε σκοτεινὸν ἔσαι, totum corpus tuum tenebroſum erit. Luc. 11, 34. 36.

Σκοτία, ας, ἡ, 1) *Tenebræ*, phyſice. Joann. 6, 17. 20. σκοτία ἦν ἔτι, cum adhuc tenebræ (noctis) eſſent. 2) *Locus privatus*, in quo non multi homines verſantur. Matth. 10, 27. ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, quod dico vobis in obſcuro, vel privatim. Luc. 12, 3. 3) *Imperfectio*, qualis eſt, cum in tenebris verſamur. 1. Joann. 1, 5. Deus lumen eſt, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία, & tenebræ (tam naturales, quam morales) in eo ſunt nullæ. 4) Senſu morali: *Cæcitas ſpiritualis*, ignorantia, error, vitæ & morum pravitas, ſtatus hominis a lapſu ortus & corruptus, omne id, quod ad regnum Satanæ principis tenebrarum pertinet. Joann. 8, 12. qui ſequitur me, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, illius vita non erit occupata operibus diaboli. cap. 12, 35. 46. 1. Joann. 2, 8. 9, 11. qui odio habet fratrem ſuum, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, in regno diaboli eſt, & in illo ambulat. 5) *Homines*, qui ſunt in hujusmodi tenebris diabolicis. Joann. 1, 5. καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν, & lux (Chriſtus) in tenebris (medio hominum malorum) apparet, & tenebræ illud non comprehenderunt.

Σκοτίζω, f. ίσω, 1) *Obſcuro, tenebras obduco*, tenebras alicui offundo, (a σκότος.) Paſſ. σκοτίζομαι obtenebror, obſcuror. Matth. 24, 29. ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, ſol obſcurabitur. Luc. 23, 45. Apoc. 8, 12. 9, 2. 2) Metaph. *ignorantia & errore ſuffundor.* Rom. 1, 21. καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, & obſcuratum eſt amens ipſorum cor. c. 11, 10. Epheſ. 4, 18. ἐσκωτισμένοι τῇ διανοίᾳ, occœcati mente.

Σκοτόω, ῶ, f. ώσω, *Obſcuro*, tenebras obduco. σκοτοῦμαι, tenebreſco, (ab eodem.) Apoc. 16, 10. καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη, & erat regnum ejus tenebris circumfuſum.

Σκέ-

Σκότος, ε, ὁ, *Tenebræ*, caligo. Hebr. 12, 18. γνόφῳ καὶ σκότῳ, turbini & caligini.

Σκότος, εος, τὸ, 1) *Tenebræ, caligo.* Matth. 27, 45. σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, tenebræ erant ſuper omnem terram. Act. 2, 20. 2. Cor. 4, 6. ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, Deus qui juſſit ex tenebris lucem lucere. Jobi 37, 15. φῶς ποιήσας ἐκ σκότους, lucem faciens e tenebris. σκότος, τὸ ἐξότερον. Matth. 8, 12. 22, 13. & alibi occurrit, & denotat talem hominem, qui in tenebras exteriores conjectus eſt, non ſolum exeſſe e triclinio, ubi locus calefactus & candelis illuſtratus erat, ut de dapibus nihil dicam; ſed etiam in tenebras & frigus eſſe projectum. Adde Poſſini Spicil. Evang. c. 71. 2) Metaph. *Cæcitas.* Act. 13, 11. ſtatim vero cecidit ſuper ipſum ἀχλὺς καὶ σκότος, caligo & tenebræ. 3) *Diabolus*: quemadmodum Chriſtus eſt τὸ φῶς. Luc. 22, 53. καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους, & potentia regni diaboli & ipſius miniſtrorum. Joann. 3, 19. ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς, amaverunt homines magis diabolum & ipſius opera, quam Chriſtum & ipſius vitam. Actor. 26, 18. τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, convertendi cauſſa a diabolo ad lucem, i. e. Chriſtum. Epheſ. 5, 11. 6, 12. Coloſſ. 1, 13. qui eripuit nos ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, ex poteſtate diaboli. 1. Theſſ. 5, 4. 5. 1. Petr. 2, 9. 1. Joann. 1, 6. Adde Matth. 6, 23. 4) *Opera diaboli*, vita perverſa, qualis eſt eorum, qui tenebras quærunt & lucem averſantur. 1. Cor. 4, 5. ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, qui etiam in lucem proferet occulta operum malorum. 2. Cor. 6, 14. τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; qualis vero eſt communicatio vitæ Chriſtianæ cum tenebris? 5) *Infernus*, locus Diaboli & damnatorum. 2. Petr. 2, 17. οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται, quibus caligo tenebrarum in æternum adſervatur. Jud. v. 13. 6) *Ignorantia* voluntatis divinæ, mentis cœcitas & error. Matth. 4, 16. ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει, populus, qui verſatur in ignorantia. Luc. 1, 79. Rom. 2, 19. φῶς τῶν ἐν σκότει (ſc. ὄντων,) lumen eorum, qui ſunt in ignorantia. 7) Homines ignorantes, cœci, & operibus malis dediti. Epheſ. 5, 8. ἦτε γάρ ποτε σκότος, eratis enim aliquando tenebræ.

Σκύβαλον, ε, τὸ, *Stercus*, fimus, excrementum, σκύβαλα ſtercora, quisquiliæ. Philipp. 3, 8. καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, & arbitror ſtercora eſſe. Notum eſt, quod Deuter. 23, 13. 14. Deus præceperit, ut illi, quos neceſſitas urgeret, extra caſtra irent, & τὰ σκύβαλα terra operirent. Nos ea in uſum noſtrum convertere poſſumus in fimetum conjiciendo & agros iisdem ſtercorando. Sed Judæis id prorſus non licebat. Paullus ergo omnem juſtitiam ſuam phariſaicam tantopere contemnebat, ut eam nullius plane uſus, imo rem impuram & abominandam eſſe oſtenderet.

Σκύ-

Σκύθης, ου, ὁ, *Scytha*, qui est ex Scythia. Coloss. 3, 11.

Σκυθρωπὸς, ἡ, ὸν, *Tetricus, tristem vultum gerens*, austerus, tristis, torvus, (ex σκυθρὸς & ὤψ, vultus.) Matth. 6, 16. quando vero jejunatis, ne estote, sicut hypocritæ, σκυθρωποὶ, tetrici. Luc. 24, 17. καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; & estis mœsti? Hesychius: σκυθρὸς, τυγὸς τὰς ὄψεις, χαλεπὸς ὠμὸς, σκυθρωπός. Adde Majum Obs. sacr. lib. 1. p. 73.

Σκύλλω, *Vexo, fatigo.* Marc. 5, 35. τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον; quid adhuc fatigas magistrum? Luc. 7, 6. κύριε, μὴ σκύλλου, Domine, ne fatigeris. Hesychius: σκύλλε, ἐνόχλει.

Σκῦλον, ου, τὸ, *Spolium, exuviæ.* Luc. 11, 22. καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσιν, & spolium ejus distribuit. Hebræis שָׁלָל, spolium, denotat omnem supellectilem, bona domestica, quæque ad victum & amictum sunt necessaria. Prov. 1, 13. 16, 19. 31, 11. Esther. 3, 13. quam observationem debemus Drusio Quæst. Hebr. 2, 40.

Σκωληκόβρωτος, ου, ὁ, ἡ, A vermibus exesus, consumtus seu erosus, (ex σκώληξ, vermis, & βρώσκω comedo.) Act. 12, 23. καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν, & cum factus esset vermibus erosus exspiravit. A vermibus e corpore erumpentibus sive pediculis corrosus. Bartholinus de morbis bibl. c. 23. Interpp. Aeliani V. H. 4, 28. Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 417.

Σκώληξ, ηκος, ἡ, *Vermis.* metaph. Marc. 9, 44. 46. 48. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, ubi vermis ipsorum non moritur: h. e. continuis doloribus vexantur.

Σμαράγδινος, ίνη, ον, *Smaragdinus*, e smaragdo factus, (a σμάραγδος.) Apoc. 4, 3.

Σμάραγδος, ου, ὁ, *Smaragdus*, gemma. Apoc. 21, 19.

Σμύρνα, ης, ἡ, *Myrrha*, (a μύρρα.) Matth. 2, 11. λίβανον, καὶ σμύρναν, tus & myrrham. Joann. 19, 39. μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, mixturam myrrhæ & aloës.

Σμύρνα, ης, ἡ, *Smyrna*, nomen urbis Asiæ. Apoc. 1, 11.

Σμυρναῖος, αίου, ὁ, *Smyrnæus.* Apoc. 2, 8. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας τῶν Σμυρναίων, & Episcopo ecclesiæ Smyrnæorum.

Σμυρνίζω, *Myrrha imbuo*, myrrham redoleo. σμυρνίζομαι, myrrha imbuor, (a σμύρνα.) Marc. 15, 23. ἐσμυρνισμένον οἶνον, vinum myrrha imbutum. Hesychius: ἐσμυρνισμένον, διασμυρνήσαντα.

Σόδομα, ων, τὰ, *Sodoma*, nomen urbis hebraicum סְדֹם, cujus origo est incerta. Matth. 10, 15. ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρων, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum. c. 11, 23. Rom. 9, 27. ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, sicut Sodoma facti essemus. 2. Petr. 2, 6. Jud. v. 7. mystice Apoc. 11, 8. Σόδομα καὶ Αἴγυπτος.

Σολομὼν, ῶντος, ὁ, *Salomon*, filius Davidis, Rex Israëlitarum, nomen hebraicum a rad. שָׁלַם, pacem coluit. Matth. 1, 6. 7.

6, 29. οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτῆ, neque Salomon in omni splendore suo. c. 12, 42. ἀκῆσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος, καὶ ἰδὲ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε, audiendi caussa sapientiam Salomonis: & ecce majus quid Salomone hic est. Joann. 10, 23. ἐν τῇ στοᾷ τῆ Σολομῶντος, in porticu Salomonis. Act. 3, 11. 5, 12.

Σορὸς, ῆ, ἡ, *Loculus*, sandapila. Luc. 7, 14. ἥψατο τῆς σοροῦ, tetigit loculum. Hesychius: σορὸς, μνῆμα, θήκη.

Σὸς, σὴ, σὸν, *Tuus*, (a σύ.) Matth. 7, 3. τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς, trabem vero in oculo tuo non considéras. τὸ σὸν, sc. ὄν, quod tuum est. Matth. 20, 14. ἆρον τὸ σὸν, sume illud, quod tuum est. cap. 25, 25. ἴδε ἔχεις τὸ σὸν, ecce habes, quod tuum est. Luc. 6, 30. ἀπὸ τῆ αἴροντος τὰ σὰ, ab eo, qui auffert tibi tua. c. 15, 31. Joann. 17, 10. ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, omnia, quæ mea sunt, tua sunt, & quæ tua, mea sunt. οἱ σοὶ, tui. Luc. 5, 33. οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, tui vero edunt & bibunt. Joann. 17, 6. σοὶ ἦσαν, tui erant, & mihi eos dedisti.

Σουδάριον, ίε, τὸ, *Sudarium*, vox latina a Judæis recepta denotat, linteolum, ad sudorem vultus abstergendum; quemadmodum & mortuis circumvolvebatur, adeoque aliquid a propria & nativa notione amisit. Actor. 19, 12. Solerius de pileo sect. 17. Joann. 11, 44. καὶ ἡ ὄψις αὐτῆ σουδαρίῳ περιεδέδετο, & facies ejus sudario circumligata erat. cap. 20, 7. Nicolai de luctu græcorum. c. 3. §. 6. Sudarium Judæis inter alia adservandæ pecuniæ inserviit. Luc. 19, 20. Domine, ecce pondus tuum, ὃν εἶχον ἀποκείμενον ἐν σουδαρίῳ, quam habebam depositam in sudario. Hebræi eodem modo receperunt vocem סודר.

Σουσάννα, ης, ἡ, *Susanna*, nomen mulieris hebr. Luc. 8, 3. שׁוֹשַׁנָּה est lilium.

Σοφία, ας, ἡ, 1) *Sapientia*, quæ consistit in cognitione rerum divinarum & humanarum, (a σοφός.) Matth. 12, 42. ἀκῆσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος, audiendi caussa sapientiam Salomonis. c. 13, 54. πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη; unde huic sapientia hæc? Jacob. 1, 5. εἰ δέ τις λείπεται σοφίας, si vero cui deficit sapientia. Non sufficit vero ad veram sapientiam tantummodo cognitio, sed etiam observatio & exsecutio rerum earum, quas scientia addidicimus. Egregie hæc illustrat Ursinus Anal. tom. 2. lib. 5. c. 8. Col. 4, 5. ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τὰς ἔξω, in sapientia ambulate erga exteros. Jacob. 3, 15. οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἡ ἄνωθεν κατερχομένη, non est hæc sapientia, quæ divinitus efficitur. 1. Cor. 1, 30. Christus ἐγενήθη ὑμῖν σοφία ἀπὸ Θεῦ, doctrina de Christo nobis propinat veram sapientiam, tum theoreticam, qua recte credimus, tum practicam, dum vitam ejus sectamur. 2) *Sapientia Dei revelata* circa salutem nostram. Luc. 11, 49. propterea etiam ἡ σοφία τῦ Θεῦ εἶπεν, sapientia Dei dixit: mitto ad vos

vos prophetas &c. Rom. 11, 33. 1. Cor. 1, 24. 30. 2, 6. 7. ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, ſed loquimur de ſapientia Dei in myſterio, i. e. myſticam. Epheſ. 3, 10. ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, multifaria ſapientia Dei. Col. 2, 3. οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, theſauri ſapientiæ. 3) *Chriſtus*. Matth. 11, 19. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, ſed juſta pronunciata eſt ſapientia a filiis ipſius. Luc. 7, 31. 4) Una ex Sephiroth ſive proprietatibus Dei. Apoc. 5, 12. 7, 12. καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία, & gloria & ſapientia. 5) *Sapientia humana, philoſophica.* Actor. 7, 22. καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, & inſtitutus Moſes eſt omni ſapientia Aegyptiorum. 1. Cor. 1, 17. οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, non in ſapientia ſermonis v. 19. ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, perdam ſapientiam ſapientum. v. 20. 21. ἐπειδὴ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, quoniam in ſapientia Dei, h. e. naturali illa, quam Deus omnibus hominibus indidit, non cognovit mundus per ſapientiam Deum. v. 22. Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν, Græci ſapientiam quærunt, dum ſcilicet philoſophiam coluerunt, artes ſcientiasque tractaverunt, & diſciplinarum ſyſtemata invenerunt. Philoſophi pagani nihil adſumebant, quod non cum ratione conveniret: *Es muſte raiſonniret ſeyn, ſonſt galt es nicht.* cap. 2, 13. ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις humanæ ſapientiæ ſermonibus. 2. Cor. 1, 12. οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, non in ſapientia humana. 6) *Res ardua*, quæ eget ſapientia. Apoc. 13, 18. ὧδε ἡ σοφία ἐστίν.

Σοφίζω, f. ίσω, 1) *Sapientem reddo*, doceo ſapientiam, (a σοφός.) 2. Tim. 3, 15. τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, quæ poſſunt te ſapientem reddere ad ſalutem. In medio σοφίζομαι, *intelligo, cognoſco.* 1. Sam. 3, 8. καὶ ἐσοφίσατο Ἠλὶ, ὅτι κύριος κέκληκε τὸ παιδάριον, & ſentiebat Eli, quod Dominus vocaverit puerum. 2) *Argute aliquid comminiſcor*, vel conficio, doloſe & *fraudulenter dico.* 2. Petr. 1, 16. οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες, non enim argute & more ſophiſtico compoſitas fabulas ſecuti ſumus.

Σοφὸς, ἡ, ὸν, 1) *Sapiens*, tribuitur Deo. Rom. 16, 27. 1. Tim. 3, 13. Jud. v. 25. μόνῳ σοφῷ Θεῷ, ſoli ſapienti Deo. Compar. σοφώτερος, ſapientior 1. Cor. 1, 25. τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, id, quod in Deo ſtultum videtur, ſapientius eſt hominibus. Tribuitur hominibus illuminatis. Rom. 16, 19. volo vero vos σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ſapientes eſſe ad bonum. 1. Cor. 3, 18. 6, 5. Epheſ. 5, 15. Jacob. 3, 13. 2) In ſpecie *doctores a Deo illuminati.* Matth. 23, 34. ego mitto ad vos προφήτας καὶ σοφοὺς, prophetas & ſapientes. 3) *Prudens, callidus*, eruditus, humana ſapientia edoctus. Matth. 11, 25. ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, a ſapientibus & intelligentibus. Rom. 1, 14. 22. 1. Cor. 1, 19. 20. ποῦ σοφός; ubi eſt eruditus? v. 26. 27. 3, 18. 19. 20. διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ratiocinationes philoſophicæ ſapientum.

4) *Peritus* alicujus rei vel artis. 1. Cor. 3, 10. ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων, ut peritus architectus.

Σπανία, ας, ἡ, *Hiſpania*. Rom. 15, 24. 28.

Σπαράσσω, vel σπαράττω, f. ξω, *Lacero*, dilacero, traho. Marc. 1, 26. σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα, laceravit ipſum ſpiritus malus. c. 9, 20. 26. Luc. 9, 39.

Σπαργανόω, ῶ, f. ώσω, *Faſciis involvo*, (a σπάργανον, faſcia, qua infans involvitur.) Luc. 2, 7. 12. εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, invenietis infantem faſciis involutum.

Σπαταλάω, ῶ, f. ήσω, *Laſcivio, delicior*, vitam voluptuoſam ago, (a σπατάλη, deliciæ, lautitiæ, laſcivia.) 1. Tim. 5, 6. ἡ δὲ σπαταλῶσα (partic. præſ. act.) ſcil. χήρα vidua vero laſciviens. Jacob. 5, 5. Voce σπάταλος, άλη, ον, utitur Symmachus Deuter. 28, 54. & Eccleſ. 2, 8. LXX. Proverb. 29, 21. ὃς καταςπαταλᾷ ἐκ παιδὸς, οἰκέτης ἔσαι, qui deliciis indulget inde a puero, mancipium erit. Amos 6, 4. καταςπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς τρωμναῖς αὐτῶν, deliciantes in lectis ſuis. Heſychius: σπαταλᾷ, τρυφᾷ.

Σπάω, ῶ, f. άσω, & med. σπάομαι, *Trabo, attrabo*, extraho. Marc. 14, 47. σπασάμενος τὴν μάχαιραν, qui eduxit gladium, (nimirum ut eo interficeret.) Act. 16, 27.

Σπεῖρα, vel σπεῖρα, ας, ἡ, 1) *Spira*. 2) *Cohors*, militaris, decima pars legionis. Actor. 21, 31. χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, tribuno cohortis. cap. 10, 1. ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς, centurio ex cohorte, quæ vocatur Italica. Beza vertit legionem, melius Vulgata cohortem. Italica vero dicta a legione, quæ tunc temporis in Judæa erat, cujus cohors una erat Hieroſolymis, altera Cæſareæ, aliæ alibi. Baſnagius adv. Baronium p. 343. 344. Sic Act. 27, 1. centurioni - σπείρης Σεβαστῆς, cohortis Imperatoriæ. 3) Quævis *Multitudo*. Matth. 27, 27. συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν, congregaverunt contra ipſum univerſam multitudinem. Joann. 18, 3. 12.

Σπείρω, f. ερῶ, 1) *Sero, ſemino*. Matth. 13, 3. 4. καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, & cum ſeminaret ille. Marc. 4, 31. ὃς ὅταν σπαρῇ (aor. 2. paſſ.) ἐπὶ τῆς γῆς, qui poſtquam ſatus fuerit in terram. Hinc ὁ σπείρων, qui ſeminat. Matth. 13, 3. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν τὸν σπόρον αὐτοῦ, exivit ſeminator ad ſeminandum ſemen ſuum. v. 18. 37. 2. Cor. 9, 10. Metaphorice. 2) *Prædico verbum Dei*. Matth. 13, 19. ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ (ſc. λόγον,) rapit prædicatione verbum ſeminatum in cor ipſius. Marc. 4, 14. ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει, qui ſeminat, verbum ſeminat. v. 15. Joann. 4, 36. 37. Et paſſive. Matth. 13, 19. οὗτος ἐστιν (ὁ λόγος) ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς, (part. aor. 2. paſſ.) talis eſt ſermo, qui juxta viam ſeminatus eſt. v. 20. 22. 23. ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς, qui in terram bonam ſeminatus eſt. 3) *De ſepultura corporum humanorum*. 1. Cor. 15, 42. σπείρεται ἐν φθορᾷ, corpus hominis quando ſepelitur, eſt corruptum. v. 43. 44.

4) *Di-*

4) *Distribuo, communico.* 1. Cor. 9, 11. ἐ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, si nos vobis spiritualia distribuimus. 2. Cor. 9, 6. 5) *Præparo mihi res futuras*, quemadmodum, qui serit, ad messem sibi necessaria præparat. Gal. 6, 8. ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, qui se ita gerit, ut se tantum in hac vita ad res carnales applicet: ὁ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, qui se præparat per res spirituales, quæ animæ salutem promovent. Jacob. 3, 18. fructus justitiæ, ἐν εἰρήνῃ σπείρεται, qui justitiæ fructum consequi cupit, is per pacem sementem facere debet.

Σπεκλάτωρ, ωρος, ὁ, *Spiculator*, (vox latina a spiculum.) Marc. 6, 27. ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκλάτωρα, misit rex spiculatorem.

Σπένδω, f. σπάσω, *Libo*, i.e. vino, lacte aut simili liquore sacrifico, σπένδω & σπένδομαι, paciscor, fœdus ineo, fœdus percutio, σπένδομαι. Pass. libor, mactor, *immolor*, *sacrificor*. Metaph. Phil. 2, 17. ἀλλ' ἐ καὶ σπένδομαι, sed, etsi immoler. 2 Tim. 4, 6. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι. Hesychius: σπένδομαι θύομαι.

Σπέρμα, ατος, τὸ, 1) *Semen.* Matth. 13, 27. οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας; nonne bonum semen seminasti? 2) *Proles, progenies.* Matth. 22, 24. καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, & excitabit prolem fratri suo. 3) *Posteri.* Apoc. 12, 17. μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς, cum reliquis posterorum ipsius. Hebr. 11, 11. Hinc τὸ σπέρμα Ἀβραάμ, posteri Abrahami. Luc. 1, 55. Joann. 8, 33. σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, posteri Abrahami sumus, τὸ σπέρμα Δαβίδ, posteri Davidis, Joann. 7, 42. Rom. 1, 3. 2. Tim. 2, 8. 4) Christus κατ' ἐξοχὴν dicitur semen Abrahæ. Act. 3, 25. Gal. 3, 16. 19. Hebr. 11, 18. 5) Semen Abrahami sunt, qui fidem habent ipsius, & ipsum sectantur. Rom. 9, 8. Gal. 3, 29. si vero vos estis Christi, ἄρα τοῦ Ἀβραάμ σπέρμα ἐστέ, certe Abrahami posteri genuini estis, hinc Rom. 9, 29. nisi Dominus Zebaoth ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, reliquisset vera membra ecclesiæ. 6) *Verbum Dei.* 1. Joann. 3, 9. ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει, nam semen ipsius (Dei) in illo manet.

Σπερμολόγος, ε, ὁ, ἡ, 1) Proprie *avis* quædam, quæ semina dispersa colligit, comedit & corrumpit, (ex σπέρμα & λέγω, colligo.) 2) *Homo vilis*, qui in foro semina profusa instar avium semen legentium colligit & inde victum sibi parat. 3) *Garrulus*, *nugator*, loquax, quia avis ista admodum loquax est. Act. 17, 18. τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος, quid velit nugator hic. Hesychius: σπερμολόγος, φλυαρὸς, *seminiverbium* vertit Jo. Sarisberiensis Policr. 7. 19. p. 411. Vide Harpocrationem in σπερμολόγοις, Duportum ad Theophrasti charact. c. 6. p. 303.

Σπεύδω, f. εὔσω, 1) *Festino*, *propero*. Act. 20, 16. ἔσπευδε γὰρ, festinabat enim. cap. 22, σπεῦσον καὶ ἔξελθε, festina & egredere, σπεύσας, (aor. 1. act. partic.) locum adverbii explet. Luc. 2, 16. καὶ ἦλθον σπεύσαντες, & venerunt festinanter. c. 19, 5. 6.

2) *Vehementer exſpecto.* 2. Petr. 3, 12. σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, vehementer exſpectantes adventum judicii divini.

Σπήλαιον, αίου, τὸ, 1) *Specus, ſpelunca, antrum,* (a σπέος, έος, τὸ, idem.) Matth. 21, 13. ὑμεῖς αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν, vos illud (templum) feciſtis ſpeluncam latronum. Hebr. 11, 38. Apoc. 6, 15. 2) *Reconditorium, hypogeum.* Joann. 11, 38. ἦν δὲ σπήλαιον, erat vero ſpelunca (ſc. monumentum.) Judæa erat regio petroſa, inde etiam multæ ſpeluncæ dabantur, & ſepulchra ut plurimum in petris excidebantur. Adde Salmaſium ad Solinum cap. 52. p. 850. 852. Jo. Nicolai de luctu Græcorum cap. 12. §. 2.

Σπιλάς, άδος, ἡ, *Macula,* (a σπῖλος) Judæ 12. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, hi ſunt in agapis veſtris maculæ. Heſychius: σπιλάδες, μεμιασμένοι.

Σπιλέω, ῶ, vel σπιλόω, ῶ, f. ώσω, *Maculo,* maculam adſpergo, fœdo, (ab eodem.) Jacob. 3, 6. lingua eſt ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, maculans totum corpus. Jud. v. 23. ἐσπιλωμένον χιτῶνα, tunicam maculatam. Heſychius: σπιλῶσαι, ῥυπῶσαι.

Σπῖλος, ου, ὁ, 1) *Macula, labes.* Epheſ. 5, 27. μὴ ἔχουσαν σπῖλον, non habentem maculam. 2) *Homo impurus.* 2. Petr. 2, 13. σπῖλοι καὶ μῶμοι.

Σπλάγχνον, ου, τὸ, plur. σπλάγχνα, 1) *Viſcera, exta.* Act. 1, 18. ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, effuſa ſunt omnia viſcera ejus. 2) *Miſericordia,* adfectus maternus, commiſeratio. 2. Cor. 6, 12. στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, coarctamini vero in viſceribus veſtris, ſede miſericordiæ, h. e. non tanto amore me proſequimini, quo debebatis. cap. 7, 15. καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, & adfectus miſericordiæ ejus abundantius erga vos eſt. Philipp. 1, 8. ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, in miſericordia Chriſti. cap. 2, 1. Philem. v. 7. τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ, adfectus miſericordiæ ſanctorum requievit per te. v. 20. ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα, refice me, qui multam commiſerationem tecum habui. 1. Joann. 3, 17. καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, & claudat miſericordiam ſuam ab ipſo. Inde Luc. 1, 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ, per ipſum intimum miſericordiæ Dei adfectum. Coloſſ. 3, 12. σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, intimus commiſerationis adfectus. Compoſitum eſt εὔσπλαγχνος, quod vide ſupra: item ἄσπλαγχνος, immiſericos. Symmachus Proverb. 17, 11. & ἀσπλαγχνέω, immiſericors ſum. Aquila & Theodotion Jobi 41, 1. 3) *Perſonam ipſam* notat. Philem. v. 12. tu vero illum, τοῦτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ, hoc eſt, viſcera mea, (quem ego ex intimis viſceribus amo,) ſuſcipe.

Σπλαγχνίζω, f. ίσω, ſacrifico. σπλαγχνίζομαι, *Intima miſericordia tangor,* ſumma miſericordia & ex intimis viſceribus profecta commoveor, (a σπλάγχνον.) Varie hoc verbum con-

conſtruitur. 1) Cum περί. Matth. 9, 36. ἐσπλαγχνίδη περὶ αὐτῶν, intime commiſertus eſt ipſorum. 2) Cum genitivo, περὶ forſan deficiente. Matth. 18, 27. σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Κύριος (περὶ) τῆ δέλε, commiſertus eſt vero dominus ſervi. 3) Cum ἐπὶ & Accuſ. Matth. 14, 14. ἐσπλαγχνίδη ἐπ' αὐτὰς, miſertus eſt ipſorum. cap. 15, 32. σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον. Marc. 9, 22. 4) Cum ἐπὶ & Dativo. Marc. 6, 34. ἐσπλαγχνίδη ἐπ' αὐτοῖς. Luc. 7, 13. Abſolute & ſine caſu. Matth. 20, 34. σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησᾶς, tetigit oculos ipſorum. Marc. 1, 41. Luc. 10, 33. ἰδὼν αὐτὸν ἐσπλαγχνίδη, cum videret ipſum, intima miſericordia adfectus fuit. c. 15, 20. LXX. Interpretes hoc verbo non utuntur: habet ſolus Symmachus Deuter. 13, 8. ἐκ ἐπισπλαγχνισθήσῃ, ne miſereariſ, & Incertus 1. Sam. 23, 21. ἐσπλαγχνίδητε, compaſſi eſtis. hebr. חמלתם, peperciſtis.

Σπόγγος, ᾱ, ὁ, *Spongia*. Matth. 27, 48. Marc. 15, 36. γεμίσας σπόγγον ὄξους, implevit ſpongiam aceto.

Σποδὸς, ᾶ, ἡ, *Cinis*. Matth. 11, 21. Hebr. 9, 13. σποδὸς δαμάλεως, cinis vaccæ rufæ.

Σπορὰ, ᾶς, ἡ, *Satio, ſemen*, (a σπείρω, ſemino.) 1. Petr. 1, 23. regeniti ἐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, non ex ſemine corruptibili.

Σπόριμος, ᾱ, ὁ, ἡ, Qui ſeminari ſolet, *ſativus*, ſementitius. plur. neut. σπόριμα, ων, τὰ, ſationes, ſata, ſegetes, (a σπόρος.) Matth. 12, 1. ambulavit Jeſus Sabbato διὰ τῶν σπορίμων, per ſata. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1.

Σπόρος, ᾱ, ὁ, *Semen*, ſatio, (a σπείρω.) Marc. 4, 26. 27. Luc. 8, 5. 11. ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος, ſemen eſt verbum Dei. 2. Cor. 9, 10. πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, augeat ſementen veſtram.

Σπεδάζω, f. άσω, *Studeo, operam do*, ſerio ago, (a σπεδή.) Gal. 2, 10. Epheſ. 4, 3. 1. Theſſ. 2, 17. 2. Tim. 2, 15. σπέδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ſtude teipſum probatum ſiſtere Deo. c. 4, 9. 21. Hebr. 4, 11. σπεδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν ſtudeamus igitur ingredi in illam requiem. 2. Petr. 1, 10. 15. 3, 14.

Σπεδαῖος, αία, ον, *Studioſus, ſedulus*, induſtrius, officioſus, ferius, (a σπεδή.) item *bonus, probatus*, laudatus. Compar. σπεδαιότερος. 2. Cor. 8, 17. σπεδαιότερος δὲ ὑπάρχων, ſtudioſior vero exiſtens. v. 22. ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπεδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπεδαιότερον, quem probavimus in multis rebus ſæpe officioſum (induſtrium) eſſe, nunc vero multo officioſiorem. neutr. σπεδαιότερον, adverbialiter, feſtinantius, ſtudioſius. 2. Tim. 1, 17. σπεδαιότερον ἐζήτησέ με, ſtudioſius quæſivit me.

Σπεδαίως, adv. *Diligenter, ſtudioſe*, ſedulo, (a præced.) Luc. 7, 4. παρεκάλεν αὐτὸν σπεδαίως, rogabant ipſum enixe. Tit. 3, 13. compar. σπεδαιοτέρως, ſtudioſius, diligentius. Philipp. 2, 28. σπεδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, feſtinantius igitur miſi ipſum.

Σπουδὴ, ῆς, ἡ, 1) *Festinatio*, (a σπεύδω, festino.) Marc. 6, 25. Luc. 1, 39. μετὰ σπουδῆς, cum festinatione. Deut. 16, 3. ἐν σπουδῇ ἐξῆλθετε ἐξ Αἰγύπτου, cum festinatione exiistis ex Aegypto. 2) *Studium, officiositas, sedulitas*, ardor, magna animi intentio & desiderium. Rom. 12, 8. ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ, qui præest, in officiositate id faciat. v. 11. τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροὶ, officiositate non pigri. 2. Cor. 7, 11. 12. 8, 7. 8. 16. διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν, danti idem studium. Hebr. 6, 11. 2. Petr. 1, 5. σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, operam omnem adhibentes. Judæ v. 3.

Σπυρὶς, ίδος, ἡ, *Sporta, corbis*, fiscella, calathus, vimineus. Hesychius: σπυρὶς, τὸ τῶν πυρῶν ἄγγος, vas ex culmis confectum. Matth. 15, 37. 16, 10. πόσας σπυρίδας (sc. κλασμάτων) ἐλάβετε; quot corbes accepistis? per Synecdochen, continens ponitur pro contento. Marc. 8, 8. 20. Act. 9, 25. χαλάσαντες ἐν σπυρίδι, demiserunt in corbe.

Στάδιος, ὁ, & Στάδιον, ίκ, τὸ, 1) *Stadium*, spatium sive mensura pedum sexcentorum. Luc. 24, 13. εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ, in vicum distantem stadia sexaginta Hierosolymis. Joann. 6, 19. 11, 18. Apoc. 14, 20. 21, 16. 2) *Curriculum*, quod stadium æquat, pars Gymnasii, locus cursus sive certaminis, in quo Græci & Romani partim valetudinis, partim virium roborandarum caussa se exercebant. Laur. Joubertus de Gymnasiis ant. cap. 3. Dissherrus Dispp. tom. 1. p. 253. s. 1. Corinth. 9, 24. οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, qui in curriculo certaminis currunt.

Στάμνος, ου, ὁ, vel ἡ, *Urna, amphora* fictilis vinaria, urceus, Hebr. 9, 4. ἐν ᾗ (κιβωτῷ) στάμνος χρυσῆ, in qua arca erat urna aurea. Hesychius: στάμνος, ὑδρία, κάλπη, κάλαθος.

Στάσις, εως, ἡ, 1) *Status, statio*, ipsa actio standi, collocatio, (ab ἵστημι, statuo.) Hebr. 9, 8. ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν, adhuc priori tabernaculo habente stationem. 2) *Seditio, factio*. Marc. 15, 7. Actor. 15, 2. γενομένης ἓν στάσεως, facta igitur seditione. cap. 23, 7. 10. 24, 5. κινοῦντα στάσιν, moventem seditionem.

Στατὴρ, ῆρος, ὁ, *Stater*, moneta quatuor drachmas valens, (ab ἵστημι, appendo.) Matth. 17, 26. εὑρήσεις στατῆρα, invenies staterem. Hesychius: στατὴρ, τετράδραχμος: ita enim legendum censent viri docti, pro τετράγραμμος.

Σταυρὸς, οῦ, ὁ, 1) *Crux, palus* ligneus acutus & erectus. Matth. 27, 32. hunc coëgerunt, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ut tolleret crucem ipsius. c. 27, 40. κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, descende nunc de cruce. Joann. 19, 17. καὶ βαστάζων (ὁ Ἰησοῦς) τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, & (Jesus) portans crucem suam. Servorum & capite plectendorum pœna hæc erat, ut ipsi sibi furcam sive crucem gestarent, unde Furciferi. Ramiresius Pentec. c. 15. Lipsius de Cruce 2, 5. Kippingius de Cruce & cruciariis Exerc. 8. Lydius

Flor.

Flor. ſparſione ad paſſionem J. C. p. 194. ſeqq. Joann. 19, 31. ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τῷ σταυρῷ τὰ σώματα, ne manerent in cruce corpora. Philipp. 2, 8. μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, usque ad mortem, mortem vero crucis ignominioſiſſimam & crudeliſſimam. 2) *Paſſio & mors Chriſti* in cruce pro nobis tolerata, immo totum ipſius meritum. 1. Cor. 1, 17. μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, ne inanis reddatur crux Chriſti. v. 18. ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, ſermo, qui agit de cruce Chriſti. Gal. 5, 11. 6, 12. 14. Epheſ. 2, 16. Philipp. 3, 18. Coloſſ. 1, 20. διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, per ſanguinem ſuum in cruce effuſum. 3) Omnis generis *adflictio*, & *ærumna*, quæ Chriſtianis ob Chriſti fidem contingit. Inde Chriſtus monet λαμβάνειν, aſſumere & accipere, Matth. 10, 38. αἴρειν, tollere, cap. 16, 24. Marc. 8, 34. 10, 21. Luc. 9, 23. βαστάζειν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, portare crucem ſuam. Luc. 14, 27. Arbitror Chriſtum ad ritum Romanorum reſpicere, tunc inter Judæos non incognitum. Nimirum σταυρὸς quoque palum & furcam denotat, quam ſervi propter delicta ferre cogebantur, ita ut manibus alligati per plateas urbis flagellis & virgis cæderentur. Imaginem habes apud Lipſium de Cruce. Præſes ergo, Centuriones, Publicani, aliique ex præcipuis Romanis, qui ſervos ſecum habebant, illosque more ſuo per plateas urbium Judaicarum furcæ alligatos cædi jubebant, Chriſto occaſionem ſubminiſtrabant, ſanctiſſimam morum doctrinam ſub hoc ſchemate proponendi: Quemadmodum hujusmodi ſervus, cujus manus ad furcam alligati ſunt, manus quidem habet, ſed iisdem uti non poteſt: Sic homo Chriſtianus, qui me ſequi, h. e. diſcipulus meus eſſe cupit, linguam habet, iram habet, manus habet, nec tamen iisdem ad mala peragenda uti debet.

Σταυρόω, ῶ, f. ώσω, 1) Palo ſeu *cruci adfigo*, *crucifigo*, in crucem tollo, (a σταυρός.) Matth. 23, 34. καὶ ἐξ αὐτῶν (τινας) ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, & ex illis aliquos occidetis & cruci adfigetis. cap. 26, 2. εἰς τὸ σταυρωθῆναι, ut cruci adfigeretur. v. 22. & 33. σταυρωθήτω, cruci adfigatur. c. 27, 38. σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσαί, cruci adfiguntur cum ipſo duo latrones. c. 28, 5. Ἰησοῦν ἐσταυρωμένον Jeſum cruci adfixum. Luc. 23, 21. σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν, cruci adfige, cruci adfige ipſum. 1. Cor. 1, 13. μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; num Paullus crucifixus eſt pro vobis? Crucis ſupplicium apud antiquos erat viliſſimum, & ſervis tantum & aliis hominibus peſſimis inferebatur, Cadavera vero Cruciariorum omnibus prætereuntibus merito erant abominationi. Vide Lipſium & Kippingium de Cruce. 2) Metaphorice, *Summo doloris cruciatu & ignominia adficio.* Gal. 5, 24. οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, (ſc. ὄντες) τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν, qui vero ſunt Chriſti, carnem (naturam corruptam) ſuppreſſerunt & adhuc ſupprimunt. c. 6, 14. δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ, per quam (Chriſti crucem) mundus mihi tantæ eſt abomina-

tioni, quantæ nobis vulgo cadavera cruciariorum esse solent, & contra.

Σταφυλή, ῆς, ἡ, *Uva*, (a σαφὶς, ίδος, ἡ, uva passa.) Matth. 7, 16. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν; num colligunt a spinis uvam? Luc. 6, 44. Apoc. 14, 18.

Στάχυς, υος, ὁ, *Spica*, *arista*, culmus. Marc. 4, 28. Matth. 12, 1. τίλλειν στάχυας, evellere aristas. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1.

Στάχυς, υος, ὁ, *Stachys*, est nomen viri (a præced.) Rom. 16, 9. Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου, Stachyn dilectum meum.

Στέγη, ης, ἡ, 1) *Tectum*, (a στέγω.) Marc. 2, 4. 2) *Domus*, *ædificium* contignatum & tectum, Matth. 8, 8. ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ut sub tectum meum ingrediaris. Luc. 7, 6.

Στέγω, 1) *Tego*, operio. 2) *Tolero*, *sustineo*, suffero. 1. Cor. 13, 7. ἡ ἀγάπη πάντα στέγει, amor omnia sustinet. Hesychius: στέγει, κρύπτει, συνέχει, βαστάζει, ὑπομένει. 3) *Contineo me*, 1. Cor. 9, 12. ἀλλὰ πάντα στέγομεν, sed ab omnibus continemus nos. 1. Thess. 3, 1. 5. διὰ τοῦτο κἀγὼ, μηκέτι στέγων, ἔπεμψα, propter ea etiam ego, non amplius continens me, misi (eum.)

Στεῖρα, ας, ἡ, Sterilis, quæ non parit, (a στερέω, privo.) Luc. 1, 7. ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, Elisabeth erat sterilis. v. 36. cap. 23, 29. μακάριαι αἱ στεῖραι, beatæ sunt steriles. Gal. 4, 27. Hesychius: στεῖρα, ἡ ἄτοκος.

Στέλλω, f. ελῶ, *Mitto*. Med. Στέλλομαι, *Evito*, *fugio*. 2. Cor. 8, 20. στελλόμενοι τοῦτο, μή τις, fugientes hoc, ne quis. Malach. 2, 5. ἀπὸ προσώπου τοῦ ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτὸν, ut a nomine meo (lædendo) sibi caveat. Hesychius: στέλλεται, φοβεῖται. 2. Thess. 3, 6. præcipimus vobis, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, ut subducatis vos ab omni fratre inordinate ambulante. Exempla collegit Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 283.

Στέμμα, ατος, τὸ, Velamentum, *infula*, *corona*. στέμματα, *serta*, *infulæ*, (a στέφω, corono, orno, redimio.) Act. 14, 13. ταύρους καὶ στέμματα, h. e. tauros coronatos & vittatos. ἐν διὰ δυοῖν. De vittis hostiarum agunt Dougtæus Anal. S. N. T. Exc. 54. Paschalius de Coronis. 4, 16. 17. Buxtorfius Catalect. c. 175. Imago exstat apud Lomeierum de lustrat. p. 288.

Στεναγμὸς, ὁ, Gemitus, suspirium, (a στενάζω.) Actor. 7, 34. καὶ τὸ στεναγμὸ αὐτῶν ἤκουσα, & gemitum ipsorum audivi. Rom. 8, 26. στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, suspiriis ineffabilibus.

Στενάζω, f. ξω, *Gemo*, *suspiro*, (a στένω, idem, quod a στενός.) Marc. 7, 34. Jesus suspexit in cœlum, ἐστέναξε & ingemuit. Rom. 8, 23. 2. Cor. 5, 2. 4. Hebr. 13, 17. ut cum gaudio hoc faciant, καὶ μὴ στενάζοντες, & non suspirantes. Jac. 5, 9. μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ne ignemiscite contra vos invicem.

Στε-

Στενὸς, ἡ, ὸν, *Angustus*, *arctus*. metaph. Matth. 7, 13. 14. στενὴ ἡ πύλη, angusta est porta.

Στενοχωρία, ας, ἡ, 1) *Spatium angustum*, locus angustus, (ex στενὸς & χώρα, regio.) 2) *Angustia*, *adflictio*. Rom. 2, 9. Θλῖψις καὶ στενοχωρία &c. c. 8, 35. 2. Cor. 6, 4. ἐν στενοχωρίαις, in angustiis. 1. Maccab. 13, 3.

Στενοχωρέω, ῶ, f. ήσω, *Arcto*, *angusto*, coarcto. Judic. 16, 16. Delila ἐστενοχώρησεν αὐτὸν, tamdiu angustavit Simsonem, donec omnia sua arcana revelaret: (ex iisdem.) Passiv. στενοχωροῦμαι, metaph. 2. Cor. 4, 8. ἐν παντὶ (sc. καιρῷ vel τόπῳ,) θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι, Sensus: non ita coarctamur & affligimur, ut ex malis nostris eluctari nesciamus. cap. 6, 12. οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, sensus: non exiguum locum in animo nostro possidetis: vestra vero ex parte cor est angustum, adfectus scil. in me tenuis.

Στερεὸς, ὰ, ὸν, *Solidus*, validus, *firmus*. 2. Tim. 2, 19. ὁ μέν τοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, firmum tamen fundamentum Dei consistit. Hebr. 5, 12. & 14. στερεὰ τροφὴ, cibus solidus. 1. Petr. 5, 9. στερεοὶ τῇ πίστει, validi, firmi in fide.

Στερεόω, ῶ, f. ώσω, *Solido*, *firmo*, firmum solidumque reddo, corroboro, confirmo, (a στερεὸς.) physice. Act. 3, 7. ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις, confirmati sunt ejus gressus. v. 16. τοῦτον ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, hunc corroboravit nomen ejus. Metaph. Actor. 16, 5. ecclesiæ igitur ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, confirmabantur fide.

Στερέωμα, ατος, τὸ, *Firmamentum*, robur, soliditas, (a στερεόω.) Coloss. 2, 5. καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν, & firmam & stabilem fidem vestram in Christum. Psalm. 18, 2. Κύριος στερέωμά μου, Dominus firmamentum meum.

Στεφανᾶς, ᾶ, ὁ, *Stephanas*, nomen viri græcum, (a στέφανος.) 1. Corinth. 1, 16. τὸν Στεφανᾶ οἶκον, Stephanæ domum. cap. 16, 15. 17.

Στέφανος, ε, ὁ, *Stephanus*, nomen primi, quem legimus, N. T. martyris, unius ex septem illis diaconis mensæ, (ab eodem.) Actor. 6, 5. ἐξελέξαντο Στέφανον, eligerunt Stephanum. v. 8. Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως, Stephanus vero plenus fidei. c. 7, 59. ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, lapidabant Stephanum.

Στέφανος, ε, ὁ, 1) *Corona*, (a στέφω corono.) Matth. 27, 29. στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, coronam ex spinis. Apoc. 4, 4. στεφάνους χρυσοῦς, coronas aureas. cap. 6, 2. 9, 7. 12, 1. 14, 14. 2) *Sertum*. 1. Cor. 9, 25. ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσι, ut corruptibile sertum accipiant. 3) Metaph. *Ornamentum*, *decus*. Philipp. 4, 1. fratres mei dilecti, χαρὰ καὶ στέφανός μου, gaudium & ornamentum meum. 1. Thess. 2, 19. 4) *Vita æterna*, quæ comparatur cum honore & amplitudine coronæ. 2. Tim. 4, 8. ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, justitiæ corona. Jacob. 1, 12. τὸν στέφανον τῆς ζωῆς,

ζωῆς, coronam vitæ æternæ. 1. Petr. 5, 4. τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον, immarcescibilem gloriæ coronam. Apoc. 2, 10. 3, 11.

Στεφανόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Corono*, corona vel serto cingo, (a στέφανος.) 2. Tim. 2, 5. etiam si quis certet, ἐ στεφανῆται, non serto coronatur. 2) Metaph. *honoro, orno*, decoro. Hebr. 2, 7. δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, gloria & honore ornasti ipsum. v. 9.

Στῆθος, εος, τὸ, *Pectus*. Luc. 18, 13. ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ, percutiebat in pectus suum. c. 23, 48. τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη. Apoc. 15, 6. Joann. 13, 25. accubuerat Joannes ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, ad pectus Jesu.

Στήκω, 1) *Sto*. Marc. 11, 25. ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, quando statis precantes. 2) Metaph. *firmiter sto, persevero*. Rom. 14, 4. proprio Domino στήκει ἢ πίπτει, stat aut cadit servus. 1. Cor. 16, 13. στήκετε ἐν τῇ πίστει, persistite in fide. Gal. 5, 1. Philipp. 1, 27. στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι. c. 4, 1. οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ (sc. ὄντες.) Sic perseverate in Domino. 2. Thess. 2, 15.

Στηριγμὸς, οῦ, ὁ, 1) Ipsa actio stabiliendi seu fulciendi. 2) *Firmitas*, (a στηρίζω.) 2. Petr. 3, 17. ἵνα μὴ - ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ, ne - excidatis propria firmitate.

Στηρίζω, f. ίσω, 1) Statuo firmiter, *figo, stabilio, firmo, fulcio*. Proprie Luc. 16, 26. μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, inter nos & vos hiatus magnus stabilitus est. 2) Metaph. *stabilio, confirmo*, fulcio, probo. Luc. 9, 51. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε, faciem suam direxit, i. e. firmiter sibi proposuit. c. 22, 32. στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου, confirma fratres tuos. Rom. 1, 11. εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς, ut confirmemini vos. c. 16, 25. 1. Thess. 3, 2. 13. εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας, ad confirmandum corda vestra. 2. Thess. 2, 17. 3, 3. Jacob. 5, 8. 1. Petr. 5, 10. 2. Petr. 1, 12. καὶ ἐστηριγμένους ἐν παρούσῃ ἀληθείᾳ, & confirmatos in præsenti veritate. Apoc. 3, 2.

Στίγμα, ατος, τὸ, *Stigma, nota* aut signum inustum aut impressum alicui, (a στίζω, f. ξω, pungo, notis compungo, stigmata inuro.) Gal. 6, 17. ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω, ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto, h. e. servus Christi sum, id quod tam variæ passiones, quas corpore meo sustinui, testantur. Notus est stigmata inurendi modus, de quo vide Pitiscum tom. 1. p. 961. Potgieserum de statu servorum apud Germ. 2. 10. 1. Vrsinum Anal. Vol. 1. lib. 1. c. 59. seqq. Lydium de re milit. 1. 6.

Στιγμὴ, ῆς, ἡ, *Punctum*, spatium angustissimum, *momentum*, (a στίζω.) Luc. 4, 5. ἐν στιγμῇ χρόνου, in puncto temporis.

Στίλβω, f. ψω, *Splendeo, luceo*, fulgeo, niteo, rutilo. Marc. 9, 3. τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, vestimenta ejus fiebant splendentia. Hesychius: στίλβει, λάμπει. στιλβῶσαι, ἀπαστράψαι.

Στοὰ,

Στοὰ, ᾶς, ἡ, *Porticus.* Joann. 5, 2. κολυμβήθρα πέντε στοὰς ἔχουσα, piſcina quinque porticus habens. Joann. 10, 23. Act. 3, 11. & 5, 12. ἡ στοὰ τοῦ Σολομῶντος, porticus Salomonis. Hic erat circa extremitatem atrii orientem verſus & inſerviebat, ut adverſus aëris inclementiam poſſent ſubintrare. Vide Hottingerum ad Goodwini Moſen & Aaron. 2. 1. 13. Lightfoot in disquiſitione chorographica Joanni præfixa c. 6. §. 2.

Στοιβάς, άδος, ἡ, *Frons, dis.* Marc. 11, 8. ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, alii vero frondes cædebant ex arboribus. Adde quæ notat Bodæus a Stapel ad Theophraſti hiſt. Plantarum 4, 11. p. 463.

Στοιχεῖον, ου, τὸ, 1) *Principium*, ex quo aliquid componitur, *elementum*, litera, rudimentum, (a στείχω, ordine incedo, quia ab elementis eſt incipiendum, ſi ordo exquiſitus obſervari debet.) ſenſu phyſico, elementa mundi. 2. Petr. 3, 10. & 12. στοιχεῖα καυσόμενα, elementa, quæ comburentur. 2) Metaph. *articuli fundamentales* alicujus doctrinæ & religionis. Hebr. 5, 12. rurſus neceſſe habetis, ut doceat aliquis vos, τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, quæ ſint principia fundamenti verborum Dei. Hinc τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου (ſcil. τούτου,) ſunt principia & fundamenta legis Moſaicæ: hebraice, יְסוֹדֵי עוֹלָם הַזֶּה Coloſſ. 2, 8. 20. εἰ ἐν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, ſi igitur mortui eſtis cum Chriſto ab elementis antiqui fœderis, ubi contextus dilucide docet, de lege Moſaica ſermonem eſſe. Intelliguntur autem per hæc elementa V. T. circumciſio & reliquæ ceremoniæ Moſaicæ, a quarum obſervatione nos Chriſtus liberavit. Gal. 4, 3. ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἤμεν δεδουλωμένοι, ſub elementis Veteris Teſt. eramus ſubjugati. Illa vero elementa v. 9. dicuntur ἀσθενῆ & πτωχὰ, in comparatione ad bona Nov. Teſt. quæ, ſi fide apprehendantur, vim ſummam habent, quum omnia opera legis nihil ad ſalutem hominis conferre queant. Sic Moſes Maimonides ſcripſit יְסוֹדֵי תּוֹרָה h. e. de articulis fundamentalibus legis Moſaicæ.

Στοιχέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Ordine procedo.* 2) *Incedo, ambulo*, (a στοῖχος, ου, ὁ, ordo, verſus, ordo militum in acie, indago & ſeries plagarum, a στείχω, ordine eo, incedo.) Metaph. uſurpatur de *vitæ ratione.* Actor. 21, 24. ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων, ſed ambulas etiam ipſe legem obſervans. Rom. 4, 12. ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως, ſed etiam iis, qui incedunt in veſtigiis fidei in præputio. Gal. 5, 25. ſi vivimus ſpiritu, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν, ſpiritu etiam ambulemus. cap. 6, 16. καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, quicunque in hac regula incedunt. Phil. 3, 16. Non autem ſolam ambulationem hæc vox denotat, ſed ſimul opus, quod in talibus viis, h. e. vivendi ratione, ſuſcipiendum eſt, vel ſuſcipi ſolet. Quam obſervationem debeo R. Salomoni ben Melech ad Pſalm. 1, 1.

Στο-

Στολή, ῆς, ἡ, *Stola, veſtis, amictus*, (a στέλλω, orno.) Marc. 12, 38. ſcribarum, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, volentium in ſtolis incedere. cap. 16, 5. περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, amictum ſtola alba. Luc. 15, 12. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, efferte ſtolam præcipuam. Metaph. Apoc. 6, 11. καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαὶ, & dati ſunt ſingulis ſtolæ albæ. cap. 7, 9. 13. 14. ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν καὶ ἐλεύκαναν τὰς στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου, laverunt ſtolas ſuas & dealbarunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

Στόμα, τος, τὸ, 1) *Os, oris.* 2. Joann. v. 12. στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι, coram loqui. 3. Joann. v. 14. Phraſis ἀνοίγειν τὸ στόμα, aperire os, i. e. loqui. Matth. 5, 2. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, & cum aperuiſſet os ſuum. 2. Cor. 6, 11. τὸ στόμα ὑμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, os noſtrum ſe aperuit apud vos. Sic Epheſ. 6, 19. ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, in apertione oris mei. 2) *Sermo, verba*, quæ os profert. Matth. 15, 8. 18, 16. 21, 16. Luc. 11, 54. 19, 22. 21, 15. ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν (i. e. στόμα σοφὸν,) ego enim dabo vobis os & ſapientiam, h. e. os, quod verba & ſermones ſapientes profert. Rom. 3, 14. 15, 6. 2. Cor. 13, 1. Coll. 3, 8. 2. Petr. 2, 22. Apoc. 2, 16. 14, 5. 3) *Rictus, fauces.* 2. Tim. 4, 17. ἐκ στόματος λέοντος, ex rictu leonis. Hebr. 11, 33. Jac. 3, 3. Metaphorice 4) *Hiatus.* Apoc. 12, 16. καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, & aperuit terra os ſuum, i. e. hiatum fecit. 5) *Acies ferri, cuſpis gladii.* Luc. 21, 24. πεσοῦνται στόματι μαχαίρας cadent acie gladii. Hebr. 11, 34. Adde hic Pfochenii diatriben §. 116. Quando de Deo uſurpatur, intelligitur 6) *Vis verbi ipſius.* 2. Theſſ. 2, 8. ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, quem Dominus conſumet ſpiritu oris ſui, h. e. verbi ſui potentis, quod eſt magis acutum, quam omnis gladius biceps. 7) *Mandatum, conſtitutio.* Matth. 4, 4. ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, ſed in omni re egrediente per os Dei, i. e. quam Deus præcipit. Sic Domini Deut. 34, 5. Jerem. 44, 17. Thren. 3, 38. 8) ἐν ἑνὶ στόματι, notat unanimiter, & cum ὁμοθυμαδὸν conjungitur Rom. 15, 6. Sic 1. Reg. 22, 13. ἰδοὺ, λαλοῦσι πάντες οἱ προφῆται ἐν στόματι ἑνὶ, ecce, loquuntur omnes Prophetæ ore uno.

Στόμαχος, ε, ὁ, *Stomachus*, ventriculus. 1. Tim. 5, 23. utere vino exiguo διὰ τὸν στομάχόν σε, ob ſtomachum tuum.

Στρατεία, ας, ἡ, *Militia*, (a στρατεύω.) Metaph. 2. Cor. 10, 4. τὰ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia. 1. Tim. 1, 18. ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν, ut dimices in illis (prophetiis) bonam militiam. Cultus Vet. Teſt. Judaicus ſæpe vocatur צבא, στρατὸς, Jeſ. 40, 2. Uſurpatur autem de miniſterio Levitarum Numer. 4, 2. 3. Paullus ergo aliud miniſterii & militiæ genus Timotheo commendat,

dat, non minoris dignationis, quam quod a Levitis & sacerdotibus obeundum fuit, & non minori accuratione observandum.

Στράτευμα, ατος, τὸ, *Exercitus*, agmen. Matth. 22, 7. Luc. 23, 11. σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτῦ, cum agminibus suis. Actor. 23, 10. 27. ἐπισὰς σὺν τῷ στρατεύματι, adveniens cum exercitu. Apoc. 9, 26. 19, 14. 19.

Στρατεύω, f. εύσω, 1) *Exercitum* in expeditionem *educo*, cum exercitu venio. 2) στρατεύω & στρατεύομαι, *milito*, stipendia facio, miles sum, (a στρατὸς, exercitus, copiæ militares sive terrestres, sive navales) 1. Cor. 9, 7. τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις; quis miles est propriis obsoniis? Hinc στρατευόμενος, miles. Luc. 3, 14. ἐπηρώτων αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, interrogabant ipsum etiam milites. 3) *Adversor*, *contrarius sum*. Jacob. 4, 1. ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν, ex voluptatibus, quæ adversantur in membris vestris. 1. Petr. 2, 11. abstinere a carnalibus concupiscentiis, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς, quæ pugnant contra animam. 4) *Miles spiritualis sum*, assiduus & strenuus sum in aliqua re, contendo. 2. Cor. 10, 3. etiamsi in carne (in corpore) ambulamus, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα, tamen non secundum carnem militamus. 2. Tim. 1, 18.

Στρατηγὸς, οῦ, ὁ, 1) *Dux exercitus*, *imperator*, (ex στρατὸς & ἡγέομαι, duco.) 2) *Magistratus* coloniarum & municipiorum, qui in provinciis de caussis levioribus judicabant: nam graviores Romam decunciabantur. Noris Cenotaphia Pisana diss. 1. c. 3. p. 32. dicti alias Duumviri. Everh. Otto de ædilibus coloniarum c. 2. p. 51. c. 12. p. 356. 357. Actor. 16, 20. καὶ προσαγαγόντες αὐτὲς τοῖς στρατηγοῖς, & cum adducerent illos magistratibus. v. 22. 35. ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τὲς ῥαβδέχες, miserunt duces lictores. 3) στρατηγοὶ τῦ ἱερῦ erant *præfecti excubiarum Leviticarum*, unde ab ἱερεῦσι distingvuntur. Mentio eorum fit Lucæ 22, 4. συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς, collocutus est summis sacerdotibus & præfectis templi. Act. 4, 1. 5, 24. 26. Vide quæ ad priorem locum notavit Lightfoot. Adde Dilherrum Disp. tom. 2. p. 16. seqq.

Στρατιὰ, ᾶς, ἡ, *Exercitus*, agmen militum, (a στρατὸς, exercitus.) 1) sunt *Angeli*. Luc. 2, 13. πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίε, multitudo exercitus cœlestis. 2) *Sidera cœli*, hebr. צְבָא. Deuter. 17, 3. Psalm. 33, 6. 148, 2. Act. 7, 42. λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τῦ οὐρανῦ, servire exercitui cœli, h. e. sideribus.

Στρατιώτης, ου, ὁ, 1) *Miles*, (a στρατιά.) Matth. 8, 9. ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, habens sub me milites. cap. 27, 27. οἱ στρατιῶται τῦ ἡγεμόνος, milites præfecti. cap. 28, 12. pecuniam multam ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις, dederunt militibus. Marc. 15, 16. Joann. 19, 2. seqq. Act. 10, 7. στρατιώτην εὐσεβῆ, militem pium. c. 12, 4. 21, 32. &c. 2) Metaph. 2. Tim. 2, 3. ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησῦ Χριςῦ, tanquam bonus miles Jesu Christi.

Στρα-

Στρατολογέω, ῶ, f. ήσω, *Exercitum conscribo*, colligo, deligo, cogo & conscribo milites, (ex στρατὸς & λέγω, lego, i. e. colligo.) 2. Tim. 2, 4. ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ, ut ei, qui delegit milites, placeat. Hesychius: στρατολογήσαντι, στρατεύσαντι.

Στρατοπεδάρχης, ε, ὁ, *Qui castris praest*, castrorum præfectus, imperator, dux & præfectus exercitus, (ex στρατόπεδον & ἀρχὴ, principatus.) Act. 28, 16.

Στρατόπεδον, ε, τὸ, *Castra, exercitus*, locus, in quo exercitus sedem figit, (ex στρατὸς & πέδον campus.) Luc. 21, 20. ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, quando vero videritis circumclusam ab exercitibus (castris) Hierosolymam.

Στρεβλόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Torqueo, distraho*, 2) *Perverto*, depravo, in alienum sensum rapio, (a στρεβλὸς, tortus, tortuosus, flexuosus, perversus, a στρέφω.) 2. Petr. 3, 16. ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, quæ indocti & infirmi pervertunt.

Στρέφω, f. ψω, 1) *Verto*, flecto, torqueo, in genere. 2) In specie: *Porrigo, obverto*. Matth. 5, 39. στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, obverte ipsi etiam alteram. 3) *Perverto*, vel torqueo, ango. Act. 7, 42. ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, pervertit vero Deus illos. 4) *Muto*, Apoc. 11, 6. στρέφειν αὐτὰ (ὕδατα) εἰς αἷμα, mutare illas (aquas) in sanguinem. 5) στρέφομαι, *Retro verto meipsum*. Aor. 2. ἐστράφην, part. στραφείς. Matth. 7, 6. καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, & postquam retro se verterunt, disrumpant vos. Luc. 7, 9. 44. στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, postquam vertit se ad mulierem. cap. 22, 61. καὶ στραφεὶς ὁ Κύριος ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ, & retro vertit se Dominus & aspexit Petrum. cap. 23, 28. Joann. 20, 14. 16. Matth. 16, 23. ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, ille vero retro vertit se & dixit Petro. Caussam, ob quam Jesus necesse habuit se retro vertere, cum discipulis suis collocuturus, vide in ἀκολουθέω, nempe, quia discipuli magistros suos ubivis gentium post terga sequebantur. Et adde Luc. 9, 55. 10, 23. Joann. 1, 38. 6) *Cursum flecto*, Act. 13, 46. στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, convertimus nos ad gentes. 7) Sensu morali. Act. 7, 39. ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον, converterunt se retro cordibus ipsorum in Aegyptum, Lactantius ad idololatriam hoc trahit libr. 4, 10. p. 376. 8) Sensu theologico, *mutor*. Matth. 18, 3. ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, nisi revertamini, mutemini & fiatis, ut pueruli.

Στρηνιάω, ῶ, f. άσω, *Luxurior*, luxuriose vivo, lascivio, (a στρῆνος.) Apoc. 18, 7. ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασεν, quanta glorificavit se & lascivivit. v. 9. Hesychius ex emendatione Jo. Alberti. στρηνῶντες, πεπλησμένοι. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ διὰ πλῆτον ὑβρίζειν καὶ βαρέως φέρειν.

Στρῆνος, εος, ες, τὸ, *Luxus, deliciæ*. Apoc. 18, 3. ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν, ex potenti luxu ipsius divites facti

facti sunt. 2. Reg. 19, 28. τὸ τρῆνος σε ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου, & insolentia tua pervenit ad aures meas.

Στρθίον, ου, τὸ, *Passerculus*, (dimin. a στρθὸς, passer.) Matth. 10, 29. 31. πολλῶν στρθίων διαφέρετε, multis passerculis præstatis. Luc. 12, 6. 7.

Στρωννύω, στρώννυμι, f. στρώσω, 1) *Sterno*, i. e. dejectum humi expando. Matth. 21, 8. ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ, populus straverunt vestimenta sua in viam. Marc. 11, 8. 2) *Lapidibus sterno*. Marc. 14, 15. ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, cœnaculum magnum lapidibus stratum. Luc. 22, 12. 3) *Lectum sterno*. Actor. 9, 34. ἀνάστηθι καὶ στρῶσον σεαυτῷ, surge & sterne tibi ipsi lectum.

Στυγητὸς, ὴ, ὸν, *Odiosus, horribilis*, qui odio & horrori est, odio dignus, (a στυγέω, odio prosequor, odi, reformido, ut diabolum, nam est a Στὺξ, υγὸς, Styx, fluvius infernalis.) Tit. 3, 3. στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους, odiosi, odio habentes nos invicem. Hesychius: στυγητοὶ, μισητοὶ, χαλεποὶ, φοβεροί.

Στυγνάζω, f. σω. 1) *Ater sum*. Matth. 16, 3. στυγνάζων ὁ οὐρανὸς, atrum est cœlum. 2) *Tristor, tristitia adficior*, (a στυγὸς, odiosus, gravis, tristis, terrificus.) Marc. 10, 22. ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ille vero tristatus est verbo hoc. Ezech. 32, 10. καὶ στυγνάσουσιν ἐπί σε ἔθνη πολλὰ, & populi super te multum contristabuntur.

Στύλος, ου, ὁ, 1) *Columna*, Apoc. 10, 1. & pedes ejus ὡς στῦλοι πυρὸς, tanquam columnæ ignis, i. e. igneæ. 2) Metaphorice accipitur 1. Tim. 3, 15. Ecclesia Dei est στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, columna & fundamentum veritatis. 3) *Præcipuus, primarius*. Gal. 2, 9. οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, qui videntur columnæ esse, h. e. præcipui & primarii inter Christianos. Sic enim Apostolos olim habitos & vocatos esse pluribus exemplis ostendit Patric. Junius in notis ad Clementis 1. ad Corinth. p. 8. Quæ res tamen nullam prioritatem aut superioritatem infert. Apoc. 3, 12. ποιήσω αὐτὸν στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, faciam ipsum columnam in templo Dei mei.

Στωϊκὸς, ὴ, ὸν, *Stoicus*, (a στοὰ, porticus.) Act. 17, 18. καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων, & Stoicorum philosophorum quidam.

Σὺ, *Tu*, pronomen personale. Matth. 2, 6. καὶ σὺ Βηθλεὲμ, & tu Bethlehem. cap. 3, 14. καὶ σὺ ἔρχη πρός με, & tu venis ad me. Genitiv. σοῦ, cum circumflexo tanquam pronomen personale adhibetur Matth. 2, 6. ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται, ex te egredietur. cap. 3, 14. ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, a te baptizari. cap. 4, 6. 6, 3. σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, cum vero tu facis eleemosynam. cap. 17, 27. ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, pro me & te. Luc. 2, 35. σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν, tuam vero ipsius animam. Sine circumflexo, ut enclitica adhibetur pro adjectivo σὸς, σὴ, σὸν. Matth. 1, 20. τὴν γυναῖκά σε, uxorem tuam. c. 4, 7. τὸν Θεόν σε, Deum tuum. cap. 6, 13. ὅτι σοῦ ἐστιν

ἡ βασιλεία, nam tuum est regnum. Luc. 4, 7. ἔσαι σὰ πάντα, erunt tua omnia. Dativus σοί. Matth. 21, 5. Rex tuus ἔρχεταί σοι πραὺς, venit tibi (h. e. in honorem & commodum tuum.) contra Apoc. 2, 16. μετανόησον, εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχὺ, pœnitentiam age, alias vero veniam tibi (h. e. ad te puniendum.) Accus. σε. Plur. nomin. ὑμεῖς, Genit. ὑμῶν, quod primo explet locum pronominis personalis. Matth. 5, 12. προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν (sc. ὄντας,) prophetas, qui erant ante vos. cap. 6, 27. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν; quis vero ex vobis? cap. 15, 7. προεφήτευσε περὶ ὑμῶν, vaticinatus est de vobis. c. 17, 17. 23, 15. ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν, facite ipsum filium gehennæ duplo magis quam vos. Marc. 7, 6. bene vaticinatus est Esaias περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, de vobis hypocritis. Luc. 22, 10. εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, ingressis vobis in urbem. Joann. 1, 26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, medius vero vestrum stetit. cap. 5, 45. ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν, Μωσῆς, est, qui accusat vos, Moses. cap. 8, 7. ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, qui sine peccato inter vos est. v. 55. ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν ψεύστης, ero similis vestrum, mendax. c. 15, 18. ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν, me prius, quam vos, odio habuit. Act. 1, 7. οὐχ ὑμῶν ἐστι, non vestrum est. 1. Cor. 5, 4. συναχθέντων ὑμῶν, καὶ ἐμοῦ πνεύματος, congregatis vobis & spiritu meo. 1. Thess. 5, 12. καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, qui præsunt vobis in Domino. Hebr. 3, 12. μή ποτε ἔσαι ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ, ne forte sit in quodam vestrum cor malum. Deinde genit. ὑμῶν ponitur adjective, pro ὑμέτερος. Matth. 5, 12. ὁ μισθὸς ὑμῶν, merces vestra. v. 16. 20. ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, justitia vestra. 1. Cor. 3, 21. & 22. πάντα ὑμῶν ἐστιν, omnia vestra sunt. cap. 16, 14. πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω, omnia vestra in amore fiant. 2. Cor. 12, 14. οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν (sc. ὄντα, sive ὑπάρχοντα κτήματα,) non enim quæro ea, quæ vestra sunt bona. Dativus: ὑμῖν. 2. Cor. 5, 13. εἴτε - εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν, sive - sive sapimus, id fit vobis (in utilitatem vestram.) cap. 12, 20. κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε, & ego inveniar a vobis, qualem non vultis. Gal. 4, 16. ἀληθεύων ὑμῖν, vera loquens vobis, accus. ὑμᾶς. 2) Hoc pronomine quivis homo comprehenditur, & explicandum est de iis, ad quos potest accommodari. Matth. 6, 6. σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, tu vero, (quisquis es,) quando precaris. v. 17. Rom. 2, 3. num putas hoc, o homo, - ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ, quod tu effugiturus sis judicium Dei. cap. 9, 20. 11, 17. 1. Cor. 14, 17. Gal. 6, 1.

Συγγένεια, ας, ἡ, *Cognatio*, adfinitas, propinquitas, prosapia, (a συγγενής.) Luc. 1, 61. ἐν τῇ συγγενείᾳ σε, in adfinitate tua. Act. 7, 3. egredere ex terra tua, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σε, & ex adfinitate tua. v. 14.

Συγγενὴς, ἐος, ὁ, ἡ, *Consanguineus*, *cognatus*, propinquus, gentilis, (ex σὺν & γένος, genus.) Marc. 6, 4. ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, in patria sua, & in cognatis. Luc. 1, 36. Ἐλι-

Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σε, Eliſabet cognata tua: ubi obiter notandum, non eſſe magnam hîc difficultatem fingendam de cognatione inter Mariam, ex tribu Judæ, & Eliſabetam, ex tribu Levi oriundam: nam potuiſſe ex diverſis tribubus connubia jungi, oſtendit Buxtorfius Catalect. c. 24. & tantum a Deo prohibita olim fuit diſtractio hæreditatum. Rom. 9, 3. ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν με τῶν συγγενῶν με κατὰ σάρκα, pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem.

Συγγνώμη, ης, ἡ, *Venia, conſenſus*, indulgentia, conceſſio, permiſſio, (a συγγινώσκω, ſimul ſentio, conſentio, ignoſco, ex σὺν & γινώσκω, cognoſco.) 1. Cor. 7, 6. τῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, hoc vero dico ſecundum conſenſum.

Συγκάθημαι, *Conſideo*, (ex σὺν & κάθημαι, ſedeo.) Marc. 14, 54. καὶ ἦν συνκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, & conſidebat cum miniſtris. Act. 26, 30. καὶ οἱ συνκαθήμενοι αὐτοῖς, & qui conſidebant cum illis.

Συγκαθίζω, f. σω, p. ικα, 1) *Simul ſedeo*, (ex σὺν & καθίζω, ſedere facio.) Luc. 22, 55. συγκαθισάντων αὐτῶν, quum ſimul illi ſederent, vel: cum illi ſeſe collocaſſent. 2) *Simul ſedere facio*, una colloco. Epheſ. 2, 6. καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπυρανίοις, & una collocavit (eos) in cœleſtibus.

Συγκακοπαθέω, f. ήσω, *Una patior*, ſimul malis adficior, adflictionum ſum particeps, (ex σὺν & κακοπαθέω, malum patior, malis adfligor, ex κακὸς malus & πάσχω, patior.) 2. Tim. 1, 8. ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ ἐυαγγελίῳ, ſed una patere cum evangelio. Vide ſupra κακοπαθέω.

Συγκακουχέομαι, οῦμαι, *Una affligor*, una conflictor malis, (ex σὺν & κακουχέω, male tracto.) Hebr. 11, 25. συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τῦ Θεῦ, una affligi cum populo Dei.

Συγκαλέω, ῶ, f. ήσω, *Convoco, congrego*, (ex σὺν & καλέω, voco.) Marc. 15, 16. συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν, convocant totam cohortem. Luc. 15, 6. συγκαλεῖ τὺς φίλυς, convocat amicos. Actor. 5, 21. συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον, congregarunt Synedrium, συγκαλεῖμαι, idem. Luc. 9, 1. συγκαλεσάμενος δὲ τὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτῦ, poſtquam vero convocavit duodecim diſcipulos ſuos. cap. 15, 9. 23, 13. Act. 10, 24. 28, 17.

Συγκαλύπτω, f. ψω, *Contego, cooperio*. Luc. 12, 2. οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, nihil vero contectum eſt.

Συγκάμπτω, f. ψω, *Inflecto, incurvo*, flexuoſe contraho, (ex σὺν & κάμπτω, flecto.) Metaph. Rom. 11, 10. καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον, & tergum ipſorum ſemper inflecte.

Συγκαταβαίνω, f. ήσομαι, *Simul* & una *deſcendo*, (ex σὺν & καταβαίνω, deſcendo.) Act. 25, 5.

Συγκατατίθημι, *Una depono*. συγκατατίθεμαι, *Adſentior, adſtipulor*, (ex σὺν & κατατίθημι, depono.) Luc. 23, 57. ἔτος ἐκ

ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ, hic non erat assensus consilio ipsorum. Plura exempla adfert Jo. Alberti Obs. Philol. p. 201.

Συγκατάθεσις, εως, ἡ, *Adsensio, approbatio*, consensus, (a συγκατατίθημι.) 2. Cor. 6, 16. τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; qualis vero compositio templo Dei cum idolis? Eodem sensu utuntur Polybius & Arrianus, teste Elsnero Obs. sacr. tom. 2. p. 149. Hesychius: συγκατάθεσις, συμφώνησις.

Συγκαταψηφίζω, f. ίσω, 1) *Una damno* seu condemno. 2) *Communibus suffragiis adnumero*, (ex σὺν & καταψηφίζω, calculis computo, quod est ex κατὰ & ψῆφος, calculus.) Actor. 1, 26. καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων, & adnumeratus est cum undecim apostolis.

Συγκεράννυμι sive συγκερανύω, 1) *Commisceo*, (ex σὺν & κεράννυμι, misceo.) 1. Cor. 12, 24. ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, Deus contemperavit corpus. 2) *Conjungo, adjungo*. Hebr. 4, 2. μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν, verbum non conjunctum cum fide in audientibus.

Συγκινέω, ῶ, f. ήσω, *Una* vel *simul moveo*, una agito, commoveo, concito, concieo, (ex σὺν & κινέω, moveo.) Act. 6, 12. συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, & concitarunt populum.

Συγκλείω, f. είσω, 1) *Concludo, occludo*, (ex σὺν & κλείω, claudo.) Luc. 5, 6. συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολύ, concluserunt piscium multitudinem magnam. 2) Metaph. adstringo, constringo, coarcto, comprimo. Rom. 11, 32. συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, sensus: interea Deus omnes tam Judæos, quam gentiles, incredulitate constrictos tenuit, ut illam agnoscentes, desperantes quoque, se hoc modo salutem posse consequi, se ad Deum convertant, atque ita misericordiæ ipsius participes fiant. Gal. 3, 22. συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, adstrinxit Scriptura omnia sub peccatum. Sensus: lex nos omnes peccatis nostris anxit, ut eo citius de Servatore solliciti essemus, per quem vero non nisi fide justificamur. v. 23.

Συγκληρονόμος, ου, ὁ, ἡ, *Cohæres*, (ex σὺν & κληρονόμος, hæres.) Rom. 8, 17. συγκληρονόμοι τοῦ Χριστοῦ, cohæredes Christi. Ephes. 3, 6. τὰ ἔθνη συγκληρονόμα, gentes cohæredes. Hebr. 11, 9. τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς, cohæredum promissionis ejusdem. 1. Petr. 3, 7. συγκληρονόμοις χάριτος ζωῆς, cohæredibus gratiæ vitæ, i. e. vitæ ex gratia accepta.

Συγκοινωνέω, ῶ, f. ήσω, *Una participo*, una sum particeps una communico, commercium habeo, (ex σὺν & κοινωνέω, particeps sum.) Ephes. 5, 11. καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις, & ne commercium habete cum operibus infructuosis tenebrarum. Phil. 4, 14. συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει, qui una participes fuerunt afflictionis meæ. Apoc. 18, 4. ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, ne una participes fiatis peccatorum ipsius.

Συγκοι-

Συγκοινωνὸς, ὁ, ἡ, 1) *Una particeps, consors,* (a præced. & ex iisdem.) Rom. 11, 17. συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης, una particeps radicis. 1. Cor. 9, 23. Philipp. 1, 7. συγκοινωνούς με τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας, qui omnes ejusdem gratiæ mecum participes estis. 2) *Socius.* Apoc. 1, 9. καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει, & socius in adflictione - Jesu Christi.

Συγκομίζω, f. ίσω, 1) *Una porto,* simul fero, aut duco, (ex σὺν & κομίζω, porto, fero.) 2) *Una effero,* una funus curo, mortuum ad sepulturam compono, *ich beschicke.* Act. 8, 2. συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, funus Stephani curarunt viri pii. Est verbum funebre, unde συγκομιδὴ apud Herodianum. Nicolai de luctu Græcorum cap. 4. §. 3. Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 397.

Συγκρίνω, *Comparo, confero,* (ex σὺν & κρίνω, judico.) 1. Cor. 2, 13. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, cum hominibus spiritualibus spiritualia conferentes. 2. Cor. 10, 12.

Συγκύπτω, f. ψω, *Incurvo me,* incurvus vel inflexus sum, (ex σὺν & κύπτω, pronus sum.) Luc. 13, 11. καὶ ἦν συγκύπτουσα, & erat incurva.

Συγκυρία, ας, ἡ, *Casus,* quod forte evenit, (a συγκυρέω, accido, evenio, ex σὺν & κυρέω, incido.) Luc. 10, 31. κατὰ συγκυρίαν δὲ, fortuito vel casu vero.

Συγχαίρω, *Una gaudeo,* lætor cum lætante, *congaudeo,* congratulor, (ex σὺν & χαίρω, gaudeo.) Construitur cum Dativo, ex præpositione σύν. Luc. 1, 58. καὶ συνέχαιρον αὐτῇ, & una gaudebant cum illa. cap. 15, 61. & 9. συγχάρητέ μοι, (aor. 2. pass. conj.) una lætamini mecum. 1. Cor. 12, 26. 13, 6. amor συγχαίρει τῇ ἀληθείᾳ, congaudet veritati. Philipp. 2, 17. 18.

Συγχέω vel συγχεύω, f. εύσω, 1) *Confundo, permisceo,* confundendo misceo, (ex σὺν & χεύω, fundo.) 2) *Perturbo,* confusum reddo. Actor. 21, 27. συνέχεον (aor. 2. ind.) πάντα τὸν ὄχλον, commovebant omnem populum. Vide συγχύνω. Hesychius: σύγχα, τάραττε. συγχεῦσαι, συγχέαι, συγκόψαι, συντρίψαι.

Συγχράομαι, ῶμαι, simul vel una utor, *Commercium habeo* cum aliquo, familiariter utor aliquo, *conversor,* communi cibo aut mensa cum aliquo utor, (ex σὺν & χράομαι, utor.) Joann. 4, 9. οὐ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, non conversantur Judæi cum Samaritanis. Alias quidem in rebus civilibus Judæi cum Samaritanis consuetudinem habere poterant, fructus quoque & cibi ipsorum, ut ex v. 8. constat, non prorsus erant interdicti. Hoc vero erat illicitum, cibis more Samaritico præparatis ex eadem patina cum iisdem uti. Hinc quoque mulier mirata est, quod Christus ex hydria illius aquam bibere volebat. Lightfootus ad h. l. Plutarchus περὶ παιδ. p. 13. ἵνα μὴ συναναχρωννύμενοι βαρβάροις &c.

Συγχύνω vel συγχύω, 1) *Confundo,* metaph. *perturbo, commo-*

veo, (ex σὺν & χύνω pro χύω, fundo.) Actor. 2, 6. συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, convenit multitudo & confusa est. c. 19, 32. ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, erat enim conventus in confusionem perductus. cap. 21, 31. Hesychius: σύγχυτο, συνεχύθη, συνεταράχθη. 2) *Commoveo*, Actor. 9, 22. καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους, & commovebat Judæos. Sic Syrus: h. e. argumentis solidis infidelitatem ipsorum convincebat.

Σύγχυσις, εως, ἡ, *Confusio*, *conturbatio*, (a συγχύω.) Act. 19, 29. ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως, impleta est urbs tota conturbatione. Hesychius: σύγχυσις, μίξις, θόρυβος, ἀφανισμός.

Συζάω, ῶ, f. ήσω, *Una vivo*, simul cum aliquo vivo, (ex σὺν & ζάω, vivo.) de vita naturali 2. Cor. 7, 3. εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζεῖν, ad simul moriendum & simul vivendum, de vita spirituali & æterna. Rom. 6, 8. συζήσομεν αὐτῷ, una vivemus cum ipso (scil. Christo.) 2. Tim. 2, 11.

Συζεύγνυμι vel συζευγνύω, f. ζεύξω, *Conjungo*, *copulo*, connubio jungo, (ex σὺν & ζεύγνυμι, jungo.) Matth. 19, 6. & Marc. 10, 9. ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, quod igitur Deus conjunxit. Exempla dedit Elsnerus tom. 1. Obs. sacr. p. 153.

Συζητέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Conquiro*, una rationes ad rei alicujus indagationem confero, (ex σὺν & ζητέω, quæro.) 2) *Disputo*, ex more veterum disputationum, quæ fiebant per quæstiones & responsiones, ut videre est in dialogis Platonis. Marc. 1, 27. ὥστε συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς, ita ut disputarent secum invicem. cap. 8, 11. ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, disputabant cum ipso. c. 9, 14. 16. 12, 28. Luc. 22, 23. 24, 15. Act. 6, 9. συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ, disputantes cum Stephano. c. 9, 29.

Συζήτησις, εως, ἡ, *Disputatio*, disceptatio, (a συζητέω.) Act. 15, 2. & 7. πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, multa vero disceptatione facta. cap. 28, 29.

Συζητητής, οῦ, ὁ, *Disputator*, curiosus & scrutator rei, (ab eodem.) 1. Cor. 1, 20. ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; ubi est disputator mundi hujus, i. e. Judaicus. Hebr. est דַּרְשָׁן, subtilis disputator a rad. דרש disquirere, disceptare, unde מִדְרָשׁ, sensus subtilis, allegoricus vel mysticus. Vide Fullerum Misc. 7, 7. & in appendice, contra Drusium Obs. 4, 6. & ad h. l. qui phrasin aliunde deducit. Addit vero Apostolus bis τοῦ αἰῶνος τούτου, quæ verba apud Jesaiam. 29, 14. unde Paullus allegavit, non leguntur, ut manifestum sit, eum agere cum Judæo quodam. Confer infra c. 2, 6. Adde Witsium Misc. libr. 2. dissert. 6. §. 11. sq.

Σύζυγος, ου, ὁ, ἡ, *Conjunctus*, copulatus, *compar*, conjux, item *socius*, (a σὺν & ζυγὸς, jugum.) Philipp. 4, 3. σύζυγε γνήσιε, socie genuine.

Συζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, *Convivifico*, una vel simul vivifico, (ex σὺν & ζωοποιέω, vivifico.) Ephes. 2, 5. ἡμᾶς συνεζωοποίησε Χριστῷ, nos simul vivificavit cum Christo. Col. 2, 13.

Συκά-

Συκάμινος, ε, ἡ, *Sycaminus*, sycomorus, morus, nomen arboris. Luc. 17, 6. ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, si diceretis sycamino huic. 2. Paral. 1, 15. & 9, 27. Salomon ἔθηκε τὰς κέδρους ὡς συκαμίνους τὰς ἐν τῇ πεδινῇ εἰς πλῆθος, cedros tam multas fecit Hierosolymis, sicut sycaminos campestres. Vide Theophrastum hist. Plant. 4, 2. ibi Bodæum a Stapel, Salmasium ad Solinum c. 32. p. 333. Hesychius: συκάμινα, ἡ παρ' ἐνίοις μορέα, τὸ δένδρον καὶ ὁ καρπός.

Συκῆ, ῆς, ἡ, *Ficus*, arbor, (est contractum a συκέη.) Matth. 21, 19. καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ, & exaruit statim ficus. c. 24, 32. ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε, a ficu discite. Luc. 13, 6. Joann. 1, 49. antequam te Philippus vocabat, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, qui eras sub ficu, vidi te. Judæi preces & lectiones suas sub arboribus tractare soliti sunt, prout ostendit Lightfootus in Horis. Idem ergo fecisse Nathanaelem Christus his verbis innuit.

Συκομωραία, ας, ἡ, *Sycomorus*, arbor, (a σῦκον, ficus, & μωρέα ἡ, morus, arbor.) Luc. 19, 4. ἀνέβη ἐπὶ συκομωραίαν, ascendit in sycomorum. De illa arbore agunt Salmasius ad Solinum cap. 32. p. 326. Bodæus a Stapel ad Theophrasti hist. Plantarum 4, 6. p. 400.

Σῦκον, ε, τὸ, *Ficus*, fructus, (a συκῆ.) Matth. 7, 16. Marc. 11, 13. ἡ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων, non enim erat tempus ficuum. Jacob. 3, 12.

Συκοφαντέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Sycophantor*, sycophantam ago, falso calumnior, falsas dilationes comminiscor, (a συκοφάντης, sycophanta, calumniator, delator, proprie, qui indicat, si quis ficus vetitas exportet, ex σῦκον & φαίνω, indico. Athenis enim erat vetitum ficus exportare, adeo illi, qui contra hoc institutum prævaricantes indicabant συκοφαντεῖν dicebantur.) 2) Per Synecdochen speciei, quamvis *fraudulentam*, simul tamen violentam, *actionem* & deceptionem denotat: per calumniam alicui aliquid extorqueo. Luc. 3, 14. μηδὲ συκοφαντήσητε, neque injuria adficite. c. 19, 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, si cujus aliquid fraude intercepi. Aquila, Symmachus & Theodotion radicem עשׁק, violenter agere, opprimere, sæpe vertunt συκοφαντεῖν. Genes. 26, 20. Levit. 6, 2. 4. Psalm. 74, 8. 119, 12. Jobi 35, 9. Hesychius: συκοφάντης, ψευδοκατήγορος, κακοπράγμων. συκοφάνται, οἱ ἐπηρεάζοντες.

Συλαγωγέω, ῶ, f. ήσω, *Prædas ago*, prædam abigo, deprædor, *spolio*, (ex σύλη & ἄγω, duco.) Col. 2, 8. βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας, videte, ne quis vos spoliet per philosophiam. Hesychius: συλαγωγῶν, ἀπογυμνῶν.

Συλάω, ῶ, f. ήσω, *Spolio*, *deprædor*, compilo, adimo, detraho, eripio, (a σύλη, præda, spolium.) 2. Cor. 11, 8. ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, alias ecclesias, compilavi. Hesychius: συλᾶν, ἀφαιρεῖσθαι, γυμνεῖν, σκυλεύειν.

Συλαλέω, ῶ, f. ήσω, *Colloquor*, (ex σὺν & λαλέω, loquor.) Matth. 17, 3. μετ' αὐτῶ συλαλοῦντες, cum ipso colloquentes. Marc. 9, 4. Luc. 4, 36. συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, colloquebantur ad se invicem. cap. 9, 30. 22, 4. συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι, collocutus est cum summis sacerdotibus. Act. 15, 12.

Συλαμβάνω, f. λήψομαι, 1) *Comprehendo*, complector, (ex σὺν & λαμβάνω, accipio, sumo.) 2) *Comprehendo*, *manum alicui injicio*. Matth. 26, 55. egressi estis συλλαβεῖν με, comprehendendi caussa me. Luc. 22, 54. Act. 1, 6. τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν, iis, qui comprehendebant Jesum. cap. 12, 3. 23, 27. τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, virum hunc comprehensum a Judæis. cap. 26, 21. ἕνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, propter hæc me Judæi comprehendebant in templo. 3) *Capio*, de captura piscium. Luc. 5, 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ἣ συνέλαβον, in captura piscium, quam capiebant. 4) *Concipio*, in utero, de fœmina. Luc. 1, 24. συνέλαβεν Ἐλισάβετ, concepit Elisabeta. v. 31. 36. 2, 21. Metaph. Jacob. 1, 15. ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα, concupiscentia, quæ concepit. Hesychius: συλλήψεται, ἐν γαστρὶ ἕξει. 5) συλλαμβάνομαι, *Opitulor*, adjuvo: cum dativo. Luc. 5, 7. nuebant sociis - τοῦ συλλαβέσθαι αὐτοῖς, opitulandi ipsis caussa. Phil. 4, 3. συλλαμβάνου αὐταῖς, opitulare ipsos. Hesychius: συλλαμβάνει, βοηθεῖ. συλλήψεται, ὑπερασπιεῖ.

Συλέγω, f. ξω, *Colligo*, *congrego*, (ex σὺν & λέγω, lego pro colligo. Matth. 13, 30. συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, colligite primum zizania. v. 41. 48. Luc. 6, 44. ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, non ex spinis colligunt ficus.

Συλλογίζω, f. ίσω, *Delectum habeo*, συλλογίζομαι, *colligo*, *ratiocinor*, argumentor, (ex σὺν & λογίζομαι, rationem ineo.) Luc. 20, 5. οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτούς, illi vero ratiocinabantur apud se invicem. Hesychius: συλλογισάμενος, συναγαγὼν τὸν λογισμὸν καὶ θεωρήσας.

Συλυπέομαι, ήμαι, *Condoleſco*, alterius dolore moveor, (ex σὺν & λυπέομαι, doleo.) Marc. 3, 5. συλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, condolens de induratione cordis ipsorum.

Συμβαίνω, f. ήσομαι, *Evenio*, *contingo*, accido, (ex σὺν & βαίνω, eo.) Marc. 10, 32. dicebat illis τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, ea, quæ futura erant, ipsi contingere. Act. 3, 10. ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ, de eo, quod acciderat ipsi. c. 20, 19. 21, 35. συνέβη βασταζεσθαι αὐτὸν, contigit, ut portaretur ille. 1. Cor. 10, 11. 1. Petr. 4, 12. 2. Petr. 2, 22. συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς, evenit ipsis. Perf. part. συμβεβηκὸς, accidens. Luc. 24, 14. περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων, de his omnibus, quæ acciderant.

Συμβάλλω, 1) *Confero*, *congero*, comparo, colligo, diligenter considero, (ex σὺν & βάλλω, jacio.) Luc. 2, 19. συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, conferens (illa verba) in corde ipsius. 2) *Disputo*, sententias confero. Act. 4, 15. συνέβαλλον πρὸς ἀλλήλους (sc.

(sc. βελὰς,) conferebant inter se invicem consilia. cap. 17, 18. συνέβαλον αὐτῷ disputabant cum ipso. c. 18, 27. συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι, disputabat multum cum illis, qui fidem receperant. Hesychius: συμβαλεῖν, διακρῖναι. 3) *Confligo, congredior.* Luc. 14, 31. συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, confligere cum altero rege in bello. 4) *Occurrere.* Actor. 20, 14. ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, cum vero occurreret nobis Assi. εἰς ponitur pro ἐν. Ita Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 462. Hesychius: συμβέβληται, ἀπαντᾷ.

Συμβασιλεύω, f. εύσω, *Una regno,* (ex σὺν & βασιλεύω, regno.) 1. Cor. 4, 8. ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν, ut etiam nos vobiscum regnaremus. 2. Tim. 2, 12. si sustinemus, καὶ συμβασιλεύσομεν, etiam una regnabimus. Hoc verbo utitur Lucianus Dial. Deorum p. 213. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνεσι τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ. Epictetus Enchir. c. 21.

Συμβιβάζω, 1) *Concilio, colligo,* accommodo, convenire facio, coire in amicitiam facio, ad amicitiam fœdusque adduco, (ex σὺν & βιβάζω, eo.) Ephes. 4, 16. corpus - καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς, & quod conciliatur per omnem commissiuram. Col. 2, 19. & v. 2. συμβιβαθέντων ἐν ἀγάπῃ conciliatorum in amicitiam in amore. Hesychius: συμβιβάζει, εἰς φιλίαν ἄγει ἢ συκαλᾶ. 2) *Doceo, instruo,* demonstro, assentiri cogo, collatis Scripturæ locis probo. συμβιβάζω scil. μαρτύρια, colligo testimonia. Actor. 9, 22. συμβιβάζων, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, docens, quod hic sit Messias. Syrus: demonstrans. cap. 16, 10. 1. Cor. 2, 16. quis vero cognovit mentem Domini, ὃς συμβιβάσει αὐτὸν, qui docebit eum. Judic. 13, 8. συμβιβασάτω ἡμᾶς, τι ποιήσομεν τῷ παιδίῳ τῷ τικτομένῳ, doceat nos, ostendat nobis, quid faciamus puero nascituro. Jamblichus de vita Pythag. n. 60. συμβιβάζων, confirmans, quod doctrina in hominibus mente præditis cuncta domentur. Hesychius: συμβιβαθέντες, διδαχθέντες, διαλεχθέντες. Συμβίβασις, πᾶσις, διδαχὴ, πίσις. συμβιβάτω, διδαξάτω.

Συμβουλεύω, f. εύσω, 1) *Consulo, consilium do,* auctor sum, suadeo, (ex σὺν & βουλεύω, consilium agito.) Joann. 18, 14. Apoc. 3, 18. συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ, suadeo tibi, ut emas a me. 2) Med. *consulto, delibero,* consilium ineo, agito. Matth. 26, 4. καὶ συνεβουλεύσαντο, ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, & consultarunt, ut Jesum dolo caperent. Joann. 11, 53. Act. 9, 23.

Συμβούλιον, ίκ, τὸ, 1) *Consilium,* (ex σὺν & βουλὴ, consilium.) Matth. 12, 14. 22, 15. & 27, 1. συμβούλιον, ἔλαβον, consilium capiebant. Marc. 3, 6. συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, consilium faciebant contra ipsum. 2) *Concilium.* Act. 25, 12. τότε ὁ Φῆστος συλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, tunc Festus collocutus est cum concilio, cœtu senatorum.

Σύμβουλος, ε, ὁ, ἡ, *Qui consilium dat,* consiliarius, consultor,

qui est a consiliis, suasor, (ex iisdem.) Rom. 11, 34. ἢ τίς σύμβουλος αὐτῦ ἐγένετο; aut quis consiliarius ipsius fuit?

Συμεών, ὁ, 1) *Simeon*, nomen viri hebraicum indeclinabile, (a rad. שמע, audivit.) Primus fuit unus ex Patriarchis, duodecim filiis Jacob. Apoc. 7, 7. ἐκ φυλῆς Συμεών, ex tribu Simeonis. 2) Quidam ex posteris Abrahami. Luc. 3, 30. 3) Ille vir justus, qui Jesum puerum ulnis excepit. Luc. 2, 25. 34. εὐλόγησεν αὐτὰς Συμεών, benedixit illis Simeon. 4) Nomen Apostoli cujusdam. Act. 13, 1. 15, 14. 5) Cognomen Petri. 2. Petr. 1, 1.

Συμμαθητής, ῆ, ὁ, *Condiscipulus*, (ex σὺν & μαθητής, discipulus.) Joann. 11, 16.

Συμμαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, *Una testor, simul testificor*, testimonio meo comprobo, (ex σὺν & μαρτυρέω, testor.) Rom. 2, 15. 9, 1. συμμαρτυρούσης αὐτῶν συνειδήσεως, simul testificante ipsorum conscientia. cap. 8, 16. καὶ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, & Spiritus S. contestatur Spiritui nostro. Apoc. 22, 18.

Συμμερίζομαι, Una partem accipio, *Participo*, (ex σὺν & μερίζω, divido.) 1. Cor. 9, 13. τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται, altaris una participant.

Συμμέτοχος, ε, ὁ, ἡ, *Consors, una particeps*, (a συμμετέχω, ex σὺν & μετέχω.) Ephes. 3, 6. εἶναι τὰ ἔθνη - συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτῦ, ut sint gentes una consortes promissionis ejus. cap. 5, 7.

Συμμιμητής, ῆ, ὁ, *Una imitator*, (ex σὺν & μιμητής, imitator.) Phil. 3, 17. συμμιμηταί μου γίνεσθε, estote mei imitatores.

Σύμμορφος, ε, ὁ, *Conformis*, (ex σὺν & μορφή, forma.) Rom. 8, 29. συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, conformes imagini filii ejus. Philipp. 3, 21.

Συμμορφόω, ῶ, f. ώσω, *Conformem facio*. συμμορφοῦμαι, conformis fio, (a præced.) Philip. 3, 10. συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, conformis morti ejus.

Συμπαθέω, ῶ, f. ήσω, *Una patior*, simul adfligor, condoleo, una cum alio adficior malis ejus, (a συμπαθής.) Hebr. 4, 15. συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, condolere infirmitatibus nostris. cap. 10, 34.

Συμπαθής, έος, ὁ, ἡ, Mutuo molestiarum sensu adfectus, *qui eodem adfectu est*, qui simul cum alio adficitur & angitur ejus malo, adfectuosus, (ex σὺν & πάθος adfectus.) 1. Petr. 3, 8. ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, unanimi, adfectuosi.

Συμπαραγίνομαι, Una accedo, *una adsum*, (ex σὺν & παραγίνομαι, accedo.) Luc. 23, 48. καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι, & omnes, qui (advenerant) una accesserant populi. 2. Tim. 4, 16. οὐδείς μοι παρεγένετο, nemo mihi una aderat.

Συμπαρακαλέω, ῶ, f. έσω, *Una advoco* vel adhortor. συμπαρα-

παρακλῆσις, *communem exhortationem* vel consolationem *percipio*, (ex σὺν & παρακαλέω, adhortor, consolor.) Rom. 1, 12.

Συμπαραμένω, f. ενῶ, *Simul maneo*, semper adsum, permaneo, (ex σὺν & παραμένω, permaneo.) Philipp. 1, 25. συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, simul permanebo omnibus vobis.

Συμπάρειμι, Una seu *simul adsum*, (ex σὺν & πάρειμι, adsum.) Act. 25, 24. πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, omnes viri, qui una nobiscum adsunt.

Συμπάσχω, *Simul patior, compatior*, (ex σὺν & πάσχω, patior.) Rom. 8, 17. εἴπερ συμπάσχομεν, si quidem simul patimur. 1. Cor. 12, 26. συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, simul patiuntur omnia membra.

Συμπέμπω, f. ψω, *Una* vel *simul mitto*, (ex σὺν & πέμπω, mitto.) 2. Cor. 8, 18. συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, una misimus vero cum ipso fratrem. v. 22.

Συμπεριλαμβάνω, *Simul comprehendo*, circumligo, circumdo velut veste, (ex σὺν & περιλαμβάνω, comprehendo.) Actor. 20, 10. Paullus imponebat se ipsi, καὶ συμπεριλαβὼν & complectebatur eum.

Συμπίνω, *Una bibo*, (ex σὺν & πίνω, bibo.) Act. 10, 41. καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, & una bibimus cum eo.

Συμπληρόω, ῶ, f. ώσω, *Compleo, expleo*, (ex σὺν & πληρόω, impleo.) 1) Luc. 8, 23. καὶ συνεπληροῦντο, & explebantur (scil. aquis.) 2) Act. 2, 1. καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, & cum compleretur dies pentecostes. Non notat diem pentecostes jam præteriisse, sed tantum advenisse. Sic Luc. 9, 51. 2, 21. 22. Glassius Rhetoric. S. libr. 3. tract. 6. can. 7. col. 1051. 1052.

Συμπνίγω, f. ξω, 1) *Suffoco*, (ex σὺν & πνίγω, suffoco.) Metaph. Matth. 13, 22. συμπνίγει τὸν λόγον, suffocat, supprimit verbum. Marc. 4, 7. 19. Luc. 8, 14. 2) *Coarcto*, & coarctando quasi suffoco. Luc. 8, 42. ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν, populi coarctabant eum.

Συμπολίτης, ου, ὁ, *Civis*, (ex σὺν & πολίτης, civis.) Eph. 2, 19. συμπολῖται τῶν ἁγίων, cives sanctorum. Vox hæc immerito Græcitatis fuit damnata, quippe quæ ab Euripide & Polybio adhibita sit, id quod ostendit Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 209.

Συμπορεύομαι, 1) *Una proficiscor*, sum itineris comes, (ex σὺν & πορεύομαι, proficiscor.) Luc. 7, 11. καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, & una proficiscebantur discipuli ejus. c. 14, 25. 24, 15. 2) *Convenio*. Marc. 10, 1. καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτὸν, & conveniunt rursus populi ad ipsum.

Συμπόσιον, ίε, τὸ, 1) *Compotatio, convivium*. 2) *Locus convivii*, (a συμπίνω, bibo cum aliquo, ex σὺν & πίνω, bibo.) Marc. 6, 39. ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια, συμπόσια, ut accumberent omnes singulis conviviis. συμπόσια notat quasi singulas men-

menſas & ſodalitates, quæ ex more gentis alicujus ſimul accumbebant. Heſychius: σημπόσιον, τόπος ἐυωχίας καὶ πόσεως.

Συμπρεσβύτερος, ᾱ, ὁ, *Conſenior*, qui & ipſe presbyter & e ſeniorum ſimul collegio eſt, (ex σὺν & πρεσβύτερος, ſenior.) 1. Petr. 5, 1.

ἐλπίδι ἐσώθημεν, spe servati sumus: ponitur perfectum loco futuri, ad certitudinem significandum. Ephes. 2, 5. χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, gratia salvati estis. 1. Tim. 1, 15. Christus Jesus venit in mundum, ἁμαρτωλὸς σῶσαι, ut peccatores salvaret. cap. 2, 4. qui omnes homines θέλει σωθῆναι, vult æternam beatitudinem consequi. 4) Tribuitur hominibus, & denotat, ad æternam salutem consequendam instituo, impello, adhortor, & subsidia subministro: Rom. 11, 14. καὶ σώσω τινας ἐξ αὐτῶν, & ut aliquos ex illis ad salutem æternam perducerem. 1. Cor. 7, 16. quid enim scis, o uxor, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; num virum servatura sis? aut quid scis, o marite, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις; an uxorem servaturus sis? c. 9, 22. ἵνα πάντως τινὰς σώσω, ut omnino aliquos ad salutem æternam perducam. 1. Tim. 4, 16. σεαυτὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντάς σε, te ipsum salvabis & audientes te. 2. Tim. 4, 18. Jac. 5, 20. Judæ v. 23.

Σῶμα, ατος, τὸ, 1) *Corpus*, caro. Marc. 5, 29. ἔγνω τῷ σώματι, cognovit corpore. 1. Cor. 6, 13. ὁ Κύριος τῷ σώματι, Dominus pertinet ad corpus nostrum, scil. ut per illud glorificetur. 2. Cor. 5, 10. τὰ διὰ τοῦ σώματος (sc. γενόμενα πράγματα,) ea, quæ per corpus facta sunt. Hebr. 10, 5. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, corpus vero perfeciſti mihi. In hebræo est: אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִי, aures perforasti mihi, h. e. servum me tibi perpetuum feciſti, ex more hebræorum, qui Exod. 21, 6. describitur. 2) *Externa forma.* 1. Cor. 15, 37. ἐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, non corpus nasciturum seminas. v. 38. 3) *Mancipium.* Apoc. 18, 13. καὶ ἡεδῶν καὶ σωμάτων, & rhedæ & mancipia. Plura exempla habet Elsnerus tom. 2. p. 462. 4) *Totam personam* & opus ejus & indolem, item rem ipsam, ipsius essentiam, vim & genuinam rationem significat. Rom. 12, 1. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν, sistere vosmet ipsos. Ephes. 5, 28. Judæ v. 9. διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, contendebat de Mose ipso. Qualis vero illa contentio fuerit, curiosum potius, quam utile est, disquirere. Sic Rom. 6, 6. & Col. 2, 11. per σῶμα τῆς ἁμαρτίας, Rom. 7, 24. per σῶμα τοῦ θανάτου ipsum peccatum & mors ipsa intelligitur, & indigitatur, peccatum & mortem non inane & vanum quid esse, sed essentiale quid, quod magnam vim & robur habet. Col. 1, 22, ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, in corpore carnis suæ h. e. in ipsa carne sua. Ex hac significatione explicandus est locus Matth. 6, 22. ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός, ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται. Sensus: lumen, ex quo tu ipse, indoles tua, & totum opus Christianismi tui cognosci possint, est oculus, qui si in erogandis eleemosynis hilarem & serenum se exhibet, tu totus & Christianismus tuus radiis veritatis tum theoreticæ tum practicæ illustratus es. Si vero quis erogat quidem, sed non animo lubenti, totus ille homo & Christianismus ejus in tenebris versatur.

ſatur. Adde ſupra ὀφθαλμός. 5) Metaph. *Corpus myſticum.* Rom. 12, 5. ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, unum corpus ſumus in Chriſto. 1. Cor. 10, 17. ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν, unum corpus multi ſumus. c. 12, 13. ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, nos omnes ad unum corpus baptizati ſumus. Epheſ. 1, 23. 2, 16. 4, 4. 12. 16. 5, 23. 30. Col. 1, 18. 24. 2, 17. 19. 3, 5. 6) *Corpus* hominis mortui. Matth. 14, 12. diſcipuli Joannis ἦραν τὸ σῶμα, ſuſtulerunt corpus. cap. 27, 52. πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων, multa corpora ſanctorum. v. 58. ἠτήσαντο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, petierunt corpus Jeſu. Act. 9, 40. Rom. 7, 4. 7) *Cadaver.* Luc. 17, 37. ὅπου τὸ σῶμα, ubi eſt cadaver, ibi congregabunt ſe aquilæ.

Σωματικός, ἡ, ὸν, 1) *Corporeus*, corpore conſtans, (a σῶμα.) Luc. 3, 22. σωματικῷ εἴδει corporea ſpecie. 2) *Corporalis*, qui eſt corporis. 1. Tim. 4, 8. σωματικὴ γυμνασία, corporalis exercitatio.

Σωματικῶς, adv. 1) *Corporaliter*, more eorum, quæ ſunt corporea. 2) In N. T. *Eſſentialiter, vere & realiter.* Col. 2, 9. * in Chriſto habitat omne complementum Divinitatis σωματικῶς, vere & realiter, perſonaliter, & in omni divina virtute & potentia. Contrarium huic eſt τυπικῶς, quemadmodum in ſacerdotibus ſummis & prophetis V. T. Deus & Spiritus S. habitavit.

Σώπατρος, ου, ὁ, *Sopater*, nomen proprium græcum, (ex σόος, ſalvus & πατήρ.) Act. 20, 4.

Σωρεύω, f. εύσω, *Cumulo, acervo*, coacervo, (a σωρὸς, cumulus, acervus.) Rom. 12, 20. carbones ignis σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, cumulabis ſuper caput ejus. 2. Tim. 3, 6. γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, mulierculas cumulatas peccatis.

Σωσθένης, ους, ὁ, *Soſthenes*, nomen proprium principis Scholæ, (ex σόος & σθένος. robur.) Act. 18, 17. σωσθένης τὸν ἀρχισυνάγωγον. 1. Cor. 1, 1.

Σωσίπατρος, ου, ὁ, *Suſipater*, nomen cujusdam ex cognatis Paulli græcum, (ex σώζω, conſervo, & πατήρ.) Rom. 16, 21.

Σωτὴρ, ῆρος, ὁ, *Servator, conſervator*, liberator, (a σώζω, ſervo.) Imprimis competit Jeſu noſtro, qui nos ex omnibus calamitatibus & periculis tum ſpiritualibus tum corporalibus ſervat & liberat. Luc. 1, 47. ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, in Deo ſervatore meo. cap. 2, 11. ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, natus eſt vobis hodie ſervator. Joann. 4, 42. οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστός, hic eſt vere ſervator mundi, Chriſtus. 2. Tim. 1, 10. διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, per apparitionem ſervatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Σωτηρία, ας, ἡ, 1) *Salus, incolumitas*, (a σωτήριος.) Uſurpatur de ſoſpitate & ſalute *corporis externa.* Act. 7, 25. quod Deus per ipſum δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν daret illis liberationem a ſervitute Aegyptiaca. cap. 27, 34. τοῦτο πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρ-

χει,

χα, hoc ad vestram incolumitatem est. Rom. 13, 11. νῦν ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, nunc propior est liberatio nostra (a lege ceremoniali) quam, cum fidem suscepimus. Phil. 1, 19. Hebr. 11, 7. Adde Luc. 1, 71. 2) *Salus animæ* æterna. Luc. 1, 71. 77. 19, 9. Act. 4, 12. οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία, non est in alio ullo salus animæ. Rom. 1, 16. evangelium Christi, δύναμις Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν, potentia magna est ad salutem. 2. Cor. 7, 10. μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν, pœnitentiam ad salutem æternam. Philipp. 2, 12. cum timore & tremore τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε, vestram salutem operamini. Hebr. 1, 14. 2, 10. ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, auctorem æternæ salutis. 3) *Christus* seu Messias, unicus animarum nostrarum salvator. Est autem abstractum pro concreto. Luc. 1, 69. καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν, & erexit cornu salutis nobis, i. e. potentem & validum servatorem. Joann. 4, 22. ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν, ex Judæis provenit Messias: vel in sola religione Judaica salvari possumus. 4) *Singularis prærogativa* & exsertio salutis, qua Deus nos præ aliis dignatur. Luc. 19, 9. σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, hodie salus singularis domui huic facta est. 2. Cor. 6, 2. νῦν ἡμέρα σωτηρίας, jam est tempus salutis. Hebr. 2, 3. 2. Petr. 3, 15. & Domini nostri longanimitatem σωτηρίαν ἡγεῖσθε, salutem existimate. 5) Una ex Sephiroth s. attributis Dei. Apoc. 7, 10. ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν, salus sit Deo nostro. cap. 12, 10. 19, 1.

Σωτήριον, ίε, τὸ, 1) *Salus*, (a σωτήριος.) Ephes. 6, 17. καὶ τὴν περικεφαλαίαν τὸ σωτηρίε δέξασθε, & galeam salutis accipite. 2) *Christus Servator*. Luc. 2, 30. εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σε, viderunt oculi mei salutem tuam. i. e. Messiam. Luc. 3, 6. & videbit omnis caro (homo) τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, salutem Dei. Act. 28, 28.

Σωτήριος, ίε, ὁ, ἡ, *Salutaris*, (a σωτὴρ,) usurpatur de Christo salvante. Tit. 2, 11. χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος, gratia Dei salutaris, i. e. Christi Messiæ salvantis nos.

Σωφρονέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Mentis compos sum*, sanæ mentis sum, (a σώφρων.) Marc. 5, 15. vident dæmoniacum σωφρονοῦντα, sanæ mentis compotem. Luc. 8, 35. 2) Metaph. *Prudens sum, prudenter, temperanter & modeste me gero.* Rom. 12, 3. φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, sapere ad prudenter se gerendum. 2. Cor. 5, 13. Tit. 2, 6. juniores similiter παρακάλει σωφρονεῖν, adhortare, ut modeste & temperanter se gerant. 1. Petr. 4, 7. σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε, prudentes igitur estote & vigilate.

Σωφρονίζω, f. ίσω, *Ad sanam mentem reduco*, facio ut quis sapiat. Tit. 2, 4. ἵνα σωφρονίσωσι τὰς νέας, ut sapere doceant adolescentulas. Vide Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 322. Hesychius: σωφρονισὴς, νουθετητής.

Σωφρονισμὸς, οῦ, ὁ, *Sanitas animi, prudentia*, (a σωφρονίζω.) 2. Tim. 1, 7. Deus dedit nobis πνεῦμα σωφρονισμοῦ, spiritum prudentiæ.

Σωφρό-

Σωφρόνως, adv. ſana mente, *Prudenter, moderate, temperanter, ſobrie, caſte*, (a σώφρων.) Tit. 2, 12. σωφρόνως καὶ δικαίως.

Σωφροσύνη, ης, ἡ, 1) *Mens ſana, prudentia*, (ab eodem.) Act. 26, 25. ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι, veritatis & ſanæ mentis verba loquor. 2) *Pudicitia, caſtitas*, temperantia, 1. Tim. 2, 9. μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, cum pudore & modeſtia. v. 15.

Σώφρων, ονος, ὁ, ἡ, 1) *Mentis compos, ſana mente præditus*, (ex σῶς, ſalvus, & φρὴν, mens.) 2) *Prudens*, ſapiens. 3) *Moderatus, temperans, ſobrius*, honeſtus, bene moratus, probus, caſtus, pudicus. 1. Tim. 3, 3. oportet epiſcopum eſſe σώφρονα, bene moratum, & Tit. 1, 8. 2, 2. presbyteros decet eſſe σεμνὰς, σώφρονας, comtos & honeſtos v. 5.

Σῴω vide σῴζω.

T.

Ταβέρνη vide Τρεῖς ταβέρναι.

Ταβιθὰ, ἡ, *Tabitha*, nomen mulieris Chriſtianæ. Act. 9, 36. καί τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθὰ, quædam erat Chriſtiana nomine Tabitha. Nomen eſt hebraicum maribus & fœmellis non inuſitatum: טַבִּיתָא vel טָבִיתָא ab hebræo צְבִי caprea, צ mutato in ט. Nomen hoc tunc temporis inter Judæos fuit familiare. Nam ita vocabatur ancilla quædam R. Gamalielis & ſervus ejus Tebi. Vid. Lightfoot. Cent. Chorogr. Matth. præfixa, cap. 18. Bochartus Hieroz. 1, 3. 26. Ottonis hiſtoria doctorum Miſnicorum p. 117.

Τάγμα, ατος, τὸ, proprie *Agmen militare*, legio. Sic ordines tribuum Iſraëliticarum, τάγμα παρεμβολῆς υἱῶν Ἰούδα, Ῥουβὴν &c. Numer. 10, 14. 18. 22. Deinde quivis *ordo*, (a τάσσω.) 1. Cor. 15, 23. ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, unusquisque vero in ſuo ordine.

Τακτὸς, ὴ, ὸν, 1) *Ordinatus*, in quo ſervatur ordo. 2) *Certus, ſtatutus*, definitus, (ab eodem.) Act. 12, 21. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ, ſtatuto vero die.

Ταλαιπωρέω, ῶ, f. ήσω, *Miſer ſum, laboro*, ærumnas & labores perfero, (a ταλαίπωρος.) Jac. 4, 9. ταλαιπωρήσατε καὶ πενθήσατε, miſere vos gerite & lugete. Zachar. 11, 2. μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν, magnates vehementer doluerunt.

Ταλαιπωρία, ας, ἡ, *Miſeria, ærumna*, moleſtia, (ab eodem.) Rom. 3, 16. ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, miſeria in viis ipſorum. Jac. 5, 1.

Ταλαίπωρος, ε, ὁ, ἡ, *Aerumnoſus, miſer*, (ex ταλάω, ſuffero, & πῶρος, luctus.) Rom. 7, 24. ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, o miſer ego homo! Apoc. 3, 17.

Ταλαντιαῖος, αία, αῖον, *Talentum æquans*, (a τάλαντον.) Apoc. 16, 21. χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία, grando magna talentum ponderans. Adde Scaligerana poſteriora p. 141.

Τάλαντον, ε, τὸ, 1) Statera, libra. 2) Pondus ipsum, quod lanci imponitur, *talentum*, pondus 125. librarum, summa pecuniæ certa. Matth. 18, 24. ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων, debitor decies millium talentorum. cap. 25, 15. seqq.

Ταλιθὰ κᾶμι, *Puella surge*. Marc. 5, 41. sunt verba Syriaca: טְלִיתָא קוּמִי.

Ταμεῖον, είε, τὸ, 1) *Cella*, *promtuarium*, penuarium, (a ταμίας, promus condus, dispensator eorum, quæ condenda & promenda sunt.) Luc. 12, 24. corvis ἐκ ἔστι ταμεῖον, non est penuarium. 2) *Locus secretior*, *conclave* quodcunque. Matth. 6, 6. εἰσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σε, ingredere in conclave tuum. cap. 24, 26. Luc. 12, 3. & quod ad aurem locuti estis ἐν τοῖς ταμείοις, in locis secretioribus.

Ταυῦν, *Nunc*, (est accusativus plur. neutrius, articuli ὁ, ἡ, τὸ, & a νῦν, pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα πράγματα, prout res se jam habet.) Actor. 4, 29. καὶ ταυῦν Κύριε, & nunc, Domine, respice in minas ipsorum. Vide etiam νῦν.

Τάξις, εος, ἡ, 1) proprie *Exercitus*, legio, cohors. 2) *Ordo*, *series*, (a τάσσω.) Luc. 1, 8. ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτε, cum sacerdotio fungeretur in serie muneris sui quotidiani. 1. Cor. 14, 40. omnia κατὰ τάξιν γενέσθω, secundum ordinem fiant. Col. 2, 5. Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 11. Christus est sacerdos in æternum, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, secundum ordinem Melchisedeci, & ibid. ε κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών, non secundum ordinem, seriem Aaronis.

Ταπεινὸς, ἡ, ὸν, 1) *Humilis* in terra. 2) *Vilis*, *abjectus*. Luc. 1, 52. Rom. 12, 16. 2. Cor. 7, 6. 10, 1. qui in præsentia quidem ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, humilis sum inter vos. Jacob. 1, 9. ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, frater vilis. 3) *Submissus animo*. Matth. 11, 29. ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, submissus corde. Jacob. 4, 6. & 1. Petr. 5, 5. ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, submissis vero exhibet gratiam.

Ταπεινοφροσύνη, ης, ἡ, 1) *Humilitas*, *animi demissio*, humiliatio, (a ταπεινοφρονέω, demisse & humiliter sentio, ex ταπεινὸς & φρονέω, sentio.) Act. 20, 19. serviens Domino μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, cum omni humilitate. Ephes. 4, 2. Philipp. 2, 3. Col. 3, 12. 1. Petr. 5, 5. 2) *Humiliatio simulata*. Col. 2, 18. ἐν ταπεινοφροσύνῃ - ἐμβατεύων, in humiliatione simulata ingrediens. v. 23. Apostolus Pseudapostolos cavendos dicit, etiamsi angelicam fere modestiam & humilitatem præ se ferant.

Ταπεινόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Humilem reddo*, (a ταπεινὸς,) proprie Luc. 3, 5. βουνὸς ταπεινωθήσεται, collis humilis reddetur. 2) *Demitto* seu *submitto me animo*. Matth. 18, 4. ὅστις ἂν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, quicunque igitur humiliaverit seipsum. cap. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. 2. Cor. 11, 7. ἐμαυτὸν ταπεινῶν, meipsum humilians. Philipp. 2, 8. Christus ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, humiliavit seipsum. Jacob. 4, 10. ταπεινώθητε ἐνώπιον τε Κυρίε, humiliate vos coram Domi-

Domino. 1. Petr. 5, 6. 3) *Deprimo*, adfligo. 2. Cor. 12, 21. μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, ne rursus, cum venero, me deprimat Deus meus apud vos. Philipp. 4, 12. οἶδα δὲ ταπεινοῦσθαι, scio vero affligi.

Ταπείνωσις, εως, ἡ, *Humiliatio*, vilis & abjecta conditio, (a ταπεινόω.) Luc. 1, 48. ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ, respexit humiliationem ancillæ suæ. Act. 8, 33. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, in humiliatione ejus judicium ejus est sublatum. Loquuntur hæc de statu exinanitionis Christi. Phil. 3, 21. σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, corpus humiliationis nostræ, h. e. humiliatum, vel ipsa nostra humilitas & vilis conditio.

Τὰ πολλὰ, *Plerumque*, *sæpe*, vide in πολύς.

Ταράσσω vel τάττω, f. ξω. 1) *Turbo*, *turbidum reddo*, commoveo. Usurpant hoc verbum Medici græci, quando præcipiunt, medicamenta recte commiscenda esse, *man soll es wohl herum rühren*. Sic proprie Joann. 5, 4. Angelus ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, commovebat aquam, limum & solum hujus lavacri cum aqua permiscuit, ut ea turbida redderetur, & ex motu ipsius adventus angeli facile perspiceretur. Ezech. 34, 18. καὶ τὸ ὕδωρ ταράσσετε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, & aquam conturbatis pedibus vestris. Cæterum de hoc verbo turbationem significante legi meretur diss. 82. C. S. Schurzfleischii. 2) Metaph. *Perturbo*, *perplexum reddo*, affectus moveo, terreo. Matth. 2, 3. Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, Herodes Rex perturbatus est (animo.) cap. 14, 26. Marc. 6, 50. Luc. 1, 12. ἐταράχθη Ζαχαρίας, perturbatus est Zacharias. cap. 24, 38. τί τεταραγμένοι ἐστέ; quid territi estis? Joann. 12, 27. νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, nunc anima mea perturbata est. Consternatus est Christus secundum humanam naturam, quando acerbissimos passionis dolores sibi proponebat. cap. 13, 21. ἐταράχθη τῷ πνεύματι, perturbatus est spiritu. cap. 14, 1. & 27. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, ne perturbetur cor vestrum. Act. 17, 8. 1. Petr. 3, 14. 3) *Usurpatur* etiam de affectu leniore, qualis est misericordia. Joann. 11, 33. ἐτάραξεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς, Jesus ad misericordiam commotus est. Genes. 43, 30. ἐταράχθη δὲ Ἰωσήφ, Josephus misericordia tactus est. 4) *Abduco*, *impello* aliquem in errorem. Actor. 15, 24. ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, perturbarunt vos sermonibus. Gal. 1, 7. εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, nisi aliqui sunt, qui commoveant vos, (scil. a vera doctrina & fide. cap. 5, 10.

Ταραχὴ, ῆς, ἡ, *Turba*, *turbatio* commixtio, (a ταράσσω.) proprie Joann. 5, 4. μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος, post turbationem aquæ. 2) Met. *tumultus*, *consternatio*. Marc. 13, 8. ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαὶ, erunt fames & tumultus.

Τάραχος, ου, ὁ, *Tumultus*, *turbatio*, (ab eodem.) Act. 12, 18. καὶ ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, & erat perturbatio non exigua inter milites. c. 19, 23.

Ταρσεὺς, έος, ὁ, *Tarsensis.* Act. 9, 11. Σαῦλον ὀνόματι, Ταρσέα, Saulum nomine, Tarsensem. c. 21, 39.

Ταρσὸς, ῦ, ἡ, *Tarsus.* Act. 9, 30. urbs Ciliciæ & Paulli Apostoli patria. Act. 11, 25. 22, 3.

Ταρταρόω, ῶ, f. ώσω, *In tartarum detrudo* vel dejicio, (a τάρταρος, tartarus, profundissimus inferorum locus.) 2. Petr. 2, 4. ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, sed catenis caliginis in tartarum detrusit. Utitur hoc verbo Theon, Scholiastes Arati, ad Phænomena v. 16.

Τάσσω, vel τάττω, f. ξω, *Ordino, statuo,* constituo, destino. Matth. 28, 16. οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, quo constituerat illis Jesus. Act. 15, 2. ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον, ordinarunt, ut ascenderet Paullus. c. 28, 23. ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, constituerunt vero ipsi diem. 1. Cor. 16, 15. εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς, ad ministerium Christianis destinarunt se, vel addixerunt. Pass. τάσσομαι, ordinor. Luc. 7, 8. ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, homo sum sub potestate constitutus. Actor. 13, 48. καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον, & crediderunt, quicunque ordinati sunt, i. e. se ipsos ordinarunt, in ordinem salutis tradiderunt, ad vitam æternam. Inconveniens hoc loco est dicere, quod soli illi fidem adsumserint, qui ad vitam æternam præordinati fuerant: nam & inter illos credentes procul dubio fuere hypocritæ, & impii, qui veritatem theoreticam quidem ambabus manibus amplexi sunt, practicam vero nunquam adamarunt: ergo non potuerunt esse prædestinati. Porro hic non legitur, προτεταγμένοι, ut hæc vox idem esset ac προωρισμένοι sed tantum simpliciter τεταγμένοι. Videatur Knatchbull. ad h. l. Majus Obs. sacr. libr. 3. p. 80. s. Crenius Animad. part. 14. p. 97. Sirac. 10, 1. ἡγεμονία συνετῆ τεταγμένη ἔσαι, regimen intelligentis ordinatum erit. Actor. 22, 10. περὶ πάντων, ὧν τέτακταί σοι, de omnibus, quæ constituta sunt tibi. Rom. 13, 1. ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσιν, potestates (magistratus) a Deo ordinatæ sunt.

Ταῦρος, ου, ὁ, *Taurus.* Matth. 22, 4. Act. 14, 13. Hebr. 9, 13. & 10, 4. αἷμα ταύρων καὶ τράγων, sanguis taurorum & hircorum.

Ταυτὰ, *Eadem illa,* (ex τὰ & αὐτὰ, neutrum plurale.) Luc. 6, 23 & 26. κατὰ τ᾽αυτὰ γὰρ ἐποίουν, secundum eadem illa enim faciebant. c. 17, 30. 1. Thess. 2, 14. Hesychius: τ᾽αυτὰ, τὰ ἴσα, τὰ ὅμοια.

Ταφὴ, ῆς, ἡ, *Sepultura,* (a θάπτω, sepelio.) Matth. 27, 7. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις, in sepulturam peregrinis.

Τάφος, ου, ὁ, *Sepulchrum,* tumulus, (ab eodem.) Matth. 23, 29. τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, sepulchra prophetarum. cap. 27, 61. 66. ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, custodiverunt sepulchrum. cap. 28, 1. 2) Metaph. Rom. 3, 13. τάφος ἀνεῳγμένος, sepulchrum apertum, i. e. periculum vitæ præsentissimum.

Τάχα

Τάχα adv. 1) *Velociter*, properanter, (a ταχύς.) Philem. v. 15. 2) *Forsan*, *fortassis*, forte. Rom. 5, 7.

Ταχέως, adv. *Velociter*, *properanter*, (a ταχύς.) Luc. 14, 21. ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας, egredere statim in plateas. c. 16, 6. καὶ καθίσας ταχέως γράψον, & sede celeriter & scribe. Joann. 11, 31. 1. Cor. 4, 19. ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, veniam vero celeriter ad vos.

Ταχινὸς, ἡ, ὸν, *Celer*, *velox*, (a ταχύς.) 2. Petr. 1, 14. ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τῆς σκηνώματός μου, velox est depositio tabernaculi mei. cap. 2, 1. ταχινὴν ἀπώλειαν, celerem perniciem.

Τάχιον, adv. 1) *Citius*, *celerius*, velocius. Joann. 20, 4. προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, præcurrit celerius Petro. 2) *Cito*, (comparativi est neutrum a ταχίων, quod est a ταχύς.) Joann. 13, 27. ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον, quod facis, fac cito. 1. Tim. 3, 14. ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σὲ τάχιον, sperans venire ad se cito. Hebr. 13, 19. 23.

Τάχιστα, *Celerrime*, *citissime*, adv. (a τάχιστος, Superlativus a ταχύς.) Act. 17, 15. ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσιν, ut quam celerrime veniant.

Τάχος, εος, τὸ, *Celeritas*, (a ταχύς.) Hinc ἐν τάχει, celeriter. Luc. 18, 8. ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει, faciet vindictam eorum in celeritate. Act. 12, 7. ἀνάστα ἐν τάχει, surge celeriter. Apoc. 1, 1. & 22, 6. ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, quæ oportet fieri celeriter.

Ταχὺ, adv. properanter, *Cito*. Matth. 5, 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, sis benevolus adversario tuo statim. Apoc. 2, 16. & 3, 11. ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ, ecce venio cito. c. 22, 7. 12. 20.

Ταχὺς, εῖα, ὺ, *Celer*, velox. Jac. 1, 19. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, celer ad audiendum.

Τε, conjunct. 1) *Que*, *et*, atque: semper postponitur. Matth. 28, 12. συμβούλιόν τε λαβόντες, & consilium capiebant. Luc. 24, 20. ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν; & qua ratione tradiderint, ipsum. Act. 2, 3. 33. 37. 46. &c. Act. 21, 28. ἔτι τε καὶ Ἕλληνας, & insuper etiam græcos. Rom. 1, 27. ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρρενες, similiter etiam viri. τε - τε sibi invicem respondente: cum, tum. Act. 26, 16. ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι, tum quæ vidisti, tum quæ ostendam tibi. Abundat, Act. 5, 24. ὅ, τε ἱερεὺς καὶ ὁ στρατηγὸς, sacerdos & dux. c. 13, 1. 26, 22. ἀδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν, καὶ Μωσῆς, nihil præter ea dicens, quæ tum Prophetæ locuti sunt, tum Moses. 2) Ante καὶ positum vel abundat, vel redditur cum eo: *cum*, *tum*. Luc. 12, 45. ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, cum edere tum bibere. cap. 22, 66. ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς, & summi sacerdotes & scribæ. Act. 1, 1. ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, cum facere tum docere. cap. 10, 11. Ἰουδαῖοι τε καὶ προσήλυτοι, tum Judæi tum proselyti. cap. 9, 24. ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, die nocteque. &c.

3) *Autem, vero.* Act. 1, 15. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων, erat autem turba personarum. c. 5, 42. 8, 28. 9, 24. 10, 33. 18, 26.

Τεῖχος, εος, τὸ, *Murus*, (a τεύχω, struo.) Act. 9, 25. καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους, demiserunt per murum. 2. Cor. 11, 33. Apoc. 21, 12. 14. τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, murus urbis. Hebr. 11, 30. τὰ τείχη Ἰεριχώ, mœnia Jericho.

Τεκμήριον, ίε, τὸ, *Argumentum*, argumentatio, signum certum & indubitatum, (a τέκμαρ, finis, exitus rei, signum, ostentum.) Act. 1, 3. Iesus stitit se discipulis suis, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, per multa signa. Hesychius: τεκμήριον, σημεῖον ἀληθές.

Τεκνίον, ίε, τὸ, 1) *Filiolus, filiola*, (dimin. a τέκνον.) τεκνία, filioli, i. e. dilectissimi. Joann. 13, 33. τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν, filioli, adhuc parum (temporis) vobiscum sum. Gal. 4, 19. τεκνία μου, filioli mei, quos rursus pario. 1. Joann. 2, 1. 28. 3, 7. 18. 4, 4. 5, 21. 2) *Pueri, puellæ.* 1. Joann. 2, 12. γράφω ὑμῖν τεκνία, scribo vobis, parvuli.

Τεκνογονέω, ῶ, f. ήσω, *Liberos gigno*, procreo, seu pario, (ex τέκνον & γίνομαι, gignor.) item, *liberos educo.* 1. Tim. 5, 14. volo juniores matrimonium contrahere, τεκνογονεῖν, liberos procreare, i. e. bene educare.

Τεκνογονία, ας, ἡ, *Liberorum procreatio*, eorumque bona *educatio*, (a præced.) 1. Tim. 2, 15. uxor σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, salvabitur per liberorum procreationem & eorum bonam educationem. Διὰ accipitur pro ἐν, & statum denotat, quod Casauboniana observant p. 188. Sensus est: Quamvis mulier, quæ liberos suos curat & observat, non omnia Christianismi officia tam accurate potest implere, tamen potest salvari, si in fide permaneat.

Τέκνον, ου, τὸ, 1) *Fœtus, proles, soboles*, filius sive filia, (a τίκτω, pario.) Matth. 10, 21. πατὴρ τέκνον, pater filium (tradet.) Luc. 1, 7. οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, non erat illis proles. Apoc. 12, 4. 5. Plur. τὰ τέκνα, liberi. Matth. 7, 11. Scitis bona dona dare τοῖς τέκνοις ὑμῶν, liberis vestris. c. 15, 26. λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, sumere panem liberorum. c. 22, 24. μὴ ἔχων τέκνα, non habens liberos. c. 27, 25. flete super vos καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, & super liberos vestros. &c. 2) *Posteri.* Matth. 2, 18. 3, 9. ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ, excitare prolem Abrahamo. c. 27, 25. Actor. 2, 39. 1. Petr. 3, 6. 3) *Quem loco filii habemus*, sive erga quem ut filium nos gerimus. Matth. 9, 2. θάρσει τέκνον, bono sis animo, fili. Marc. 2, 5. 10, 24. τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι, filii, quum difficile est. Luc. 16, 25. 1. Cor. 4, 14. 1. Tim. 1, 18. 2. Tim. 2, 1. 4) *Filius adoptivus.* Joann. 1, 12. τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, filii Dei fieri. c. 11, 52. Rom. 8, 16. 17. 21. 9, 7. 8. Ephes. 5, 1. Philipp. 2, 15. 1. Joann. 3, 1. 2. 10. 5, 2. 5) *Filius fidei*, quem quis ad fidem perduxit. 1. Cor. 4, 14. 17. ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητὸν, qui est filius meus dilectus. 1. Timoth. 1, 2. 18. 2. Tim.

2. Tim. 1, 2. 2, 1. Tit. 1, 4. Phil. v. 10. Adde 2. Cor. 6, 13. Ephes. 5, 1. 3. Joann. v. 4. 6) *Incolæ urbis* alicujus. Matth. 23, 37. ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σε, congregare filios tuos, i. e. eos, qui in te sunt & habitant. Luc. 19, 44. 7) *Sectator* alicujus, seu qui aliquem sequitur, vel circa rem aliquam versatur. Matth. 11, 19. τὰ τέκνα τῆς σοφίας, qui versantur circa sapientiam, illamque sequuntur. Joann. 8, 39. τέκνα τοῦ Ἀβραάμ, sectatores Abrahami, Rom. 9, 8. ἀ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, non illi, qui secundum carnem ambulant, hi filii Dei sunt, sed qui secundum promissionem. Gal. 4, 25. 31. Ephes. 5, 8. ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε, tanquam, qui circa lucem versantur, ambulate. 1. Petr. 1, 14. ὡς τέκνα ὑπακοῆς, tanquam obedientiæ studentes. cap. 3, 6. 1. Joann. 3, 10. τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου, sunt sectatores diaboli, contra τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, sectatores Dei. Apoc. 2, 23. 8) *Obnoxius*. Ephes. 2, 3. ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, eramus filii, i. e. obnoxii, natura iræ. 2. Petr. 2, 14. κατάρας τέκνα, maledictionis obnoxii.

Τεκνοτροφέω, ῶ, f. ήσω, *Liberos educo* seu alo, (ex τέκνον & τρέφω, alo.) 1. Tim. 5, 10. εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, si liberos educavit.

Τέκτων, ονος, ὁ, *Faber, opifex*, (a τεύχω, struo.) Marc. 6, 3. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας; nonne hic est faber, filius Mariæ? Mos enim Judæorum sic ferebat, ut Rabbini simul artem aliquam addiscerent. Hesychius: τέκτων, πᾶς τεχνίτης.

Τέλειος, εία, ον, 1) *Perfectus, integer*, (a τέλος, finis, quod ad finem est perductum.) 1. Cor. 13, 10. ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, quando vero venerit perfectum, i. e. perfectio. Ephes. 4, 13. εἰς ἄνδρα τέλειον, in virum perfectum. Jacob. 1, 4. 17. 25. 2) *Perfectio* Novi Testamenti, opposita veteri. Rom. 12, 2. τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, quæ sit voluntas Dei bona & grata & perfecta. In Vet. Test. omnia erant imperfecta, umbræ tantum aderant: in Nov. Test. adest impletio & corpus ipsum. Inde & voluntas Dei jam demum est θέλημα τέλειον. Sic Hebr. 9, 11. Jac. 1, 25. 3) *Perfectio Christiana*. Matth. 5, 48. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι, eritis igitur perfecti, sicut pater vester, qui est in cœlis, perfectus est. Perfectio illa in eo consistit, ut mandata divina, quantum in viribus nostris positum est, observemus, id quod Judæi agnoverunt. Illud clarum est, dari aliquam perfectionem, secundum quam aliquis Christianus nomen Justi perfecti nanciscí possit. Hanc nobis ipse Servator commendat. Illa perfectio, quod notissimum est, non est partium, sed graduum, ut Theologi dicunt, h. e. non est perfectio absolute sic dicta, & omnibus numeris absoluta, sed relativa, utpote quæ propius ad divinas perfectiones accedit, quam a vulgo hominum & Christianorum fieri solet. Interim tamen est, & manet

perfectio humana, & admodum imperfecta. cap. 19, 21. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, si vis perfectus esse. 1. Cor. 2, 6. σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, sapientiam vero loquimur (vel loquor) inter perfectos. Τέλειοι apud Græcos dicti, qui ad mysteria Cereris Eleusinia admissi sunt, quæ singulari quadam cautione occultata erant. Qui vero ad eadem admissi sunt, singularem sibi perfectionem ad Diis placendum & virtutes excolendas tribuerunt. Vide Meursii Eleusinia, Rœschelii diss. de Teletis §. 8. Dougtæum Annal. S. N. T. Exc. 72. Sensus ergo verborum Apostoli est: Quando de sapientia loquor, res mihi tantum est cum iis, qui interioris quasi apud Deum & Spiritum S. admissionis sunt, quique verum gustum habent veritatum divinarum: hi sane recte de re aliqua possunt judicare, quia θεοδίδακτοι sunt: reliqui nihil sciunt, nec de tota re judicare possunt. Cæterum hic commendari meretur diss. Pfaffii de gustu rerum sacrarum & spiritualium, Institutionibus Theologicis annexa. Hoc significatu hæc vox porro occurrit 1. Cor. 14, 20. φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε, sensibus perfecti estote. Ephes. 4, 13. Philipp. 3, 15. Col. 1, 28. 2, 12. Hebr. 5, 14. Jac. 1, 4. 3, 2. 1. Joann. 4, 18.

Τελειότης, ητος, ἡ, *Perfectio*, integritas, (a τέλειος.) perfectio Christiana, de qua modo dictum est. Coloss. 3, 14. Hebr. 6, 1.

Τελειόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Perficio*, *finio*, conficio, termino, (a τέλος finis.) Luc. 2, 43. καὶ τελειωσάντων (sc. αὐτῶν) τὰς ἡμέρας, & cum perfeciſſent dies. Joann. 4, 34. καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον, & perficiam ipsius opus. cap. 5, 36. 17, 4. Act. 20, 24. ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, ita ut perfecerim cursum meum cum gaudio. 2) *Inauguro*, *consecro*. Nam τελειῶσαι, LXX. Interpp. adhibent pro manus implere, h. e. ad sacerdotium, inaugurare, consecrare, ut ostendit Clericus. Levit. 4, 5. ὁ ἱερεὺς ὁ Χριστὸς ὁ τετελειωμένος, sacerdos unctus & inauguratus. Hebr. 2, 10. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ (Θεῷ) τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας διὰ παθημάτων τελειῶσαι, dignum fuit Deo, ducem salutis per passiones sibi inaugurare. Hebr. 5, 9. καὶ τελειωθεὶς verte: postquam passione sua tanquam sacrificio in summum sacerdotem inauguratus est. cap. 7, 28. 3) *Lustro*, *purgo*, *expio*. Hebr. 7, 19. 9, 9. μὴ δυναμένας τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα, quæ non possunt purgare colentem: cap. 10, 1. 14. 11, 40. ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι, ut non sine nobis expiarentur, h. e. ut eodem modo, quo nos, æternam salutem consequerentur. Sic quoque τέλεται & τετελεσμένα. Num. 25, 3. καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγώρ, & initiatus est Israël Baal-Peori, & v. 5. τὸν τετελεσμένον τῷ Βεελφεγώρ, initiatum Baal-Peori. 4) *Consummo*, *perfectum reddo*. Hebr. 7, 19. Pass. τελειοῦμαι, consummor, perfectus reddor. 2. Cor. 12, 9. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, potentia enim mea in infirmitate, h. e. in infirmis consummatur.

Perf.

Perf. τετελείωμαι, perfectus sum. Phil. 3, 12. 1. Joann. 2, 5. ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελείωται, in hoc amor Dei perfectus est. cap. 4, 17. 18. Aor. 1. ἐτελειώθη. Jacob. 2, 22. ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη, ex operibus perfecta reddita est fides. Hinc Part. perf. τετελειωμένος, η, ον, perfectus, consummatus. Joann. 17, 23. ἵνα ὦσι τετελειωμένοι, ut sint perfecti. Hebr. 12, 23. * 1. Joann. 4, 12. 5) *Cruce & passione perfectum reddo.* Hebr. 2, 10. Et Passive sic usurpatur τελειοῦμαι, consummor, perfectus reddor, nempe passione. Luc. 13, 32. καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι, & die tertio consummor. Hebr. 5, 9. confer signif. 2. Sic occurrit πληροῦμαι. Apoc. 3, 2. 6) *Exsecutioni mando, impleo.* Joann. 19, 28. ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφή, ut impleatur Scriptura.

Τελείως, adv. *Perfecte, absolute,* integre, plene, (a τέλειος & hoc a τέλος, finis.) 1. Petr. 1, 13. τελείως ἐλπίσατε, perfecte sperate.

Τελείωσις, εως, ἡ, 1) *Consummatio, impletio,* (a τελειόω.) Luc. 1, 45. 2) *Perfectio, expiatio.* Hebr. 7, 11. Hesychius: τελειώσεις, ἁγιάσεις.

Τελειωτὴς, οῦ, ὁ, *Consummator,* qui rem perficit ac finit. (ab eodem.) Hebr. 12, 2. καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, & consummatorem fidei Jesum.

Τελεσφορέω, ῶ, f. ήσω, *Ad finem perduco,* perficio, *ad maturitatem perduco,* (a τελεσφόρος, ος, ὁ, ἡ, finem adferens, ad finem perducens, fructifer, item, qui ad finem perductus est, perfectus, completus, ex τέλος & φέρω, fero.) Luc. 8, 14. συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι, suffocantur, & non ad finem perducuntur. Symmachus Psalm. 65, 10. τελεσφορήσεις τὴν σπερματίαν αὐτῆς, fructificare facies sementem ipsius. Hesychius: Τελεσφόρος, ὁ τελεσφορῶν καθ' ὥραν τὰς καρπὰς, ἢ ὁ τελείως αὐτὰς φέρων. Exempla ex Arriano & Diodoro Siculo produxit Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 116.

Τελευτάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Finio, ad finem perduco,* (a τελευτή.) 2) τελευτάω (sc. βίον,) *Morior.* Matth. 2, 19. τελευτήσαντος (sc. βίον) τοῦ Ἡρώδου, postquam finierat vitam Herodes. cap. 15, 4. θανάτῳ τελευτάτω, morte moriatur. Hebr. 11, 22. Ἰωσὴφ τελευτῶν, Joseph moriens. 3) Met. Marc. 9, 44. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, ubi vermis eorum non moritur, h. e. non desinit.

Τελευτὴ, ῆς, ἡ, 1) *Finis, exitus,* (a τέλος.) 2) *Mors.* Matth. 2, 15. ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου, usque ad obitum Herodis.

Τελέω, ῶ, f. έσω, 1) *Finio,* ad finem perduco, (a τέλος.) Matth. 10, 23. οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, nequaquam absolveritis (transeundo per) civitates Israëlis. cap. 13, 53. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, cum finiisset Jesus parabolas has. 2. Tim. 4, 7. τὸν δρόμον τετέλεκα, cursum absolvi: tanquam cursores, qui stadium absolvunt. Luc. 2, 39. ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα, cum perfeciissent omnia. c. 12, 50. ἕως οὗ τελεσθῇ, donec perficiatur. Joann. 19, 28. 30. τετέλεσται, consummatum est.

2) *Observo.* Rom. 2, 27. τὸν νόμον τελῶσα, legem observans. Gal. 5, 16. ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε, concupiscentiam carnis nequaquam peragatis. 3) *Exsequor*, exsecutioni mando. Luc. 18, 31. 22, 37. δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ, oportet impleri in me. Apoc. 10, 7. καὶ τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, & impleatur mysterium Dei. c. 11, 7. ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, quando exsecuti fuerint testimonium suum. c. 15, 1. ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ, in illis absoluta est ira Dei. v. 8. 17, 17. 4) *Consummo*, de tempore. Apoc. 20, 3. 5. 7. ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, postquam consummati fuerint mille anni. 5) *Solvo, pendo.* Matth. 17, 24. num magister vester οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; non solvit drachmas? Rom. 13, 6. φόρους τελεῖτε, tributa solvite. Diogenes Laërtius in Vita Platonis p. 160. μισθὸν ἐτέλει, mercedem solvebat. τελεῖν χρήματα, solvere pecunias, habet Plato in Apol. Socratis p. 16. edit. Wechel.

Τέλος, εος, τὸ, 1) *Finis.* Marc. 3, 26. ἀλλὰ τέλος ἔχει, sed finem habet. Luc. 1, 33. τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, regni ejus non est finis. c. 22, 37. τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει, ea, quæ de me agunt, finem habent. Rom. 10, 4. τέλος νόμου Χριστὸς, finis legis est Christus, i. e. ubi lex desinit, ibi incipit Christus, adeoque lex, quando omnia, quæ potest, apud hominem egit, tandem eum ablegat ad Christum (coll. Gal. 3, 22. 24.) 1. Petr. 4, 7. πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε, omnium vero finis appropinquavit. Hebr. 7, 3. μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, neque vitæ finem habens. Apoc. 1, 8, 21, 6. & 22, 13. Christus est ἀρχὴ καὶ τέλος, initium & finis. τὸ τέλος (pro εἰς τέλος,) *tandem.* 1. Petr. 3, 8. Rom. 6, 22. plene Luc. 18, 5. Sed εἰς τέλος, *semper*, hebr. לנצח quod in Psalmis frequenter occurrit. Joann. 13, 1. εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτοὺς, perpetuo amavit eos. Matth. 10, 22. 24, 13. 1. Thess. 2, 16. prævenit super ipsos ἡ ὀργὴ εἰς τέλος, ira perpetua. Adde ἕως τέλους 1. Cor. 1, 8. 2. Cor. 1, 13. Μέχρι τέλους, Hebr. 3, 6. 14. & ἄχρι τέλους. Hebr. 6, 11. 2) *Finis*, seu iniens & incipiens *Reipublicæ Judaicæ* interitus. Matth. 24, 6. 14. καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος, & tunc erit finis Judaismi. hebr. קץ. Daniel. 9, 26. quod idem denotat. 3) *Finis hujus universi.* 1. Cor. 15, 24. εἶτα τὸ τέλος, deinde est finis hujus universi vel Oeconomiæ regni gratiæ vel 4) notat, *totum agmen.* Nam τέλος inter alia etiam notat speciem τάγματος s. exercitus militaris, prout Hesychius & Anonymus in expositione vocum Tacticarum. post Scapulam p. 70. explicant. Vide Thesaurum Henr. Stephani: atque sic sensus esset verborum: εἶτα τὸ τέλος, deinde totum agmen, *der ganze belle hauffe:* tunc omnes resurgent, nunquam rursus morituri. 5) *Terminus, extremum.* 1. Cor. 10, 11. εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν, in quos termini ævorum (sc. finis Veteris T. & initium N. T. pervenit. 2. Cor. 3, 13. εἰς τὸ

τέλος

τέλος τῆ καταργυμένε, ad extremam partem illius, quod abolebatur. 6) *Exitus* alicujus rei. Matth. 26, 58. ἰδεῖν τὸ τέλος, videre exitum. Jacob. 5, 11. τὸ τέλος τῆ Κυρίε ἴδετε, vidistis, qualem Deus cum Jobo finem vel exitum fecerit. Idque ex Hebraismo, ubi סוֹף שֶׁל יְהוָה est finis, quem Deus facit. Frustra ergo sunt, qui h. l. de passione Christi sermonem esse statuunt. 1. Petr. 4, 17. τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων, qualis exitus non credentium. 7) *Palmarius*, *præcipuus*, summa alicujus rei. Cohel. 12, 13. סוֹף הַדָּבָר הַכֹּל נִשְׁמָע, primarium omnium rerum audiemus; ubi LXX. τέλος λόγε. 1. Tim. 1, 5. τὸ τέλος τῆς παραγγελίας, summa præcepti. 1. Petr. 1, 9. 8) *Vectigal*, impensa sumtus. Matth. 17, 25. ἀπὸ τίνων λαμβάνσι τέλη; a quibus sumunt vectigalia? Rom. 13, 7. ἀπόδοτε - τῷ τέλος, τὸ τέλος reddite - ei, cui debetur vectigal, vectigal. 9) Met. *Fructus*, *utilitas*, merces, effectus. Rom. 6, 21. τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος, fructus enim eorum est mors. v. 22.

Τελώνης, ε, ὁ, *Publicanus*, vectigalium conductor, portitor, (ex τέλος & ὠνέομαι, emo.) Qui in Scriptura S. occurrunt non sunt illi, quos Cicero in Oratione pro lege Manilia ordinem publicanorum summum & clarissimum dicit, sed qui ab his vectigalia pro certa & constituta pecuniæ summa conduxerant, & impensas vectigalium exigebant. Matth. 10, 3. Ματθαῖος ὁ τελώνης, Matthæus publicanus, vectigalium exactor. Plerique vero apud Judæos publicani gentiles erant, & insuper quæstus nimii cupidi, pretia vectigalium augebant, præter æquum ab hominibus exigebant, eos vexabant, premebant, & injuria adficiendo decipiebant, inde fiebat, ut præ aliis in odio essent, & infimæ conditionis haberentur. Matth. 5, 46. & 47. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι ἕτω ποιῶσιν; nonne etiam publicani sic faciunt? Sic τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ, publicani & peccatores, (scil. enormes & insignes,) conjunguntur. Matth. 9, 11. 11, 19. Marc. 2, 15. 16. Luc. 5, 30. 7, 34. 15, 1. ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης, gentilis & publicanus. Matth. 18, 17. & οἱ τελῶναι καὶ πόρναι, publicani & scorta. Matth. 21, 31. 32.

Τελώνιον, ἰε, τὸ, *Telonium*, locus, in quo sedent publicani, seu portitores, (a τελώνης.) Matth. 9, 9. & Marc. 2, 14. καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, sedentem ad telonium.

Τέρας, ατος, τὸ, *Portentum*, *prodigium*, ostentum. Conjunguntur plerumque σημεῖα καὶ τέρατα. Matth. 24, 24. δώσωσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, edent miracula magna & prodigia. Joann. 4, 48. Act. 2, 19. 22. 43. &c. Rom. 15, 19. δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, potentia miraculorum, i. e. miraculis potentibus & prodigiis. 2. Thess. 2, 9. τέρασι ψεύδες, prodigiis mendacii, i. e. mendacibus.

Τέρτιος, ία, ὁ, *Tertius*, nomen amanuensis Pauli Latinum. Rom. 16, 22.

Τέρ

Τέρτυλλος, ὁ, *Tertullus*, nomen proprium cujusdam Oratoris Romani. Act. 24. 1.

Τεσσαράκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, *Quadraginta*, (a τέσσαρες.) Matth. 4, 2. ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, dies quadraginta & noctes quadraginta. Act. 1, 3. δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, per dies quadraginta. c. 4, 22. ἐτῶν ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος, annorum erat plurium quam quadraginta homo: Sic cap. 23, 13. 21. 2. Cor. 11, 24. πεντάκις τεσσαράκοντα, quinque & quadraginta. Apoc. 7, 4. 11, 2. 14, 1.

Τεσσαρακονταετής, ές, ὁ, ἡ, *Quadragenarius*, qui quadraginta annorum est, (ex τεσσαράκοντα & ἔτος, annus.) Act. 7, 23. τεσσαρακονταετὴς χρόνος, tempus quadraginta annorum. c. 13, 18.

Τέσσαρες, ων, οἱ, αἱ, καὶ τέσσαρα, *Quatuor*. Matth. 24, 31. ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ex quatuor ventis. Marc. 2, 3. αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων, qui ferebatur a quatuor (scil. hominibus.) Luc. 2, 37. ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, annorum octoginta quatuor. Apoc. 5, 8. τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι, quatuor animalia & viginti quatuor seniores.

Τεσσαρεσκαιδέκατος, άτη, ον, *Decimus quartus*, (ex τέσσαρες, καὶ, & δέκατος, decimus.) Actor. 27, 27. τεσσαρεσκαιδεκάτη νύξ.

Τεταρταῖος, αία, ον, *Quatriduanus*, qui quarto die aliquid agit aut patitur, (a τέταρτος.) Joann. 11, 39. τεταρταῖος γάρ ἐστι, quatriduanus enim est in sepulcro.

Τέταρτος, η, ον, *Quartus*, (a τέσσαρες.) Matth. 14, 25. τετάρτῃ δὲ φυλακῇ, quarta vero custodia. Apoc. 4, 7. τὸ τέταρτον ζῶον, quartum animal. cap. 6, 8. ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, (sc. μέρος) super quartam terræ partem.

Τετράγωνος, ε, ὁ, ἡ, *Quadrangulus*, quadrangularis, (ex τέτρα, quod in compositione idem est quod τέτλαρα, τέσσαρα, & γωνία, angulus.) Apoc. 21, 16. ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, urbs quadrangularis jacet.

Τετράδιον, ίε, τὸ, *Quaternio*, numerus quaternarius, (a τετρὰς, idem a τέσσαρες.) Apoc. 12, 4. παραδὲς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν, tradebat quatuor quaternariis militum.

Τετρακισχίλιοι, ίαι, ια, *Quatuor millia*, quater mille, (ex τετράκις, quater, & χίλιοι, mille.) Matth. 15, 38. qui vero comederant, ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, erant quater mille viri. Actor. 21, 38.

Τετρακόσιοι, αι, α, *Quadringenti*, æ, a, (ex τέσσαρες & ἑκατὸν, centum.) Actor. 5, 36. ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων, virorum ferme quadringentorum. Gal. 3, 17. μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα, post annos quadringentos & triginta.

Τετράμηνος, ε, ὁ, ἡ, *Qui quatuor mensium est*. Hinc τετράμηνον, ε, τὸ, (sc. μέρος,) quadrimestre spatium, (ex τέτρα & μὴν, mensis.) Joann. 4, 35. ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται, adhuc quadrimestre est, & messis venit. Proverbium hoc

hoc fuit Judæis forte tunc familiare. Sic Grotius, Hombergius, & Cloppenburgius in Auctario Collationum Crit. n. 1. unde fruſtra ſunt illi, qui volunt, Chriſtum hæc dixiſſe eo tempore, quod quatuor menſibus a meſſe remotum erat.

Τετραπλόος, όη, όον, contr. τετραπλᾶς, ῆ, ᾶν, *Quadruplus*, (ex τέσσαρες & ἁπλόος, ſimplex.) Luc. 19, 8. ἀποδίδωμι (κατὰ) τετραπλᾶν (μέρος,) reddo quadrupliciter.

Τετράπες, οδος, ὁ, ἡ, *Quadrupes*, & in neutro plur. τετράποδα (ſc. ζῶα,) quadrupedia animalia, (ex τέτρα & πᾶς, pes.) Actor. 10, 12. Rom. 1, 23. τετραπόδων (ſc. ζόων,) quadrupedum animalium.

Τετραρχέω, ῶ, f. ήσω, *Tetrarcha ſum*, (a τετράρχης.) Conſtruitur cum genitivo more verborum dominandi. Luc. 3, 1. τετραρχοῦντος (Part. præſ.) τῆς Γαλιλαίας Ἡρῴδε, cum tetrarcha Galilææ eſſet Herodes.

Τετράρχης, ε, ὁ, *Tetrarcha*, qui quatuor præfecturis ſeu provinciis præeſt, (ex τέσσαρες & ἄρχων, princeps,) deinde, qui exiguæ alicui provinciæ præeſt. Matth. 14, 1. Ἡρῴδης ὁ τετράρχης, Herodes tetrarcha. Act. 13, 1. Confer auctores citatos a Diecmanno, Gloſſarium Rabani Mauri p. 166. Heſychius: τετράρχαι, οἱ βασιλεῖς.

Τεφρόω, ῶ, f. ώσω, *In cineres redigo*, (a τέφρα, cinis.) 2. Petr. 2, 6. τεφρώσας καταστροφῇ, qui in cinerem redegit ſubverſione. Heſychius: τεφρώσας, σποδώσας.

Τέχνη, ης, ἡ, *Ars*. Actor. 17, 29. 18, 3. ἦσαν σκηνοποιοὶ (κατὰ) τὴν τέχνην, erant tabernaculorum confectores (quoad) artem.

Τεχνίτης, ε, ὁ, *Artifex*, (a τέχνη.) Actor. 19, 38. οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται, qui cum ipſo erant artifices. Hebr. 11, 10. Apoc. 18, 22. πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης, quivis artifex omnis artis.

Τήκω, f. ξω, *Liquefacio*, τήκομαι, *liqueſco*. 2. Petr. 3, 12. στοιχεῖα καυσόμενα τήκεται, elementa, quæ comburentur, liqueſcunt. Heſychius: τήκει, φθείρει, λεπτύνει.

Τηλαυγῶς, adv. *Clare*, ſplendorem longe ſpargendo, dilucide, (ex τῆλε, procul, longe, & αὐγή, ſplendor.) Marc. 8, 25. ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας, aſpexit eminus dilucide omnes. Heſychius: τηλαυγῶς, λαμπρῶς.

Τηλικᾶτος, αύτη, ᾶτον, *Tantus*, (ex τηλίκος, tantus, quod eſt ex ἡλίκος, quantus, & ᾶτος, hic.) Jacob. 3, 4. τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα, navigia, quæ tanta ſunt. Apoc. 16, 18. τηλικᾶτος σεισμὸς, tantus terræ motus. 2. Cor. 1, 10. ἐκ τηλικούτου θανάτου, ex tanto mortis periculo. Hebr. 2, 3. τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας, tantam negligentes ſalutem.

Τηρέω, ῶ, f. ήσω, 1) *Retineo*, *obtineo*, apud me retineo. 1. Cor. 7, 37. τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, apud ſe retinere ſuam filiam. 2. Tim. 4, 7. τὴν πίστιν τετήρηκα, fidem retinui. Judæ v. 6. Apoc. 2, 26. 3, 3. 10. ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, ſervaſti verbum patientiæ meæ. cap. 16, 15. 2) *Conſervo*, *tueor*, *ſtudio*.

ſtodio. Joann. 17, 11. τήρησον αὐτὰς ἐν τῷ ὀνόματί σε, conſerva illos in nomine tuo. v. 12. 15. ἵνα τηρήσῃς αὐτὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ, ut conſerves illos a diabolo. 2. Cor. 11, 9. ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα καὶ τηρήσω, non moleſtum vobis me ſervavi & ſervabo. 1. Tim. 5, 22. σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει, (imper. præſ.) teipſum caſtum ſerva. Jac. 1, 27. 1. Joann. 5, 18. Apoc. 3, 10. 3) *Obſervo.* Matth. 19, 17. τήρησον τὰς ἐντολάς, obſerva præcepta. cap. 23, 3. Marc. 7, 9. Joann. 8, 55. τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ, ſermonem ejus obſervo. cap. 9, 16. τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ, ſabbatum non obſervat. Act. 15, 5. τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως, obſervare legem Moſis. 4) *Cuſtodio* aliquem *captivum.* Matth. 27, 36. ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ, cuſtodiebant ipſum ibi. Act. 12, 5. ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ, cuſtodiebatur in cuſtodia. 5) *Aſſervo, reſervo.* Joann. 2, 10. τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον, reſervaſti bonum vinum. cap. 12, 7. in diem ſepulturæ meæ τετήρηκεν αὐτό, reſervavit illud. 1. Petr. 1, 4. hæreditatem - τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ὑμᾶς, aſſervatam in cœlis ad nos. 2. Petr. 2, 4. Deus angelos, qui peccaverunt, tradidit εἰς κρίσιν τετηρημένους, ad judicium reſervatos. v. 9. 17. 3, 7. cœli & terra, πυρὶ τυρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως, igni aſſervantur in diem judicii. Judæ v. 6. 13. Heſychius: τηρεῖ, φυλάσσει, φρουρεῖ.

Τήρησις, εως, ἡ, 1) *Cuſtodia, carcer,* (a τηρέω.) Act. 4, 3. καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν, & ponebant in cuſtodiam. cap. 5, 18. 2) *Obſervatio.* 1. Cor. 7, 19. τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ, obſervatio præceptorum Dei.

Τιβεριὰς, άδος, ἡ, *Tiberias, adis,* urbs Galilææ, ad mare ſita, quod inde nomen mare Tiberiadis accepit. Joann. 6, 1. πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος, trans mare Galilææ Tiberiadis. cap. 21, 1.

Τιβέριος, ίε, ὁ, *Tiberius,* nomen Imperatoris Romani, ſub quo Chriſtus crucifixus eſt. Luc. 3, 1. ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίε Καίσαρος, anno quinto & decimo imperii Tiberii Imperatoris.

Τίθημι, f. θήσω, 1) *Pono, colloco,* proprie. Matth. 5, 15. καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, & ponunt illum ſub modium. cap. 27, 60. ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, poſuit illud in novum ſuum monimentum. Marc. 6, 56. ἐτίθεν τοὺς ἀδενοῦντας, ponebant ægrotantes. cap. 15, 47. ἐθεώρουν ποῦ τίθεται, videbant ubi poneretur. cap. 16, 6. Joann. 11, 34. 13, 4. καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, & collocat veſtimenta. Deinde vario ſignificatu. Matth. 12, 18. θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, ponam ſpiritum meum in ipſum. cap. 22, 44. ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. cap. 24, 51. τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει, partem ejus cum hypocritis ponet. Luc. 1, 66. καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, & ponebant omnes, qui audiverant, in cor ſuum. c. 9, 44. θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους, ponite vos in aures veſtras

vestras sermones hos. cap. 21, 14. Luc. 6, 48. ἔθηκε θεμέλιον, posuit fundamentum. Sic cap. 14, 29. & 1. Cor. 3, 10. Joann. 19, 19. καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τῷ σταυρῷ, & (posuit) fixit in crucem. Actor. 1, 7. ἃς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, quos pater constituit in sua potestate. 1. Cor. 9, 18. ἵνα - ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον, ut sine sumtibus ponam (constituam, efficiam) Evangelium. 2) *Appono.* Joann. 2, 10. omnis homo primum τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, vinum bonum apponit. Sic Latini, ponere cibum, mensam. 3) *Depono.* Luc. 19, 21. αἴρεις, ὃ οὐκ ἔθηκας, tollis, quod non deposuisti. Act. 4, 35. ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἀποστόλων, deponebant ad pedes Apostolorum. cap. 5, 2. 1. Cor. 16, 2. παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, apud seipsum deponat. 2. Cor. 5, 19. καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς, & deponens in nobis verbum reconciliationis, i. e. reconcilians. 4) *Expono.* Joann. 10, 17. τίθημι τὴν ψυχήν μου, relinquo vitam meam. cap. 13, 38. 1. Joann. 3, 16. 5) *Conjicio.* Matth. 14, 3. καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ, & conjiciebat in custodiam. Act. 4, 3. καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν, & conjiciebant in custodiam. cap. 5, 18. 25. 12, 4. 6) *Impono.* Marc. 10, 16. τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά imponens manus super illos. 7) *Deflecto* in terram. Matth. 15, 19. τιθέντες τὰ γόνατα, flectentes genua. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5. 8) *Propono.* Act. 5, 4. ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου, quod proposueris in corde tuo. cap. 19, 21. 27, 12. οἱ πλείους ἔθεντο βουλήν, plures capiebant consilium. 9) *Constituo.* Joann. 15, 16. ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, constitui vos, ut vos eatis. Act. 13, 47. τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, constitui te ad lumen gentium. cap. 20, 28. in quo Spiritus S. vos ἔθετο ἐπισκόπους, posuit episcopos Rom. 4, 17. πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, patrem multarum gentium constitui te. 1. Cor. 9, 18. 12, 28. 1. Thess. 5, 9. οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργήν, non constituit nos Deus ad iram. 1. Tim. 1, 12. 2, 7. εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ, ad quod constitutus sum ego præco. Alia exempla tradit Jo. Alberti Obs. Philol. p. 346.

Τίκτω, f. τέξω vel τέξομαι, 1) *Pario, procreo.* Matth. 1, 21. τέξεται δὲ υἱόν, pariet vero filium. cap. 2, 2. ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, natus Rex Judæorum. Joann. 16, 21. γυνὴ ὅταν τίκτῃ, mulier quando parit. 2) Tribuitur terræ & significat: *Produco, profero.* Hebr. 6, 7. γῆ - τίκτουσα βοτάνην, terra proferens herbam. 3) Metaph. Jacob. 1, 15. ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, concupiscentia (mala) postquam concepit, parit peccatum.

Τίλλω, *Vello, evello,* Matth. 12, 1. τίλλειν στάχυας, vellere aristas.

Τίμαιος, ου, ὁ, *Timæus,* nomen viri proprium patris cujusdam cœci. Marc. 10, 46. υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς, filius Timæi Bartimæus cœcus.

Τιμάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Aestimo, pretium pono,* (a τιμή.) Matth.

Matth. 27, 9. τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο, pretium æstimati (agri,) quem æstimarunt. 2) *Magni æstimo, honoro*, in honore habeo. Matth. 15, 4. τίμα τὸν πατέρα σου, honora patrem tuum. v. 8. populus hic τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, labiis me honorat. Joann. 5, 23. 8, 49. τιμῶ τὸν Πατέρα μου, honoro patrem meum. cap. 12, 26. si quis mihi miniſtret, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατὴρ, honorabit ipſum Pater. Act. 28, 10. πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, multis honoribus decorarunt nos, 1. Tim. 5, 3. 1. Petr. 2, 17. πάντας τιμήσατε, - τὸν βασιλέα τιμήσατε.

Τιμή, ῆς, ἡ, 1) *Pretium*, quo res aliqua æſtimatur, (a τίω, pendo.) Matth. 27, 6. τιμὴ αἵματός ἐστι, pretium ſanguinis eſt. v. 9. Act. 4, 34. τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, pretia eorum, quæ vendebantur. 1. Cor. 6, 20. & 7, 23. τιμῆς ἠγοράσθητε, pretio magno emti eſtis. 2) *Decus*. 1. Cor. 12, 23. 24. τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, illi, quod eſt membrum deficiens, majus dans decus. Col. 2, 23. 2. Tim. 2, 20. 21. & Rom. 9, 21. ἃ μὲν σκεῦος εἰς τιμὴν, erit vas ad decus. 3) *Honor, cultus, veneratio*. Joann. 4, 44. propheta in ſua patria τιμὴν οὐκ ἔχει, honorem non habet. Act. 28, 10. Rom. 2, 7. 10. 12, 10. 13, 7. τῷ τὴν τιμὴν, τιμὴν, illi cui honorem debetis, honorem exhibete. 1. Tim. 5, 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, duplici honore digni habeantur. c. 6, 1. τιμὴ τοῦ σώματος, Col. 2, 23. eſt cultus & cura corporis neceſſaria, quod ad victum & amictum ſpectat. 4) Una ex Sephiroth ſeu proprietatibus Dei. 1. Tim. 1, 17. Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Deo ſit honor & gloria in ſæcula. c. 6, 16. ᾧ τιμὴ καὶ κράτος, cui ſit honor & robur. Apoc. 4, 11. 5, 12. 13. 7, 12. 19, 1.

Τίμιος, ία, ον, 1) *Pretioſus*, carus, (a τιμή.) 1. Cor. 3, 12. λίθους τιμίους, lapides pretioſos. Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 19. Act. 20, 24. οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, neque habeo vitam meam caram mihi. Jacob. 5, 7. τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, pretioſum fructum terræ. 1. Petr. 1, 19. τιμίῳ αἵματι pretioſo ſanguine. 2. Petr. 1, 4. τίμια ἐπαγγέλματα, pretioſæ promiſſiones. Comparativus. 1. Petr. 1, 7. πολὺ τιμιώτερον χρυσίου, multo pretioſius auro. Superlativus. Apoc. 18, 12. ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, ex ligno pretioſiſſimo. c. 21, 11. ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ, ſimilis lapidi pretioſiſſimo. 2) *Honoratus, honorabilis*. Act. 5, 34. legis magiſter τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, honorabilis omni populo. Hebr. 13, 4. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, honoratum, honeſtum ſit conjugium in omnibus (tam perſonis, quam rebus.) Heſychius: τίμιος, ἔνδοξος.

Τιμιότης, ητος, ἡ, 1) *Pretioſitas*. 2) *Opulentia*, (a τίμιος.) Apoc. 18, 19. ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες - ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, in qua divites facti ſunt omnes ex opulentia ejus.

Τιμόθεος, ου, ὁ, *Timotheus*, nomen viri Dei græcum, (ex τιμάω, & θεὸς, Deus.) Act. 16, 1. Rom. 16, 21. Τιμόθεος ὁ συνεργός μου, Timotheus coadjutor meus. &c.

Τίμων,

Τίμων, ωνος, ὁ, *Timon*, nomen cujusdam ex septem illis mensæ diaconis græcum, (a τιμάω.) Actor. 6, 5.

Τιμωρέω, ῶ, f. ήσω, *Punio*, pœnas exigo, (ex τιμὴ & ὁράω, video, observo.) Actor. 22, 5. ἵνα τιμωρηθῶσιν, ut punirentur. cap. 26, 11.

Τιμωρία, ας, ἡ, *Pœna, supplicium*, (a τιμωρέω.) Hebr. 10, 29.

Τὶς, ὁ, ἡ, καὶ τὸ τὶ, genit. τινὸς, 1) *Aliquis*, quispiam, *quidam*: pronomen indefinitum. Matth. 12, 47. εἶπε δέ τις αὐτῷ, dixit autem aliquis ipsi. Hebr. 2, 6. διεμαρτύρατο δέ πε τὶς, testabatur vero alicubi quidam. Particula allegandi. Apostolus hic ἑλληνικῶς vocem Scripturæ omittit. Matth. 21, 33. ἄνθρωπός τις, homo quidam. Marc. 5, 25. γυνή τις, mulier quædam. Matth. 18, 12. ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ, si essent cuidam homini. Act. 27, 8. ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ, venimus in locum quendam, neutrum τί. Matth. 5, 23. quod frater tuus, ἔχει τι κατὰ σοῦ, habeat aliquid adversus te. cap. 21, 3. ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, si quis vobis aliquid dicit. Marc. 11, 25. εἴ τι ἔχετε κατά τινος, si quid habetis adversus aliquem. Luc. 22, 35. μή τινος (sc. πράγματος) ὑστερήσατε; num ulla re caruistis? 1. Cor. 6, 12. ἐκ ἐγὼ ἐξασθενήσομαι ὑπό τινος, non ego sub potestatem alicujus rei redigar. τὶ pro κατά τι; 1. Cor. 7, 5. εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνε, nisi aliquantulum ex consensu. 2. Cor. 13, 5. Hebr. 2, 7. 9. plural. τινὲς, *quidam*, nonnulli. Matth. 9, 3. &c. adde Act. 9, 2. 19. 17, 5. 1. Cor. 9, 22. ἵνα πάντως τινὰς σώσω, ut omnino aliquos servem. Neutrum pl. τινά: Act. 17, 20. ξενίζοντά τινα, peregrina quædam. cap. 27, 44. ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίε (sc. ὄντων μερῶν,) super quibusdam, quæ a nave erant, partibus. 2) *Magnus aliquis*. Actor. 5, 36. λέγων, εἶναί τινα ἑαυτὸν, dicens esse aliquem magnum seipsum. cap. 8, 9. additur μέγαν. Sic Menander in ἐπαγγελλομένῳ apud Stobæum: Ἐφ' ᾧ φρονεῖς μέγιστον, ἀπολεῖ τοῦτό σε τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι. Lucianus Timone p. 78. μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τὲς θεές. Sic τι. 1. Cor. 3, 7. ἄτε ὁ φυτεύων ἐσί τι, neque plantans est aliquid. Gal. 2, 6. 6, 3. εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, si enim putat aliquis, se esse aliquid. cap. 5, 6. & 6, 15. ἄτε περιτομή τι ἰσχύει, neque circumcisio aliquid valet.

Τίς, ὁ, ἡ καὶ τί, τὸ, genit. τίνος. 1) *Quis, quæ, quid*? pronomen interrogativum, & usurpatur tam pronominaliter, quam adjective, & quidem interrogat α) simpliciter. Matth. 3, 7. τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν; quis ostendit vobis? Joann. 3, 7. σὺ τίς εἶ; tu quis es? Matth. 22, 20. τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη; cujus est effigies hæc? v. 42. τίνος υἱός ἐστι; cujus filius est? Act. 19, 15. ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ; vos vero quinam estis? Adjective. Matth. 24, 3. τί τὸ σημεῖον τῆς παρουσίας σε; quod est signum adventus tui? Marc. 5, 9. τί σοι ὄνομα; quod tibi est nomen? Act. 10, 21. τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν πάρεστε; quæ est causa, ob quam adestis? β) figurate. Matth. 5, 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; quanam re salietur? i. e. nulla re alia loco

salis adhiberi poterit. v. 46. τίνα μισθὸν ἔχετε; quam mercedem habetis, i. e. nullam habetis. cap. 6, 27. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν; quis, i. e. nullus vero ex vobis curans? Rom. 8, 31. 33. 34. τίς ὁ κατακρίνων; quis condemnans est? i. e. nullus condemnat. 1. Cor. 2, 11. τίς γὰρ οἶδεν ἄνθρωπος; nullus homo scit. cap. 10, 19. τί οὖν φημι; ὅτι εἴδωλον τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; ego igitur dico idolum plane nihil in mundo esse, nec etiam aliquid, quod idolis immolatur. c. 15, 2. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην, qua ratione Evangelium docuerim? Hebr. 2, 6. τί ἐστιν ἄνθρωπος; quid est homo? γ) Indefinite vel determinative. Matth. 9, 13. μάθετε τί ἐστιν, discite, quid sit. cap. 15, 32. οὐκ ἔχασι, τί φάγωσι, non habent, quod comedant. c. 21, 16. ἀκούεις, τί οὗτοι λέγουσιν; num audis, quid hi dicant? Joann. 10, 6. illi vero non cognoverunt, τίνα ἦν, ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, quæ essent, quæ loquebatur cum illis. cap. 19, 24. sortiamur de illo, τίνος ἔσται, cujus futurus sit. Tandem notentur variæ formæ, quas neutrum τί efficit: ut τί, pro διὰ τί, cur? Matth. 6, 28. τί μεριμνᾶτε; cur curatis? cap. 11, 7. τί ἐξήλθετε; cur exiistis? cap. 19, 7. τί με λέγεις ἀγαθόν; cur me dicis bonum? c. 20, 6. 22, 18. 26, 10. &c. Ellipticum illud Matth. 8, 29. Marc. 1, 24. & Luc. 4, 34. τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ; (subint. τὸ πρᾶγμα κοινὸν ἐστι) quid nobis & tibi Jesu commune est? Joann. 2, 4. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; quid mihi & tibi, mulier? c. 21, 22. τί πρός σε; quid ad te pertinet? 1. Cor. 5, 12. τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; quid mihi negotii est cum lite vel judicio eorum, qui sunt extra ecclesiam? Phrasis hebraica est: מָה לִּי וָלָךְ, sed & Græci profani illam receperunt. Vide Drusium Misc. 2, 26. Pfochenium Diatrib. §. 40. & Jo. H. Majum fil. Observ. sacr. lib. 1. p. 18.

Τί οὖν subaudi γίνεται vel ἔσται; quid ergo tandem fiet? formula ex modo disputandi desumta, quæ & occurrit apud Arrianum in Epict. 1, 8. p. 60. Joann. 1, 21. τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; quid igitur? Eliasne tu es? Rom. 3, 9. τί οὖν; προεχόμεθα; quid igitur? num præstamus? cap. 6, 15. plene 1. Cor. 14, 15. & 26. τί οὖν ἐστιν; quid igitur est? sic τί; Act. 26, 8. & τί γάρ; sc. ἐστι vel γέγονεν. Rom. 3, 3. τί γάρ; εἰ ἠπίστησάν τινες; quid vero tunc factum est, si increduli fuerunt quidam? Philipp. 1, 18. διὰ τί; quare? quam ob rem? Matth. 9, 11. 14. 13, 10. διὰ τί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς; cur in parabolis loqueris ipsis? Marc. 2, 18. 7, 5. Joann. 13, 37. εἰς τί, quare, quem in finem? Matth. 14, 31. εἰς τί ἐδίστασας; cur dubitasti? cap. 26, 8. Marc. 14, 4. 15, 34. Aliter Act. 19, 3. εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; in quodnam nomen baptizati estis? sic πρὸς τί. Joann. 13, 28. πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ, quem in finem dixerit ipsi. Ἵνα τί; cur (pro τί γέγονεν, ἵνα) 1. Cor. 10, 29. ἵνα τί ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται; cur libertas mea judicatur? τί ὅτι, idem pro τί γέγονεν, ὅτι. Marc. 2, 16. Luc. 2, 49. Act. 5, 4. 9. τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίε; cur conventum est inter vos tentare Spi-

Spiritum Domini? Suppletur hæc ellipsis Joann. 14, 22. τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν; quid factum est, quod nobis manifestaturus es teipsum? 2) *Qualis.* Marc. 1, 27. τί ἐστι τοῦτο; quale est hoc? c. 6, 2. τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, qualis hæc est sapientia data ipsi? Luc. 4, 36. τίς ὁ λόγος οὗτος; qualis sermo hic est? cap. 8, 9. 24, 17. Joann. 2, 18. 7, 36. 8, 53. τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; qualem teipsum facis? Rom. 8, 27. οἶδε, τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, scit, qualis sit sensus spiritus. 3) τί, *Quomodo?* Luc. 1, 62. τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν, nempe, quomodo vellet vocari ipsum. 1. Cor. 7, 16.

Τίτλος, ου, ὁ, *Titulus inscriptio*, vox latina. Joann. 19, 19. Hesychius: τίτλος, πλυκίον ἐπίγραμμα ἔχον.

Τίτος, ου, ὁ, *Titus*, nomen Episcopi Cretensis. 2. Cor. 2, 13. Τίτον τὸν ἀδελφόν μου, Titum fratrem meum, (sc. in Christo & in fide.) Sic Tit. 1, 4. Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν, Tito genuino filio juxta communem fidem.

Τίω, f. τίσω, *Pendo, solvo*, persolvo. 2. Thess. 1, 9. οἵτινες δίκην τίσουσι, qui pœnam luent.

Τοιγαροῦν, *Proinde, ergo*, igitur, itaque, (ex τοι γὰρ, & οὖν.) 1. Thess. 4, 8. Hebr. 12, 1. Hesychius: τοιγαροῦν, ὅθεν δὴ, ἢ ἕνεκεν.

Τοίγε vide καίτοιγε, *quamvis*. Joann. 4, 2.

Τοίνυν, *Igitur, itaque*, ergo, (ex τοι & νῦν, nunc.) Luc. 20, 25. ἀπόδοτε τοίνυν, reddite igitur. 1. Cor. 9, 26. Hebr. 13, 13. Jacob. 2, 24. ὁρᾶτε τοίνυν, videte igitur.

Τοιόσδε, τοιάδε, τοιόνδε, *Talis*, ejusmodi, (ex τοῖος, idem, & δέ.) 2. Petr. 1, 17. φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε, cum vox illata ipsi esset talis.

Τοιοῦτος, αύτη, οῦτο, *Talis*, hujusmodi, (ex τοῖος, & οὗτος, hic.) Matth. 18, 5. ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἕν, quicunque receperit puerum talem unum. c. 19, 14. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, talium enim est regnum cœlorum, i. e. Messiæ. Marc. 4, 33. καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς, & talibus parabolis multis. c. 13, 19. οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη, quæ non fuit talis. Joann. 4, 23. ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν, Pater tales quærit, qui se adorant. cap. 9, 16. τοιαῦτα σημεῖα, talia miracula. Act. 26, 29. γενέσθαι τοιούτους οἷος κἀγώ εἰμι, fieri tales, qualis ego sum. Rom. 1, 32. οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, qui talia faciunt &c.

Τοῖχος, τοίχου, ὁ, *Paries, murus*, (a τεῖχος, idem.) Actor. 23, 3. τοῖχε κεκονιαμένε, mure dealbate.

Τὸ καθημέραν, vide ἡμέρα & καθ' ἡμέραν, in κατά.

Τόκος, ου, ὁ, 1) Proprie *partus*, (a τίκτω, pario.) 2) *Usura, fœnus.* Matth. 25, 27. ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ, reportassem mea cum usura. Luc. 19, 23.

Τολμάω, ῶ, f. ήσω, *Audeo*, audacia utor, *sustineo*, fiducia feror. Matth. 22, 46. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις - ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι,

neque ausus est quis interrogare ipsum. Marc. 15, 43. τολμήσας εἰσῆλθε, ausus & ingressus est. Actor. 5, 13. ἀδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς, nemo audebat adhærere illis. c. 7, 32. οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι, non audebat considerare. 2. Cor. 11, 21. ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, τολμῶ κἀγώ, in quocunque aliquis audacia utitur, audacia utor etiam ego; Judæ. v. 9. οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, non sustinuit vel consultum duxit, judicium inferre convitii: ita sensu paullo molliore Buxtorfius Cat. c. 154.

Τολμηρὸς, ά, όν, *Audax*: comparativus adverbialiter Rom. 15, 15. τολμηρότερον δὲ ἔγραψα, liberius, majore fiducia loquendi scripsi.

Τολμητὴς, οῦ, ὁ, *Homo audax*, (a τολμάω.) 2. Petr. 2, 10. τολμηταὶ, αὐθάδεις, audaces, sibi ipsis placentes. Hesychius: τολμητίας (forte τολμητὴς,) προπετὴς, αὐθάδης, ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐπιχειρῶν.

Τομὸς, ἡ, όν, *Scindens*, incidens, *acutus*, (a τέμνω, seco.) Compar. τομώτερος acutior. Metaph. Hebr. 4, 12. verbum Dei efficax & τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, acutius super omnem gladium bicipitem.

Τόξον, ου, τὸ, *Arcus*. Apoc. 6, 2. ἔχων τόξον, habens arcum.

Τοπάζιον, ίου, τὸ, *Topazium*, topazius lapis, gemmæ nomen, (a τοπάζω, statuo, colloco, in loco pono a τόπος.) Apoc. 21, 20. ὁ ἔνατος τοπάζιον nonus, topazium.

Τόπος, ου, ὁ, 1) *Locus, spatium* quodvis. Matth. 28, 6. δεῦτε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος, videte locum, ubi jacebat Dominus. Luc. 2, 7. οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι, non erat illis locus in diversorio. Luc. 6, 17. ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, in loco campestri. c. 10, 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, adveniens in loco illo. c. 11, 1. 14. 22. ἔτι τόπος ἐστὶ, adhuc locus est. Joann. 14, 3. ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, præparabo vobis locum. Apoc. 20, 11. τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς, locus non inventus est illis. Hinc phrases, Rom. 15, 23. μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, non amplius locum habens in climatibus his. Et δοῦναι τόπον, hebr. בתן מקום, quod dupliciter accipitur, *a*) Locum apud se relinquere. Ephes. 4, 27. μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ, neque locum relinquite calumniatori. Vide ex Plutarcho a Knatchbullo adducta. *b*) Cedere alicui, *einem aus dem Wege gehen*. Luc. 14, 9. δὸς τούτῳ τόπον, da huic locum. Rom. 12, 19. δότε τόπον τῇ ὀργῇ, *gebet dem Zorne aus dem Wege*: fugite illam, *macht ihm platz*. 2) *Templum Hierosolymitanum*. Joann. 11, 48. ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος, tollent nostrum & templum & gentem. Act. 6, 14. Dicitur τόπος ἅγιος, locus sanctus. Matth. 24, 15. ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, qui stat in templo sancto. Actor. 6, 13. 21, 28. 3) *Occasio*, temporis locique *oportunitas*. Act. 25, 16. τόπον ἀπολογίας, oportunitatem se defendendi. 4) *Admissio*. Hebr. 8, 7. οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος, secundæ locus (admissio) non

non quæreretur. cap. 12, 17. μετανοίας τόπον ἐχ εὗρε, non invenit vel consecutus est, ut resipiscentia ejus admitti potuerit. 5) Pro *vice*. 1. Cor. 14, 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τῦ ἰδιώτυ, explens vicem idiotæ. 6) *Status*, *conditio*. Act. 1, 25. ex qua transiit Judas, πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, ire in locum suum. Lightfoot. ad h. l. & ad Matth. 10, 4. intelligit gehennam. Knatchbull vero aliter construit, & refert verba hæc ad Matthiam. Dougtæus vero Anal. 1. N. T. Excursu 45. explicat locum suum de morte, quæ licet communis sit, tamen dicitur suuscuique. Est hebraismus לְמְקֹמוֹ. Jud. 9, 55. Nos: *Er ging seinen Gang*, *seines Weges*: ita Grotius. 7) *Tractus*, quidam, *regio*. Matth. 12, 43. δι' ἀνύδρων τόπων, per aridas regiones. c. 14, 15. ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, deserta est regio. v. 35. ἄνδρες τῦ τόπυ ἐκείνυ, viri regionis illius. c. 24, 7. σεισμοὶ κατὰ τόπυς, terræ motus in singulis regionibus. &c.

Τοσῦτος, αὕτη, ῦτο, 1) *Tantus*, (ex τόσος, idem, & τος hic.) Matth. 8, 10. neque in Israël τοσαύτην πίστιν εὗρον, tantam fidem inveni. c. 15, 33. ὄχλον τοσῦτον, populum tam multum. Joann. 14, 9. τοσῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, tantum tempus vobiscum sum. Hebr. 12, 1. Apoc. 18, 7. 17. ὁ τοσῦτος πλῦτος, tantæ divitiæ. cap. 21, 16. τοσάτα sc. τιμήματος, tanti (pretii.) Act. 5, 8. τοσάτῳ sc. μέρει. Hebr. 1, 4. τοσάτῳ κρείττων γενόμενος, tanto melior factus. c. 10, 25. καὶ τοσάτῳ μᾶλλον, ὅσῳ, & tanto magis, quanto &c. κατὰ τὸ τοσῦτον, sc. μέρος, in tantum. Hebr. 7, 22. 2) Plur. τοσῦτοι, αὗται, αῦτα, *tot*, *tam multi*. Matth. 15, 33. ἄρτοι τοσῦτοι, panes tam multi. Luc. 15, 29. τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, tot annos servio tibi. Joann. 6, 9. τί ἐστιν εἰς τοσάτυς; quid est hoc inter tam multos? c. 21, 11. τοσάτων ὄντων οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον, quamvis tam multi & tam magni essent (pisces,) non tamen scissum est rete. Gal. 3, 4. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; num tanta, tam multa & magna passi estis frustra?

Τότε, adv. 1) *Tunc*, (ab ὅτε, cum.) Matth. 2, 17. τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν, tunc, eo ipso impletum est illud, quod dictum est. c. 11, 20. τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν, tunc incepit increpare. cap. 24, 10. καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ, tunc scandalizabuntur multi. c. 27, 16. εἶχον τότε δέσμιον, habebant tunc vinctum. Rom. 6, 21. τίνα καρπὸν εἴχετε τότε; qualem fructum habebatis tunc? Hinc ἀπὸ τότε, a tunc, ab eo ipso tempore. Matth. 4, 17. ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησῦς κηρύσσειν, ab eo tempore incepit Jesus prædicare. 2) *Tum*, *deinde*. Matth. 3, 15. τότε ἀφίησιν αὐτὸν, tunc relinquebat ipsum. c. 5, 24. καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σε, & tum veniens offer donum tuum.

Τᾶ, Poët. pro τάτα vel αὐτᾶ. Act. 17, 28. τᾶ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, illius enim etiam genus sumus.

Τἐναντίον, adv. *E contrario*, *contra*, (ex τὸ & ἐναντίον.)

2. Corinth. 2, 7. ὥστε τἐναντίον μᾶλλον &c. ut e contrario potius. Gal. 2, 7.

Τἄνομα, Vocabulum indeclinabile compositum, ex τὸ & ὄνομα, nomen. Matth. 27, 57. τἄνομα Ἰωσήφ, cujus nomen Joseph.

Τατέστι vel τᾶτ' ἔστι, *Hoc est*, (ex τᾶτο & ἐστὶ, est.) Matth. 27, 46. Marc. 7, 2. κοιναῖς χερσὶ, τᾶτ' ἔστιν ἀνίπτοις, communibus manibus, hoc est, illotis. Act. 1, 19. Ἀκελδαμὰ, τατέστι, χωρίον αἵματος, Hakeldama, hoc est, ager sanguinis. cap. 19, 4. Rom. 7, 18. ἐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ (τατέστιν ἐν τῇ σαρκί μᾰ,) ἀγαθὸν, non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. &c.

Τράγος, ᾰ, ὁ, *Hircus*, caper. Hebr. 9, 12. 13. αἷμα ταύρων καὶ τράγων, sanguis hircorum & vitulorum.

Τράπεζα, ης, ἡ, - 1) *Mensa*, cui aliquid imponimus. Hebr. 9, 2. Matth. 21, 12. τὰς τράπεζας τῶν κολλυβιστῶν, mensas nummulariorum. Metonym. fœnus. Luc. 19, 23. & cur non dedisti pecuniam meam ἐπὶ τὴν τράπεζαν in mensam numulariorum. 2) *Mensa*, cui cibi imponuntur, & ad quam comedimus. Matth. 15, 27. ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης, de micis decidentibus a mensa. Luc. 16, 21. 22, 21 & 30. ἐπὶ τῆς τραπέζης μᾰ, in mensa mea. Act. 6, 2. διακονεῖν τραπέζαις, ministerium rerum, quæ ad mensam & alimenta pertinent, administrare & curare. Actor. 16, 34. παρέθηκε τράπεζαν, appositit mensam, i. e. cœnam paravit. Rom. 11, 9. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, fiat mensa ipsorum in laqueum. 3) Metonymice. 1. Cor. 10, 21. τράπεζα Κυρίᾰ est *cœna Domini*, & τράπεζα δαιμονίων est participatio eorum, quæ diis sunt immolata.

Τραπεζίτης, ᾰ, ὁ, *Numularius*, *mensarius*, argentarius, collybista, (a τράπεζα, quia mensæ assidebant, Matth. 25, 27. oportebat igitur te tradere βαλεῖν.) pecuniam meam τοῖς τραπεζίταις.

Τραῦμα, ατος, τὸ, *Vulnus*, (a τιτρώσκω, fut. τρώσω, vulnero.) Luc. 10, 34. κατέδησε τὰ τραύματα αὐτᾶ, obligavit vulnera ejus.

Τραυματίζω, f. ίσω, *Vulnero*, *saucio*, (a τραῦμα.) Luc. 20, 12. τᾶτον τραυματίσαντες, hunc vulnerarunt. Perf. pass. part. τετραυματισμένος, vulneratus. Act. 19, 16.

Τραχηλίζω, f. ίσω, 1) In collum seu cervicem resupino. obtorto collo traho, (a τράχηλος.) 2) Part. perf. pass. τετραχηλισμένος, ένη, ον, *Apertus*, *patefactus*. Hebr. 4, 13. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτᾶ, omnia nuda & patefacta sunt oculis, ejus. Hesychius: τετραχηλισμένα, πεφανερωμένα. Metaphora sumta vel a luctatoribus, cum adversarii collum torquentes, eum resupinant: vel ab extispicibus, qui superis sacra facientes ἀνέτρεφον τὸν τράχηλον: vel denique a militibus, qui, in hostem impetum facientes, scutum projiciebant, h. e. ante se extendebant, adeoque collum nudum con-

conſpiciendum præbebant. Vide Cuperum Obſ. l. 12. Perizonius ad Aelianum V. H. 12. 58. Caſauboniana p. 79. ibique Cel. Wolfium, p. 283. Elsnerum Obſ. ſacr. tom. 2. p. 340.

Τράχηλος, ου, ὁ, *Collum, cervix.* Matth. 18, 6. ut ſuſpendatur lapis molaris ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῦ, in cervicem ejus. Luc. 15, 20. ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῦ, cecidit in collum ejus. i. e. in amplexum ejus. Act. 20, 37. Rom. 16, 4. qui pro vita mea τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, ſuam ipſorum cervicem ſuppoſuerunt. Metaph. Act. 15, 10. ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, imponere jugum ſuper collum diſcipulorum ſ. Chriſtianorum.

Τραχὺς, εῖα, ὺ, *Aſper, ſcaber*, confragoſus. Luc. 3, 5. αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδὰς λείας, & aſperæ in vias planas. Actor. 27, 29. μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσι, ne in ſcrupuloſos locos inciderent.

Τραχωνῖτις, ιδος, ἡ, *Trachonitis*, regio trans Jordanem, ubi quondam regnum Baſanis ſitum fuit. Luc. 3, 1. καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, & Trachonitidis regionis.

Τρεῖς, οἱ, αἱ, τρία, τὰ, *Tres, tria.* Matth. 12, 40. τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, tres dies & tres noctes. cap. 13, 33. εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, in farinæ ſata tria. cap. 26, 61. διὰ τριῶν ἡμερῶν, per tres dies. c. 27, 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις, tribus diebus. &c. 1. Cor. 10, 8. ἔπεσι τρεῖς χιλιάδες, viginti tria millia.

Τρεῖς ταβέρναι, αἱ, nomen urbis Italicæ. Act. 28, 15. ἄχρις - τριῶν ταβερνῶν, usque ad tres tabernas.

Τρέμω, *Tremo, contremiſco*, trepido, horreſco, (a τρέω, idem.) Marc. 5, 33. Luc. 8, 47. mulier, τρέμουσα ἦλθε, tremens venit. Act. 9, 6. 2. Petr. 2, 10. δόξας δὲ τρέμουσι βλασφημεῖν, dignitates non tremunt blaſphemare.

Τρέφω, f. ψω, 1) *Alo, nutrio.* Matth. 6, 26. πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐπουράνιος τρέφει αὐτὰ, pater veſter cœleſtis nutrit illas. cap. 25, 37. Act. 12, 20. διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, propterea quod alebatur ipſarum regio a terris regiis. Jacob. 5, 5. 2) *Educo.* Apoc. 12, 6. 14. ὅπου τρέφεται ἐκεῖ, ubi educatur. Luc. 4, 16. οὗ ἦν τεθραμμένος, (part. præt. paſſ.) ubi erat educatus.

Τρέχω, 1) *Curro*, feſtino, propero. Joann. 20, 2. 4. ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, currebant vero duo ſimul. Rom. 9, 16. Apoc. 9, 9. Aor. 2. ἔδραμον. Matth. 27, 48. δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, currebat aliquis ex illis. c. 28, 8. ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, currebant ut annunciarent diſcipulis ejus. Marc. 5, 6. Luc. 15, 20. 2) Metaph. *Subito, procedo*, celeriter incrementa ſumo. 2. Theſſ. 3, 1. ἵνα ὁ λόγος τῦ Κυρίου τρέχῃ, ut verbum Domini currat. 3) *Curro in certamine.* 1. Cor. 9, 24. οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt. 4) Metaphorice de *Curſu in via fidei & vitæ Chriſtianæ*, nec non muneris fungendi. 1. Cor. 9, 24. οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε, ſic

currite, ut deprehendatis. Gal. 2, 2. μήπως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον, ne forte in vanum curram aut cucurrerim. cap. 5, 7. ἐτρέχετε καλῶς, currebatis bene (ſcil. in curſu & via Chriſtianiſmi.) Hebr. 12, 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, per patientiam curramus curſum certaminis nobis propoſitum.

Τριάκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, (a τρία) *Triginta.* Matth. 13, 8. & dabat fructum, ὃ δὲ τριάκοντα, aliud vero triginta. cap. 26, 15. illi vero conſtituerunt αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια, ipſi triginta argenteos. Hoc erat pretium ſervorum ordinarium apud Hebræos. Sic legitur in tractatu Talmudico, Erachin fol. 14, 2. Si quis optimum vel peſſimum ſervum interficit, is dat 30. Selaim. Joann. 5, 5. τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, triginta octo annos ſe habens in infirmitate.

Τριακόσιοι, αι, ια, *Trecenti, æ, a,* (a τρεῖς & ἑκατὸν, centum.) Marc. 14, 5. poterat hoc vendi ἐπάνω τριακοσίων δυναρίων, plus quam trecentis denariis. Joann. 12, 5.

Τρίβολος, ε, ὁ, *Tribulus*, herba ſpinoſa & aculeata, ſentes, ſpina, (ex τρεῖς & βολὴ cuſpis.) Matth. 7, 16. ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα, aut a ſpinis uvas. Hebr. 6, 8.

Τρίβος, ε, ἡ, *Semita*, trames, callis, limes, (a τρίβω, tero, contero, tundo.) Matth. 3, 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ, rectas facite ſemitas ejus.

Τριετία, ας, ἡ, triennium, (ex τρὶς & ἔτος, annus.) Actor. 20, 31.

Τρίζω, f. ίσω, *Stridio*, Marc. 9, 18. τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, ſtridet dentes ſuos. Heſychius: τρίζουσα, φωνοῦσα λεπτόν τι.

Τρίμηνος, ε, ὁ, ἡ, *Trimeſtris*, qui trium menſium eſt: neutr. τρίμηνον, ε, τὸ, *trimeſtre ſpatium.* Hebr. 11, 23. Moſes natus ἐκρύβη τρίμηνον (ſc. μέρος χρόνου,) abſconditus eſt trimeſtre.

Τρὶς, adv. 1) *Ter*, (a τρεῖς.) Matth. 26, 34. τρὶς ἀπαρνήσῃ με, ter abnegabis me. 2. Cor. 11, 25. Act. 10, 16. & 11, 10. τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρὶς, hoc vero fiebat tribus vicibus. Pleonasmus particulæ ἐπὶ, qualem etiam Raphelius producit e Xenophonte Cyropæd. lib. 7. p. 137. εἰς τρὶς ἀνέπαυσε τὸ στράτευμα. 2) *Aliquoties*, multoties, ſæpe. 2. Cor. 12, 8. τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, ter Dominum advocavi. Numerus certus pro incerto.

Τρίστεγος, ε, ὁ, ἡ, *Tria habens tecta*, triplici tecto opertus. Hinc τρίστεγον, ε, τὸ, (ſc. δῶμα.) *tertium tectum, tertia contignatio* domus, (ex τρὶς & στέγη, tectum.) Act. 20, 9.

Τρισχίλιοι, αι, ια, *Ter mille*, ſ. *tria millia*, (ex τρὶς & χίλιοι, mille.) Act. 2, 41. ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι, animæ fere ter mille.

Τρίτον, adv. *Tertium*, tertio, (a τρίτος.) Luc. 20, 12. καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον, & pergebat mittere tertio. cap. 23, 22. ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτούς, ille vero tertio dixit ad ipſos. Joann. 21, 14. τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς, hac jam tertia vice manifeſtatus eſt Jeſus. 2. Cor. 12, 14. τρίτον τοῦτο ἕτοιμαι πρὸς ὑμᾶς,

ter-

tertia hac vice venio ad vos, τὸ τρίτον, idem. Marc. 14, 41. καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, & venit tertio. Joann. 21, 17.

Τρίτος, η, ον, *Tertius*, (a τρεῖς.) Matth. 16, 21. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι, & tertio die ſurget. cap. 20, 3. περὶ τὴν τρίτην ὥραν, circa tertiam horam. Apoc. 4, 7. τὸ τρίτον ζῶον, tertium animal. τὸ τρίτον (ſc. μέρος,) tertia pars. Apoc. 8, 7. τὸ τρίτον τῶν δένδρων, tertia pars arborum. v. 8. τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης. ſeqq. cap. 9, 15 & 18. τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, tertia pars hominum. Matth. 26, 44. προσηύξατο ἐκ τρίτου (ſc. μέρους,) precatus eſt tertio.

Τρίχινος, ίνη, ον, *Qui ex pilis eſt*, cilicinus, (a θρίξ, pilus.) Apoc. 6, 12. ὡς σάκκος τρίχινος, ut ſaccus ex pilis factus.

Τρόμος, ου, ὁ, 1) *Tremor, timor*, (a τρέμω.) Marc. 16, 8. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος, occupavit illas tremor. 2) *Timor Dei* & verbi ejus venerandi. 1. Cor. 2, 3. ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς, cum tremore multo fui apud vos. Intelligit illum ſanctum horrorem, cum quo tremenda ejusmodi myſteria rudioribus proponenda ſunt. 2. Cor. 7, 15. Epheſ. 6, 5. ſervi obedite dominis veſtris ſecundum carnem, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, cum timore & tremore. Philipp. 2, 12. μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε, cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini.

Τροπὴ, ῆς, ἡ, *Verſio, converſio*, mutatio, (a τρόπος.) Jacob. 1, 17. ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, aut mutationis obumbratio. Heſychius: τροπῆς ἀποσκίασμα, ἀλλοιώσεως καὶ φαντασίας ὁμοίωμα. Sapient. 7, 18. Deus dedit τροπῶν ἀλλαγὰς, converſionum immutationes.

Τρόπος, ου, ὁ, 1) *Converſio*, (a τρέπω, verto.) 2) *Tropus rhetoricus*, in verbis deflexio a communi uſu. 3) *Modus ratio*. Philipp. 1, 18. παντὶ τρόπῳ, omni modo. 2. Theſſ. 3, 16. Inde ὃν τρόπον, pro καθ' ὃν τρόπον: quemadmodum. Matth. 23, 37. ὃν τρόπον ἐπισυνάγει, quemadmodum congregat gallina pullos ſuos. Act. 1, 11. 7, 28. 2. Tim. 3, 8. & Judæ v. 7. πόλεις (κατὰ) τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, civitates, ſecundum ſimilem illis modum ſcortatæ. Additur κατὰ, Act. 25, 11. καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι, quemadmodum etiam illi, & cap. 27, 25. confer etiam Rom. 3, 2. πολὺ κατὰ πάντα τρόπον, multum per omnem modum. 2. Theſſ. 2, 3. κατὰ μηδένα τρόπον, nullo modo. 4) *Mores, curſus* vitæ. Hebr. 13, 5. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος (ἔστω,) ſine amore pecuniæ mores ſunto. Heſychius: τρόπος, ἦθος, γνώμη, προαίρεσις.

Τροποφορέω, ῶ, f. ήσω, *Mores alicujus fero* ſeu *tolero*, indulgenter tracto, (ex τρόπος, mos, & φέρω, fero.) Act. 13, 18. ἐτροποφόρησεν αὐτὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ, mores eorum ferebat in deſerto. Deſumta vox ex Deuter. 1, 31. quæ etiam legitur in Conſtitutionibus Apoſtolicis 7, 36. Non vero confundenda cum τροφοφορεῖν. 2. Maccab. 7, 27. Heſychius: ἐτροφοφόρησεν, ἔτρεψεν. Vide Caſaubo-

boniana p. 93. & Wolfium p. 294. Livineium ad Theodori Studitæ Catech. 27.

Τροφὴ, ῆς, ἡ, 1) *Victus, cibus*, esca, pabulum, alimonia, (a τρέφω, nutrio.) Matth. 3, 4. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες, cibus vero ejus erant locustæ. cap. 6, 25. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; nonne vita major est alimonia? cap. 10, 10. 24, 45. Act. 2, 46. μετελάμβανον τροφῆς, capiebant cibum. c. 9, 19. λαβὼν τροφὴν, sumens nutrimentum. c. 14, 17. 27, 33. Jacob. 2, 15. τροφαὶ cibaria. Joann. 4, 8. ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι, ut cibaria emerent. 2) *Doctrinæ*. Hebr. 5, 12. 14. ἡ στερεὰ τροφὴ τελείων ἐστὶ, doctrinæ summæ pertinent ad perfectos.

Τρόφιμος, ε, ὁ, *Trophimus*, vir Ephesius. Act. 20, 4. 21, 29. 2. Tim. 4, 20. Est appellativum τρόφιμος, ίμη, ον, alimentum præbens, alens, herus, qui famulitium alit. Hesychius: τρόφιμον, δεσπότιμον: ibi adducitur locus Xenophontis lib. 5. Ἑλλην. τῶν τροφίμων καλουμένων, heris vocantibus.

Τροφὸς, ὅς, ἡ, *Altrix, nutrix*, (a τρέφω.) 1. Thess. 2, 7.

Τροχιὰ, ᾶς, ἡ, *Orbita, rotæ vestigium*. (a τροχὸς.) Hebr. 12, 13. καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, & orbitas rectas facite pedibus vestris.

Τροχὸς, ὅς, ὁ, *Rota*, (a τρέχω, curro.) Metaph. Jac. 3, 6. lingua est φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, inflammans cursum nativitatis, vel potius vitæ. Hesychius: τροχὸς, κύκλος ἢ δρόμος. Vide supra γένεσις.

Τρυβλίον, ίε, τὸ, *Catinus, paropsis*, patina. Matth. 26, 23. ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, qui intinxerit mecum in patinam manum. Marc. 14, 20. Hesychius: τρυβλίον, ὀξυβάφιον.

Τρυγάω, ῶ, f. ήσω, 1) *Meto*. 2) Uvas carpo, *vindemio*, (a τρύγη, triticum, hordeum, item vindemia.) Luc. 6, 44. οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλὴν, neque e rubo carpunt uvam. Apoc. 14, 18. 19. ἐτρύγησε τὸν ἄμπελον, vindemiavit vineam.

Τρυγὼν, όνος, ἡ, *Turtur*, (a τρύζω, strido, susurro, murmuro.) Luc. 2, 24. ζεῦγος τρυγόνων, par turturum.

Τρυμαλιὰ, ᾶς, ἡ, *Foramen*, (a τρύμα, idem.) Marc. 10, 25. διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος, per foramen acus. Apud Græcos V. T. denotat fissuram petræ. Judic. 15, 1. Jerem. 13, 4. 16, 16.

Τρύπημα, ατος, τὸ, *Foramen*, (a τρυπάω, terebro, perforo, pertundo, a τρύπα, foramen, terebra.) Matth. 19, 24. διὰ τρυπήματος ῥαφίδος, per foramen acus.

Τρύφαινα, ης, ἡ, *Tryphæna*, nomen mulieris græcum, (a τρυφὴ, deliciæ.) Rom. 16, 12.

Τρυφάω, ῶ, f. ήσω, *In deliciis vivo, delicate vivo*. (a τρυφή.) Jacob. 5, 5. ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, in deliciis vixistis in terra.

Τρυφὴ, ῆς, ἡ, *Luxus, deliciæ*, mollities, vita delicata, (a θρύπτω, frango.) Luc. 7, 25. qui in vestimento splendido καὶ τρυφῇ ὑπάρ-

ὑπάρχοντες & deliciis sunt. 2. Petr. 2, 13. voluptatem putantes τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, quotidianum luxum.

Τρυφῶσα, ης, ἡ, *Tryphosa*, nomen fœminæ proprium, (a τρυφάω.) Rom. 16, 12.

Τρωὰς, άδος, ἡ, *Troas*, urbs Asiæ, haud procul Troja. Act. 16, 8. κατέβησαν εἰς Τρωάδα, descenderunt Troadem. cap. 20, 5. 2. Cor. 2, 12. 2. Tim. 4, 13. ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι, quem reliqui Troade.

Τρωγύλλιον, ίε, τὸ, *Trogyllium*, Act. 20, 15. promontorium Ioniæ, non procul ab insula Samo.

Τρώγω, f. τρώξομαι, *Edo, comedo.* Matth. 24, 38. Joann. 6, 54 & 56. ὁ τρώγων μὲ τὴν σάρκα, comedens carnem meam. v. 57. 58. 13, 18.

Τυγχάνω, f. τεύξομαι, vel τυχήσω, aor. 2. ἔτυχον. perf. τέτευχε, 1) *Sum.* Luc. 10, 30. ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα, relinquebant semimortuum existentem. 2) *Contingo, evenio*, accido. Hinc 1. Cor. 14, 10. & 15, 37. ἀ τύχοι, forte τυχὼν, ᾶσα, ὸν, *vulgaris*, ubivis obvius, communis. Actor. 19, 11. δυνάμεις τε ἃ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς, & virtutes non vulgares faciebat Deus. c. 28, 2. ἐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν, non ubivis obviam humanitatem. Τυχὸν, forsan. 1. Cor. 16, 6. 3) *Adsequor, adipiscor*: cum genitivo Luc. 20, 35. αἰῶνος ἐκείνε τυχεῖν, mundum illum consequi. Act. 24, 2. 26, 22. 27, 3. 2. Tim. 2, 10. ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι, ut etiam illi salutem consequantur. Hebr. 8, 6. 11, 35.

Τυμπανίζω, f. ίσω, 1) Tympanum pulso, (a τύμπανον, tympanum.) 2) Instar tympani distendor. Hebr. 11, 35. ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, alii vero distenti sunt. 3. Maccab. 3, 26. αἰσχύσας βασάνοις ἀποτυμπανισθήσεται πανοικὶ, turpissimis plagis extendetur cum tota domo.

Τύπος, ε, ὁ, 1) *Signum, forma, figura*, impressa, & originali respondens, (a τύπτω, excudo.) 2) *Simulacrum, effigies.* Actor. 7, 43. τοὺς τόπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς, simulacra, quæ fecistis adorandi causa. 3) *Forma, figura.* Act. 7, 44. κατὰ τὸν τόπον, ὃν ἑωράκει, secundum eam formulam, quam viderat. & Hebr. 8, 5. 4) *Brevis summa & argumentum* alicujus scripti. Act. 23, 25. Epistolam continentem τὸν τύπον τοῦτον, argumentum hoc. 5) *Typus*, seu signum personæ & rei futuræ. Rom. 5, 14. ὃς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος, qui est typus futuri. 1. Cor. 10, 6. 11. ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, hæc vero omnia tanquam typi accidebant illis. 6) Metaph. *norma*, tenor, institutum. Rom. 6, 17. εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, ad quam traditi estis normam doctrinæ. 7) *Exemplum, exemplar.* Phil. 3, 17. καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς, sicut habetis exemplar nos. 1. Thess. 1, 7. 2. Thess. 3, 9. 1. Tim. 4, 12. τύπος γίνε τῶν πιστῶν, exemplar esto fidelium. Tit. 2, 7. 1. Petr. 5, 3.

Τύπτω,

Τύπτω, f. ύψω, 1) *Verbero, ferio, cædo.* Matth. 24, 49. καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, & inceperit verberare conservos. cap. 27, 30. καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, & verberarunt in caput ejus. Luc. 6, 29. Actor. 18, 17. 21, 32. τύπτοντες τὸν Παῦλον, verberantes Paulum. c. 23, 2. 3. κελεύεις με τύπτεσθαι, jubes me cædi. 2) *Percutio, pulso, tundo.* Luc. 23, 48. τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη, tundentes pectora sua. Metaph. 1. Corinth. 8, 12. τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν, verberantes (perturbantes) ipsorum conscientiam.

Τύραννος, ου, ὁ, *Tyrannus*, nomen viri proprium, (ab appellativo τύραννος, ου, ὁ, tyrannus, rex, princeps. Actor. 19, 9. ἐν τῇ σχολῇ Τυράννου τινὸς, in schola cujusdam nomine Tyranni.

Τυρβάζω, f. άσω, *Turbas* seu *tumultum excito, tumultuor.* τυρβάζομαι, turbor, sollicitus sum, satago, (a τύρβη attice pro σύρβη, tumultus, turbæ.) Hesychius: τύρβη, θόρυβος, τάραχος. Luc. 10, 41. τυρβάζῃ περὶ πολλὰ, turbaris circa multa.

Τύριος, ίου, ὁ, *Tyrius.* Act. 12, 20. (a Τύρος.)

Τύρος, ου, ἡ, *Tyrus*, civitas Phœnices maritima. Matth. 11, 22. Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται, Tyro & Sidoni tolerabilius erit. c. 15, 21. Luc. 6, 17. τῆς παραλίου Τύρου, maritimæ Tyri regioni. Actor. 21, 3. 7.

Τυφλὸς, ὴ, ὸν, 1) *Cæcus*, physice. Matth. 9, 27. ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, secuti sunt ipsum duo cœci. cap. 11, 5. τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, cœci visum recipiunt. cap. 12, 22. τυφλὸς καὶ κωφὸς, cœcus & surdus. &c. 2) Qui se simulat cœcum. Matth. 23, 26. Φαρισαῖε τυφλὲ, Pharisæe cœce. 3) *Spiritualiter cæcus*, ignarus veritatis, non illuminatus. Matth. 15, 14. ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν, ductores sunt cœci cœcorum. c. 23, 16. 24. & ibid. v. 17. & 19. μωροὶ καὶ τυφλοί. Joann. 9, 39. καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται, &, qui sibi videntur intelligere, cœci fiant. Rom. 2, 19. ὁδηγὸν εἶναι τῶν τυφλῶν, ductorem esse cœcorum. 2. Petr. 1, 9. cui hæc non adsunt, τυφλός ἐστι, spiritualiter cœcus est. Apoc. 3, 17. 4) *Cæcitatem suam agnoscens.* Joann. 9, 41. εἰ τυφλοὶ ἦτε, si cœcitatem vestram agnosceretis.

Τυφλόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Excæco, obcæco*, oculis privo, (a τυφλός.) de cœcitate mentis. 2. Cor. 4, 4. Deus mundi hujus ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, excœcavit mentes infidelium. 1. Joann. 2, 11. 2) *Propono aliquem cæcum* seu induco. Joann. 12, 40. τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς. In hebræo Jes. 6, 9. legitur השע, in imperativo Hiphil non quasi propheta Judæos occœcare, aut tale quid vaticinio suo efficere deberet, sed jubet Dominus, prophetam nunciare, quod hæc res futura sit: Sic urbem capere apud Plautum est, historiam captæ urbis narrare. Vid. Casaubonum ad Persii Sat. 5. p. 365. Quæ vero apud Jesaiam propheta populo annunciare debebat, ea h. l. Deus ipse suscepisse in hac versione dicitur.

Τύ-

Τυφόω, ῶ, f. ώσω, 1) *Fumo infesto*, vel eneco. 2) *Effero, insolentem reddo.* τυφόομαι, ᾶμαι, efferor, insolesco, superbio, (a τύφος fumus, jactantia, arrogantia.) Hesychius: ἀλαζονεία, ἔπαρσις, κενοδοξία. 1. Tim. 3, 6. ἵνα μὴ τυφωθεὶς, ne elatus. Hesychius: τυφωθεὶς, ἐπαρθεὶς, ὑπερηφανεύσας. 1. Tim. 6, 4. τετύφωται, μηδὲν ἐπισάμενος, elatus est, nihil sciens. 2. Tim. 3, 4. προπετεῖς, τετυφωμένοι, præcipites, inflati. Adde Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 307.

Τύφω, f. θύψω, *Fumum excito.* τύφομαι, fumo, fumigo, fumum edo. Matth. 12, 10. λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, linum fumans non extinguet.

Τυφωνικὸς, ἡ, ὸν, *Typhonicus*, turbulentus, i(a τυφὼν, ventus quidam repentinus, procellosus, vortex, turbo.) Act. 27, 14. ἄνεμος τυφωνικὸς, ventus procellosus. Hesychius: τυφὼν, ὁ μέγας ἄνεμος.

Τυχικὸς, ὴ, ὸν, *Tychicus*, nomen viri græcum, (τυχικὸς, ἡ, ὸν, fortuitus.) Actor. 20, 4. Ephes. 6, 21. & Col. 4, 7. γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς, manifestabit vobis Tychicus. Tit. 3, 12. 2. Tim. 4, 12.

Τυχὸν, *Fortasse*, forsitan, forsan, integre: κατὰ τὸ τυχὸν χρῆμα vel πρᾶγμα, prout res accidit, (est part. aor. 2. gen. neutrius, a τυγχάνω, evenio, accido.) 1. Cor. 16, 6. πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, apud vos vero fortasse permanebo.

Υ.

Ὑακινθινος, η, ον, *Hyacinthinus*, colorem hyacinthi floris habens, unde & nomen. Apoc. 9, 17. ἵππους ὑακινθίνους, equos subnigros. Hesychius: ὑακίνθινον, ὑπομελανίζον, πορφυρίζον.

Ὑακινθος, ε, ὁ, *Hyacinthus* gemma, nomen a colore hyacinthi habens. Apoc. 21, 20. Adde Braunium de vestitu sacerdotum Hebræorum 2, 14.

Ὑάλινος, η, ον, *Vitreus*, (ab ὕαλος, vitrum.) Apoc. 4, 6. 15, 2. θάλασσα ὑαλίνη, mare pellucidum instar vitri. Hesychius: ὑαλόεν, διαφανὲς, λαμπρόν. Tale vero mare Joanni in visione ante thronum Dei conspiciendum proponebatur.

Ὕαλος, ε, ὁ, *Vitrum.* Hierosolyma cœlestis in Apocalypsi erat ex auro purissimo, similis ὑάλῳ καθαρῷ, vitro puro, Apoc. 21, 18. & ὡς ὕαλος διαφανὴς, sicut vitrum pellucidum, ibid. v. 21.

Ὑβρίζω, f. σω, *Contumelia afficio.* Matth. 21, 6. ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν, contumelia affecerunt & interfecerunt. Luc. 18, 32. Filius hominis ὑβρισθήσεται, contumelia afficietur.

Ὕβρις, εως, ἡ, 1) *Injuria, contumelia.* 2) *Quævis adflictio* & damnum. Actor. 27, 10. μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν, navigationem cum multa (tempestatum) injuria & damno conjunctam fore: & v. 21. ἔδει κερδῆσαι τὴν

ὕβριν

ὕβριν ταύτην, oportebat nos lucrifacere has herbas maris, h. e. illa ſuperſedere. Utramque ſignificationem conjungit Apoſtolus 2. Corinth. 12, 10. qui dicit ſe fuiſſe ἐν ὕβρεσιν, h. e. non contumelias ſolum, ſed & multa incommoda paſſum eſſe. Adde Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 279.

Ὑβριστής, οῦ, ὁ, *Qui alios injuria & contumelia afficit.* Paulus 1. Timoth. 1, 13. dicit, ſe fuiſſe διώκτην καὶ ὑβριστήν, ſe alios perſecutum & contumeliis affeciſſe. Rom. 1, 30.

Ὑγιαίνω, f. ανῶ, *Sanus ſum*, (ab ὑγιής.) 1) *corpore.* Luc. 5, 31. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ſani non opus habent medico. ὑγιαίνειν σε εὔχομαι, opto te valere. 3. Joann. v. 2. Unde etiam epiſtolis inſcribimus ὑγιαίνειν elliptice, ſic, ut vox εὔχομαι ſubintelligatur. 2) *Sanam* h. e. veram, bonam & utilem *doctrinam ſequor.* Tit. 1, 13. ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, ut ſani ſint in fide: idem occurrit c. 2, 2. 3) Ipſa doctrina Evangelii ſ. articuli fidei Chriſtianæ dicuntur ὑγιαίνουσα διδασκαλία, ſana doctrina. 1. Tim. 1, 10. 2. Tim. 4, 3. Tit. 1, 9. 2, 1. & ὑγιαίνοντες λόγοι, verba ſana. 1. Tim. 6, 3. 2. Tim. 1, 13. quia faciunt, ut homines de Deo & rebus divinis ſobrie, non vero profane, ſentiant. Heſychius: ὑγιῶς, ὀρθῶς, σώως, ὁλοκλήρως, ἠῤῥωμένος, καὶ ἀ τι ἕτερον. Exempla ex profanis adfert Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 409.

Ὑγιής, ὲς, adj. *Sanus* 1) Corpore. Matth. 12, 13. ἡ χεὶρ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη, manus reſtituta eſt ſana, ſicut altera. Joann. 5, 15. ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ, qui fecerat ipſum ſanum, h. e. ſanitati reſtituerat. 2) λόγος ὑγιὴς, *doctrina ſana*, metaph. Tit. 2, 8. vide modo ſub ὑγιαίνω.

Ὑγρὸς, ὰ, ὸν, *Humidus, viridis.* Luc. 23, 31. ἀ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ſi in viridi ligno hoc faciunt.

Ὑδρία, ας, ἡ, Hydria, *vas ad aquam recipiendam aptum.* Joann. 2, 6. ὑδρίας λιθίνας.

Ὑδροποτέω, ῶ, f. ήσω, *Aquam bibo*, (ab ὕδωρ, aqua, & πότος, potus.) 1. Tim. 5, 23. μηκέτι ὑδροπότει, noli amplius aquam bibere.

Ὑδρωπικὸς, *Hydrope laborans*, (ab ὕδρωψ, quod ex ὕδωρ, aqua, & ὤψ, facies, quia aqua faciem cutis mutat.) Luc. 14, 2.

Ὕδωρ, ὕδατος, τὸ, 1) *Aqua.* Matth. 8, 32. ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν, mortui ſunt in aquis. Marc. 1, 8. ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, baptizavi vos aqua. Luc. 7, 44. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας, aquam ad pedes meos non dediſti. Ex more orientalium, apud quos prima lex humanitatis erat, ut advenientibus, propter pedes æſtu & pulvere laſſatos, aqua præberetur, quo ſe parumper reficerent. Vide Ramireſii Pentecontarchum. c. 12. Gaulmini annot. ad Euſtathium de Iſmeniæ & Iſmenes amoribus p. 10. 11. 2) *Lympha*, ſive ſuccus quivis. Joann. 19, 34. ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, exiit ſanguis & lympha. 3) *Baptismus*

mus per aquam factus. Joann. 3, 5. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu. Ephes. 5, 26. ἐκαθάρισεν ἡμᾶς τῷ λουτρῷ τῦ ὕδατος, purificavit nos lavacro aquæ. 4) Metaphorice, *Doctrina*; quia mentes illa quasi irrigantur, ut fructus facere possint. Joann. 4, 14. ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τῦ ὕδατος, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, qui vero biberit ex aqua, quam ego dabo ipsi. Apoc. 22, 17. ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν, qui vult, sumat aquam vitæ gratis. cap. 21, 6. 5) *Consolatio & gaudium* vitæ futuræ. Apoc. 7, 17. ὁδηγήσει αὐτὰς ἐπὶ ζωὰς πηγὰς ὑδάτων, ducet ipsos ad viventes fontes aquarum.

Ὑετὸς, ῦ, ὁ, *Pluvia*, (ab ὕω, pluo.) Actor. 14, 17. ἡμῖν ὑετὰς διδὰς, dans nobis pluvias. Jac. 5, 7. ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον pluviam matutinam & serotinam: priorem autumno, posteriorem vere.

Ὑιοθεσία, ας, ἡ, *Filiatio, in filium adoptatio*, (ab υἱὸς, filius, & θέσις, positio.) Usurpatur in Nov. Test. tantum metaphorice de illo beneficio, quo Deus nos credentes in numerum filiorum, in regno gratiæ recipit. Gal. 4, 5. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν, ut adoptionem reciperemus, vel ejus capaces essemus. Inde Spiritus S. dicitur, πνεῦμα υἱοθεσίας, Rom. 8, 15. quia opus ejus est, ut nos filios Dei efficiat. Inter Israëlitarum prærogativas numeratur υἱοθεσία, Rom. 9, 4. quia nulla tota gens eo privilegio tunc gaudebat, ut filii Dei dicerentur, præter Israëlitas.

Ὑιὸς, ῦ, ὁ, *Filius*. 1) *Naturalis*. Marc. 6, 3. ὁ υἱὸς Μαρίας, filius Mariæ. c. 10, 46. υἱὸς Τιμαίε. 2) *Unus ex nepotibus & posteris*. Matth. 1, 1. Christus dicitur υἱὸς Δαβὶδ, & David υἱὸς Ἀβραάμ. Sic υἱοὶ Ἰσραὴλ, sunt posteri Israëlis. 3) Usurpatur etiam *de animalibus* ex hebraismo frequentissimo. Matth. 21, 5. πῶλον, υἱὸν ὑποζυγίε, pullum, filium animantis jugalis. 4) *Qui* ab aliquo *adoptatur vel educatur*. Hebr. 11, 24. Moses ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ, negabat vel nolebat vocari filius filiæ Pharaonis. Sic Christus ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ, putabatur vel habebatur filius Josephi. 5) *Qui ad aliquam rem vel personam pertinet*, qui cum illa habet commercium sive communionem, idque ex hebraismo. Matth. 8, 12. Judæi dicuntur υἱοὶ τῆς βασιλείας (sc. τῶν οὐρανῶν,) filii regni cœlorum, h. e. illi, ad quos Christus cum regno suo prius advenit, quam ad gentiles. Sic υἱοὶ τῦ νυμφῶνος, filii thalami, Matth. 9, 15. sunt, qui circa thalamum neonymphorum versantur, qui nuptiis interfuerunt, tanquam convivæ, vel etiam circa apparatum nuptialem occupati sunt. υἱοὶ τῦ πονηρῦ, Matth. 3, 38. διαβόλε, Actor. 13, 10. qui ad Diabolum pertinent. Ephes. 2, 2. & alibi υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, filii incredulitatis sunt, qui incredulitatem potius, quam fidem, sectandam elegerunt. 1. Thess. 5, 5. υἱοὶ φωτὸς, qui opera lucis peragunt. Luc. 16, 8. οἱ υἱοὶ τῦ αἰῶνος τύτε, quorum præcipua cura tantum circa res mundanas versatur. 2. Thessal. 2, 3. ὁ υἱὸς

τῆς

τῆς ἀπωλείας, filius perditionis, quia non nisi suam & aliorum perditionem quærit. Alia vide supra in τέκνον. Ex profanis talia collegit Pfochenius Diatr. §. 55. 6) κατ' ἐξοχὴν ita dicitur *secunda persona divinitatis*, quæ naturalis est Dei filius. Matth. 11, 27. Nemo novit Patrem, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, nisi Filius. Joann. 8, 36. ἐὰν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, si Filius vos liberos fecerit. 7) Idem Filius Dei sæpius dicitur υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, *Filius hominis*, ratione scil. humanæ naturæ. Matth. 8, 20. 9, 6. &c. 8) *Filius gratiæ, & per adoptionem.* Sic pii dicuntur filii Dei, quia Deus illos ex gratia, & in regno gratiæ, tales adoptavit. Matth. 2, 15. ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, ex Aegypto vocavi filium meum: ubi notandum Hoseæ 11, 1. proprie innui populum Israëliticum, apud Matthæum vero ad Christum applicari, cujus typus fuit populus Israëliticus. Matth. 5, 9. υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται, filii Dei vocabuntur, & simul quoque erunt. Luc. 6, 35. ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου, eritis filii (Dei) altissimi. Gal. 4, 6. ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, quia vero estis filii. 9) *Qui se recte, & tanquam filius bonus gerit.* Hebr. 12, 8. ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοὶ, igitur spurii estis, non autem filii. 10) *Qui opera alicujus facit*, & se ipsi similem præstat. Gal. 3, 7. Qui ex fide sunt, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ, illi sunt filii Abrahami. Confer Joann. 8, 39. 11) *Filius spiritualis*, qui scilicet ab altero in vera religione institutus est. 2. Petr. 1, 17. καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. adde Philem. v. 10.

Ὕλη, ης, ἡ, *Silva, materies*, ligna. Jacob. 3, 5. ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει; exiguus ignis quantam silvam, vel etiam materiem, incendit?

Ὑμᾶς, ὑμεῖς, ὑμῖν & ὑμῶν, pertinent ad Σύ.

Ὑμέναιος, ου, ὁ, *Hymenæus*, nomen proprium unius ex adversariis Paulli Apostoli. 1. Tim. 1, 20. 2. Tim. 2, 17.

Ὑμέτερος, ρα, ρον, *Vester*. Luc. 6, 20. ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, vestrum est, ad vos spectat, regnum Dei. Act. 27, 34. πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει, ad conservationem vestram hoc confert. Luc. 16, 12. τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει; quis vobis vestra dabit vel concredet?

Ὑμνέω, f. ήσω, *Hymnum cano, laudo, celebro.* Actor. 16, 25. ὕμνουν τὸν θεὸν, celebrabant Deum. Matth. 26, 30. Marc. 14, 26, καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον, & postquam hymnum cecinissent, exiverunt. Cecinerunt enim nocte paschali Psalmos quosdam, quos Judæi Hallel magnum vocant: de quo scriptores Antiquitatum Hebraicarum.

Ὕμνος, ου, ὁ, *Hymnus, canticum.* Ephes. 5, 19. Colos. 3, 16. ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις.

Ὑπάγω, *Eo, abeo.* Matth. 9, 6. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, abi in domum tuam. Luc. 8, 42. ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, cum vero ille iret. Singulare est hoc, Marc. 5, 34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην, abi in pacem, vel etiam Jac. 2, 16. ἐν εἰρήνῃ, in pace, h. e. abi & res

tuas

tuas feliciter age: abi gratia & benedictione divina comitatus. Est formula hebraica: לֵךְ לְשָׁלוֹם. Marc. 6, 38. ὑπάγετε καὶ ἴδετε, abite & videte: est hebraicum בא וראה, de quo sub Ἔρχομαι. 2) Imperativus ὕπαγε, adhibetur in malam significationem, & denotat, *apage*. Matth. 4, 10. ὕπαγε Σατανᾶ, apage te, o Satana: alibi dicitur, ὕπαγε ὀπίσω μου, abi post me. Luc. 4, 8. Marc. 8, 33. 3) Metaphorice est, *vitam vel bonam vel malam instituere*, quemadmodum περιπατεῖν. 1. Joann. 2, 11. ἐκ οἴδε, πῦ ὑπάγει, nescit, quam vitæ rationem inire debeat. 4) *Morior*. Matth. 26, 24. ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, filius equidem hominis abit. Joann. 8, 21. ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, quorsum ego vado, vos non potestis venire: h. e. talem mortem meritoriam, qualem ego sustinebo, vos non potestis perpeti. Alibi additur, ὑπάγει πρὸς τὸν θεὸν, c. 13, 3. πρὸς τὸν πέμψαντά με, ad eum, qui misit me. c. 16, 5. πρὸς τὸν πατέρα. c. 16, 16. Cæterum voces, quæ abitum denotant, etiam profanis scriptoribus mortem indigitare, docet Jo. Alberti Observ. Phil. p. 152.

Ὑπακοή, ῆς, ἡ, *Obedientia*, (ab ὑπακούω.) Rom. 6, 16. ᾧ παρίστατε ἑαυτὰς δούλους εἰς ὑπακοήν, cui vos sistitis servos ad obedientiam, ut scil. illi obediatis. c. 1, 5. 16, 26. εἰς ὑπακοὴν πίστεως, ut gentiles obediant fidei sive religioni Christianæ. c. 15, 18. εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, ut gentiles Deo obediant. Hebr. 5, 8. Christus ἔμαθεν, ἀφ' ὧν ἔπαθεν, ὑπακοήν, didicit, ex iis, quæ passus est, obedientiam.

Ὑπακούω, fut. ούσω, 1) *Obedio*, (ab ὑπό & ἀκούω, audio.) Ephes. 6, 1. τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν, liberi, obedite parentibus. Hebr. 11, 8. Abraham ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν, obedivit, Deo, ut exiret de patria sua. Actor. 6, 7. πολύς ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει, multa turba sacerdotum subjecit se religioni Christianæ. 2) *Auscultо*. Actor. 12, 13. προσῆλθε παιδίσκη (εἰς τὸ) ὑπακοῦσαι, accessit ancilla auscultandi gratia. Ex aliis auctoribus exempla proferunt Raphelius in annot. ex Polybio, Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 411. Jo. Alberti Obs. Philol. p. 246.

Ὑπανδρος, ὁ, ἡ, *Qui sub viri potestate est*. Roman. 7, 2. γυνὴ ὕπανδρος. Utitur Artemidorus 1, 80. & alii, quos adferunt Spanhemius ad Callimachi hymnum Apollinis v. 53. Elsnerus tom. 2. p. 34. Sirac. 9, 9. μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον, cum conjuge alterius ne sedeas omnino. Adde Prov. 6, 24. 29.

Ὑπαντάω, ῶ, fut. ήσω, *Obviam venio, occurro*, (ab ὑπὸ, & ἀντὶ, contra.) Matth. 8, 28. ὑπήντησαν αὐτῷ, occurrerunt ipsi.

Ὑπάντησις, εως, ἡ, *Occursus*. Joann. 12, 13. ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, exierunt in occursum ipsi. hebr. לִקְרָאתוֹ, in occursum ejus.

Ὕπαρξις, ως, ἡ, 1) Proprie *existentia*, (ab ὑπάρχω, sum.) 2) *Possessiones, opes, facultates*. Hebr. 10, 34. ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν, habentes in semet ipsis opes longe meliores

in cœlis. Actor. 2, 45. τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, possessiones suas vendiderunt. Apud Interpretes Vet. Testamenti satis frequenter occurrit.

Ὑπάρχω, f. ξω, *Sum, existo.* Luc. 11, 13. εἰ ὑμεῖς, πονηροὶ ὑπάρχοντες, si vos, qui mali estis. Actor. 4, 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, cum ager ipsi esset. Phil. 2, 6. Christus ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, cum in forma Dei esset. 1. Petr. 1, 8. ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα, hæc enim quum vos sunt. Participium plurale τὰ ὑπάρχοντα, substantive adhibetur, & denotat *opes, facultates*, ita ut elliptice subaudiatur χρήματα. Matth. 19, 21. πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, vende facultates tuas. Luc. 16, 1. ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, tanquam dissipans opes suas.

Ὑπείκω, *Cedo, obediens sum.* Hebr. 13, 17. ὑπείκετε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, cedite & obedientes estote illis, qui vobis præsunt.

Ὑπεναντίος, α, ον, *Contrarius*, hostis, (ex ὑπὸ & ἐναντίος, contrarius.) Coloss. 2, 14. ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, quod erat contrarium nobis. Hebr. 10, 27. ignis comedet τοὺς ὑπεναντίους, hostes Dei. Hesychius: ὑπεναντίος, ἐχθρός. Hanc notionem contra eos, qui subcontrarium, h. e. aliquo modo contrarium vertunt, pluribus locis adductis probat Jo. Alberti Obs. Philol. p. 431. 381.

Ὑπὲρ, Præpositio: construitur I. cum GENITIVO, & denotat

1) DE. Rom. 9, 27. Jesaias vero clamat ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ, de Israële. 2. Cor. 5, 12. καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, gloriandi de nobis, vel nostri causa. cap. 9, 2. 1, 8.

2) PRO, in favorem alicujus. Matth. 5, 44. προσεύχεσθε ὑπὲρ, τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, rogate pro iis, qui vos vexant. Luc. 22, 19. corpus Christi, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, quod pro vobis datur: v. 20. sanguis ejusdem, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, qui pro vobis effunditur. Rom. 8, 26. Spiritus S. ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, ultra modum intercedit pro nobis.

3) PRO, quando quis a partibus alterius stat. Marc. 9, 40. Qui non contra nos est, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι, pro nobis est. Rom. 8, 20. εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, si Deus pro nobis.

4) PRO, loco alterius. 2. Cor. 5, 20. ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, loco Christi legatione fungimur: δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, rogamus loco Christi.

5) PROPTER. Joann. 11, 4. morbus Lazari contigit ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, propter gloriam Dei, quæ inde amplificatur. Rom. 15, 9. τὰ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν, gentes propter misericordiam (qua fruuntur) glorificare Deum. 1. Cor. 10, 30. τί βλασφημοῦμαι, ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; quid blasphemor illius rei causa, propter quam Deo gratias ago.

6) Notanda quoque est formula, ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, valde, & fere ultra modum. 1. Thess. 3, 10. 5, 13.

II. Con-

II. Conſtruitur cum ACCVSATIVO, & notat

7) PLVS QVAM. Matth. 10, 37. Qui amat patrem & matrem, ὑπὲρ ἐμέ, plus quam me. Luc. 16, 8. Filii hujus mundi φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός εἰσιν, prudentiores ſunt filiis lucis. 1. Cor. 10, 13. Deus non ſinit vos tentari, ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ſupra quam (perferre) valetis.

8) SVPER. Matth. 10, 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ, non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum ſuum.

9) SVPER, cum reatum denotat. Actor. 18, 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν, ſanguis (reatus) veſter erit ſuper caput veſtrum. Plerique tamen Codices hic legunt ἐπί.

10) VLTRA. Act. 26, 13. φῶς ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, ultra ſplendorem ſolis. 2. Cor. 1, 8. ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, gravati ſumus ultra vires. cap. 8, 3. ὑπὲρ δύναμιν, ultra, quam potuerunt, eleemoſynas dederunt.

11) ὑπὲρ, abſolute & ſubſtantive ponitur. 2. Cor. 11, 23. ὑπὲρ ἐγώ, plus ego, ſ. major ego ſum. Suidas: ὑπὲρ ἐγώ, πλέον ἐγώ. Heſychius: ὑπὲρ, πολύ, πλέον, λίαν. Adde Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 360, 1.

Ὑπεραίρομαι, *Extollo* me. 2. Cor. 12, 7. 2. Theſſ. 2, 4. ὁ ὑπεραιρόμενος, extollens ſe.

Ὑπέρακμος, ος, ὁ, ἡ, proprie, *Quod ultra florem pervenit*, (ab ὑπὲρ, & ἀκμὴ, flos) metaph. παρθένος ὑπέρακμος. 1. Cor. 7, 36. virgo, quæ ultra annos nubiles innupta manet, quæ florem ætatis ſupergreſſa eſt.

Ὑπεράνω, adv. *Super, ſuperius*, (ex ὑπὲρ & ἄνω, ſupra.) Hebr. 9, 5. ὑπεράνω τῆς κιβωτοῦ Χερουβίμ, ſuper arcam erant Cherubim. Epheſ. 1, 21. Chriſtus collocavit ſe ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, ſuper omnem principatum. cap. 4, 10. aſcendit ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ſuper omnes cœlos.

Ὑπεραυξάνω, f. ξήσω, *Valde creſco*, (ab αὐξάνω, augeo.) 2. Theſſ. 1, 3. ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, valde creſcit fides veſtra.

Ὑπερβαίνω, f. βήσομαι, 1) *Transgredior*, (a βαίνω, vado.) 2) *Decipio*. 1. Theſſ. 4, 6. τὸ μὴ ὑπερβαίνειν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφόν, ne quis fratrem in negotio decipiat. Heſychius: ὑπέρβασις, ὕβρις, ἀδικία. ὑπερβασίης, ἀδικίας.

Ὑπερβαλλόντως, adv. *Supra modum*, quando quis modum excedit, (a βάλλω, jacio.) Paullus 2. Cor. 11, 23. dicit, ſe fuiſſe, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, in plagis, ultra modum. Heſychius: ὑπερβάλλει, παραβαίνει.

Ὑπερβάλλω, f. βαλῶ, 1) *Transgredior*, modum excedo, (ab eodem.) 2) *Pulchrior, excellentior, melior ſum*. 2. Cor. 3, 10. ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης, propter ſuperabundantem gloriam ac majeſtatem. Epheſ. 1, 19. ut cognoſcatis, τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, quænam ſit ſuperabundans magnitudo potentiæ illius erga nos.

Ὑπερβολή, ῆς, ἡ, *Præcellentia, abundantia*, (ab ὑπερβάλλω.) 2. Cor. 4, 7. ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ὑμῶν, ut præcellentia virtutis Deo adscribatur, non vero nobis. cap. 12, 7. τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ne magnitudine summa revelationum me extollam. Inde καθ' ὑπερβολήν, denotat secundum excellentiam, quod in summo gradu tale vel tale est. Sic Rom. 7, 13. ἡ ἁμαρτία est καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς, peccatum in summo gradu est peccaminosum. 1. Cor. 12, 31. Doctrina de dilectione proximi dicitur καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸς, via excellentissima. Gal. 1, 13. καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον, unus omnium maxime persecutus sum ecclesiam Dei.

Ὑπεράδω, proprie *Supervideo, ich übersehe*, (ab εἶδω, scio, vel video,) deinde *dissimulare* & simul *parcere*. Actor. 17, 30. ὑπεριδὼν ὁ θεὸς τοὺς χρόνους τῆς ἀγνοίας, Deus dissimulavit, quasi non videret tempora ignorantiæ, & simul hominibus pepercit, non ad vivum omnia resecuit. Intelligo autem non crassissimam ignorantiam gentium, cui Deus nunquam pepercit, sed illam, quæ etiam in vera religione ante tempora Evangelii regnavit, ubi homines longe inferiorem, h. e. pauciorem & obscuriorem, in rebus divinis informationem habuerunt in populo Israëlitico. His temporibus & hominibus Deus pepercit, paucissimis & exiguis verbis fidem in hominibus excitavit & conservavit, eosque ad bene vivendum incitavit. Devt. 22, 1. 4. τὸ πρόβατον πλανώμενον μὴ ὑπεριδῇς, ad ovem errantem ne conniveas aut dissimules.

Ὑπερέκεινα, Vox composita, pro ὑπὲρ ἐκεῖνα sc. μέρη, *ultra illas partes s. regiones*. 2. Cor. 10, 16. habeo spem, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, in regionibus ultra vos sitis Evangelium prædicandi. Simile quid habes supra in ἐπέκεινα.

Ὑπερεκτείνω, f. τενῶ, *Ultra extendo*, (ab ἐκτείνω, extendo.) 2. Cor. 10, 14. οὐ γὰρ, ὡς μὴ ἐφικνούμενοι ἐφ' ὑμᾶς ὑπερεκτείνομεν ἑαυτοὺς, non enim, ait Apostolus, extendo jus meum ultra fines debitos, quasi non etiam ad vos pervenissem, & jura doctoris Evangelici apud vos exercuissem.

Ὑπερεκχύνω, *Supra modum effundo*. Luc. 6, 38. μέτρον ὑπερεκχυνόμενον, mensura abundantissima.

Ὑπερεντυγχάνω, *Supra modum intercedo*, (ab ἐντυγχάνω, interpello, pro aliquo intercedo. Rom. 8, 26. αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, Spiritus S. ultra, quam dici potest, pro nobis apud Deum intercedit.

Ὑπερέχω, *Plus habeo, majorem potestatem* ac præcellentiam *habeo*. Sic Ephes. 4, 7. εἰρήνη θεοῦ est ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, pax Dei superat omnem intelligentiam; nemo illud satis cogitare potest, quam multum pax cum Deo involvat. cap. 3, 8. διὰ τὸ ὑπερέχον (μέρος vel χάρισμα) τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ, propter insignem præstantiam amoris, (hæc est cognitio practica) quo erga Jesum Christum feror. Inde magistratus sunt ἐξουσίαι ὑπερέ-

ὑπερέχασαι, potestates supereminentes. Rom. 13, 1. & rex est ὑπερέχων. 1. Petr. 2, 13. Hesychius: ὑπερέχει, διαφέρει, ὑπερβάλλει, ὑπεράνω ἔχει. ὑπερέχοντι, ἐξασκίζοντι. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 59.

Ὑπερηφανία, ας, ἡ, *Superbia.* Marc. 7, 22.

Ὑπερήφανος, ε, ὁ, ἡ, *Superbus, elatus,* (ab ὑπερφαίνομαι, super alios emineo vel conspicuus sum) proprie igitur talis est, qui se aliis eminere credit. Luc. 1, 51. διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν, dispersit eos, qui in cogitatione cordis sui superbiunt. Jac. 4, 6. 1. Petr. 5, 5. ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, Deus superbis se opponit.

Ὑπερλίαν, *Supra quam valde,* (a λίαν, valde.) 2. Cor. 11, 5. & 12, 11. Paulus falsos Apostolos τοὺς ὑπερλίαν ἀποστόλους vocat, qui scilicet se tales, sed falso, apud Corinthios venditabant.

Ὑπερνικάω, f. ήσω, *Ulterius vinco,* (a νικάω, vinco, νίκη, victoria) Rom. 8, 37. ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, in his omnibus plus quam victores sumus. Hesychius: ὑπερβάλλει, ὑπερνικᾷ.

Ὑπέρογκος, ε, ὁ, ἡ, *Qui* vel *quod* mole & onere suo *magnitudinem excedit,* (ab ὄγκος, onus, moles.) Judæ v. 16. τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα, os ipsorum loquitur tumida & superba, sc. ῥήματα, quæ phrasis etiam occurrit Dan. 11, 36. 2. Petr. 2, 18. ὑπέρογκα ματαιότητος φθεγγόμενοι, ore suo talia proferentes, quæ superbiam & vanitatem indicant. Exempla ex profanis habet Elsnerus Observ. sacr. tom. 2. p. 430. Occurrit 2. Sam. 13, 2. Exod. 18, 22. Thren. 1, 9.

Ὑπεροχή, ῆς, ἡ, *Præferentia; præeminentia,* (ab ὑπερέχω.) 1. Tim. 2, 2. preces fundendæ sunt pro regibus, καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt, h. e. magnatibus, principibus. 1. Cor. 2, 1. ἦλθον ἐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, veni (& docui,) non ut in dictione & sapientia (humana s. externa) aliquam præferentiam habere vellem.

Ὑπερπερισσεύω, f. σω, *Superabundo,* (ab ὑπὲρ & περισσός, abundans, superfluus.) Rom. 5, 20. Ubi abundavit peccatum, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, longe abundantior fuit gratia. 2. Cor. 7, 4. ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ, valde abundo lætitia.

Ὑπερπερισσῶς adv. *Superabundanter,* (ab eodem.) Marc. 7, 37. ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, supra modum obstupefacti sunt.

Ὑπερπλεονάζω, f. σω, *Superabundo,* (a πλεονάζω, abundo, & πλέον, plus.) 1. Tim. 1, 14. ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν, superabundavit vero gratia Domini nostri.

Ὑπερυψόω, f. ώσω, *Superexalto,* (ab ὕψος, altitudo, ὑψόω, exalto.) Phil. 2, 9. διὸ καὶ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, propterea etiam Deus ipsum (Christum) super omnia exaltavit. Psalm. 96, 10. σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας θεούς, multum & supra modum exaltatus est super omnes Deos. In Cantico trium puerorum aliquoties legitur ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν, laudate & superexaltate ipsum.

Ὑπερφρονέω, fut. ήσω, *Ultra ſapio*, quam par eſt, (a φρονέω, cogito, φρήν, frons, mens. Rom. 12, 3. λέγω γὰρ, μὴ ὑπερφρονεῖν (ſc. δεῖν,) παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, nos oportere nos ultra id ſapere, quam ſapere decet: h. e. non plura de nobis judicemus & æſtimemus, quam par eſt. Heſychius: ὑπέρφρονα, ὑπερήφανον, ἀγνώμονα, ὑψηλόφρονα.

Ὑπερῷος, α, ον, *Ad locos ſuperiores ædificii ſpectans*, (ab ὑπὲρ & ᾠον, ſuperior pars ædificii.) Jerem. 20, 2. οἶκε Βενιαμὶν ὑπερῷα, domus Benjamini ſuperioris. Neutrum ὑπερῷον, ſubſtantive accipitur, ſed ſubintelligitur vox οἴκημα. Actor. 1, 13. ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, aſcenderunt in cœnaculum ſuperius. cap. 9, 37. ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ, poſuerunt in loco edito domus. Heſychius: ὑπερῴϊον, ὑπερῷον, ἀνώγαιον οἴκημα.

Ὑπέχω, fut. ὑφέξω vel ὑποσχήσω, *Suſtineo*, (ab ἔχω, habeo.) Judæ v. 7. Sodoma & Gomorrha, πυρὸς αἰωνίε δίκην ὑπέχουσαι, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Heſychius: ὑπέχει, ὑπομένει.

Ὑπήκοος, ε, ὁ, ἡ, *Obediens*, dicto audiens, (ab ὑπακόω, obedio.) Act. 7, 39. οἷς ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι, nolebant obedientes eſſe. Chriſtus autem Patri fuit ὑπήκοος μέχρι θανάτε, obediens usque ad mortem. Phil. 2, 8.

Ὑπηρετέω, f. ήσω, 1) *Miniſtro*, *famulor*, (ab ὑπηρέτης.) Act. 13, 35. Δαβὶδ, ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τᾶ Θεᾶ βελῇ, quum tempore ſuo inſerviiſſet conſilio Dei. 2) *Subminiſtro*, *ſuppedito*. Actor. 20, 34. ταῖς χρείαις μὰ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται, uſibus meis miniſtrarunt hæ manus, h. e. ipſe mihi neceſſaria ad victum & amictum ſubminiſtravi. c. 24, 23.

Ὑπηρέτης, ε, ὁ, 1) *Miniſter*, *famulus*, (ab ἐρέτης, remex, ἐρέσσω, remigo.) Proprie talis, qui in navibus inſervit, deinde in genere, unusquisque miniſter. Matth. 5, 25. καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, & judex te tradat miniſtro. Joann. 7, 32. ἀπέστειλαν οἱ ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, emiſerunt ſummi ſacerdotes miniſtros. 2) Speciatim *miniſtri Evangelii*. Luc. 1, 2. ὑπηρέται γενόμενοι τᾶ λόγε, qui miniſtri fuerant verbi. 1. Cor. 4, 1. Sic nos judicet quisque, ὡς ὑπηρέτας Χριςᾶ, tanquam miniſtros Chriſti.

Ὕπνος, ε, ὁ, *Somnus*. Luc. 9, 32. ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ, erant gravati ſomno. Actor. 20, 9. καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, illatus in ſomnum profundum. Metaph. Rom. 13, 11. tempus eſt ἐξ ὕπνε ἐγερθῆναι, quo e ſomno excitemini: peccatorum ſcil.

Ὑπὸ, Præpoſitio regens I. GENITIVVM, denotat

1) A, AB, quando cauſſam efficientem denotat. Matth. 1, 22. 2, 15. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τᾶ Κυρίε, ut impleretur quod dictum eſt a Domino. c. 5, 13. καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ut conculcetur ab hominibus. Luc. 10, 22. πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τᾶ Πατρός, omnia mihi tradita ſunt a Patre, &c.

II. AC-

II. ACCVSATIVVM, & notat

2) SVB, cum locum significat. Matth. 5, 15. Non ponunt lychnum ὑπὸ τὸν μόδιον, sub modium. c. 8, 8. ἵνα μὲ ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ut sub tectum meum intres. cap. 23, 37. quemadmodum gallina pullos colligit ὑπὸ τὰς πτέρυγας, sub alas. Luc. 17, 24. ὥσπερ ἀστραπὴ, ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς (χώρας) ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν (χώραν) ὑπ' οὐρανὸν λάμπει, quemadmodum fulgur, quod ab una regione cœli usque ad alteram fulget.

3) SVB, in significatione temporis. Act. 5, 21. εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν, ingressi sunt tempore matutino in templum. Exempla ex profanis habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 224. 275.

4) SVB, quando potestatem & subjectionem designat. Matth. 8, 9. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπ' ἐξουσίαν, nam & ego homo sum sub potestate (magistratu) existens. Rom. 7, 14. πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, venundatus (instar mancipii) sub potestatem peccati. Gal. 4, 2. ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ, sub potestate tutorum est. 1. Tim. 6, 1. οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, servi, qui sub jugo sunt.

5) SVB, cum conditionem ac statum designat. Rom. 6, 14. 15. οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν, non enim estis, in statu legali, sed gratiæ. Gal. 3, 10. ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, sub maledictione sunt.

Ὑποβάλλω, 1) *Subjicio.* 2) *Suborno*, ad male agendum perduco. Actor. 6, 11. τότε ὑπέβαλον ἄνδρας, tunc subornarunt viros, qui falsum testimonium dixerunt. Alia exempla hujus notionis dabunt Elsneri Obs. sacræ tom. 1. p. 396.

Ὑπογραμμὸς, ὁ, *Præscriptio*, (a γραμμὴ, linea, & hoc a γράφω, scribo.) 2. Petr. 2, 21. Christus fuit ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, relinquens nobis exemplar, ut vestigia ejus sectaremus. Hesychius: ὑπογραμμὸς, τύπος, μίμημα.

Ὑπόδειγμα, *Exemplum*, (ab ὑποδείκνυμι, ostendo,) proprie, quod oculis subjicitur. 1) *Theoreticum*, unde rem aliquam cognoscimus. Hebr. 8, 5. οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, qui (sacerdotes V. T.) exemplari & umbræ rerum cœlestium (ad regnum Messiæ spectantium) ministrant. Nam per ceremonias cultus Levitici regnum Messiæ oculis priscorum Israëlitarum aliquo modo proponebatur. Sic cap. 9, 23. 2) *Practicum*, docens, quid sequi, quid fugere debeamus. Joann. 13, 15. ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, exemplum enim dedi vobis, quod sequamini. Jac. 5, 10. Et 2. Petr. 2, 6. Sodoma & Gomorrha positæ sunt ὑπόδειγμα τῶν μελλόντων ἀσεβεῖν, exemplum (pœnæ sc. quod fugiant) illorum, qui male agere volunt. Ebr. 9, 23. Phrynichus hanc vocem Atticismi damnat, sed ex Xenophonte, Polybio & aliis vindicat Jo. Alberti Obs. Philol. p. 463. In bono significatu occurrit Sirac. 44, 16. 2. Maccab. 6, 31. 16, 21. 24. 25.

Ὑποδείκνυω, εἰκνυμι, f. δείξω, *Ostendo*, (a δείκνυω, quod idem

idem denotat.) In N. T. tantum occurrit de ostensione informationis, non autem physica. Matth. 3, 17. τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν, quis ostendit vobis, quis docuit vos, quod (in statu malitiæ manentes) effugere possitis iram futuram? Luc. 6, 47. ὑποδείξω ὑμῖν, τίνι ὅμοιός ἐστι, ostendam vobis, cui similis sit. Act. 20, 35. πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, omnia docui vos, quæ ad salutem pertinent.

Ὑποδέομαι, f. ήσομαι, Proprie *subligo me*, deinde calceos s. subligacula induo. Actor. 12, 8. ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σε, indue calceamenta tua. Ephes. 6, 15. ὑποδησάμενοι τὰς πόδας, calceis induti, quod ad pedes adtinet. Pass. Marc. 6, 9. ὑποδεδεμένους σανδάλια, indutos sandaliis.

Ὑποδέχομαι, fut. δέξομαι, *Recipio*, (a δέχομαι, quod idem notat.) Luc. 10, 38. ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον, recepit illum in domum. Passivum Actor. 17, 7. ὃς ὑποδέδεκται Ἰάσων, quos recepit Jason; habet significationem activam, cui rei exempla vide infra in χαρίζω.

Ὑπόδημα, ατος, τὸ, proprie *Subligaculum*, (ab ὑποδέομαι,) deinde calceus. Matth. 3, 11. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, cujus calceos qui portem, indignus sum. Actor. 13, 25. ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι, calceum pedum solvere. Hoc verbum simul formam horum calceorum exprimit, quod nimirum soleæ tantum vel ligneæ, vel coriaceæ fuerint, quæ corrigiis supra pedem firmatæ fuerunt, unde ἱμάντος τῶν ὑποδημάτων, mentio fit. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Vid. Salmasius ad Tertullianum de pallio. c. 5. p. 385. s. Bynæus pe calceis Hebr. 1, 6. 9.

Ὑπόδικος, ος, ὁ, ἡ, *Subjectus, reus*, (ab ὑπὸ & δίκη, justitia, lis: proprie qui in lite inferior est, & alteri satisfacere debet.) Rom. 3, 19. ἵνα ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ, ut reus fiat omnis mundus Deo. Hesychius: ὑπόδικος, ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης.

Ὑποζύγιος, ος, ὁ, ἡ, (a ζυγὸς, jugum.) 1) Proprie, *qui sub jugo est*, vel cui jugum imponitur: neutrum ὑποζύγιον, sc. ζῶον, 2) substantive accipitur, & *jumentum* denotat. 2. Petr. 2, 16. ὑποζύγιον ἄφωνον, animal mutum. Pullus asini. Matth. 21, 5. dicitur υἱὸς ὑποζυγίε.

Ὑποζωννύω vel ὑποζώννυμι, f. ζώσω, *Subtus vincio*, (a ζωννύω, ligo.) Actor. 27, 17. ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον, subtus constringentes navem.

Ὑποκάτω, adv. *Sub, subtus*, (a κάτω, inferius.) Marc. 6, 11. χοῦν τὸ ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, pulverem, qui est sub pedibus vestris. Joann. 1, 50. ὑποκάτω τῆς συκῆς, sub ficu. Apoc. 5, 3. 13. ὑποκάτω τῆς γῆς, sub terra. Est hebraicum תַּחַת.

Ὑποκρίνομαι, f. νῶμαι, (a κρίνω, judico,) proprie *subtraho me aliorum judicio*, & adhibetur proprie de personis comicis, quæ alios se simulant, ac re vera sunt. Hesychius: ὑποκριτὴς, ὁ ἐν τῇ σκηνῇ ὑποκρινόμενος, qui in scena aliam per-

personam induit. Inde ὑποκριτικὴ (scil. τέχνη,) apud Diogenem Laërtium in vita Platonis est ars histrionica. 2) *Simulo, hypocritam ago.* Luc. 20, 20. ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, qui simulabant se justos esse.

Ὑπόκρισις, εως, ἡ, (ab ὑποκρίνομαι) proprie est *simulatio histrionum*, poëtarum & oratorum: deinde *simulatio in vita Christiana*, hypocrisis, qualis inter Pharisæos maxime locum habebat. Matth. 23, 28. μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως, pleni estis simulatione: quam Christus Luc. 12, 1. fermentum Pharisæorum vocat. Galat. 2, 13. συνεπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, una abductus est ab hypocrisi illorum.

Ὑποκριτής, οῦ, ὁ, *Hypocrita*, qui aliud externo vultu profert, aliud pectore clausum habet. Matth. 6, 2. 5. 16. &c.

Ὑπολαμβάνω, f. λήψομαι, 1) *Suscipio*, (a λαμβάνω, accipio.) Actor. 1, 9. νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτόν, nubes susceptit ipsum. Hesychius: ὑπέλαβεν, ὑπεδέξατο. 2) *Respondeo.* Luc. 10, 30. ὑπολαβὼν (sc. λόγον) δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, respondens, (proprie, assumens vero Jesus verbum) dixit. 3) *Existimo, judico.* Actor. 2, 15. ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, sicut vos existimatis. Luc. 7, 43. Hesychius: ὑπολαβὼν, ὑπονοήσας, νομίσας, ἀποκριθείς. ὑπολάμβανε, νόμιζε. ὑπόληψις, ὑπόνοια.

Ὑπολείπω, f. ψω, *Superstitem relinquo.* Rom. 11, 3. ὑπελείφθην μόνος, superfui vel relictus sum solus.

Ὑπολήνιον, ε, τὸ, *Torcular*, (a ληνὸς, torcular.) Marc. 12, 1.

Ὑπολιμπάνω, f. νῶ, *Relinquo.* 1. Petr. 2, 21. ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, relinquens nobis exemplum.

Ὑπομένω, f. νῶ, 1) *Maneo, remaneo*, (a μένω, maneo.) Luc. 2, 43. ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν τῷ ἱερῷ, remansit Jesus puer in templo. Actor. 17, 14. 2) *Constans permaneo.* Matth. 10, 22. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος σωθήσεται, qui autem perseverat usque ad finem, servabitur. 3) *Sustineo, perfero, tolero.* Hebr. 12, 2. Christus ὑπέμεινε σταυρὸν, toleravit crucem. Jac. 5, 11. μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας, beatos prædicamus eos, qui (multa) sustinuerunt. 1. Cor. 13, 7. ἡ ἀγάπη πάντα ὑπομένει, amor omnia perfert. Hebr. 12, 7. εἰ παιδείαν ὑπομένετε, si castigationem divinam perfertis.

Ὑπομιμνήσκω, anom. fut. ὑπομνήσω, *In memoriam revoco*, (a μνάω, μνῆμι, memini.) Joann. 14, 26. Spiritus S. ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, suggeret vobis omnia. Judæ v. 3. ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, in memoriam autem vobis revocare volo. Pass. ὑπομιμνήσκομαι, recordor, illius scil. rei, quæ mihi in memoriam revocatur. Luc. 22, 61. τότε ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου, tunc recordatus est Petrus illius sermonis.

Ὑπόμνησις, εως, ἡ, *Reminiscentia, recordatio.* 2. Petr. 1, 13. δίκαιον ἡγοῦμαι διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει, justum existimavi excitare vos in reminiscentia: sic c. 3, 1.

Ὑπομονή, ῆς, ἡ, (ab ὑπομένω,) 1) *Perseverantia*, in bono præcipue. Luc. 8, 15. καρποφορῶσιν ἐν ὑπομονῇ, fructus ferunt perseverando, in verbo scil. divino. Rom. 2, 7. καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, perseverantiæ causſa in opere bono. Deus Rom. 15, 5. est θεὸς τῆς ὑπομονῆς, Deus & auctor hujusmodi perseverantiæ. 2) *Patientia*. Hebr. 10, 36. ὑπομονῆς ἔχετε χρείαν, patientia vobis opus est. Jacob. 5, 11. τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, patientiam Jobi audiviſtis. Hesychius: ὑπομονή, καρτερία.

Ὑπονοέω, ῶ, f. ήσω, *Suspicor*, *cogito*, (a νοέω, cogito.) Actor. 13, 25. τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; quemnam me putatis esse? c. 27, 27. ὑπενόουν οἱ ναῦται, nautæ suspicabantur regionem adesse. Hesychius: ὑπονοεῖ, ὑποπτεύει.

Ὑπόνοια, ας, ἡ, *Cogitatio*. 1. Timoth. 6, 4. ὑπόνοιαι πονηραί, cogitationes malæ. Hesychius: ὑπόνοια, ὑπερηφανία, ὄρασις.

Ὑποπλέω, f. πλεύσω, *Subtus navigo*, (a πλέω.) Act. 27, 4. 7. ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην, sub insula Creta præternavigabamus.

Ὑποπνέω, f. πνεύσω, *Parumper flo*, (a πνέω, flo.) Act. 27, 13. ὑποπνεύσαντος δὲ νότου, austro autem mediocriter flante.

Ὑποπόδιον, ου, τὸ, *Scabellum*, (ab ὑπὸ, sub, & πούς, ποδὸς, pes.) Matth. 5, 35. Actor. 7, 49. Terra est ὑποπόδιον τῶν ποδῶν, scabellum pedum Dei.

Ὑπόστασις, εως, ἡ, 1) *Subsistentia*, *essentia*, (ab ὑφίστημι, subsisto.) Hebr. 1, 3. Christus est χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ, imago expressa essentiæ divinæ. 2) *Firma fiducia*, qua alicui rei innititur, tanquam firmissimo fundamento insistimus. Psal. 69, 2. ἐνεπάγην, inhæsi cœno & luto, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις, & non est locus, ubi tuto pedem figere queam. Ezech. 19, 5. ἀπώλετο ἡ ὑπόστασις αὐτῆς, periit fiducia ejus. Sic fides Hebr. 11, 1. est ὑπόστασις ἐλπιζομένων, certissima fiducia de rebus consequendis, quas tantum speramus, nec dum videmus. Hujus ὑποστάσεως initium usque ad finem firmiter continendum est, cap. 3, 14. Sic Paullus 2. Cor. 9, 4. 11, 17. habebat ὑπόστασιν τῆς καυχήσεως, firmissimam fiduciam, se in rebus, quas de Corinthiis gloriatus fuerat, non frustra futurum. Ruth. 1, 12. ἔστι μοι ὑπόστασις τοῦ γενηθῆναί με ἀνδρὶ, est mihi certissima spes, me nupturam viro. Exempla ex aliis scriptoribus adfert Elsn. Obs. sacr. tom. 2. p. 363.

Ὑποσπάω, f. σπάσω, *Subduco*, *subtraho*, clam me alio abripio. Gal. 2, 12. Petrus ὑπέστελλεν ἑαυτὸν, clanculum subduxit se. Hebr. 10, 38. καὶ ἐὰν ὑποστείληται, & si quis subduxerit semet ipsum, & a Deo recesserit. Actor. 20, 20. 27. οὐδὲν ὑπεστειλάμην, in nulla re me vobis subtraxi. Jobi. 3, 8. ἢ ὑποστελεῖσθε; num vos Deo subtrahetis? Hesychius: ὑποστειλάμενος, ὑποκρυψάμενος, φοβηθείς. ὑποστείλασθαι, δολεύεσθαι, ὑποκρίνεσθαι. ὑποστέλλεται, φοβεῖται. Adde Elsnerum tom. 1. p. 463.

Ὑποστολή, ῆς, ἡ, *Subtractio*, *fuga clancularia*, (ab ὑποστέλλω.) Hebr. 10, 39. οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς (sc. ἄνδρες) εἰς ἀπώλειαν, non sumus

mus tales, qui nos Deo & saluti nostræ subtrahimus, quam rem nihil aliud, nisi, perditio & condemnatio, sequitur.

Ὑποστρέφω, f. ψω, *Redeo, revertor,* (a στρέφω, verto.) Luc. 1, 56. ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, rediit in domum suam. Act. 21, 6. ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, sc. οἰκήματα, redierunt ad domos suas.

Ὑποστρωννύω, vel ὑποστρώννυμι, fut. στρώσω, *Substerno,* (a στρωννύω, sterno.) Luc. 19, 36.

Ὑποταγή, ῆς, ἡ, *Subjectio, obedientia,* (ab ὑποτάσσω.) Gal. 2, 5. ἀδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, neque ad horam cessimus, ut iis nos subjiceremus. 1. Tim. 3, 4. τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ, filios tenentem in obedientia.

Ὑποτάσσω, fut. τάξω, 1) *Subjicio,* (a τάσσω, ordino.) 1. Cor. 15, 27. πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τὰς πόδας αὐτοῦ, omnia enim subjecit sub pedes ejus. In Passivo subjici, obedire. Jac. 4, 7. ὑποτάγητε οὖν τῷ θεῷ, subjicimini igitur, vel obedite Deo. Rom. 10, 3. τῇ δικαιοσύνῃ θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν, justitiæ Dei subjecti non sunt. In medio, *Subjicio me ipsum, obedio.* Luc. 2, 51. καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς, & erat obediens ipsis: cujus notionis exempla alia profert Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 192. Rom. 13, 5. ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, necesse est se (magistratui) subjicere. 2) Medium ὑποτάσσομαι notat *Subjicio me ordini.* 1. Cor. 14, 32. πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, spiritus prophetarum aliis prophetis se subordinant: ut nimirum primo nullus loquatur, dum alter adhuc loquitur, deinde non ex spiritu & pruritu contradictionis secum dissentiant & altercentur. 3) Singulare est, quod Christus, postquam die novissimo regnum gratiæ Deo Patri tradiderit, ipse quoque ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, subordinabitur ei, qui omnia ei subjecit, 1. Cor. 15, 28. h. e. illa subordinatio, qua Christus, tanquam Rex in regno gratiæ, Deo Patri certo modo subordinatus & subjectus fuit, tunc desinet. ὑποταγήσεται, *er wird alsdenn unterwürfig geweſen ſeyn,* desinet porro subordinari, & Deus, Filius cum Patre & Spiritu Sancto, erunt omnia in omnibus.

Ὑποτίθημι, f. ὑποθήσω, 1) *Suppono, subjicio,* (a τίθημι, pono.) Rom. 16, 4. ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, collum suum supposuerunt, h. e. auxilio mihi fuerunt. 2) *Doceo, consilium do,* in memoriam revoco. 1. Tim. 4, 6. ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, cum hæc fratres (Christianos) docueris, & illis in memoriam revocaveris. Hesychius: ὑποθέσθαι, συμβουλεῦσαι. ὑποθήκη, παραίνεσις, διδασκαλία, ἢ συμβουλή.

Ὑποτρέχω, anom. aor. 2. ὑπέδραμον, *Infra vel subtus curro.* Actor. 27, 16. νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, prope vel infra parvam insulam currentes.

Ὑποτύπωσις, εως, ἡ, *Descriptio.* 2. Tim. 1, 13. ὑποτύπωσιν ἔχε τῶν ὑγιαινόντων λόγων, habe typum, descriptionem sanorum ver-

verborum: h. e. propone ea menti tuæ. 2) *Exemplum, præfiguratio.* 1. Tim. 1, 16. mihi gratia exhibita est εἰς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ, ad exemplum eorum, (quod sibi proponant,) qui futuro tempore fidem ipsi habere volunt.

Ὑποφέρω, *Sustineo, patior, tolero.* 1. Petr. 2, 19. aor. 1. anomal. ὑπήνεγκα. 2. Tim. 3, 11. οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα, quales persecutiones sustinui. 1. Cor. 10, 13. εἰς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν, (Inf. aor. 2.) ut possitis perferre.

Ὑποχωρέω, f. ήσω, *Secedo*, in alium locum me confero, (a χώρα, regio.) Luc. 5, 16. 9, 10.

Ὑπωπιάζω, f. σω, Proprie *faciem plagis lividam facio*, (ab ὑπώπια, τά, livor. Hesychius: ὑπώπια, τὰ ὑπὸ τὰς ὀφθαλμὰς οἰδήματα. Vox exstat apud Athenæum lib. 3. p. 97.) Metaphorice. 1. Corinth. 9, 10. ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, multum affligo & vexo corpus meum. Metaphora a lucta cæstuum ducta, qui sibi gloriæ ducebant, si alteri faciem lividam efficere possent. Boileau hist. des Flagellans c. 3. §. 3. seqq. Salmasius ad Tertullianum de pallio p. 309. Luc. 18, 5. ἵνα μὴ ὑπωπιάζῃ με, ne me nimium vexet & aures mihi obtundat.

Ὗς, ὑός, ὁ, ἡ, *Sus.* 2. Petr. 2, 22.

Ὕσσωπος, ου, ἡ, *Hyssopus*, herba, cujus fasciculus aspergilli loco erat in sacris Leviticis. Hebr. 9, 19. Alia habebat caulem, similem herbæ, quæ ros marinus dicitur. Joann. 19, 29. ubi exhibuerunt Christo σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι, spongiam aceto plenam, & hyssopo imponentes admoverunt ori ejus. Vide Salmasium de homonymis hyles iatricæ. c. 19.

Ὑστερέω, f. ήσω, *Deficio, posterior sum*, (ab ὕστερον.) Joann. 2, 3. καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, & deficiente vino. 2. Cor. 12, 11. οὐδὲν (pro κατ' οὐδὲν) γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, in nulla re inferior sum illis, qui maximi sibi Apostoli esse videntur. Phil. 4, 12. didici περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι, superfluum habere & defectum pati. Hebr. 12, 15. μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, ne quis destituatur gratia Dei, ad verbum, ultimo loco veniat & prorsus abjiciatur.

Ὑστέρημα, ατος, τό, 1) *Defectus*, (ab ὑστερέω.) Luc. 21, 4. vidua dedit in gazophylacium ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς, ex defectu, h. e. paupertate ejus. 1. Thess. 3, 10. καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν, ut suppleam (ratione scil. informationis) quæ adhuc desunt fidei vestræ. 2) *Reliquiæ.* Col. 1, 24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, & suppleo ea, quæ adhuc residua sunt in afflictionibus propter Christum in carne mea.

Ὑστέρησις, εως, ἡ, *Defectus*, (ab eodem.) Marc. 12, 44. Phil. 4, 11. οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω, non loquor de defectu meo, me egere, vel inopia laborare.

Ὑστε-

Ὕστερον, adv. 1) *Postea.* Matth. 4, 2. Marc. 16, 14. 2) *Post.* Matth. 22, 27. ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή, post omnes vero mortua est etiam mulier. Alia hujusmodi loca habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 127. Videtur autem ὕστερον comparativi gradus esse, sicut πρότερον, unde cum Genitivo construitur. Hesychius: ὕστερον, ἧσσον, ἧττον, ἔσχατον.

Ὕστερος, α, ον, Posterus, ultimus. 1. Tim. 4, 1. ἐν ὑστέροις καιροῖς, ultimis temporibus.

Ὑφαντὸς, ἡ, ὸν, *Contextus*, (ab ὑφαίνω, texo.) Joann. 19, 23. χιτὼν ἄρραφος, ὑφαντὸς δι' ὅλε, tunica inconsuta, texta ex omni parte.

Ὑψηλὸς, ἡ, ὸν, 1) *Altus*, (ab ὕψος, altitudo.) Matth. 4, 8. ὄρος ὑψηλὸν, mons altus. 2) *Cœlestis.* Hebr. 1, 3. Christus consedit ad dextram magnificentiæ ἐν ὑψηλοῖς, sc. τόποις vel μέρεσι, in altis locis, h. e. in cœlo. 3) *Magnificus, robustus, egregius.* Luc. 16, 15. τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, quod apud homines magnificum est. Actor. 13, 17. μετὰ βραχίονος ὑψηλε, cum brachio excelso. Rom. 12, 16. μὴ τὰ ὑψηλὰ (sc. φρονήματα) φρονοῦντες, non alta sapientes. Compar. ὑψηλότερος. Hebr. 7, 26.

Ὑψηλοφρονέω, *Alta sapio, excelsos spiritus gero*, (ab ὑψηλὸς, & φρονέω, cogito.) Rom. 11, 20. μὴ ὑψηλοφρόνει, ne altos spiritus gere. 1. Tim. 6, 17. μὴ ὑψηλοφρονεῖν (sc. δεῖν.)

Ὕψιστος, superl. *Altissimus*, (ab ὕψος.) Matth. 21, 9. ἐν τοῖς ὑψίστοις, sc. μέρεσι, in locis excelsissimis. Κατ' ἐξοχὴν ὁ ὕψιστος est Deus. Luc. 1, 32. υἱὸς ὑψίστε κληθήσεται, filius altissimi vocabitur. Additur etiam θεε ὑψίστε. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. &c.

Ὕψος, εος, τὸ, 1) *Altitudo.* Apoc. 21, 16. 2) *Cœlum.* Ephes. 4, 8. ἀναβὰς εἰς ὕψος, ascendens in altum. Luc. 1, 78. ἀνατολὴ ἐξ ὕψες, oriens ex alto. c. 24, 49. 3) *Magnificentia*, animus excelsus. Jacob. 1, 9. καυχάσθω ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτε, glorietur humilis in excelsitate sua. 4) ὕψος, altitudo, latitudo, longitudo & profunditas. Ephes. 3, 8. denotant omnia, quæ ad rem aliquam spectant, etiam immaterialem.

Ὑψόω, f. ώσω, 1) *In altum tollo.* Joann. 3, 14. Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν, exaltavit serpentem. 2) Metaph. *extollo*, in magnam dignitatem constituo, *exalto.* Luc. 14, 11. πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, quicunque se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, ὑψωθήσεται, exaltabitur. Actor. 2, 33. Christus est τῇ δεξιᾷ τε θεε ὑψωθεὶς, ad dextram Dei exaltatus. 1. Petr. 5, 6. ἵνα ὑμᾶς ὑψώσει ἐν καιρῷ, ut (Deus) vos extollat justo tempore. 3) ὑψωθῆναι ἐκ τῆς γῆς, *exaltari a terra*, phrasis hebræo-græca, denotat *mori*, hebr. הִסָּחֲלֵק מִן הָעוֹלָם, a rad. סָלַק, ascendit. Joann. 12, 32. ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, cum exaltatus fuero a terra, h. e. cum mortuus fuero. Per Ellipsin deinde ἐκ τῆς γῆς omittitur. Joann. 3, 14. 12, 34. ὑψωθῆναι, exaltari, i. e. mori.

Ὑψω-

Ὕψωμα, τος, τὸ, 1) *Altitudo*: metaph. res aliqua, quæ se ultra modum extollit. 2. Corinth. 10, 5. καθαιροῦντες πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως θεοῦ, dejicientes omne illud, quod sibi nimium tribuit, quod altum locum sibi assignat, & contra cognitionem veri Dei se extollit. 2) ὕψωμα, idem denotat quod ὕψος in significatione quarta. Rom. 8, 39.

Φ.

Φάγος, ε, ὁ, *Comedo*, qui multum gulæ indulget. Matth. 11, 19. Luc. 7, 34.

Φάγω, 1) Edo, *comedo*, *devoro*. Matth. 15, 32. οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσι, non habent, quod comedant. 2) Metaph. *consumo*. Jac. 5, 3. καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν, & consumit carnes vestras.

Φαιλόνης, ε, ὁ, *Pænula*, vestis Romanorum, quam singulari libello descripsit Bartholus Bartholinus. 2. Tim. 4, 13. τὸν φαιλόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι, φέρε, pænulam, quam Troade reliqui, adfer. Hesychius: φαιλόνης, εἱλητάριον μεμβράνινον, ἢ γλωσσόκομον, involucrum membranaceum, aut crumena sive loculus. Et hæc explicatio omnium est optima, quia pænulam, utpote servorum vestem, Paullus gestare non potuit. Cæterum confer, præter interpretes, singularem dissertationem Hect. God. Masii de Pænula Pauli.

Φαίνω, f. φανήσω, *Appareo*, 1) *externe*. Matth. 6, 5. ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, ut appareant & conspiciantur ab hominibus. cap. 9, 33. οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως, nondum unquam tale quid conspectum fuit. 2) *In mente*. Marc. 14, 64. τί ὑμῖν φαίνεται; quid vobis videtur? Joann. 1, 5. φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, lux in tenebris lucet. 3) κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, *per insomnium* apparuit ei. cap. 2, 13. 19.

Φαλὲκ, nomen viri, hebr. פֶּלֶג, a rad. פָּלַג, divisit, quia illo tempore gentes a se invicem disperſæ sunt. Luc. 3, 35.

Φανερὸς, ὰ, ὸν, *Manifestus*, *clarus*, apparens, (a φαίνω, appareo.) Gal. 5, 19. φανερά ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, manifesta sunt opera carnis. Actor. 7, 13. φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ, sc. χρῆμα, res manifesta fuit Pharaoni. ἐν τῷ φανερῷ, sc. τόπῳ vel μέρει, palam, publice. Matth. 6, 4. Rom. 2, 28. ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος, qui exterius est Judæus, ἡ ἐν τῷ φανερῷ περιτομὴ, circumcisio externa, quæ publice fit: contradistinguitur circumcisioni cordis, quæ fit interius.

Φανερόω, f. ώσω, *Manifestum reddo*, 1) *Externa forma* & conspicua. Joann. 1, 31. ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, ut conspicuus fieret Israëli. cap. 21, 14. ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς, apparuit, conspiciendum se præbuit Jesus. Marc. 4, 22. nihil est absconditum, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, quod non in apertum proferatur. 2) *Qualitate interna*. Joann. 7, 4. φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ, ostende te

te mundo, qualis sis. Rom. 1, 19. θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε, Deus ipsis (gentilibus) consp iciendum præbuit. 1. Cor. 4, 5. καὶ φανερώσει τὰς βελὰς τῶν καρδιῶν, & manifestabit consilia cordium.

Φανερῶς, adv. *Manifeste, palam,* (a φανερός.) Joann. 7, 10. οὐ φανερῶς, ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ, non palam, sed velut in abscondito.

Φανέρωσις, εως, ἡ, *Manifestatio.* 1. Cor. 12, 7. Unicuique data ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος, manifestatio Spiritus, h. e. donorum Spiritus S. quibus primi Christiani gaudebant. 2. Cor. 4, 2. τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτούς, manifestatione veritatis, h. e. manifestum faciendo vitam Christianam (hæc enim est ἀλήθεια) commendavimus nos.

Φανὸς, οῦ, ὁ, *Fax, tæda,* (a φαίνω.) Joann. 18, 3.

Φανουὴλ, ὁ, nomen proprium hebr. ἔπιλιτον. Luc. 2, 3. 36. פְּנוּאֵל, quod est a פנה, respicite, & אל, Deum. Occurrit Genes. 32, 31. sed ibi est nomen loci.

Φαντάζω, f. σω, proprie phantasiæ sive vi imaginativæ aliquid propono: deinde in genere *propono.* Hebr. 12, 21. οὕτω γὰρ φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, tam tremendum enim erat, quod Israëlitis tunc conspiciendum præbebatur.

Φαντασία, ας, ἡ, 1) *Phantasia,* vis imaginativa, (a φαντάζω.) 2) *Arrogantia, superbia,* cum quis plura sibi de se proponit, quam par est. Actor. 25, 23. Agrippa & Bernice venerunt μετὰ πολλῆς φαντασίας, cum multo fastu & pompa. Hesychius: φαντασιᾶ, τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ἀλλὰ σχήματι,

Φάντασμα, τος, τὸ, *Spectrum,* (ab eodem.) Matth. 14, 26. Marc. 6, 49.

Φάραγξ, γγος, ἡ, *Vallis.* Luc. 5, 3. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, omnis vallis explebitur. Hesychius: φάραγξ, τάφος, κοίλωμα.

Φαραὼ, Nomen regum Aegyptiorum. Act. 7, 10.

Φαρὲς, ὁ, Nomen hebr. indecl. unius ex majoribus Christi. Matth. 1, 3. Luc. 3, 33. hebr. פֶּרֶץ, ruptura. Caussa denominationis legitur. Genes. 38, 29.

Φαρισαῖος, ε, ὁ, *Pharisæus,* nomen sectæ inter Judæos, hebr. פְּרוּשׁ, separatus, (a rad. פָּרַשׁ, separavit, quia se vivendi ratione singulari & hypocritica a reliquis Judæis distinguebant.) Paullus ipse ἔζησε φαρισαῖος, vixit tanquam Pharisæus. Actor. 26, 5. Phil. 3, 5.

Φαρμακεία, ας, ἡ, 1) *Veneficium,* (a φάρμακον, medicamentum, venenum.) Gal. 5, 20. 2) Metaph. *Deceptio,* quando homines a vera religione in errores perducuntur. Apoc. 18, 23. ἐν τῇ φαρμακείᾳ σε ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη, per veneficium tuum in errorem deducti sunt omnes populi.

Φαρμακεὺς, έως, ὁ, *Veneficus,* (ab eodem.) Apoc. 21, 8.

Φαρμακὸς, οῦ, ὁ, idem. Apoc. 22, 15.

Φάσις,

Φάσις, εως, ἡ, *Rumor fama*, (a φημὶ & φάσκω, dico.) Actor. 21, 31. ἀνέβη ἡ φάσις τῷ χιλιάρχῳ, ascendit fama ad chiliarchum.

Φάσκω, *Dico*. Rom. 1, 22. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, quum dicerent, se esse sapientes. Actor. 24, 9. 25, 19.

Φάτνη, ης ἡ, *Præsepe*. Luc. 2, 7. 12. 16.

Φαῦλος, η, ον, *Malus*, Tit. 2, 8. μὴ ἔχων λέγειν περὶ ὑμῶν φαῦλον sc. ῥῆμα, non habens quod de vobis dicat verbum malum. Joann. 3, 20. πᾶς ὁ φαῦλα (ἔργα) πράσσων, omnis qui mala (opera) facit.

Φέγγος, εος, ες, τὸ, *Splendor*. Matth. 24, 29. σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, luna non dabit splendorem suum.

Φείδομαι, *Parco*: construitur cum Genit. propter subintellectam vocem cognatam φειδολὴν, quemadmodum dicimus currere cursum. Rom. 8, 32. ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, proprio filio non pepercit.

Φειδομένως, adv. *Parce*. 2. Cor. 9, 6. ὁ σπείρων φειδομένως, seminans parce, h. e. eleemosynas parce erogans, parce etiam metet, benedictionem scil. divinam.

Φέρω, anomalon, fut. οἴσομαι, aor. 1. ἤνεγκα, aor. 2. ἤνεγκον, 1) *Fero, adfero, apporto*. Matth. 14, 11. ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ, allatum est caput ejus. Marc. 2, 3. παραλυτικὸν φέροντες, paralyticum apportantes. 2) *Porrigo*. Joann. 20, 27. φέρε τὸν δάκτυλον, τὴν χεῖρά σε, porrige digitum, manum tuam. 3) Passivum denotat *a ventis*, vel alio *motu violento ferri*. Act. 27, 15. ἐπιδόντες (ἑαυτοὺς) ἐφερόμεθα, cum nos mari traderemus, ab aura ferebamur. Actor. 2, 2. ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, sonitus tanquam flatus vel venti violenter lati. 4) Met. Christus est φέρων τὰ πάντα, ferens omnia verbo virtutis suæ, h. e. omnipotentia sua conservans. Hebr. 1, 3. 5) *Deduco*. Actor. 12, 10. ὁδὸν ῥύμης καὶ εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, viam quæ fert ad civitatem. 6) *Vox* dicitur *perferri* ad aliquem. 2. Petr. 1, 17. 18. φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ, voce ad ipsum perlata. 7) *Agitare, incitare*. 2. Petr. 1, 21. Viri Dei locuti sunt ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου φερόμενοι, a Spiritu S. agitati, h. e. inspirati. 8) Pass. denotat *Pergere*. Hebr. 6, 1. ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, ad perfectionem pergamus. 9) *Tolerare, patienter ferre*, sustinere. Rom. 9, 22. θεὸς ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς, Deus cum multa longanimitate toleravit vasa iræ. Hebr. 12, 20. οὐκ ἔφερον τὸ διαστελλόμενον, non potuerunt Israëlitæ tolerare id, quod ad ipsos perferebatur. c. 13. ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες, contumeliam ipsius (causa) tolerantes. 10) *Ferre fructum*. Joann. 12, 24. πολὺν καρπὸν φέρει, multum fructum adfert. Marc. 2, 3. ἓν τριάκοντα, adtulit unum fructum trigesies. 11) *Judicialiter proferre*. Joann. 18, 29. τίνα κατηγορίαν φέρετε; qualem accusationem profertis contra hunc hominem? Actor. 27, 15. 2. Petr. 2, 11. Angeli οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν βλάσφημον κρίσιν, non

non proferunt contra ipsos (diabolos) judicium blasphemiæ. Hebr. 9, 16. ὅπε γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεθαι τῦ διαθεμένε, ubi enim testamentum est, necesse est, ut mors testatoris judicialiter probetur. Exempla ex profanis scriptoribus dat Elsnerus Obs. sacr. tom. 2. p. 361.

Φένγω, f. ξω, 1) *Fugio.* Joann. 10, 13. ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, mercenarius autem fugit. 2) *Effugio, malum* scil. aut periculum. Matth. 3, 7. φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλέσης ὀργῆς, effugere iram futuram. Hebr. 12, 25. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι ἐκ ἔφυγον, si enim illi non effugerunt, pœnam scil. divinam. 3) *Cavere.* 1. Cor. 6, 18. φεύγετε τὴν πορνείαν, fugite scortationem. cap. 10, 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας, cavete vobis ab idolorum cultu.

Φῆλιξ, κος, ὁ, *Felix*, præses Syriæ. Act. 23, 24. seqq.

Φήμη, ης, ἡ, *Fama rumor.* Matth. 9, 26. Luc. 4, 14. καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη, & exiit fama.

Φημὶ, *Dico*, aor. ἔφην. Matth. 13, 28. ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, ille vero dixit ipsis. Rom. 3, 8. καθὼς φασί τινες, sicut aliqui dicunt.

Φῆστος, ε, ὁ, Porcius *Festus*, præses Syriæ post Felicem. Actor. 24, 27. seqq.

Φθάνω, f. φθήσω, 1) *Prævenio.* 1. Thess. 4, 15. ἡ μὴ φθάσωμεν τὲς κοιμηθέντας, non præveniemus (in resurrectione) eos, qui jam obdormiverunt, vel mortui sunt. 2) *Pervenio.* Matth. 12, 28. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τῦ θεῦ, igitur pervenit ad vos regnum Dei, h. e. exinde concludere potestis, me esse. Rom. 9, 31. Ἰσραὴλ εἰς νόμον δικαιοσύνης ἐκ ἔφθασε, Israël ad legem justitiæ non pervenit. Phil. 3, 16. πλὴν εἰς ὃ (scil. μέρος) ἐφθάσαμεν, συμμιμηταί με γίνεσθε, verum in quantum ego (in vita Christiana) perveni, una imitatores mei estote. Hesychius: φθάνει, καταλαμβάνει, προλαμβάνει.

Χειμών, ῶνος, ὁ, 1) *Hiems.* Matth. 24, 20. ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, ne fiat fuga veſtra tempore hiemis. 2. Timoth. 4, 21. σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν, ſtude, ut ante hiemem venias. 2) *Tempeſtas procelloſa.* Matth. 16, 3. σήμερον χειμών, hodie tempeſtas eſt turbida. 3) *Procella in mari.* Actor. 27, 20. χειμῶνος δὲ οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, quum vero procella non exigua impenderet.

Χείρ, ρὸς, ἡ, 1) *Manus.* Marc. 1, 31. κρατήσας τῆς χειρὸς, apprehendens manum. Matth. 18, 8. εἰ δὲ ἡ χείρ σου σκανδαλίζει, ſi vero manus tua ſcandalo eſt tibi: h. e. ſi manus occaſionem tibi ſubminiſtraret, peccatum committendi, tunc illa manu plane non utendum eſt, ſed potius ita nos geramus, quaſi nullæ nobis eſſent manus. 1. Tim. 5, 22. χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, manus celeriter nemini impone: h. e.

ne

ne nimium festines ordinationem ad ministerium Ecclesiasticum, quæ per impositionem manuum & olim & hodie fit. 2) *Ministerium*, ex hebraismo, ubi solenne est dicere בְּיַד, per manum, vel in plur. בִּידֵי, per manus. Actor. 5, 12. Multa miracula fiebant, διὰ τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστόλων, per manus, h. e. ministerium, Apostolorum. cap. 7, 35. Lex data est ἐν χειρὶ ἀγγέλου, per ministerium Angeli: cap. 11, 30. miserunt eleemosynam, διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου, per ministerium Barnabæ & Sauli. 3) *Potentia*, utpote quæ se per manus maxime exserit. Matth. 27, 22. Oportet filium hominis παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, tradi in manus hominum, h. e. potentiæ eorum ad tempus subjici. Luc. 1, 71. ut liberaret nos ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς, ex potentia omnium, qui odio habent nos. Joann. 10, 39. ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν, exivit e manibus eorum. Usurpatur etiam de potentia interna & invisibili. Marc. 6, 2. ὅτι αἱ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται, quod tam multa miracula per manus (potentiam) ejus fiunt. Joann. 3, 35. ὁ πατὴρ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ υἱοῦ, Pater omnia dedit sub potestatem Filii. Actor. 4, 28. ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι, quæcunque potentia & consilium antea definiverunt, ut fierent. cap. 13, 11. χεὶρ Κυρίου ἐπί σε, potentia Domini in te exseretur, & fies cœcus. 4) *Gratia & providentia divina.* Luc. 1, 66. ἡ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ, manus Domini erat cum Joanne Baptista: h. e. Deus insignia gratiæ suæ specimina in ipso ostendebat. Sic Actor. 11, 21. 5) *Opera*, per metonymiam. Jacob. 4, 8. καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί, mundate manus, o peccatores: h. e. opera, quæ per manus fiunt. Hebr. 12, 12. τὰς παρειμένας χεῖρας ἀνορθώσατε, manus remissas restituite: h. e. opera, quæ huc usque Paullo remissius peracta sunt.

Χειραγωγέω, ῶ, f. ήσω, *Manu duco.* Act. 9, 8. 22, 11.

Χειραγωγός, οῦ, ὁ, *Qui manu aliquem ducit*, (a χεὶρ & ἀγωγός, ductor.) Actor. 13, 11. ἐζήτει χειραγωγούς, quæsivit aliquos, qui manu ipsum ducerent.

Χειρόγραφον, ου, τὸ, *Chirographum*, instrumentum manu alicujus scriptum, (a χεὶρ & γράφω, scribo.) Col. 2, 14. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασι, delens literas debiti, quæ contra nos erant per traditiones.

Χειροποίητος, ου, ὁ, ἡ, *Manu factus*, (a χεὶρ & ποιέω, facio.) ναὸς χειροποίητος, templum manu factum. Actor. 7, 48. 17, 24. σκηνὴ & ἅγια χειροποίητα, tentorium & sanctum manu factum: contradistinguuntur iis, quæ temporibus Nov. Te-

ſtamenti ſunt. Epheſ. 2, 11. περιτομὴ χειροποίητος, circumciſio manu facta, cui opponitur circumciſio cordis, quæ manu non peragitur.

Χειροτονέω, ῶ, fut. ήσω, Proprie *manum extendo*, (a χειρ & τάνω, extendo,) deinde eligo. Nam apud antiquos electio a populo per extenſionem manus vel etiam digitorum indicabatur. Heſychius: χειροτονεῖν, καθιστᾶν, ψηφίζειν. χειροτονία, ἐκλογή. Actor. 14, 23. χειροτονήσαντες πρεσβυτέρας κατ' ἐκκλησίαν, eligentes presbyteros per ſingulas eccleſias. 2. Cor. 8, 19. χειροτονηθεὶς συνέκδημος ἡμῶν, electus, ut una nobiscum peregrinaretur.

Χείρων, ὁ, ἡ, χεῖρον, τὸ, *Pejor, pejus*, compar. irreg. a κακός. Matth. 27, 64. πλάνη χείρων τῆς πρώτης, fraus poſterior deterior eſt priore. 2. Tim. 3, 13. προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, proficient in pejus. Hebr. 10, 29. χάρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, pejore, duriore pœna dignus habebitur.

Χερουβίμ, *Cherubim*, nomen plurale, hebr. כְּרוּבִים, a rad. רָכַב, equitavit, per metatheſin: & proprie denotat animal, cui quis inequitare poteſt. Deinde animalia, quæ coram throno divino miniſtrant, Ezech. 1, 10. conf. cap. 10, 14. & Angeli. Jeſa. 6, 2. Hebr. 9, 5. Χερουβὶμ δόξης, Cherubim, in quibus ſe gloria Domini vel Schechina revelabat.

Χήρα, ας, ἡ, 1) *Vidua*. Matth. 23, 14. κατεσθίετε οἰκίας τῶν χηρῶν, devorantes domos (facultates) viduarum. 1. Tim. 5, 5. ἡ δὲ ὄντως χήρα, quæ vero revera eſt vidua. 2) *Perſona miſerabilis*, qualis eſt vidua. Apoc. 18, 7. καὶ χήρα εἰμὶ, & perſona infelix non ſum.

Χθὲς, adv. 1) *Heri*. Joann. 4, 52. Act. 7, 28. 2) *Tempus præteritum*. Hebr. 13, 8. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, Jeſus Chriſtus heri, (temporibus præteritis Vet. Teſtamenti) & hodie (temporibus præſentibus Novi Teſtamenti) idem ille eſt. Sic Græci ſæpius dicunt χθὲς καὶ πρώην, heri & antea, h. e. temporibus præteritis.

Χιλίαρχος, ου, ὁ, *Chiliarchus*, mille militum præfectus. Marc. 6, 21. Joann. 18, 12.

Χιλιὰς, άδος, ἡ, *Numerus millenarius*. Luc. 14, 31. εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτὸν, an valeat cum decem millibus obviare illi, qui cum viginti millibus egreditur contra ſe.

Χίλιοι, αι, α, *Mille*. 2. Petr. 3, 8. ὡς χίλια ἔτη, tanquam mille anni.

Χίος,

Χίος, ε, ἡ, *Chius*, insula notissima, hodie Scio. Act. 20, 15. ἀντικρὺ Χίε, ex opposito Chii.

Χιτὼν, ῶνος, ὁ, *Tunica, vestis interior.* Matth. 10, 10. μὴ κτήσησθε δύο χιτῶνας, ne possideatis duas tunicas. Joann. 19, 23. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, tunica vero non erat consuta. Metonymice adhibetur Judæ v. 23. μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, odio habentes etiam interulam vestem a carne pollutam, i. e. cavete omnem pollutionem, maxime voluntariam. Adde Elsneri Obs. sacras tom. 2. p. 431.

Χιὼν, όνος, ὁ, *Nix.* Matth. 28, 3.

Χλαμὺς, ύδος, ἡ, *Chlamys*, pallium amplum, quod totum hominem tegit. Matth. 27, 28. περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην; circumposuerunt ipsi chlamydem purpuream, qualem reges & principes gestare solent.

Χλευάζω, σω, *Subsanno, irrideo.* Actor. 2, 13. 17, 32. Hesychius: χλευάζει, ἐμπαίζει, γελᾷ. χλεύη, γέλως. χλευασμὸς, ἐμπαιγμός.

Χλιαρὸς, ὰ, όν, *Tepidus.* Adhibetur metaphorice. Apoc. 3, 16. de eo, qui in vera religione & cultu debitam attentionem & fervorem non adhibet, sed indifferentem, ut hodie loquimur, se gerit.

Χλόη, ης, ἡ, *Chloë*, mulier Christiana Corinthi. 1. Cor. 1, 11. ἐδηλώθη μοι ὑπὸ τῶν Χλόης, sc. οἰκείων, nunciatum est mihi a domesticis Chloës.

Χλωρὸς, ὰ, όν, 1) *Viridis.* Marc. 6, 39. ἐπέταξεν ἀνακλῖναι ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ, jussit, ut recumberent in gramine viridi. 2) *Pallidus.* Apoc. 6, 8. ἵππος χλωρὸς, equus pallidus. Inde Constantius Imperator a colore cognomen Chlori habuit.

Χοϊκὸς, ὴ, όν, *Terrenus*, (a χόος, pulvis.) 1. Corinth. 15, 48. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ, qualis est (Adamus primus) terrenus, tales etiam (omnes illius posteri) terreni: & v. 49. καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, quemadmodum (in hoc mundo) gestavimus imaginem (Adami primi) terreni.

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, *Chœnix*, mensura aridorum, quæ pro varietate regionum varia fuit. Apoc. 6, 6.

Χοῖρος, ε, ὁ, *Sus, porcus.* Matth. 8, 30. ἀγέλη χοίρων, grex porcorum. Marc. 5, 14. οἱ βόσκοντες τοὺς χοίρους, qui pascebant porcos. Si quis quærat, cur in historia Judæorum porci occurrant, illis prohibiti, is sciat, Judæos in Galilæa gen-

tilibus mixtos fuisse, (unde Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν,) qui posteriores porcos alebant. Vide Buxtorfii Catalecta c. 35.

Χολάω, ῶ, *Irascor*, (a χολή, fel.) Joann. 7, 23. ἐμοὶ χολᾶτε; an mihi irascimini?

Χολή, ῆς, ἡ, *Fel, amaritudo*. Matth. 27, 34. ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, dederunt ipsi bibere acetum felle mixtum, h. e. vinum infectum re aliqua amara, qualis myrrha est, mixtum. Vide Grotium. Metaph. Actor. 8, 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας ὁρῶ σε ὄντα, pro ἐν χολῇ, video enim te in felle amaritudinis esse, h. e. radicem amaram in anima tua versari, quæ bonos fructus haud ferat.

Χοραζεῖν, vide χωραζεῖν.

Χορηγέω, ῶ, f. ήσω, proprie *Choragum ago*, h. e. omnia illa procuro, quæ ad ludos & dies festos celebrandos spectant, (a χορὸς, chorus, & ἡγέομαι, duco.) Deinde notat in genere *suppeditare*, quæ ad rem aliquam conducunt vel necessaria sunt. Hesychius: χορηγία, δόσις. χωρηγεῖ, παρέχει, δίδωσιν. 2. Cor. 9, 10. ὁ ἐπιχορηγῶν, (Deus,) qui suppeditavit semen seminanti, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, etiam panem ad cibum suppeditet. 1. Petr. 4, 11. ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς ἐπιχορηγεῖ ὁ θεὸς, tanquam ex robore, quod subministrat Deus. Siracid. 18, 31. ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σε εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, si suppeditaveris animæ tuæ omnes voluptates. 2. Maccab. 3, 3. Seleucus Rex Asiæ dicitur ἐπιχορηγεῖν ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων, suppeditasse ex propriis reditibus, quæ ad cultum divinum spectant.

Χορὸς, ὁ, *Chorus*, caterva tripudiantium. Luc. 15, 25. ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν, audivit concentus & choros.

Χορτάζω, f. σω, 1) *Saturo*, proprie gramine, prout animantia solent, (a χόρτος, gramen.) 2) *Saturo, de hominibus*. Matth. 14, 20. καὶ ἔφαγον πάντες καὶ ἐχορτάσθησαν, & comederunt omnes & saturati sunt. Jac. 2, 16. θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε, calefacite & saturate vos. De saturatione hominum etiam profani scriptores adhibent, teste Elsnero tom. 1. p. 22. 3) Metaph. *deliciis animæ affluere*. Matth. 5, 6. Beati, qui bibunt & sitiunt justitiam, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται, quoniam ipsi saturabuntur.

Χόρτασμα, τος, τὸ, *Cibus*, quo homo saturatur, (a χορτάζω,) Actor. 7, 11. οὐχ εὕρισκον χορτάσματα, non invenerunt cibos.

Χόρτος, ε, ὁ, 1) *Gramen*. 1. Petr. 1, 24. πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, omnis caro est ut gramen. Jacob. 1, 10. ὡς ἄνθος χόρτου παρ-

παρελεύσεται, ficut flos graminis tranſibit. 2) Metaph. *doctrina nullius momenti.* 1. Corinth. 3, 12. Si quis autem huic fundamento (doctrinæ) inædificaverit ligna, χόρτον, gramen, ſtipulam: h. e. ſi ex doctrina Chriſti elicuerit alia dogmata, quæ tantum externam habent utilitatem, quales ſunt indulgentiæ, & pecuniæ ſub ſpecie pietatis extortæ; illius dogmata ab igne (afflictionum & perſecutionum) explorabuntur.

Χαζᾶς, ᾶ, ὁ, *Chuza*, nomen proprium œconomi Herodis. Lucæ 8, 3.

Χᾶς, contractum pro χόος, *Pulvis.* Marc. 6, 21. ἐκτινάξατε τὸν χοῦν, excutite pulverem. Apoc. 18, 19. ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, jecerunt pulverem in capita ſua: quod apud priſcos erat ſignum lugentium.

Χράομαι, contr. χρῶμαι, f. χρήσομαι, 1) *Utor.* Actor. 27, 17. βοηθείαις ἐχρῶντο, auxilio utebantur. 1. Timoth. 5, 23. οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ, (Imper. contr. pro χράε) vino exiguo utere. 2) Adhibetur de conditione animi, ſicut latini dicunt, uti familiariter. Actor. 27, 3. φιλανθρώπως τῷ Παύλῳ χρησάμενος, humaniter agens cum Paullo. 2. Corinth. 1, 17. μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; num forte levitate uſus, vel leviter verſatus ſum?

Χράω, ήσω, *Commodo*, uſum rei alicui concedo. Luc. 11, 5. χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, commoda mihi tres panes.

Χρεία, ας, ἡ, 1) *Neceſſitas.* Luc. 10, 42. ἑνός ἐστι χρεία, unius rei eſt neceſſitas, una res eſt neceſſaria. Actor. 6, 3. οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, quos præficiemus rei huic neceſſariæ. Inde χρείαν ἔχειν, opus habere. Matth. 21, 3. ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει, Dominus illis opus habet. Luc. 15, 7. οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας, qui non opus habent pœnitentia, lapſorum ſcilicet. 2) *Indigentia, paupertas, defectus.* Rom. 12, 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, indigentiæ ſanctorum (Chriſtianorum) communicantes. Phil. 2, 25. Epaphroditum Apoſtolus vocat λειτουργὸν τῆς χρείας μου, ſubminiſtratorem eorum, quæ ipſi erant neceſſaria: cap. 4, 19. θεὸς πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, Deus implebit omnem indigentiam veſtram. 3) *Munus*, vulgo dicunt officium. Actor. 6, 3. οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, quem huic muneri præponamus. Exempla ex ſcriptoribus profanis congeſſit Elsnerus Obſ. ſacr. tom. 1. p. 389.

Χρεωφειλέτης, ου, ὁ, *Debitor*, (ex χρέος, debitum, & ὀφείλω, debeo.) Luc. 7, 41. 16, 5. Heſychius: χρεωφειλέτης, ὁ τὸ χρῆμα ὀφείλων.

Χρὴ, *Decet, oportet*, verbum imperf. Jac. 3, 10. οὐ χρὴ ταῦτα οὕτω γίνεσθαι, non decet hæc ita esse.

Χρῄζω, f. σω, pro χρηίζω, *Opus habeo*. Constituitur cum genitivo, vi verbi cognati χρεία. Matth. 6, 32. ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων, quod opus habeatis hæc omnia. Rom. 16, 2. ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι, in quocunque negotio vobis opus habebit.

Χρῆμα, ατος, τὸ, *Opes, facultates*, (a χράομαι,) quia illis quotidie utimur. Actor. 4, 37. ἤνεγκε τὸ χρῆμα, attulit pecunias. Usitatius tamen est in plurali numero. Actor. 8, 18. προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, obtulit ipsis pecunias. Marc. 10, 24. πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, qui confidunt in divitiis.

Χρηματίζω, f. ίσω, 1) *Negotia publica tracto*, (a χρῆμα.) 2) *Nuncupor, appellor*. Actor. 11, 26. ἐγένετο, χρηματίσαι πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὸς μαθητὰς Χρισιανὸς, factum est, ut discipuli (sectatores Christi) Antiochiæ primum Christiani nominarentur. Rom. 7, 3. μοιχαλὶς χρηματίσει, mœcha nuncupabitur. 3) In passivo notat *divinitus admoneri*, revelationem divinam habere. Matth. 2, 12. χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, oraculo divino per insomnium admonitus. Actor. 10, 22. ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλε, divinitus admonitus est per angelum. Activum hac notione occurrit. Hebr. 12, 25. παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, deprecati sunt illum, qui nomine Dei ipsos monuerat. Adde Elsnerum Obs. sacr. tom. 2. p. 35.

Χρηματισμὸς, ε, ὁ, *Oraculum, verbum divinum*, prophetia. Rom. 11, 4. τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; quidnam dicit ipsi oraculum? Hesychius: χρηματισμὸς, ὁπλασία.

Χρήσιμος, ε, ὁ, ἡ, *Utilis*. 2. Tim. 2, 14. μὴ λογομαχεῖν, ἐπὶ ἀδὲν χρήσιμον (sc. πρᾶγμα,) ne verborum caussa contendant, quæ res nullius est utilitatis.

Χρῆσις, εως, ἡ, *Usus*. Rom. 1, 26. 27.

Χρηστεύομαι, *Bonum & utilem me præbeo*, (a χρηστὸς.) 1. Corinth. 13, 4. ἡ ἀγάπη χρηστεύεται, amor se omnibus bonum exhibet.

Χρηστολογία, ας, ἡ, Sermo utilis & bonus. Rom. 16, 18.

Χρηστὸς, ὴ, ὸν, *Utilis, bonus*, (a χράομαι,) qui usui est. 1. Petr. 2, 3. εἴπερ ἐγεύσασθε, ὅτι Χρηστὸς ὁ Κύριος, si gustastis, quod utilis (*brauchbar, nutzbar*) sit Dominus. Matth. 11, 30. ὁ ζυγός με Χρηστός ἐσι, jugum meum (servitium, quod mihi præstatur) est bonum & utile. Luc. 5, 39. ὁ παλαιὸς οἶνος χρηστότε-

σότερός ἐστι, vinum vetus utilius est & sanitati convenientius. Ephes. 4, 32. γίνεσθε εἰς ἀλλήλους Χρηστοί, estote erga vos invicem boni & utiles. Τὸ Χρηστὸν neutro genere, subintellecta voce χρῆμα, idem valet ac χρηστότης. Rom. 2, 4. τὸ Χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, benignitas Dei ad pœnitentiam te perducit.

Χρηστότης, ητος, ἡ, *Benignitas, bonitas*, quando quis se alteri utilem exhibet. Usurpatur de Deo, cui tribuitur πλοῦτος χρηστότητος, divitiæ benignitatis. Rom. 2, 4. h. e. benignitas & utilitas ejus erga nos tanta est, ut nunquam exhauriri possit. Deinde enim de hominibus, & inter virtutes Christianas numeratur. 2. Cor. 6, 6. Gal. 5, 22. Col. 3, 12.

Χρίσμα, τος, τὸ, *Unguentum*, (a χρίω, ungo.) 1. Joann. 2, 20. καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα. Et vos unguentum habetis a Sancto, & scitis omnia. Unguentum est Spiritus Sanctus, quo tum ipse Christus, tum nos, socii ejus, uncti sumus. Psalm. 45, 7. Illum Spiritum habemus a Sancto, Deo Patre, qui est הקדוש ברוך הוא, Deus Sanctus Benedictus: is nos ungit Spiritu Sancto. Quo facto scimus omnia, quæ ad salutem nostram sunt necessaria: nam v. 27. τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, illud ipsum unguentum docet nos de omnibus: Spiritus Sanctus docet nos omnia. Joann. 14, 26. Illud igitur χρίσμα, ille Spiritus Sanctus in nobis debet manere, neque malitia nostra expelli, quo facto non solum scientia nostra in rebus divinis erit firma, sed etiam de salute nostra simus certissimi. Vulgo *unctionem* vertunt, & nescio quam abstrusam ideam Theologiæ subtilioris in hac voce latere credunt, adeo quidem systemati Theologico alium articulum de Spiritu Sancto, alium de unctione inseruerit. Galli quoque librum aliquem, vel etiam vitam, plenam unctionis dicunt, quæ idea singularis est & nihil fere significans. Evolvantur omnia Lexica & Glossaria, & omnes auctores, sacri pariter & profani, nullam aliam hujus vocis significationem invenias.

Χριστιανός, ἡ, ὁ, *Christianus*, sectator Christi. Actor. 11, 26. 26, 28. 1. Petr. 4, 16.

Χριστός, ἡ, ὁ, *Christus*, unctus, (a χρίω, ungo:) hebr. מָשִׁיחַ, Messias, quia humana ejus natura Spiritu Sancto uncta, h. e. proprietatibus divinis instructa est. In Veteri Testamento Χριστοὶ dicuntur Reges & Prophetæ uncti. Plura addere hoc loco supervacuum est.

Χρίω, f. σω, 1) *Ungo.* 2) metaph. *Donis Spiritus Sancti instruo.* Et primario accipitur de Messia. Luc. 4, 18.

ἕ ἕνεκεν ἔχρισέ με, cujus rei cauſſa unxit me. Actor. 4, 27. Ἰησᾶν, ὃν ἔχρισας, Jeſum, quem unxiſti. Deinde etiam de hominibus Chriſtianis. 2. Cor. 1, 21. ὁ δὲ χρίσας ἡμᾶς θεὸς, Deus eſt, qui unxit nos.

Χρονίζω, f. σω, *Ceſſo*, *tempus fero*, *conſumo*. Matth. 24, 48. χρονίζει ὁ κύριός μκ ἐλθεῖν, ceſſat herus meus, ne veniat. Hebr. 10, 37. ἥξει καὶ ὁ χρονιεῖ, (fut. Attic. pro χρονίσει,) veniet & non ceſſabit.

Χρόνος, ου, ὁ, *Tempus*. Matth. 25, 19. μετὰ χρόνον πολὺν, poſt tempus multum. Joann. 5, 6. πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, multum jam tempus (in morbo) conſumſit. 1. Cor. 7, 39. ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, quamdiu, (quanto tempore,) vivit maritus ipſius. 1. Timoth. 1, 9. πρὸ χρόνων αἰωνίων, ante tempora hujus mundi. Jeſa. 18, 7. εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Sic cap. 33, 20. 34, 10. 1. Petr. 1, 20. ἐπ' ἐσχάτῳ (ſcil. μέρει) τῶν χρόνων, ultimis temporibus.

Χρονοτριβέω, f. ήσω, *Tempus tero*, conſumo, (a χρόνος & τρίβω, tero.) Actor. 20, 16. ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ne hoc ipſi contingeret, ut tempus tereret in Aſia.

Χρύσεος, contr. χρυσοῦς, χρυσέη, σῆ, χρύσεον, σοῦν, *Aureus*. Hebr. 9, 4. χρυσοῦν θυμιατήριον, ara ſuffitus aurea. σάμνος χρυσῆ, ſitula aurea. 2. Tim. 2, 20. σκεύη χρυσᾶ, vaſa aurea.

Χρυσίον, ου, τὸ, *Aurum*. Apocal. 3, 18. χρυσίον πεπυρωμένον, aurum igne exploratum. 1. Petr. 1, 7. τιμιώτερον χρυσίου, pretioſius auro. In plurali denotat ornamenta & veſtimenta aurea. 1. Petr. 3, 3. κόσμος περιθέσεως χρυσίων, ornatus, quo induuntur vel circumponuntur aurea.

Χρυσοδακτύλιος, ος, ὁ, ἡ, *Qui aureum annulum geſtat*. Jacob. 2, 2. h. e. qui in hominibus & divitiis verſatur, a χρυσὸς & δακτύλιος, annulus, δάκτυλος, digitus.

Χρυσόλιθος, ος, ὁ, *Chryſolithus*, gemma, (a χρυσὸς & λίθος, lapis.) Apocal. 21, 20.

Χρυσὸς, οῦ, ὁ, 1) *Aurum*. Matth. 10, 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, ne poſſideatis aurum in zonis veſtris. 2) *Doctrina* talis, quæ velut aurum igne, ſic tempore afflictionis probata & ſolida invenitur. 1. Cor. 3, 14.

Χρυσόω, ῶ, *Inauro*, auro obduco. Apocal. 17, 4. 18, 16. κεχρυσωμένη χρυσῷ & ἐν χρυσῷ obducta auro.

Χρὼς, χρωτὸς, τὸ, *Corpus*. Actor. 19, 12.

Χωλὸς, ὸν, ὁ, 1) *Claudus*. Matth. 11, 5. χωλοὶ περιπατοῦσι, illi,

illi, qui claudi fuerant, ambulant. 2) Metaph. *Debilis, infirmus*, Hebr. 12, 13. ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ne illud, quod (in fide) infirmum est, avertatur.

Χώρα, ας, ἡ, 1) *Regio, provincia.* Marc. 1, 5. πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, omnis regio Judaica. Luc. 15, 13. ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν, peregre profectus est in regionem procul dissitam. 2) *Ager.* Luc. 12, 16. εὐφόρησεν ἡ χώρα, multos fructus protulit ager. Joann. 4, 35. θεάσασθε τὰς χώρας, considerate agros. Jac. 5, 4. τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, qui messuerunt agros vestros.

Χωραζίν, vel χοραζίν, nomen urbis in Galilæa sitæ. Matth. 11, 21. οὐαί σοι Χωραζίν, væ tibi, Chorazin. Olim dicta est Charoscheth gentium, Judic. 4, 2. quemadmodum ipsa Galilæa gentium. Vide Lightfootum in Centuria Chorographica Matthæo præmissa cap. 94. Contra Henr. Ernstius Observ. 2, 6. divisim scribit χώρα ζίν, quia in Philocalia Origenis ita reperit, sed nullam, nisi ex ingenio, probationem historicam addit.

Χωρέω, f. ρήσω, 1) *Abeo, secedo.* Matth. 15, 17. Cibus εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, in ventrem descendit. Hesychius: χωρεῖν, ἀπελθεῖν. metaph. 2. Petr. 3, 9. Deus vult πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι, omnes ad pœnitentiam se convertere. 2) *Capio.* de loco. Marc. 2, 2. ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, ut ne loca quidem ante januam (omnes illos homines) capere potuerint. Joann. 2, 6. ὑδρίαι χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο, singulæ hydriæ capiebant mensuras duas. Alia exempla dabit Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 134. & de liquidis p. 297. 3) *Capio, viribus internis.* Matth. 19, 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, non omnes capiunt hanc rem: h. e. non omnes habent vires manendi in cœlibatu: & v. 12. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω, qui potest capere, capiat. Exempla ex aliis congessit Elsnerus l. c. p. 87. 4) *Locum habeo.* Joann. 8, 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, sermo meus locum non habet apud vos. 5) *Recipio.* 2. Corinth. 7, 2. χωρήσατε ἡμᾶς, recipite nos, locum date verbis meis.

Χωρίζω, f. σω, *Separo.* Matth. 19, 6. Quæ Deus conjunxit, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω, homo ne separet. Actor. 1, 4. Christus præceperat, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ne ab Hierosolymis separarent se, h. e. abirent. Hebr. 7, 26. Christus est κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, separatus, multis gradibus remotus, a peccatoribus.

Χωρίον, ε, τό, *Ager, agellus*, sed eo significatu, quo non solum campum, sed villam quoque adjectam denotat. Matth. 26, 36.

26, 36. εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ, in agrum, qui dicebatur Gethsemane. Joann. 4, 5. πλησίον τῆ χωρίε, prope regionem, quam dederat Jacobus Josepho. Actor. 28, 7. ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσε, erant ibi prædia primario viro illius insulæ.

Χωρὶς, Præpos. *Sine.* Matth. 13, 34. χωρὶς παραβολῆς ἐκ ἐλάλησεν αὐτοῖς, sine parabola non locutus est illis. Rom. 4, 16. δικαιοσύνη χωρὶς ἔργων, justitia sine operibus. Hebr. 9, 22. χωρὶς αἱματεκχυσίας ἡ γίνεται ἄφεσις, sine effusione sanguis non fit remissio.

Χῶρος, ε, ὁ, *Corus, Caurus*, ventus ab occasu solstitiali & occidentali latere septentrionis flans, semper procellosus; ita describit Plinius Hist. Nat. 18, 34. Actor. 27, 12. Occurrit apud Virgilium & Senecam Tragicum.

Ψ.

Ψάλλω, f. ψαλῶ, *Psallo, cano, celebro.* Rom. 15, 9. ὀνόματί σε ψαλῶ, nomini tuo canam. Jac. 5, 13. εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω, si quis bono animo est, is cantica canat.

Ψαλμὸς, ε, ὁ, In genere *canticum, hymnus.* Ephes. 5, 19. λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, loquentes vobiscum invicem canticis & hymnis. In specie denotat *librum Psalmorum.* Luc. 24, 44. & singulos quoque Psalmos. Actor. 13, 33. ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ, Psalmo secundo.

Ψευδάδελφος, ε, ὁ, *Falsus, frater*, (a ψεῦδον & ἀδελφὸς, frater,) qui se falso Christianum dicit. 2. Corinth. 11, 26. Gal. 2, 4.

Ψευδαπόστολος, ε, ὁ, *Falsus Apostolus.* 2. Cor. 11, 13.

Ψευδὴς, ὲς, *Mendax.* Actor. 6, 13. ἔστησαν μάρτυρας, ψευδεῖς, stiterunt testes falsos. Apoc. 2, 2. εὗρες αὐτὲς ψευδεῖς, invenisti ipsos mendaces.

Ψευδοδιδάσκαλος, ε, ὁ, *Falsus doctor.* 2. Petr. 2, 1.

Ψευδολόγος, ε, ὁ, *Qui verba falsa profert.* 1. Tim. 4, 2. ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, in simulatione illorum, qui falsa proferunt.

Ψεύδομαι, f. ψεύσομαι, 1) *Mentior.* Hebr. 6, 18. ἀδύνατον ψεύσασθαι θεὸν, impossibile est, Deum mentiri. Matth. 5, 11. ψευδόμενοι καθ' ὑμῶν, mentientes contra vos. Construitur cum Dativo. Actor. 5, 4. οὐκ ἐψεύσω (aor. 1. med) ἀνθρώποις, non es mentitus hominibus. 2) *Decipio, fallo*, cum accusativo con-

constructum. Actor. 5, 3. ψεύσαθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ut decipere (vel potius, decipere conareris) Spiritum Sanctum. Adde Jo. Alberti Obſ. Philol. p. 229. 3) *Male & hypocritice me gero.* 1. Joann. 1, 6. ψευδόμεθα, καὶ ἐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν, peſſime nos gerimus, & non facimus, quod verum & rectum eſt. Jac. 3, 14. μὴ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας; annon perverſe vos geritis contra veritatem?

Ψευδομάρτυς, τυρος, ὁ, *Falſus teſtis.* Matth. 26, 60.

Ψευδομαρτυρέω, f. ήσω, *Falſum teſtimonium loquor.* Matth. 19, 18. Marc. 14, 56. 57.

Ψευδομαρτυρία, ας, ἡ, *Falſum teſtimonium.* Matth. 15, 19. 26, 59.

Ψευδοπροφήτης, ε, ὁ, *Falſus Propheta.* Matth. 24, 11. πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, multi falſi Prophetæ excitabuntur.

Ψεῦδος, εος, contr. ες, τὸ, 1) *Mendacium, falſitas.* Joann. 8, 44. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, quando loquitur mendacium. 2. Theſſ. 2, 11. πιστεῦσαι αὐτὸς τῷ ψεύδει, ut illi crederent mendacio. 2) *Vita prava & actiones perverſæ.* Apoc. 21, 27. πᾶν ποιῶν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, omne, quod facit abominationem & mendacium: Similiter c. 22, 15. Mendacium proprie loquimur, non facimus: ſed in voluminibus ſacris, quemadmodum ἀλήθεια vitam piam & recte facta deſignat, ſic & ψεῦδος contrariam. 1. Joann. 2, 21. πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι, nulla vita perverſa poteſt ab eo prodire, qui veritati vitæ ſtudet. Confer v. 27.

Ψευδόχριστος, ε, ὁ, *Falſus Chriſtus*, falſus Meſſias, quales plurimi Judæos deceperunt. Matth. 24, 14.

Ψευδώνυμος, ε, ὁ, ἡ, *Qui falſum nomen habet.* 1. Timoth. 6, 25. Devita τὰς ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, oppoſitiones (contradictiones) cognitionis falſæ & fictitiæ. Heſychius: ψευδώνυμοι, ὄνειροι, ψευδολόγοι.

Ψεῦσμα, τος, τὸ, *Mendacium*, (a ψεύδομαι.) Rom. 3, 7.

Ψεύστης, ε, ὁ, *Mendax*, (ab eodem.) Joann. 8, 44. Diabolus, ψεύστης ἐστὶ, καὶ πατὴρ αὐτοῦ, mendax eſt, & pater ejus, ſcil. mendacis, ſive qui mendacia committit. Tit. 1, 12. κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, Cretenſes ſemper ſunt mendaces.

Ψηλαφάω, ήσω, 1) *Contrecto, tango.* 1. Joann. 1, 1. ὃ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, quod manus noſtræ contrectarunt. 2) *Palpando inquiro & invenio.* Actor. 17, 27. εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, an forte palpando inquirerent Deum & invenirent. Nos Germani ſic loquimur. *Man kans mit Händen greifen.* Ex Græcis talia exempla congeſſit Elsnerus

nerus Obſerv. ſacr. tom. 1. p. 449. 3) ὄρος ψηλαφώμενον, mons tactus, Hebr. 12, 18. idem eſt quod *fumans*, idque ex Hebraiſmo, ubi montes a Deo tacti fumare dicuntur. Pſalm. 104, 32. 144, 5. Antecedens ponitur pro conſequente.

Ψηφίζω, σω, *Calculis numero, ſupputo*, (a ψῆφος.) Luc. 14, 28. καὶ ἐ πρῶτον ψηφίζει τὴν δαπάνην, & non prius ſupputet ſumtus. Apocal. 13, 18. ψηφισάτο ἀριθμὸν, computet numerum.

Ψῆφος, ε, ἡ, proprie 1) *Calculus*, quo priſci numerare ſolent. 2) *Calculus* vel *teſta*, quo in *ſuffragiis* ferendis utebantur. Abſolutorius erat albus. Apocal. 2, 17. δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, dabo ipſi calculum album, & in illo inſcriptum nomen novum. Loquitur de ſortitione, cum nomina cum calculis ſimul prodirent. Evolve Dilherri Electa 3, 21. Sam. Petitum Var. Lect. cap. 8. Elsnerum Obſerv. ſacr. tom. 2. p. 441. ſ. De condemnatione agit locus Actor. 26, 10. κατήνεγκα ψῆφον, calculum tuli contra ipſum, h. e. condemnavi ſuffragio meo.

Ψιθυρισμὸς, ε, ὁ, *inſuſurratio*, (a ψιθυρίζω, leniter in aurem inſuſurro. Heſychius: ψιθυρίζειν, εἰς τὸ ἓς ἠρέμα διαλέγεται.) Uſurpatur in malam partem, quando alii hujusmodi ſermonibus clandeſtinis exacerbantur & irritantur. 2. Cor. 12, 20.

Ψιθυριστὴς, ε, ὁ, *Inſuſurrator*, qui alios clanculum irritat. Rom. 1, 30.

Ψιχίον, ε, τὸ, *Mica panis, fruſtulum exiguum*, (a dimin. ψίχη. Heſychius: ψίχαι, αἱ ἀποπίπτουσαι τῶν ἄρτων τεμνομένων ψυχίαι, & hoc a ψίω, tenue facio, rado.) Matth. 15, 27. καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης, nam etiam canes parvi comedunt de miculis, quæ de menſa dominorum ſuorum cadunt.

Ψυχὴ, ῆς, ἡ, *Anima*, ille ſcilicet ſpiritus, per quem vivimus. Matth. 10, 28. Timete illum, qui poteſt, καὶ ψυχὴν, καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ, & corpus & animam perdere in inferno. Luc. 12, 20. ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σε ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ, hac nocte animam tuam requirunt a te. 2) *Vita*, quia anima eſt cauſſa vitæ. Matth. 2, 20. Mortui ſunt οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου, qui quærunt vitam (qui inſidiantur vitæ) pueruli. Hebræi dicunt מְבַקְשֵׁי נַפְשִׁי, quærentes animam meam, quod ſæpius in Pſalmis occurrit. Joann. 10, 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων, paſtor bonus vitam ſuam ponit pro ovibus. Matth. 6, 25.

Exem-

Exempla ex scriptoribus profanis exhibent Pfochenius Diatr. §. 41. Elsnerus Obs. sacr. tom. 1. p. 155. 328. 3) *Intentio & studium* aliquid cum cura agendi. Matth. 22, 37. ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σε ἐξ ὅλης ψυχῆς, diliges Dominum Deum tuum ex tota anima, i. e. omni animæ tuæ intentione ac viribus. Ἐκ ψυχῆς (omisso ὅλης) dicit Apostolus Ephes. 6, 6. τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς ποιοῦντες, voluntatem Dei tota mente efficientes; non solo corpore, quod etiam bruta animantia faciunt. Coloss. 3, 23. Ita quoque οἱ ἔξω loquuntur, quod tradit Elsnerus tom. 1. p. 158. 4) ψυχὴ μία denotat *conjunctionem voluntatum*, qualis in amicis esse solet. Actor. 4, 32. τοῦ πλήθους τῶν πιστευόντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, multitudinis credentium erat cor & anima una. Sic alii auctores sæpe loquuntur. Confer Interpretes Minucii Felicis c. 1. 5) In N. T. ψυχὴ notat *animam hominis non regeniti*, unde ψυχικὸς, de quo paullo post. 6) *Totus homo*, per Synecdochen partis pro toto. Marc. 3, 4. ἔξεστι ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι; licetne hominem conservare, an vero interficere? Act. 2, 41. ἐβαπτίσθησαν ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι, baptizati sunt homines fere ter mille. 1. Petr. 3, 20. In arca Noæ conservatæ sunt ὀλίγαι, τετέσιν ὀκτὼ, ψυχαὶ, pauci h. e. octo homines. Plura Elsnerus tom. 1. p. 375. & quos ille citat. 7) ψυχή μου ex hebraismo idem est ac, *ego ipse*: נַפְשִׁי. Hebr. 10, 38. ἐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, non beneplacitum habet anima mea in ipso.

Ψυχικὸς, ἡ, ὸν, 1) *Animalis.* 2) *Naturalis.* 1. Cor. 15, 44. σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, seminatur corpus naturale: h. e. tale, quod natura corruptum est, & corruptioni subjectum in sepulcro. Opponitur σῶμα πνευματικὸν, quod tales corruptiones non habet, sed potius qualitatibus spiritus gaudet. 2. Maccab. 4, 37. ψυχικῶς ἐπιλυπηθεὶς, καὶ τραφεὶς εἰς ἔλεον, naturaliter tristitia affectus, & ad misericordiam conversus: cap. 14, 24. ψυχικῶς τῷ ἀνδρὶ προσεκέκλιτο, naturali inclinatione erga hunc virum ferebatur. 3) *Naturalis* in sensu Theologico. 1. Corinth. 2, 14. ψυχικὸς ἄνθρωπος ὁ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, naturalis homo non capit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Intelligitur talis homo, qui equidem ratione pollet, ut reliqui homines, & actiones externas & œconomicas cum ratione suscipere potest, sed cujus neque intellectus a Spiritu Sancto collustratus, neque voluntas sanctificata est. Tales Judæ v. 19. dicuntur ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες, naturales, qui spiritum non habent, animam scilicet lumine divino illustratam. Horum hominum sapientia Jac. 3, 15. dicitur ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονώδης, terrena, animalis,

malis, diabolica. Adde Vitringam Obſerv. ſacrar. lib. 3. cap. 10. §. 5.

Ψύχομαι, *Refrigero*, (a ψύχος.) Metaph. Matth. 24, 12. ψυχήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν, refrigeſcet charitas multorum.

Ψύχος, εος, ες, τὸ, *Frigus*. 2. Cor. 11, 27. ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι, in frigore & nuditate.

Ψυχρός, ρὰ, ρὸν, 1) *Frigidus*. Matth. 10, 42. ποτήριον ψυχροῦ (ſc. ὕδατος,) poculum aquæ frigidæ. 2) Metaph. *frigidus in religione* & cultu divino, h. e. remiſſus, nullum plane fervorem aut alacritatem oſtendens. Apoc. 2, 15. 16. ὅτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστὸς, neque frigidus es, neque fervidus.

Ψωμίζω, f. σω, *Cibo*, *nutrio*, (a ψωμὸς, buccella.) Rom. 12, 20. Si eſurit hoſtis tuus, ψώμιζε αὐτὸν, ciba illum. 1. Corinth. 13, 3. ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, ſi buccellas fecero omnes opes meas, & ſingulas particulas pauperibus darem. Heſychius: ψωμιεῖ, τρέφει. Daniel. 4, 25. 32. χόρτον ὡς ὄξιν ψωμιοῦσί σε, gramine, tanquam bovem, cibabunt te.

Ψωμίον, ου, τὸ *Buccella*, (dimin. a ψωμός.) Joann. 13, 26. 27. 30.

Ψώχω, *Rado*, *tero*. Heſychius: ψώχω, λεπτύνω, ξαίνω. Ψώχοντες τὰς στάχυας τοῖς χερσὶ, terentes ariſtas manibus.

Ω.

Ω Litera Alphabeti græci ultima, unde pro fine accipitur. Apoc. 1, 8. 11. Vide initium hujus operis.

Ὦ, interjectio 1) *Alloquentis* & vocantis. Actor. 1, 1. ὦ Θεόφιλε. Rom. 2, 1. 3. ὦ ἄνθρωπε, o homo. 2) *Increpantis*. Matth. 17, 17. ὦ γενεὰ ἄπιστος, o generatio incredula! Gal. 3, 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται, o inſipientes Galatæ. 3) *Admirantis*. Heſychius: ὦ θαυμαστικῶς, λίαν, οἷον. Rom. 11, 33. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, o quam magna eſt profunditas divitiarum tum ſapientiæ, tum amoris Dei!

Ὼβήδ, ὁ, *Obed*, avus Davidis, nomen hebr. ἄκλιτον. Matth. 1, 5. Luc. 3, 32. hebr. עוֹבֵד, Partic. ſerviens, colens.

Ὧδε, adv. loci, 1) *Hic*, *in hoc loco*. Proprie eſt Dativus ab ὅδε, ellipticus, pro ἐν vel ἐφ' ᾧδε τόπῳ, in hoc loco. Confer Ellipſes Græcas. Matth. 17, 4. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, bonum eſt, nos hic eſſe. Joann. 6, 9. ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, puerulus unus eſt hic. 2) *Huc*. Matth. 8, 29.

ἦλθες

ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ, veniſti huc ante tempus. Apoc. 4, 1. ἀνάβα ὧδε, aſcende huc.

Ὠιδή, ῆς, ἡ, *Oda, cantus, canticum*, (ab ἀείδω, cano, cujus præt. medium eſt ᾄοιδα, abjecto augmento, ἄοιδα, α & ο contrahuntur in ω, & ι ſubſcribitur: inde eſt ᾠδή.) Apoc. 5, 9. ᾄδουσιν ᾠδὴν καινήν, canunt canticum novum. Epheſ. 5, 19. ᾠδαῖς πνευματικαῖς, canticis ſpiritualibus.

Ὠδίν, ῖνος, ἡ, 1) Proprie dolor parturientis. 1. Theſſ. 5, 3. Periculum celer er ipſis inſtat, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ſicut dolor gravidæ. 2) In genere *dolor quilibet.* Matth. 24, 8. ἀρχὴ ὠδίνων ταῦτα, hæc erunt principium ærumnarum. Actor. 2, 24. λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, poſtquam dolores mortis ſolverat.

Ὠδίνω, νῶ, 1) *Parturio*, in partu laboro. Apoc. 12, 2. κράζει ὠδίνουσα, clamat parturiens. 2) Metaph. Gal. 4, 19. τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, filioli, quos rurſus parturio. Apoſtolus ſe matri comparat, utpote qui auditores ſuos quaſi in utero conceperat, & cum doloribus in lucem protulerat. Hunc laborem & dolorem, propter Galatarum defectionem a Chriſto, rurſus pati cogebatur.

Ὦμος, ου, ὁ, *Humerus.* Matth. 23, 4.

Ὠνέομαι, contr. ὦμαι, *Emo.* Actor. 7, 16. χωρίον, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ (ἀντὶ) τιμῆς, ager, quem emit Abrahamus pro pretio.

Ὠόν, οῦ, τὸ, *Ovum.* Luc. 11, 12.

Ὥρα, ας, ἡ, 1) *Hora.* Actor. 2, 15. ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, eſt enim hora tertia diei. Matth. 26, 40. οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; annon valuiſtis unam horam vigilare mecum? 2) *Tempus* in genere. Marc. 6, 35. ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, cum jam tempus multum abiiſſet. cap. 11, 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, cum jam tempus veſpertinum eſſet. Joann. 4, 21. ἔρχεται ὥρα, veniet tempus. πρὸς ὥραν, ad tempus. 2. Corinth. 7, 8. Adde Elsneri Obſerv. ſacr. tom. 1. p. 148. 3) *Tempus periculoſum*, & ipſum quoque periculum. Joann. 12, 27. σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης, eripe me ex hoc tempore ærumnoſo. Marc. 14, 35. ἵνα παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα, ut transiret a ſe illa afflictio. 1. Joann. 2, 18. παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, filioli extremum adeſt periculum. Apoc. 3, 10. ὥρα τοῦ πειρασμοῦ, tempus tentationis.

Ὡραῖος, α, ον, *Pulcher*, (ab ὥρα, quod anni tempus denotat:) proprie de fructibus, qui tempore maturitatis optimam ſpeciem exhibent. Deinde in genere quodvis pulchrum. Matth. 23, 27. ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, exterius quidem ap-

apparent pulchra. Act. 3, 2. πύλη ὡραία, porta pulchra. Rom. 10, 15. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες, quam pulchri sunt pedes eorum, qui pacem annuntiant.

Ὠρύομαι, Rugio. 1. Petr. 5, 8. ὡς λέων ὠρυόμενος, sicut leo rugiens.

Ὡς, adv. Similitudinis, 1) SICVT, CEV, TANQVAM. Matth. 12, 13. ἡ χεὶρ ἐγένετο ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη, manus facta est sana, sicut altera: cap. 1, 24. ὡς προσέταξεν αὐτῷ, sicut præcepit ipsi. c. 26, 39. οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ, non sicut ego volo, sed sicut tu.

2) CIRCITER, FERE. Joann. 1, 39. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη, erat circiter hora decima. Actor. 1, 15. ὡς ἑκατὸν εἴκοσι, circiter centum & viginti. cap. 5, 7. ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, fere trium horarum intervallum. Adde Elsneri Observ. sacras tom. 1. p. 310.

3) QVAM. Actor. 17, 5. ὡς τάχιστα, quam celerrime. Rom. 10, 15. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες, quam pulchri sunt pedes. cap. 11, 33. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, quam imperscrutabilia sunt judicia ejus.

4) QVA RATIONE, QVEMADMODVM. Luc. 23, 55. viderunt, ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ, quomodo sepultum fuerit corpus ejus: cap. 24, 35. καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, & qua ratione cognitus fuerit ab ipsis in fractione panis.

5) QVASI. Actor. 28, 19. οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορῆσαι, non quasi haberem aliquid, quod populum meum accusarem. c. 23, 15. ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον, quasi volentes accuratius cognoscere.

6) QVOD. Luc. 22, 61. Petrus recordatus est verborum Domini, ὡς εἶπεν αὐτῷ, quod dixerit ipsi. Sic Actor. 11, 16. Possis tamen & hoc vertere *qua ratione*.

7) QVVM. Joann. 2, 9. ὡς δὲ ἐγεύσατο, quum vero gustasset. Luc. 1, 23. ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, quum impleti essent dies ministerii ejus. c. 2, 15. καὶ ἐγένετο ὡς ἀπῆλθον εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, & factum est, quum abirent in cœlum angeli. Exempla ex profanis habet Jo. Alberti Obs. Philol. p. 459.

8) REVERA. Hesychius: ὡς, ὄντως, ὁμοίως, ἀληθῶς. Joann. 1, 14. Vidimus gloriam ejus, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ τοῦ πατρὸς, gloriam revera unigeniti a Patre. Matth. 7, 29. Christus docebat, ὡς ἐξουσίαν ἔχων, vere potestatem & robur docendi habens. 2. Corinth. 2, 17. prædicamus Evangelium ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ὡς ἐκ θεοῦ, revera ex sinceritate, revera ex Deo. Phil. 2, 7. εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, Christus inventus est vere homo.

homo. Nehem. 7, 2. αὐτὸς ὡς ἀνὴρ ἀληθὴς καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν, ipse revera erat vir verus (bonus) & Deum timens. Scholiastes Sophoclis Triclinius ad Electram v. 1188. τὸ ὡς ἀντὶ τοῦ ὄντως interpretatur, quod docet Jo. Alberti p. 207.

9) VT, ADEO VT. Hebr. 7, 9. ὡς ἔπος εἰπεῖν, ut vulgari modo dicam. Marc. 4, 27. ὡς οὐκ οἶδεν αὐτὸς, adeo ut ipse nesciat. ὡς μὴ, denotat *ne*. 1. Corinth. 4, 18. ὡς μὴ, ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες, ne, me quidem ad vos veniente, quidam inflati sint. Adde Elsneri Observ. sacras tom. 1. p. 139.

Ὡσαννὰ, Hosianna, vox hebraica, (ex הוֹשִׁיעָה, serva, rad. ישע, unde יֵשׁוּעַ, salus; & נא, quæso. Ps. 118, 25.) Matth. 21, 9. ὡσαννὰ υἱῷ Δαβὶδ, Hosianna, serva quæsumus, (hoc apprecamur) filio Davidis, Messiæ: ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, serva, quæsumus (o Deus, qui habitas) in altissimis: Sic enim supplendæ sunt hæ locutiones, ut sensus fiat integer.

Ὡσαύτως, adv. Similiter, eodem modo, (ex ὡς & αὐτὸς, ille.) Matth. 20, 5. Luc. 13, 3.

Ὡσεὶ, 1) *Tanquam*, *sicut*, (ex ὡς & εἰ, si.) Actor. 2, 3. γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, linguæ tanquam ignis. Matth. 9, 36. ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα, disjecti tanquam oves, quæ non habent pastorem. 2) *Fere*. Matth. 14, 21. ἦσαν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, erant numero fere quinquies mille. Luc. 22, 41. ὡσεὶ λίθου βολὴν, fere jactum lapidis.

Ὥσπερ, *Sicut*, *tanquam*. Matth. 6, 2. ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν, sicut hypocritæ faciunt. Luc. 17, 18. ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ, sicut fulgur.

Ὡσπερεὶ, *Tanquam*, *sicut*. 1. Cor. 15, 8. ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοὶ, tanquam partui immaturo apparuit etiam mihi. Quidam ibi legunt, ὡσπερεί τω (pro τινὶ) ἐκτρώματι.

Ὥστε, 1) *Adeoque*, *igitur*. Matth. 23, 31. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, adeoque testimonium præbetis vobis ipsis. Marc. 2, 18. ὥστε Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου, adeoque filius hominis dominus est etiam Sabbathi. 2) *Adeo ut*; & plerumque habet accusativum cum infinitivo. Matth. 8, 24. ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι, adeo ut navis obtecta fuerit. Marc. 2, 12. ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, sic ut obstupescerent omnes. Construitur tamen etiam cum indicativo. Gal. 2, 13. ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, sic ut etiam Barnabas ab hypocrisi illorum abreptus fuerit. Et profani scriptores sic loquuntur, teste Elsnero Obs. sacr. tom. 2. p. 179.

Ὡσηέ, Hoseas, Propheta. Rom. 9, 25. ab hebr. הושׁיע, vide ὡσαννά.

Ὠτίον, ε, τὸ, *Auris*, *auricula*, (dimin. ab οὖς, ὠτὸς, auris.) Matth. 26, 51. ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον, abstulit aurem illius. Lucæ 22, 51. ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ, quum tetigisset aurem ejus.

Ὠφέλεια, ας, ἡ, *Utilitas*. Jud. v. 9. ὠφελείας χάριν, utilitatis, commodi gratia.

Ὠφελέω, ήσω, *Utilis sum*, prosum. Construitur cum accus. 1. Cor. 14, 6. τί ὑμᾶς ὠφελήσω; quid vobis prodero? Matth. 27, 24. Pilatus videns, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, quod nihil utile efficeret. Marc. 8, 36. τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον; quid enim proderit homini? In passivo ὠφελοῦμαι, utilitatem percipio, commodo fruor. Marc. 5, 26. καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, & quum nullo commodo fruita esset. Matth. 15, 5. ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, quacunque re a me tibi utilitas accrescere posset. Hebr. 13, 9. ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν, ex quibus nullam utilitatem consecuti sunt. Adde Obs. Jo. Alberti p. 105.

Ὠφέλιμος, ε, ὁ, ἡ, *Utilis*, proficuus. 1. Timoth. 4, 8. ἡ εὐσέβεια πρὸς πάντα ἔστιν ὠφέλιμος, pietas ad omnia est utilis. Verba hæc, instar Epiphonematis notatu dignissimi, clausulam operis nostri constituant.

ΔΟΞΑ ΤΩ ΘΕΩ.

rcilium. 2) Supercilium mon-
. ἕως τῆς ὀφρύος τᾶ ὄρκς. Ex aliis
ſ. ſacr. tom. 1. p. 200.
, *commoveo*, vexo. Ὀχλέομαι, ἤμαι,
Luc. 6, 18. καὶ οἱ ὀχλέμενοι ὑπὸ
turbabantur a ſpiritibus impuris.
ιν ἐνοχλεῖσθαι αὐτὸν, dicunt, ipſum
br. בי חולה הוא, quoniam ægro-
ribus profanis habent Pricæus ad
Obſ. p. 192.
Turbas concito, turbam congrego,
Act. 17, 5.
a populus, homines multi Matth.
ſt nomen collectivum. Matth. 21, 8.
urimus autem populus ſtraverunt.
æpiſſime ὄχλοι, eadem ſignificati-
ur. Matth. 13, 2. 14, 13. Marc. 6, 33.
udo quorundam, cohors, cœtus.
χλος πολὺς, & cum eo multitudo
, 47. Act. 11, 24. Inde Luc. 5, 29.
ido publicanorum magna. c. 6, 17.
λος ὀνομάτων multitudo hominum
ν. 3) *Tumultus*, perturbatio.
multu.
ńimentum, caſtellum, arx. Geneſ.
firmo, fulcio, & hoc ab ὀχυρὸς,
2. Cor. 10, 4. πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρω-
unitionum. Intelligit Apoſtolus
nes doctas falſorum Apoſtolorum,
Chriſtianam inſurgebant.
onium, (ab ὄψον, τὸ, idem, eduli-
pane edimus.) 2) *Piſciculus.*
ιο ſenſu apud Menandrum & Phi-
Athenæus lib. 9. p. 385. Adde Bo-

atth. 28, 1. ὀψὲ δὲ σαββάτων, ſero
finem ſabbati, adeoque ſub initi-
veſperi. Marc. 11, 19. καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγέ-
p. 13, 35.
tinus, veſpertinus (ab ὀψέ.) Marc.
otina ſeu veſpertina cum jam eſſet
ve ſumitur ὀψία, ἡ (ſc. ὥρα,) veſpe-
tinum. Matth. 8, 16. ὀψίας (ſc. δείλης)
era fieret.
ſerotinus. (ab ὀψέ.) Jacob. 5, 7. ὑετὸς